Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
VIII
D
15
NAPOLI

CHRISTIANÆ THEOLOGIÆ CVM PLATONICA COMPARATIO

Quinimò cum tota veteri ſapientia Ethnicorum, Chaldæorum nempè, Aegyptiorum, & Græcorum.

In qua primò ſecretiora dogmata de Deo, de Angelis, de Mundi, & Hominis creatione, de Anima, de Dæmonibus, & de Beatitudine conſpiciuntur.

Mox ſingularum partium abſolutè fiunt collationes.

Ac demum Cautiones adhibentur, quibus hæreſes & cognoſcere, & euitare, & præterea Theologiam Ethnicam inoffenſo decurrere pede, Catholicus Chriſticola poterit.

AVCTORE
ADM. REVER. P. FR. LIVIO GALANTE
Sacri Seraphici Ord. Obſeru. Theologo, & apud ſuos Forocornelienſes publico vtriuſque Philoſophiæ Profeſſore.



NAPOLI

BONONIAE M. DC. XXVII.
Apud Clementem Ferronium. Superiorum permiſſu.

Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino

FERDINANDO MILLINO

EPISC. FOROCORNELIENSI

BAGNARIAE COMITI

Omnium virtutum cumulatiſſimè ornato.

Fr. Liuius Galantes, Sac. Seraph. Ord. Obſeruantiæ Theol. S.D.P.

ILLA animo meo ſemper hæſit Platonica ſententia (Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Antiſtes) qua, noſmetipſos, non modo nobis, ſed partim patriæ, partim parentibus, & amicis natos eſſe, monemur. Quæ re vera, licet ex animis Ethnici fonte hauriatur (quem tamen, vt admirandum diuinæ, & humanæ Philoſophiæ Coryphæum vetuſta ſecula coluerunt) adeò nihilominus conſpicuè veram eſſe, apparet, vt nemo ſit, qui ad hunc finem ſcripta, quæ in lucem edit, non dirigat; quò fit, vt non ſolum magnam ſibi gloriam comparare dignè, & optimo iure valeat, ſed maximam vtilitatem laudabiliter conferat. Quò exemplo ego monitus, volumen, quod poſt multos labores, poſtq́; aliquot conſumptos annos (neſcio ſi feliciter) tandem abſolui, hoc eſt, de comparatione vtriuſq; Theologiæ, Chriſtianæ, ſ atq; Ethnicæ, veræ, & adumbratæ; quodq́; multorum ſuaſu, & amicorum rogatu, ſcribere aggreſſus ſum, typis committere, & in ſtudioſorum manus præbere non dubitaui. Sed quoniam non ſum neſcius (Nobiliſſime Præſul) hoc, propter imbecillitatem ingenij mei, dignis indigere tutoribus, qui quidem & virtutibus polleant, & dignitate inſigni fulgeant; idcircò vni tibi, his omnibus inſignito, prompto animo, do, dono, & dedico, vt cum obtrectatores, calumniatoresq́; in eius fronte nomen tuum perſpexerint, timeant, paueantq́;, nec in illud linguis mordacibus inuehi audeant. Tibi inquam vni munus, qualecunq; ſit, mihi in mentem venit exhibere, qui es Millinæ ſobolis alterum decus, & ornamentum, quæ bonarum litterarum, & litteratorum ſemper extitit tutum præſidium, & veluti aſylum Tibi illius purpurati Principis Ioannis Garziæ Cardinalis ex fratre Nepoti, ad quem, tanquam ad Pythium Apollinem, aurea reſponſa petentes, in Orbe, & in Vrbe, certatim confugiunt, vtpotè ad ſumma virum prudentia, qui omnium animos in ſui amorem, & admirationem conuertis; vt illius vetuſtiſſimi ſtemmatis propago, quæ originem ducit longa generis nobiliſſimi ſerie ab illis Romanorum proceribus, qui, regimini antiquæ Reipublicæ addicti, eiuſdem pacis, belliq; ſumma laude negotia pertractarunt; A quibus itidem ortum traxit A. Aurius ille Millinus, de quo apud eloquentiæ Patrem, in oratione pro A. Cluentio: ſtirps, cuius magnitudinis adhuc in Vrbe varia memorabilia ſpectantur, vti ſumptuoſa ciuium ædes, & ſacra delubra; & inter cætera, illud D. Nicolai ſacrum, quod vſque in hodiernum diem ſub nomine Millinæ familiæ religioſè colitur. Quid de illis viris dicam, qui iam ferè extincto Imperio, heroica virtute præditi, in patria Vrbe, & extra, varia munera geſſerunt, variaq́; onera, ſumma gloria detulerant? & præſertim de illo Sano Millino, qui omnes ſuæ tempeſtatis animi magnitudine facilè ſuperauit? hic præcellentis ingenij vir, ſua patria, nobilium, totiuſq́; populi accla-

matione, Vexillifer creatus, deinde Romanæ Vrbis Prætor electus (munus antiquæ Dictaturæ æquipollens) veræ virtutis, ſummæq́; prudentiæ dignum præconium tulit? Quid dicam de Franciſco eiuſdem filio, qui, cum Baſilicæ Lateranenſis Canonicatum ab Vrbano Pont. obtinuiſſet, ac in eo, per breue tamen temporis ſpatium, ſe præclarè geſſiſſet, mox zelo religionis concitatus, Eremitanæ familiæ cucullam ſuſcepit; cælibemq́; vitam ducens, multos aberrantes à via Chriſti Domini, actis, concionibus, & exemplis mirè reduxit; innumeraq́; ſui inſtituti Cœnobia, per vniuerſam Italiam, breui annorum curſu, ſummaq́; magnificentia, & admiratione extruxit? Quid de Luca eiuſdem fratre, iiſdem veræ, religioſæq́; probitatis viro, diuinæ Scripturæ ſtudioſiſſimo? qui quidem prophetico ſpiritu afflatus, multa futura præſagiens, Alphonſo Boreæ Cardinali Sanctorum Quatuor Coronatorum præſertim Pontificatum prædixit, à quo deinde magnæ ſanctitatis vir, ſemper habitus fuit, ſui Ordinis Cæleſtinorum Abbas Generalis denuntiatus, veri, religioſiq́; regiminis ſpecimen cunctis præſetulit? Quid de Io. Baptiſta horum fratre, qui adhuc puerulus, & infans ſeptem annorum, à Ioanne XXIII. eiuſdem Baſilicæ Lateranenſis Canonicatum conſecutus, admirabili ſolertia, cunctis ſe monſtrauit? Adultus iam effectus, ſtudio legali, indefeſſo labore vacans, monitu Martini Quinti Pontificis, breui inter excellentiſſimos Iuriſconſ. iure cooptatus eſt, vtpote ille, qui publicè multas Theſes diſputandas propoſuiſſet, mirèq́; ſuſtinuiſſet, coram Abbate Siculo, Ludouico Pontano, & Antonio Roſello, in vtriuſq; iuris facultate eminentiſſimis, à quibus non paruam laudem eſt adeptus? Vrbinatum Epiſcopatui Paſtor Præfectus, incredibili vigilantia, & pietate, oues ſibi commiſſas direxit, & rexit? Poſt varios fortunæ caſus, purpurei Galeri à Xiſto Quarto decoratus honore, ad Inſubrios pro ſedandis rumoribus propter truculentam necem Galeatij Sfortiæ exortis, Legatus mittitur, in qua functione, ita ſe prudenter geſſit, vt imminentis periculi ruinæ totius Italiæ valuerit appellari ſubſidium? Erat enim in negotijs pertractandis eximiæ dexteritatis, & ſicut maximè pius in ægrotos, ita officioſus in afflictos, & longè omnium, omnis virtutis largiſſimus æſtimator. Nullus vnquam ædificandi ſumptus eum deterruit, quod liquidò in reſtaurando D. Petri Templo iam Vicarius demonſtrauit, non ſolum publici æris, ſed propriæ facultatis, & copioſæ ſuæ liberalitatis muneribus, quorum admiratione ducti nonnulli Prælati, illum incomparabilibus magnificentiæ laudibus exornarunt. Quid de Petro illo Pontificij, Cæſareiq́; Iuris conſultiſſimo, qui S. P. Q. R. à ſecretis, conſultorq́; eiuſdem factus, ad Baſilienſe Concilium à Pont. miſſus, vbi Oratoris munus mirificè exercuit, ad votum quidquid petijt, meruit obtinere? Quid de Celſo, in omni ſcientiarum genere celeberrimo, vtriuſq; Signaturæ Referendario, Epiſcopo Feretrano? Quid de Celſo illo ſecundo, qui adhuc adoleſcens, nondum tria luſtra completa attingens, coram Leone X. Pont. Max. Tulliana facundia re vera, & elegantia muniens, orationem habuit aduerſus Chriſtophorum Longolium, quem tanta vi verborum, rationumq́; ſoliditate proſtrauit, & confregit, vt ad exulandum ab Vrbe fuerit coactus? Quid de Petro illo Populi Romani perpetuo Scriba, in cuius pectore, omnes doctrinæ, omniaq; arcana Græci, & Latini ſermonis reſidebant, veluti in arca Mineruæ, ad quem, tanquam ad Platonicam Academiam, litteratorum cœtus enixè ad reſponſa petenda concurrebant? Quid de Mario tandem A. tuo, qui ſub tribus Pont. Paulo III. Pio V. & Gregorio XIII. honoratiſſima, & primaria Eccleſiaſticę militię onera honorificè ſuſtinuit? Nihil ē quia ſi cuncta tuę familię geſta perſcribere velem, eſſet, ac ſi vaſtum Oceanum in paruo lintre perſtringere tentarem. Tu igitur A. tuorum nobiliſſimus æmulator, hoc munus libenti animo, hilarique vultu ſuſcipias, non vt dignitate tua, & meritis tuis ampliſſimis dignum, ſed propter in eo contenta, ſcitu re vera per ſe digniſſima. Vale Antiſtes Clariſſime, teque Deus diutiſſimè ſoſpitem ſeruet, vt me protegere, opuſq́; iſtud tueri valeas. Vale.

BERNARDINVS BENSIGNATVS IN LAVDEM AVCTORIS.

INclita Threicij diſcors concordia Vatis,
Et lapides flexit, flexit & vſq; feras.
Hæc pia ſed Sophiæ diſcors concordia, LIVI,
Mortales flectit, flectit & vſq; Deos.
Proh ſtupor; is fidibus Sophiam per Tartara duxit:
Tu Sophiam rutila tollis ad aſtra fide.

Fr. Benignus à Genua totius Ord. Fratrum Min. Obſ. S. P. N. Franciſci Miniſter Generalis.

CVm opus P. F. Liuij Galantis ab Imola noſtri Seraphici Ordinis Theolog. cui titulus eſt: *Chriſtiana Theologia cum Platonica comparatio, &c.* Patres eiuſdem Ordinis, quibus id commiſſum eſt, iam recognouerint, necnon in lucem prodire iudicauerint: Nos facultatem concedimus, vt typis mandetur, ſi ijs, ad quos hoc munus pertinet, ita videbitur.

Dat. Romæ in noſtro Aracœlitano Conuentu die 10. menſis Auguſti 1624.

Fr. Benignus à Genua M. Generalis.

EGo Fr. Ambroſius Saxius Bononien. Ord. Min. Reg. Obſ. Sacræ Theologiæ Generalis Lector Primarius Conuentus noſtri Annuntiatæ Bononiæ, vidi, perlegi, ac magna animi voluptate perluſtraui Opus R. P. F. Liuij Galantis noſtri Seraphici Ordinis Theologi, ac Philoſophi expertiſſimi, ab Imola, cuius quidem Titulus eſt, *Chriſtiana Theologia cum Platonica comparatio, &c.* & nedum orthodoxæ fidei, Theologicæ ſinceritati, ſacriſq; inſtitutis optimè conſentaneum reperi; verum grauiſſimæ, atque maximè proficuæ eruditionis, & plurium rerum magni momenti, necnon denuò excogitatarum inſigni breuitate, & claritate refertum inueni; ita vt omnibus tum humanarum, tum diuinarum litterarum cultoribus valdè profuturum iudicauerim, dignumq; omninò, quod in communem prouentum typis mandetur. In quorum fidem, &c.

Dat. Bononiæ ex prædicto Conuentu Annuntiatæ die 26. Septembris 1624.

Fr. Ambroſius qui ſupra manu propria.

LIber iſte, qui quidem inſcribitur, *Chriſtiana Theologia cum Platonica comparatio,* fuit à me Fr. Euangeliſta Sartonio, variarum litterarum profeſſore, Prouinciæ Bononiæ Patre, de mandato Reuerendiſs. noſtri P. Generalis, diligenti calculo ponderatus, & recognitus, ac eadem ratione approbatus, tanquam dignus, qui prælo, ſeu typis mandetur, vtpotè, qui varia doctrina eſt refertus, & multa ſapientia præditus, varijſq; floribus exornatus. In quorum fidem, &c. Dat. Annuntiatæ Bononiæ die 10. Decembris 1624.

Fr. Euangeliſta qui ſupra manu propria.

D. Homobonus de Bonis Pœnitentiariæ Rector, pro Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Card. Archiepiſcopo.

Imprimatur.

Fr. Hieronymus Onuphrius Romanus, Doctor Collegiatus, Lector publicus, ac ſanctiſs. Inquiſitionis Conſultor, pro Reuerendiſs. P. Mag. Paulo de Garrexio Inquiſit. Bonon.

Præcipuorum Patrum, & Theologorum Scholaſticorum, è quibus concinnatum eſt hoc Opus, Cathalogus.

Patres Græci.

Dionyſius Areopagita.
Io. Chriſoſtomus.
Io. Damaſcenus.
Gregorius Nazianzenus.
Baſilius Magnus.
Cyrillus Alexandrinus.
Cyrillus Hieroſolymitanus.
Arnobius.
Gregorius Niſſenus.
Theodoretus Cirenſis.
Clemens Alexandrinus.
D. Athanaſius.
Iuſtinus Martyr.
D. Epiphanius.
Photius Patriarcha.
Ephrem Syrus.
Iſidorus Peluſiota.
Origenes Adamantius.
Nicephorus Caliſtus.
Euſebius Cæſarienſis.

Patres Latini.

Magnus Tertullianus, & vetuſtiſſimus.
D. Auguſtinus.
D. Gregorius.
D. Ambroſius.
D. Hieronymus.
Venerabilis Beda.
D. Anſelmus.
D. Hilarius.
D. Iſidorus Hiſpalenſis.
Rupertus Abbas.
Cyprianus.
Irenæus.

Hæreſum impugnatores.

Philaſtrius Brixienſis.
Alphonſus Caſtrenſis.
Gabriel Prateolus.
Petrus Galatinus contra Hebræos.
Rubertus Bellarminus Cardinalis.

Patres Scholaſtici.

Petrus Lomb. Mag. ſent.
D. Bonauentura Seraphicus.
D. Thomas Angelicus.
Richardus de Media Villa.
Alexander Alenſis.
Scotus ſubtilium Princeps.
Durandus de Sancto Portiano.
Guillelmus Varro.
Henricus Gandauenſis.
Alphonſus Toſtatus.
Franciſcus Mayro.
Petrus Scotellus.
Gabriel Biel.
Ioannes Gerſonius.
Antonius Trombetta.
Antonius Andreas Arragonius.
Nicolaus Orbellus.

Platonicorum Auctorum nomina, quorum fide, & teſtimonio, hi libri conſcripti ſunt, & eorum principalia Opera.

Omnia Platonis Opera, nempè.
Eutyphron.
Socratis Apologia.
Crito, ſiue de eo, quod faciendum eſt.
Phædon, ſiue de Anima.
Cratylum, ſiue de nominum rectitudine.
Theætetus, ſiue de ſcientia.
Sophiſta, ſiue de eo, quod eſt.
Vir ciuilis, ſiue de regno.
Parmenides, ſiue de Ideis.
Philebus, ſiue de voluptate.
Sympoſium, ſiue de amore.
Phædros, ſiue de pulchro.
Alcibiades primus, ſiue de natura humana.
Alcibiades ſecundus, ſiue de oratione ad Deum.
Hipparchus, ſiue lucri ſtudioſus.
Amatores, ſiue de Philoſophia.
Theages, ſiue de ſapientia.
Charmides, ſiue de temperantia.
Laches, ſiue de fortitudine.
Lyſis, ſiue de amicitia.
Euthydemus, ſiue litigioſus.
Protagoras, ſiue Sophiſtæ.
Gorgias, ſiue de Rhetorica.
Menon, ſiue de virtute.
Hippias maior, ſiue de pulchro.
Hippias minor, ſiue de mendacio.
Ion, ſiue de Furore Poetico, vel de Iliade.
Menexenus, ſiue Epitaphius.
Clitophon, ſiue exhortatorius.
Timæus, ſiue de natura.
Critias, ſiue Atlanticos.
Minos, ſiue de lege.
De legibus.
Epinomis, ideſt legum appendix, ſiue Philoſophus.
De Republica.
Epiſtolæ, &c.

Nomina librorum Mercurij Termaximi, quorum auctoritates in hoc Opere citantur.

Hermetis Triſmegiſti de pietate, & Philoſophia.
Eiuſdem Pimander.
Sermo Sacer.
Clauis.
Quod immanifeſtus Deus, & manifeſtiſſimus eſt ad filium Tatium.
Quod in Deo ſolum Bonum.
In monte ſermo reconditus de regeneratione, & ſilentij profeſſione.
Cantio arcana, ſiue ſermo ſacer.
Quod maximum malum in hominibus eſt ignorantia.
Sermo vniuerſalis ad Aſclepium.
Mens ad Hermetem iuniorem.
De mente communi ad Tatium.
Sermo Crater, ſiue Monas.
Minerua Mundi ex ſacro libro cognominato.
De prouidentia, & fato ex libris ad Ammonem.

Ad

Ad eundem Ammonem de eadem materia.
De fato ea ſcripta ad Tatium.
Ad eundem de tempore.
Ad eundem de ſtellis.
De Anima ad Ammonem.
De intellectione, & ſenſu.
De energia, & ſenſu.
De morte ad plebem.
De ſimilitudine Naiorum ex Venere.
De veritate ad Tatium.
Quod nullum entium pereat.
Aſclepius totus ab Apuleio Mandaurenſe inſigni Platonico in latinum conuerſus.
De Sole, & Dæmonibus.
Ad Ammonium Regem.
Ad eundem de Anima à corporis paſſione impedita.
Ad eundem de bona fama.
Ad eundem Encomium Regis.

Nomina Antiquorum Platonicorum, quorum ſententias excerpſimus, & citauimus, & eorum opera.

Speuſippi definitiones.
Lucij Apulæij.
Metamorphoſeon.
Floridorum.
De Deo Socratis, & de Mundo.
Xenocratis de Morte.
Macrobij in ſomnium Scipionis.
Plotini omnia opera.
Porphyrij de occaſionibus, & cauſis nos ad intelligibilia ducentibus.
De abſtinentia animalium.
De Sacrificijs, & Magia, Dijs, & Dæmonibus.
Maximi Tirij ſermones Platonici.
Iamblici de Myſterijs Aegyptiorum.
Chalcidij in Timæum Platonis.
Syriani in tertiũ, tertium decimum, & decimum quartum Metaphyſicea.
Alcinoi de doctrina Platonis.
Pſelli de Dæmonibus.
Syneſij de ſomnijs.
Plutarchi de genitura illa in Timæo Platonis.
De quæſtionibus Platonicis.
De Socratis Dæmone, &c.
Priſciani Lydij in Theophraſtum.
De ſenſu, phantaſia, & intellectu.
Philonis Iudæi de Opificio mundi.
Georgij Gemiſti de virtutibus.
Maximi Procli de Theologia Plat. græcè ſcripti, nec latinitati donati, libri ſex.
Eiuſdem in Parmenidem Plat. libri ſex, græcè ſcripti, nec traducti.
Cõmentaria eiuſdem in primo Alcibiade, necnon compẽdium in Cratylo abbreuiatum, opera græcè ſcripta, nec impreſſa, nec latinitati redacta.
Commentaria in Timæum græca, & impreſſa.
Quæſtiones admirandæ in Rempubl. Plat.
Hermiæ in Phędrum gręcè ſcriptum Commentarium.
Olympiodorum in Philebum Gorgiam, & Phædonem græcè ſcripta Commentaria, ſed non latinè redacta, nec impreſſa.
Damaſcij quæſtiones, & ſolutiones de principijs græcè conſcriptæ, ſed non prælo datæ, nec latinè redactæ.
Theonis Smyrnei de Mathematicis Plat. opus græcè ſcriptum, ſed non latinè conuerſum. Et hæc de Antiquis, iam ad Neothericos.

Neothericorum Auctorum ſeries, qui Platonicam profeſſi ſunt doctrinam, & eorum opera.

Marſilij Ficini Theologia de immortalitate animorum, necnon cætera opera.
Ioannis Pici in orationem Dominicam Heptaplus.
Apologia.
De ente, & vno.
De hominis dignitate, &c.
Io. Franciſci Nepotis de humanæ, & diuinæ Philoſophiæ ſtudio.
Examen vanitatis doctrinæ gentium, &c.
Franciſci Patricij Senenſis de Republica, & de Regno, Regiſq; inſtitutione.
Sebaſtiani Fox j in Phędonem Plat. necnon in Rẽpub.
Beſſarionis Card. in Calumniatorem Platonis.
Franciſci Cattanei opera.
Iacobi Carpentarij in Alcinoi inſtitutionem, & eius defenſionem.
Auguſtini Steuchi de perenni Philoſophia.
Stephani Conbentij de Aſſenſu mentis in Deum.
Leonis Hebræi de amore, &c.
Franciſci Patricij Dalmatæ, auctoris iſtius operis, præceptoris colendiſſimi in Platonica Philoſophia.
Noua de vniuerſis Philoſophia.
Diſcuſſiones Peripateticæ, ac cætera opera.
Franciſci Piccolominei Præceptoris Auct. in Peripatetica Philoſophia, opera Philoſophica, & de rerum definitionibus.
Iacobi Mazzonij Cæſenatis Concluſionis, & de comparatione Plat. & Ariſt.
Chriſoſtomi Iauelli Philoſophia Platonica.
Stephani Theupoli Academicarum cõtemplationum.
Sebaſtiani Foxij de conſenſione Ariſt. & Plat.

Philoſophi Peripatetici in opere allegati Græci.

Ariſtoteles Stagirita Princeps Peripateticorum.
Alexãder Aphrodiſæus primus interpres inter græcos.
Simplicius.
Themiſtius.
Philoponus.
Euſtrathius.

Latini Ariſt. interpretes.

D. Thomas Angelicus.
Albertus Magnus.
Boetius Seuerinus.
Franciſcus Piccolomineus.
Iacobus Zabarella.
Benedictus Peretius.
Lucillus Philalthæus.

Arabes.

Auerroes Cordubenſis.
Auicenna Princeps.

Noſtri ſæculi Philoſophi Alexandri, & Auerroi ſequaces.

Petrus Pomponatius.
Simon Portius.
Hieronymus Cardanus.
Auguſtinus Niphus.
Sueſſanus.
Marcus Antonius Zimara.

Parte

Poetæ celeberrimi Græci.

Orphæus.	Pindarus.
Homerus.	Callimachus.
Sophocles Tragicus.	Heſiodus.
Phocilides.	Euripides.
Sybilla.	Cæcilius.
Aratus.	Empedocles.

Latini Poetæ celeberrimi.

Virgilius.	Staties.
Horatius.	Catullus.
Lucanus.	Tibullus.
Lucretius.	Propertius.
Ouidius.	Martialis.

Varij Scriptores.

Suidas.	Philoſtratus.
Iſichius.	Stobæus.
Xenophon.	Plutarchus.
Seneca.	

Philoſophi antiqui, & prophani Scriptores, in Opere allegati.

Ariſtoteles Stagirita.
Auerroes Cordubenſis.
Auicennas Princeps.
Suidas.
Xenophon.
Philoſtratus.
Ioannes Stobæus.
Seneca Moralis.
Plutarchus Cheronæus.
Alexander Aphrodiſeus.
Simplicius.
Themiſtius.
Philoponus.
Boetius Seuerinus.
Albertus re, & cognomento Magnus.
Iacobus Zabarella.

Noſtri ſæculi prophani Scriptores, Alexandri, & Auerrois ſequaces.

Petrus Pomponatius.
Simon Portius.
Hieronymus Cardanus.
Auguſtinus Nyphus Sueſſanus.
Marcus Antonius Zimara.
Archangelus Mercenarius.

PRÆFATIO OPERIS.

LICET in ore hominum, candidiſſime Lector, ſententia hæc paſſim verſetur, nihil eſſe dictum, quod millies non ſit prolatum; nihilominus ſemper laudibus extollendos illos putaui, qui aliqua ſcientia prædití, libros componere, eoſq in manus legentium ponere non dubitarunt. Sed ſi quis interroget, quid laudis iſti in hac re aſſequuntur? dicerem, ſine vlla mentis hæſitatione, quod primò otium malorum omnium ſcaturiginem fugiunt; ſecundò, quod virtutem pro viribus amplectuntur; tertiò, quod ea, quæ in varijs ſcriptorum libris diſperſa leguntur, & ab eis quaſi obiter dicta, in vnum volumen redigunt. Equidem dum hoc præſtare, nituntur maximam vtilitatem, non ſolum ſibi, ſed & alijs afferre videntur: vnde qui ſibi prodeſſe hac ratione, & alijs quamplurimum volunt, nullum laborem abhorrent, ac prætermittunt.

Ego igitur varia Theologorum, & Philoſophorum volumina voluens, ac in eiſdem aliqualem conformitatem in rebus diuinis comperiens, conducibile fore duxi, quæ ab eis ſparſim perleguntur, in vnum, compendioſè tamen, reducere locum; & ad hoc faciendum nulla me compulit neceſſitas, ſed mera voluntas; Videns inter Latinos Auguſtinum hanc conformitatem laudare, & cum eo multos alios, inter Græcos quamplurimos, qui reuera ſunt fama notiſſimi, & de quibus patet expreſſa mentio & in primo libro operis, & in proceſſu voluminis. Nec ab executione iſtius intentionis me retrahere potuere, & ex vetuſtiſſimis, & ex neotericis Scriptoribus, qui Platonem, & aſſeclas modo Hæreticorum Patriarcham, modo hæreſum ſeminarium appellare conſueuere; ſi quidem eorum ſententiæ in hac re penſiculatæ, & non diligenti calculo perpenſæ fuerunt à viris doctrina clariſſimis, tanquàm inſufficientes, non iniuria reiectæ. Non quod velint Platonem, & cum eo Mercurium Termaximum, ac cæteros tùm Caldæos, tùm Aegyptios, ac Græcos, Catholicos, & Chriſticolas; quoniam in eis nil aliud admiratione dignum illuxit, quàm lumen naturale, quàm mentis illuminatio, qua potuerunt, quaſi de longinquo, particulam noſtræ Theologicæ veritatis intueri; & hoc etiam ex diuina quadam gratia; & prærogatiua (vt videbimus de mente Sanctorum Patrum D. Auguſt. & D. Thom.) ſed nec ipſos, nihilo ſerius ità improbos voluere, vt occaſionem errandi circa noſtra dogmata prauis præbuiſſe Hæreticis dixerint, qui diabolica fraude potius decepti, quàm Ethnica doctrina imbuti, varios errores, innumera ſcandala in Eccleſia fideli, & diſſeminauere, & attulere. Et reuera ſi eo-

rum fraus ſano perſpiciatur oculo (vt per optimè animaduertit Doctiſſimus Beſſario Cardinalis) ortum ducit hæc à malitia iniquiſſimi ſeductoris, cum Hæreticus occaſionem errandi (vt diximus) ac cæteris errata ſequendi, etiam ex ipſo Euangelij fonte (vt per optimè notauit Beda Venerabilis, qui ſuper 15. Matthæi dicit omnium Euangeliorum loca apud Hæreticos, & peruerſos plena ſunt ſcandalis, vt in proœmio etiam diximus) deſumpſerit, & ex multis ſacris dogmatibus Eccleſiæ Sanctæ, vt puta ex D. Pauli Epiſtolis, & ex alijs ſacræ Scripturæ locis, ex quibus prauum hauſere ſenſum, & ſacrum, & ſincerum ex malitia conuerunt, & occultauerunt. Quà propter, exiſtimarunt multi & in Eccleſia præſtantes, & in ſacra doctrina celebres Platonem non eſſe damnandum tanquam Philoſophum Ethnicum; quinimò ſummè laudandum; cum melius cæteris philoſophatus ſit in rebus Theologicis: vt clariſſimè ſua dogmata oſtendunt, & cum propius accedat philoſophando ad ſcopum noſtræ inconcuſſæ veritatis.

In hoc igitur volumine in comparationem exhibentur ſua, & noſtra dogmata circa naturam Diuinam, Angelicam, Humanam, Mundanam, & Demonicam, *& ea, quæ conformitatem habent ex ſuis, ſummoperè laudantur tanquam ab Ethnico prolata fidei noſtræ lumine deſtituto: ea verò, quæ deformitatem, reijciuntur vt noſtræ doctrinæ contraria, & Chriſtiano lectore indigna; ne in pudendos hæreſum lapſus incidat, atq. emaculet, & eadem ratione animum perdat, vt multi ex antiquis fecere, qui parum ea ponderantes, ac vt vera tenentes, in ſuo errore perierunt.*

Multa, quæ poterant in eadem comparatione poni, reticuimus; vel quia ſunt ab alijs ex profeſſo poſita; vel quia ſunt parui ponderis, & momenti in hoc negotio. Nihilominus ne appareat hic noſter liber omninò imperfectus, hic labor incaſſus, hic infra ponimus Platonica multa de mente antiquorum, & recentiorum, quæ valdè ad inuicem poſſunt comparari cum noſtris.

Breues Conformitates quædam ex Mercurio.

ET vt à vetuſtioribus initium capiam, præter ea, quæ ex Mercurio Termaximo in progreſſu operis attulimus; vel circa Deum & vnum, & Trinum, nonne habemus maximam conuenientiam in prima rerum productione à Deo, à ſua omnipotenti manu?

Gen. 1. *Dixit Deus in Geneſi poſt omnium rerum, & hominis ipſius effectionem, animantibus terræ:* Creſcite, & multiplicamini, & replete terram.

Lib. de potentia, & ſapientia Dei. *Dixit Mercurius:* Deus verbo ſancto clamauit, pullulate: adoleſcite: propagate vniuerſa germina, &c. *multa.*

Cap. 1. Epiſtola. *Dixit Scriptura noſtra:* Ioannes erat lux vera, &c. Deus eſt lux, &c.

Ait Mercurius: Lux, & vita Deus eſt, & Pater, ex quò natus eſt homo, &c.

Prop. *Dixit Scriptura, tùm vetus, tùm noua, quod Deus Sanctus eſt, vnde clamat,* Sanctus, Sanctus, Sanctus.

Ait

Ait Mercurius: Sanctus Deus Pater omnium, *& hunc ſanctum iurè appellat in illa ſua ſatis praeclara oratione pluries, ac pluribus de cauſis.*

Dicit Script. vetus: Omnia fecit Deus in Numero, Pondere, & Menſura. Sap. 1.

Dicit Mercurius ad Titum. Sicut Deus eſt auctor omnium; ita in ordine, & Menſura fecit cuncta.

Dicit Scriptura noſtra apud D. Paulum: Quoniam ex ipſo per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Ad Roman. 11.

Dicit Mercurius. Diuina Natura, Diuinaq. Sapientia omnium eſt artifex, & cum ſit vna, omnia poteſt, & in ſe permanens omnia nouat.

Dicit Scriptura vetus: Cuncta, quae fecit Deus, erant valde bona. Gen. 1.

Dicit Mercurius: Nullum malum à Deo.

Dicit Scriptura tota noſtra, tùm Vetus, tùm Noua: Deus eſt bonus per eſſentiam: *Patres omnes & Graeci, & Latini.*

Dicit Mercurius: Eſſentia, Deus, Pater, bonum idem ſunt.

Dicit Theologia noſtra demum (vt quaſi innumera ſilentio praeteream, quae naturae veritati apparent vndequaq. conformia, vt videri poteſt in omnibus ſuis dyalogis reuera aureis) In Deo ſola eſt humana Beatitudo, & ſanctitas. *in Diuina eſſentia.*

Dicit Mercurius. In Deo ſola faelicitas. *Superuacaneum eſſet tandem omnia recenſere, quae videntur vel nihil, vel parum diſcrepare à veritate naturae Theologię Sanctę; vnde qui anxiè cupit ea legere, & admirari, pre manibus ſumat omnes ſuos Dyalogos, & preſertim illos, qui ex greco fonte, in latinum ſermonem fuere tranſlati à Doctiſſimo Franciſco Patritio preceptore noſtro, qui ordinè omnia ponit, &c.*

Breues aliae Conformitates Plat cum ſacris litteris ex Beſſarione Card. in calum. Plat. lib. 3. Cap. 3.

Magna admiratione afficitur Beſſario Cardinalis Theologus, & Philoſophus ſuę tempeſtatis celeberrimus, Quomodo ſ. Plato multa pronunciauerit, quę magnam ſimilitudinem preſeferũt cum ſacris literis, & c.

Dicit Scriptura: Ego Deus ſum primus, & poſtea ero.

Dicit Plato. Deus principium, finem, & medium rerum omnium cõtinet.

Dicit Scriptura. Rectitudines nouit facies eius.

Ait Plato. Hic rectè incedit.

Dicit Scriptura: Iuſtus Dominus, & iuſtitiam dilexit: & mihi vindictam, & ego retribuam.

Ait Plato: Hunc ſemper Iuſtitia ſequitur Vindex.

Dicit Scriptura: Poſt Dominum tuum ambulabis.

Ait Plato: Hunc, qui faelix futurus eſt, deuictus conſequitur.

Dicit Scriptura: Deus ſuperbis reſiſtit.

Ait Plato: Superbus à Deo deſeritur.

In his reuera vtriuſq: Theologię ſententijs magna ſimilitudo apparet, & conformitas; quinimmò ſola in verbis diſcrepantia, ſed in ſenſu, & in re eadem conſonantia.

Sed diligētiori calculo hanc ſymphoniam (obiter tamen) perſcrutatus eſt Iacobus Mazzonius, vir noſtrę tempeſtatis & doctiſſimus, & eruditiſſimus in pręludijs ſuæ admirabilis Compar. Ariſt. & Plat. qui cum vtroque Teſtamento magnam inuenit in Plat ſimilitudinem. Et vt aliqua afferam ex eo, quę hanc videntur redolere conformitatem; initium ſumam à primo primi Parentis piaculo, quòd peccatum

Secũdo Epiſtolarũ tomo. *originale in noſtra doctrina nuncupatur; & hęc partim ex quadam Epiſtola Marſilij Ficini ad Braccium Martellum deſumpſit, vel melius vterq. ex libris 10. 11. 12. 13. Euſebij Cæſarienſis de præparatione Euangelica, qui in hac re eſt maxima admiratione proſequendus; vtpotè, qui pręclaram Moſaicę, & Platonicę doctrinę ſymphoniam adducit, qua nititur probare, quod quęcunq. Plato dicit, & docet circa Theologica dogmata, hęc ipſa ex fonte Hebreorum hauſiſſe videtur; licet in multos poſtea lapſus ſit errores; vt poſtremò demonſtrat lib. 13. & vti melius in fine iſtius Cap. videbimus, fauente Deo.*

Gen. 1. *Vetus Scriptura, cui adhæret, tanquam ſincerę veritati, noua Euangelica, tenet omnia incommoda, tùm corporis, tùm fortunę, homini eueniſſe propter peccatum primi Parentis, quod hac de cauſa originale dicitur, faceturq. Adam in ſtatu naturę inſtitutę, ſiue innocentię potuiſſe non mori.*

In Char. *Plato itidem hoc videtur fateri in quibuſdam verbis in Charmide prolatis, ita vt minimè diſcors à noſtra doctrina appareat. Verba illius ſunt hęc:* Quod »
à priſtina quadam animorum noſtrorum intemperantia omnia mala tùm »
corporis, tùm fortunæ orta ſunt: Atq. ſi rurſus ipſa puritas animorum reſti- »
tueretur; immortalitatem quoq. reſtitui poſſe, non eſt cur dubitetur? »

Itidem in eodem veteri Teſtamento habetur, quod priſci Hebrei, de mente ſui
De legibus. *legislatoris, Vrbem ſuam in montibus voluere conditam: Plato quoq. ſuam ſtatuit per decem millia paſſuum à mari remotam in montibus; pro vt Hieroſolima ſtatuta eſt eorum Metropolis. Vnde hęc verba leguntur apud ipſum de legibus 11.* Fermè nanq. amice per decem millia paſſuum à Mari aberit hæc Ciui- »
tas, portumq. habebit quàm optimum, & agros, regionemq. fœcundiſſi- »
mam, &c. »

Vetus pariter, & noua lex morte puniunt atrociſſima relapſos ad falſam, & peruerſam Religionem, ſanciuntq. impios, coguntq. ſimplices ad rectè ſentiendum in vera Religione, & fide, iuxta illud Euangelicum: Exi in vias, & ſæpes, & compelle intrare, &c.

Hoc idem facit Platonica Sanctio, vt patet 11. de legibus; quod dogma, vt concors noſtrę Religioni, admirantur Doctiſſimi Patres.

Vetus

Vetus Scriptura in duodecim portiones (quas Tribus appellat) totum diuidit genus Iudaeorum; vt notum eſt.

Platonica ſanctio ſuum itidem diuidere videtur, quando dicit: In duodecim, quàm æqualiter fieri poteſt, vniuerſa regio partes partiatur, & ſorte vna Tribus vnam partem poſſideat, & duces ſingularum Tribuum eligantur.

Moyſes alpha ſapientum à ſumma vetuſtate in perſcribendis legibus, & à Diluuio initium aſſumit, geneologias priſcas enarrãs, homineſq; inſignes cõmemorans.

Plato eadem methodo vtens in condendis ſuis legibus antiquitates adducit & Græcorum, & aliorum; quinimmò & Diluuij ipſius expreſſam facit mentionem.

Moyſes à Diuina, ac ſacra doctrina deducto principio, forma viuendi ad illam relata, omnibus rebus præficere videtur Principes Sacerdotes viros reuera iuſtitia, & prudentia inſignitos, ac omni virtute præditos.

Plato hoc idem agere videtur; dum Rebus publicis Philoſophos omni laude dignos commendans, præficit tanquam Principes, & Paſtores.

Moyſes in legibus & addiſcendis, & obſeruandis inſtrui iubet in Exodo pueros illis verbis. Quæ ipſe tibi hodie præcipio in corde tuo, & in anima tua, & proponis ea filijs tuis.

Plato eadem ratione ab ineunte pueritia inſtituendos eſſe pueros præcipit in legum ſanctionibus, vt boni euadant viri veræ iuſtitiæ cultores.

Vetus Scriptura iubebat pueros, & iuuenes non alijs vti hymnis, & cantionibus, niſi eſſent à Spiritu ſancto dictati.

Plato hoc idem proponit poeſeos exemplar, vt ſ. ſit ſanctitate refertum, & non aliqua obſcænitate repletum; vnde quemadmodum ille, antequam vulgarentur, commitebat ſacros hymnos non omnibus, ſed quibuſdam viris probatis, Spiritu ſancto afflatis, vt illos viderent, corrigerent, probarent; & ſua autoritate legendos traderent, vel verſa vice reprobarent; ſi quid alienum à Spiritu ſancto inueniſſent in eis.

Sic Platonica ſanctio conſtituit ſeptimo de legibus, quod nemo Poeta quicquam edat legendum, vel canendum; niſi ſit authoritate publica comprobatum. Vnde verba illius clara ibi leguntur: Nemo Poeta præter Ciuitatis leges, & iuſta, vel honeſta, vel bona fingere quicquam audeat. Nec liceat, quæ compoſuerit, vlli priuatorum oſtendere, antequam conſtituti hac de re iudices legumque Cuſtodes viderint, & approbauerint. *Quæ verba, ſi rectè perpendantur, aliquid conforme Officio ſanctiſſimæ noſtræ Inquiſitionis præſeferre videntur.*

Et ſubdit, quod eſſet inſania hoc ſine reuiſione, & approbatione relinquere.

Inſaniremus enim & nos omnino, & Ciuitas omnis; ſi antequàm magiſtratus viderint, quæ compoſuiſtis, & dicenda ad Populum indicauerint admitteremini, &c.

Moyſes vetat Sacerdotes tempore ſacrificãdi vino vti in illis verbis. Vinum, & ſiceram non bibetis tu, & filij tui tecum; ne moriamini; Quoniam in teſtimo-

ſtimonij tabernaculum ingredimini, aut quando ad altare acceditis, &c.

Quod etiam Salomon admonet obſeruandum.

Plato itidem magiſtratui prohibet vinum eo tempore, quo Rempub. adminiſtrant; necnon Gubernatoribus, Iudicibuſque, & illi, qui deliberaturus in conſilium vocatus eſt. Quare de pœna pari ratione in hac re concordare videntur Diuinus, & Humanus legislator.

Moyſes Hebreum, Hebreo inſeruire indicat indecens, & inhoneſtum.

Plato Grecum Greco ſeruitutem preſtare in libris de Repub. prohibet.

Moſaica lex reddit peccata Parentum filijs vſq. ad tertiam generationem.

Platonica (quæ deprompta eſt ab illa) & ipſa vult, quod Patris peccatum non luant filij, niſi tamen quis mortis ſupplicium alicui deberet: hęc autem non ad filium, aut nepotem ſolum, ſed vſq. ad pronepotem procedat.

Moſaica in furto reddi quadruplum iubet, quæ .ſ. ablata ſunt in eo, cum occiſione, aut venditione, ſine autem, duplum.

Platonica vult, quod par ſit furtum reddi duplum, & plus, ſi acciderint ea; & ſi nō habet, in vinculis teneri furem, quouſq. aut reddat, aut aduerſariū placet.

Moſaica furem interficere alicubi latentem ait non eſſe homicidium.

Platonica ait nocturnum furem interficere licere, quod videtur coincidere cum lege ciuili noſtra, quæ expreſſè dicit, Quod ſi quis furem nocturnum interfecerit non tenetur, &c.

Moſaica clamat contra preſules populi, ne ſe ipſos paſcant, ſed oues ſibi commiſſas à Domino, illis verbis. Paſtores Iſrael, an Paſtores ſe ipſos paſcunt? &c.

1. de Rep. *Platonica quaſi hęc interpretans, ait:* Nunc Tranſimache, illud dicendum, » Paſtoris eſſe pingues, quàm maximè poteſt, pecudes reddere. Tu autem di- » cebas non ad ouium vtilitatem, ſed ad ſuam, iſtud ſibi faciendum, &c. »

Exod. c. 20. Num. c. 34. *Moſaica prohibet (& iure) homini hominem interimere in illis verbis:* Qui » percuſſerit hominem volens interficere, morte moriatur. »

De legibus 11. & 9. *Platonica hoc idem non iniuria damnat in illis verbis:* Si quis voluerit, cogi- » taueritq. amicum hominem ex his, quos prohibet lex, interficere, vel neca- » uerit, aut nec interficere potuerit hunc remota omni miſericordia non ali- » ter, quam ſi vita priuaſſet, dare cædis ſupplicium cogemus, &c. »

Exod. c. 22. *Moſaica prohibet, nedum nocumentum tradere viduis, & pupillis, ne res execranda cōmittatur, in illis verbis:* Viduæ, & pupillo non nocebitis, ſi læſeritis » eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum, & indignabi- » tur furor meus, percutiamq. vos gladio, & erunt vxores veſtræ, & filij veſtri » pupilli, &c.

Platonica parum ab hac diſſimilis id reponere videtur in Tutoribus pupillorum in illis verbis: Primo Deos ſuperos timeat, qui de puerorum deſolatione » curat, &c.

Hec, & alia, que breuitatis cauſa omittimus, ſunt, que videntur magnam

reddere

reddere ſymphoniam legentibus inter dogmata legalia Legislatoris, & præſtantiſſimi Philoſophi Platonis.

Prætermittimus multa, quæ fuere ab eo relata admodum ſimilia præceptis Decalogi, vt hinc, inde ex varijs eius Dyalogis erui poteſt. Nunc reliqua percurramus, quę videntur habere eandem conformitatem cum ſacris litteris, & præſertim cum nouo Teſtamento, quę reuera, vt admiranda, ſunt ſcitu digniſſima.

Omnem virtutem, & omne donum conſequutum fuiſſe hominem à Deo, prædicat tota ſacra Scriptura tùm vetus, tùm noua, tanquam à Patre vniuerſi, qui Pater luminum dicitur à D. Iacobo. Can. Epiſt.

Omnem virtutem in primis Dei donum appellat Plato in Menone; nam Socra- In Men.
„ *tes illic hęc habet expreſſa verba,* Omnis virtus à Deo proficiſcitur, & non om-
„ nino hominis viribus comparatur, *quę ſententia ratione ſolida confirmatur ibi.*

Fidem eſſe neceſſariam ad ſalutem, tota clamat Theologia; quoniam ſine fide impoſſibile eſt placere Deo. Autoritates ſunt innumeræ, quas referre ſuperuacaneum eſſet.

Fidem, & credulitatem quandam in rebus quibuſdam certis neceſſariam eſſe
„ *homini, teſtatur Plato his verbis:* Cęterum hiſce de rebus ijs credendum eſt,
„ qui nos tempore pręceſſerunt, vt ipſi met teſtantur à Dijs oriundi, maiorum-
„ que ſuorum haudquaquam ignari. Fieri ergo nequit, vt Deorum filijs non
„ credamus. Quanquam nec ſignis vtantur, nec vllis neceſſarijs demonſtra-
„ tionibus. Credendum itaq. eſt illis veluti lege adducti ſimus ea credere, quæ
„ ipſi tanquam ſibi, & domeſtica ſe nuntiare teſtantur, &c.

Quid clarius dici poteſt de fide maiorum credentibus neceſſaria non ad ſcientiam humanitus acquiſitam, ſed ad ſalutem diuinitus comparandam?

In Gorgia hoc idem Socrates prodit, dum de punitione malorum verba facit his verbis.

„ Hæc ſunt illa Callicles, quæ mihi auditu ſolo accepta credo equidem eſſe
„ veriſſima.

In primo de legibus item iubet nullum iuuenem inquirere in ea, quę à maioribus priſcis ſcripta ſunt, his alijs verbis, ſed fide ſincera accipi tanquam veriſſima.
„ Vobis quidem tametſi, quæ ad leges pertinent, ſatis confecta iam ſint, hæc
„ tamen vna legum optima lex inſtituatur, vt nulli, qui pardo ſit iunior, quęrere
„ liceat, quę in legibus à me ſcriptis, vel benè, vel perperàm ſe habeant, ſed vna
„ voce, vnoq; quod dicitur ore, omnes bene ſe habere omnia fateantur, &c.

In his nimirum pijſſimi Philoſophi verbis magna apparet conformitas cum noſtra Theologia circa neceſſitatem fidei maiorum; & hęc iudicio omnium non tendunt ad aliud, quàm ad humanam ſalutem. Sed ad quid amplius eſt immorandum in demonſtrando conformitatem Platonicam, & conſenſum cum vtroque teſtamento, cum aduentum Meſſię cognouerit, licet perobſcure de eo verba fecerit in Alcibiade 2. vt alibi dictum eſt? Cognouit (inquam) Philoſophus pietate inſignis

Chri-

Chriſti apparitionem in carne, vel per lectionem ſacrorũ librorum, vel per reuelationem, quod manifeſtè illa verba teſtantur: Eatenus acquieſcendum eſſe pręceptis ſuis, donec ſacratior aliquis, quam homo, in terris appareat, & quem omnes ſequantur. *Quid clarius, quid cõformius dici poteſt veritati fidei noſtrę?* „

Cognouit itidem non ſolum veritatem humanę immortalitatis, ſed futurę Beatitudinis certiſſimam habuit ſpem; quod eſt humanę conditionis, & naturę verum complementum; quodquè clarè indicant illa verba in Gorgia prolata; quæ ſunt.
In Gor. Qui iuſtè, ſanctæq; vixit, cum poſtquam mortuus fuit, in Beatorum inſulas „
profectum abſq. vllo incommodo ſumma in Beatitudine viuere. „

Non minus habere videtur illam charitatem erga proximum, quæ tantoperè commendatur apud Chriſticolas, & quæ multoties prædicata fuit à Chriſto Domino, vt conſpicuè apparet in Euangelica Hiſtoria. Nam quid aliud volunt illa
Beſſar. Cardin. in Cal. Plat. *verba clarè prolata in Republica, Quod omnia debent eſſe communia? Aufer Mulierum communitatem (quæ tamen trahitur ad bonum ſenſum à quibuſdam, à Patribus ſ. poſitiuis, & ſcholaſticis) illa nil aliud redolet, niſi ſummam charita-*
Clem. Alex. in ſtrom. l. 3 Hen. Gand. col. 4. *tem in proximum. Quam in Critone ſic clarè exprimere videtur.* Affert ne (in- „
quit) turpitudinem iniurianti, & dedecus iniuria; an non? Affert inquit; „
nullo igitur pacto iniuriari oportet: Fateor inquit nec ergo ēt læſo referenda „
iniuria eſt, vt multi putant; Quoniam nullo pacto iniuriandum eſt, & quo- „
niam malefacere nihil aliud eſt, quam iniuriari; non oportet malè alicui fa- „
cere, etiam ſi innumerabilia mala perpeſſus ſit, &c. „

Nec reuera maximum charitatis ſpecimen videntur pręſeferre, & congruere apparet, cum illis verbis Regalis Prophetę: Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam ab inimicis meis inanis, & *rurſus*, cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus, &c.

Hanc eandem charitatem liquidò demonſtrat in Gorgia, & alibi, vt libro de legibus. Vbi non modo hanc videtur cõmendare, ſed ad humilitatem videtur homines adhortari, ita piè, vt potius Chriſtianus concionator, quam moralis, & Ethnicus orator, & Philoſophus appareat. Verba ſunt ſumma pietate plena.

Deus igitur à Priſcorũ ſermone accepimus, cum principium, finem, & „
mediũ rerum omniũ contineat, rectè omnia natura perfectius determinat, „
cui sẽper adhæret iuſtitia ſecura vltrix eorũ, qui diuinam legem contẽnunt, „
quam qui ad Beatitudinem erigitur humiliter ſeruat. Si quis autem arrogan- „
tia elatus, pecunijs, aut dignitatibus effertur, vel fortuna corporis iuuentæ „
amentia incertus, animum deturbat, & quaſi nullo principe, ac Duce indi- „
gens, ipſe alijs poſſe ſe præſtare, arbitratur, is derelictus à Deo, vniuerſa „
cum ſodalibus ſuis perturbat, & multis magnus quidem videtur, breui au- „
tem diuinitus deiectus ſe ipſum, domum, patriamq. ſuam ſimul euertit, &c. „

Hæc omnia verba, ſi rectè perpenduntur, cum illa ſententia eiuſdem Prophetæ pſalmographi concurrunt. Confregit in die iræ ſuæ Reges, *vel melius cum illa*

in

in Cantico B.V. expreſſa, Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles. &c.

Sed fortaſſis quis dicere poſſit, quod vtiq. Plato multa aſſeruit in ſuis legibus condendis veritati diuinarum legum ſacræ veteris Scripturæ ſimilia, & conſonantia, ſed ea ab illis ipſe deſumpſit, & in ſuam transtulit Philoſophiam; cũ multas, cauſa addiſcendi, peragraſſet Prouincias, multaq. legiſſet ſcripta diuerſarum nationum, & præſertim Hæbreorum, ex quibus, &c.

Idcirco non eſt mirum, ſi multa conſentanea protulit illius veritati; cum multi doctrina excellentes, & autoritate inſignes, vt Euſebius, Theodoretus, & alij hoc pro firmo, & indicarunt, & ſcripſerunt; vt clarè videri poteſt in eorum Operibus. De præparatione euãgelica. De curat. Græc.aff.

Reſpondetur hoc totum eſſe putamus verum, & indubitatum, cum autoritate tantorum virorum innitatur; ſed quod non omnia potuit videre Plato, nos ſubiungimus; Et quod hoc verum pateat, quid dicemus ad illud, quod reuera eſt ſumma obſeruatione reſpiciẽdum? Quod hic Philoſophus magna pietate plenus, ſe ipſum alicui examinanti ſubijcit, vt illi reddat ante actæ vitæ rationes, ad hoc vt ab eo corrigatur, ſi præter vſum rectæ rationis ipſam traduxerit? Hæc clara patẽt verba in Lachete circa hanc veritatem à Nitia prolata. Ignorare videris quid quicunq. ſermone quaſi genere propinquat Socrati illiq. diſputans hæret, licet de alio quoq. cęperit diſputare, cogitur tandẽ Socratis verbis adductus, ſuæ vitæ reddere rationem, quæ ſit præſentis, quæ ante actæ vitæ conditio, & poſtquam in hæc incidit non prius eum dimittit Soc. quàm cuncta hæc ſufficienter examinauerit, &c. In Lachete.

Hæc nimirum videntur aliquid præſeferre conſentaneum auriculari noſtræ confeſſioni, quæ à Chriſto Domino fuit inſtituta cum alijs Sacramentis ad hominem perfectè reformandum, & dirigendum in via veræ ſalutis, &c.

Hoc Platonicum examen ab eodem in eodem loco, ita laudatur. Neque enim obeſſe puto, vt in memoriam reducatur, ſi quid vel non rectè fecerimus, vel faciamus; Immò verò neceſſe eſt, eum, qui hæc non refugit, cautiorem in poſterum fieri, &c.

Præterea, vt ad hæc opera facienda ſint homines prompti, & magis parati; eiſdem cuſtodes tradit diuinos in Critia, qui videntur aliqualem ſimilitudinem habere cum noſtris Epiſcopis, & Sacerdotibus, vel Inquiſitoribus, qui hominibus præſunt, & vt rectè viuant in Chriſtiana Religione, ſuper eos, tanquam ſuper gregem, inuigilant.

Habet hæc verba in Critia, poſtquam prouincijs eos præeſſe dixerit. Cæterum iudicijs iuriſq. fortibus ſua quiq. ad votum ſuſcipientes, curanteſq. ſingula, Regiones habitandas diſpoſuerunt: hoſq. veluti greges ipſorum, poſſeſſioneſquè, & armenta nutriuere, hoc, tunc excepto, quod corporibus corpora cogere noluerunt, quemadmodum plagis pecora, iumentaq. paſtores ſolent. At verò tanquam docile, & obediens animal, quaſi ex pup-

pe nauem agilem dirigentes perſuaſione pro gubernaculis vtebantur, eaq; animam attingebant, & pro arbitrio ſuo, ita ducentes mortale genus omne gubernabant.

Hæc (inquam) aliqualem ſimilitudinem videntur habere cum cuſtodibus, & gubernatoribus Chriſtiani gregis, cum concionatoribus homines dirigentibus in viam ſalutis æternæ; quæ omnia indicauit conſentanea, nedum ſacræ noſtræ Doctrinæ ipſe Magiſter Sententiarum, & cum eo celeberrimi interpretes, & præſertim D. Thomas ſacræ Theologiæ principale columen.

2. ſent. diſt. 21. p. 1. qu. 113.

Quid dicemus ad illud, quod vult Pietas Chriſtiana, quod vir iuſtus propter iuſtitiam patiatur perſecutiones & contumelias, vt Chriſtus Dominus, & Apoſtoli, qui pro nomine ipſius tot perpeſſi ſunt flagella, & mortem ipſam, vt nobis relinquerent patientiæ, & humilitatis exemplar? Quid dicemus inquam? niſi quod de penu concordat cum illa ſententia Plat. alibi allegata, quod vir iuſtus nullis neq. verberibus, neq. mortibus à Iuſtitia, & à veritate euelli poſſit?

Magnam quoque ſimilitudinem videtur habere cum Chriſtiana excõmunicatione illa reiectio, quam tangit iſte Philoſophus lib. 9. de legibus. Maximam illam, quam de ſimulacris Deorum pariter tangit de legibus 12. quas omnes conſiderantes Chriſtianæ Theologiæ excellentiſſ. Doctores, & præcipuè Chriſoſtomus Iauellus doctrinę D. Thomæ fidiſſimus aſſecla, & clariſſimus Philoſophus, cũ magna admiratione eaſdem commendarunt. Quid pari modo dicemus ad illum orandi ritum, quem præſcribere videtur in 2. Alcibiade in illis verbis. Iuppiter Rex optima quidem nobis, & vouentibus tribue, mala autem poſcentibus quoq. abeſſe iube? *nil aliud, niſi quod magnam ſimilitudinem gerant cum multis collectis, quibus vtitur in dies Eccleſia ſancta ad poſcenda ſuffragia.*

In Oeconomica Chriſtiana.

Quid ad illum modum deprecandi Deum, quo vtitur Socrates in Phædro, ad poſtulandam veram ſapientiam quotidie?

Nil aliud verè, niſi quod habet magnam conformitatem cum orationibus paruis, quas legit Eccleſia noſtra ſancta vel in ſacrificijs quotidianis, vel in alijs Diuinis officijs, ad aliquas virtutes impetrandas, vel ad opes, & ſanctitatem obtinendas, dum ait. Da quæſumus, præſta quæſumus, concede quæſumus. *Ex his nimirum precationibus innuitur, quod Plato aliquo pacto cognitionem veri Dei habuit; quod ſcriptum reliquit in Epiſtola magna ad Dionis amicos.*

Epiſt. magna.

Fabile nullo modo eſt, ſed ex multa inhæſione, inhærentiaq. vt ità dixerim, circa rem ipſam, & vitæ integritatem repentè, quaſi ab igne accenſum lumen animo innaſcatur, quod ſe ipſum alit.

Hæc verba (ni fallor) nos inſtruere videntur, quod veri, & ſummi Dei haberi poteſt firma cognitio, non modo via motus, via veritatis, & bonitatis, vt oſtendit Plato de legib. in Parmenide, & in Repub. (prout videbimus in 2. lib.) ſed etiam, quod hæc obtineri poteſt via inhæſionis, inhærentiæq. per ſpecialem illapſum

lapſum ſui diuini luminis in animum purum, & ab omni labe purgatum; Unde canit Pſalmograph. Vacate, & videte, quia ego ſum Dominus. & prædicat Saluator apud Matt. Beati mundo corde, quia ipſi Deum videbunt, &c. Suo loco pariter videbimus, Quomodo cognitionem habuit mundi exitij, & conſummationis ſeculi, quinimò aliquo modo carnis reſurrectionem, & futuri iudicij euentum præmiſſum habuit. Pſal. 45. Math. 5.

Non minus caruit cognitione terræ illius ſuper cæleſtis, quæ iuſtorum debebat eſſe perpetua manſio, & æternum habitaculum; quam quidem peroptimè deſcribit in Phedone, quæ itidem ab eo fit multis pretioſis lapidibus ornata; vt canit Eccleſia in Hymno Vrbs Ieruſalem Beata, & vt dicit Iſaias, qui à Domino Spiritu ſancto imbutus protulit. Ecce præparabo tibi carbonem lapideũ, & ponam pinnacula tibi ex Iaſpide, & fundamenta ex Saphiro, & circuitũ ex lapidibus electis. Quare ex his concludere poſſumus ipſum Plat in multis maximam habere ſimilitudinem cum ſacris litteris tùm veteris, tùm noui Teſtamenti, idcircò ex conſequēti concludimus eius lectionem non eſſe hominis Chriſtiani indignam. prout dixere multi Patres ſanctitate, & doctrina clariſſimi, ac multi alij Doctores, & vetuſti, & neoterici, ex veteribus præter eos, quorum menſionem fecimus alibi. Euſebius Cæſarienſis eſt maxime obſeruandus, & hac ratione admirandus, quippè cum melius, & vberius conſenſum Moyſis, & Platonis, quam cæteri patres, ex profeſſo prodeat, & pronunciet lib. 11. 12. & 13. Euangelicæ præparationis ſi quidem quinam clarius hanc conſenſionem pronunciat circa ipſius Dei ineffabilitatem, & vnitatem, quam ipſe cap. 8. & 9. eiuſdem libri vndecimi? nemo reuera: ſemper offerendo verba, & ſententias vtriuſq. de verbo ad verbum, quas hic referre nos ſuperuacaneum duximus, cum iam de omnibus ferè mentionem fecimus paulò ſupra. Quis melius de Verbo diuino, de bono, de Ideis, de Angelis tùm bonis, tùm malis, de animæ immortalitate, de mundi exordio, de cęli luminaribus, de eiuſdem mutatione? nemo dubio procul, nemo (inquam) explicatiore ſermone tractat, de mortuorum reſurrectione, de cęleſti terra, & de iudicio futuro eiuſdem 11. lib. à cap. 10. vſq. ad 19. De obſeruantia legum poſtea, de Gaudijs Paradiſi pariter horum concordię expreſſam facit mentionem lib. 12. cap. 1. & 3. de afferenda veritate cap. 4. de iuſto cap. 5. de ſerpentis fraude cap. 6. ac etiam per modum ioci, de extractione mulieris ex latere viri cap. 7. de primo hominum vita cap. 8. de collocutione ſerpentis, & Euę cap. 9. eiuſdem libri.

Mitto quomodo etiam in ordine ſcribendi, vult quod ſint concordes, in exordiendo à pietate in Deum, leges incipiant, & in eiſdem à pueritia obſeruandis iuuenes exerceant cap. 10. 11. & 12. ac denīq. in multis putat eos eſſe concordes ad regimen Ciuitatis, familię, & ſui ipſius ſpectantibus, & non modo Moyſen cum ipſo Platone hanc concordiam moliri aſſerit, ſed etiam ipſummet Sapientem, quare, &c.

Hęc ſunt (prǽter ea,quę in proceſſu operis à nobis in comparatione ponuntur) quę poſſunt colligi hinc, inde ex multis viris Doctiſſimis ad mentem Platonis, noſtrę ſacrę doctrinę conſentanea. Hęc ſunt quę animum meum impulerunt ad hoc opus texendum, & elucubrandum; ad hoc vt melius veritas verè fideliſq. doctrinę habeatur, errores autem propulſentur, & reijciantur, qui propter defectum luminis fidei in doctrina Ethnica reperiuntur. Accipe igitur candide Lector opus, quale ſit, & ſi aliquid fructus ex eo capies; mihi ſanè gratum, & periucundum erit; ſin minus; me habeas excuſatum, illud enim dedi in manus legentium, quod ex imbecillitate ingenij mei potui. Si plus potuiſſem: plus dediſſem.

Vale.

LIBER PRIMVS QVI EST PRAELVDIVM OPERIS

In quo ſpectantur iudicium, & cenſura vniuerſæ Philoſophiæ Platonis, quæ circa Theologica Dogmata verſatur ex ſolidiſſima ſanctorum Patrum tùm Græcorum, tùm Latinorum doctrina eruta; qua quidem facilè approbantur, & reprobantur eiuſdem Philoſophi ſententiæ, ſecundum quod pugnant, vel communicant, cum indubitata veritate Chriſtianæ ſapientiæ, ſiue Diuinæ Theologiæ.

PLATONEM cæteros Philoſophos Pietate, & Religione ſuperaſſe non eſt cur dubitetur? Nam qui eius opera accuratè, & ſummo ſtudio perluſtrarunt, hoc indubitãter confeſſi ſunt, & non ſolum hi, qui chriſtianam profitetur religionem; ſed etiam omnes, qui vllam amplexati ſunt ſectam, nec ad vnam tanquam ad ſacram (vt aiunt) anchoram ſe ſe tenuerunt, hoc fateri non dubitarunt. Hinc eſt, quod in primis B. Auguſtinus Eccleſiæ Doctor celeberrimus, & Philoſophus maximus aſſerebat Platonem, & Platonicos per paucis mutatis non modo Chriſtianis comparari poſſe, ſed aptè, & facilè cum eis conciliari; vt patet de vera Religione. Graue teſtimonium, & dignum excellentiſſimi viri, qui inter Eccleſiæ ſanctæ proceres primarium locum tenet, quiq; ſinceræ veritatis extitit ſinceriſſimus Iudex.

Sed antequam deueniamus ad teſtimonia probantia eius pietatem, & Religionem tùm ſancta, tùm Etnica, dicamus compendiosè, quid à Geneſi, ab incunabulis, & à pueritia ad hæc inclinationis traxerit; prout elicitur ex Laertio, & Ficino.

Naſcitur Athenis ex Perictiona fœmina pulcherrima, & honeſtiſſima illius temporis, vxore Ariſtonis, poſt Troiæ excidium anno ſeptingenteſimo quinquageſimo ſexto, à fundatione Romanę Vrbis tercenteſimo tertio, ante Auctoris ſalutis aduentum in carne, quadringenteſimo vigeſimo tertio: & in eius Natali, & genitura, omnia concurrunt, quæ hominem Illuſtrem rerum diuinarũ indagatione, & ſcientia, nec non eloquẽtia reddere poſſunt.

Cultores Aſtrorum diligentiſſimi, vt Iulius Firmicus, Policrades, & cum eis Ficinus, illi nẽpè, qui ſedulo calculo ſydera obſeruarunt, & de illis iudicium tradunt, fatentur in eius Geneſi, ipſum

in

in Aquario horoſcopãte habuiſſe Martem, Mercurium, ac Venerem; in ſecunda verò Domo in Piſcibus Solem, in quinta Lunam in Geminis, in ſeptima in Leone Iouẽ, in nona Saturnum in Libra; quæ (iudiciariæ aſſertoribus ijſdem Aſtrologis) faciunt natum mirabiliter eloquentem, ac aptum addiuina arcana intelligenda, & ob id talem ſe demonſtraſſe per totum vitæ curſum.

In incunabilis pariter ferunt apes mellificaſſe in eius labellis, & per ſomnium Socratem vidiſſe in ſuo gremio Oloris pullum plumeſcentem, ac cantum dulciſſimum edentem; quæ omnia diuinitatis, & futuræ eloquentiæ Platonis præſagia erant.

Mox Puer effectus, ac rationis vſu pollens, poeticæ ſub Dioniſio prius ſe dedit, deinde Philoſophiæ ſedulam operam nauauit ſub Socratis diſciplina; multas poſt hæc perluſtrauit Prouincias, cauſa addiſcendi, & ardore ſciendi accenſus; vſus eſt Præceptoribus in peregrinando Cratilo Heracliti diſcipulo, & Hermogene; Megaræ Euclide in rebus Mathematicis, nec nõ in eiſdem Theodoro; in Italia Phelolao, & Archità Pythagoricis; in Aegypto Sacerdotibus, & Profetis, ita vt D. Aurelius Auguſtinus de illo opinionem, etiam Hieremiam Prophetam ipſum audiuiſſe, habuerit per aliquod tempus; ſed diligenter, & feriò re conſiderata, mutauit propoſitum, & ſe re-
2. lib. tractauit (vt videri poteſt apud ipſum de doctrina Christiana) vbi prius hãc expreſſit, ſed in libro retractationum
Lib. 8. errorem correxit; quod etiam de Ciuitate Dei patet, ad quendam ſcribens his verbis.

» *Vnde nonnulli putauerunt eum, quando perrexit in Aegyptum, Hieremiam audiſſe Prophetam, vel ſcripturas Propheticas in eadem peregrinatione legiſſe: quorum quidem opinionem in quibuſdam libris meis poſui. Sed diligenter ſupputata temporum ratio, quæ chronica hiſtoria continetur, Platonem indicat, à tempore, quo prophetauit Hieremias, centũ fermè annos poſtea natum fuiſſe. Qui cum octoginta, & vnum vixiſſet ab anno mortis eius, vſque ad tempus, quo Ptolomæus Rex Aegypti ſcripturas Propheticas gentis Hebræorum de Iudæa poposcit, & per ſeptuaginta viros Hebræos, qui etiam Græcam linguam nouerant, interpretandas, habendasq́ curauit, anni fermè ſexaginta intercesſerunt. Quapropter in illa peregrinatione ſua Plato nec Hieremiam videre potuit, tanto ante defunctum, nec eaſdem ſcripturas legere, quæ nondum in Græcam linguam tranſlatæ fuerant, quæ ille pollebat: niſi fortè, quia fuit acerrimi ſtudij, ſicut Aegyptias, ita & iſtas per interpretem didicit, non vt ſcribendo transferret, quod Ptolomæus pro ingenti beneficio, qui Regia poteſtate etiam timeri poterat, meruiſſe perhibetur, ſed vt colloquendo, quid continerẽt, quantum capere potuiſſet, addiſceret.* »

Ex his conijci poteſt, nequaquam illum Hieremiæ fuiſſe auditorem. Eſt tamen conſentaneũ dogmata illa Aegyptiacæ Philoſophiæ illum ebibiſſe, quod etiam vetuſtiores Hiſtorici primo, & Ficinus poſtremò fatentur.

In iuuentute poſtea cæteris exemplum, & admiratio fuit, modeſtus, ſobrius, & à libidinis incitamentis prorſus alienus, verecundus, vt nunquam viſus ſit, niſi modicè ridere, quod eſt magnæ grauitatis argumentum. Diligens in docendo, & ſine præmio: Vndè multos enumerauit diſcipulos, qui quidem & eloquentię, & ſapientiæ fructus alijs poſt eius obitum dederunt. Multos ſcripſit libros (ò vtinam omnes extarent) in quibus, & vitæ corrigendæ monumenta, & diuinarum rerum abdita dedit, & patefecit, placido, & eleganti ſtylo, ex illa diuina Philoſophia, quam ex columnis Mercurij didicit (vt Auctor eſt Iamblicus eius aſſecla de myſterijs Aegyptiorũ cap. 2.) Cap. 2.

&

&ex illa, quàm ex Præceptorum traditione ſibi cum gloria comparauit, fuit tanta ſapientia præditus, vt, fama per totum vagante orbem, auidiſſimi confluerent Athenas auditores, cauſa ipſum audiendi; Fuit tantæ autoritatis apud non ſolum Græcos, ſed etiam Romanos; vt Cicero non dubitauerit dicere; *Malo cum Platone errare, quam cum cæteris rectè ſentire*, Fuit acumine diſputandi ſubtiliſſimus, & promptitudine eloquendi aptiſſimus; ita vt Quintilianus ſecurè proferre auderet. *Quis dubitat Platonem eſſe præcipuum, vel acumine diſſerendi, vel eloquendi facundia diuina quadam, & Homerica?* Fuit innocentiſſimæ vitæ; quia sēper mulìebria ſpreuit, & vilia omnia quæ ſolent animum luxu implere, & ipſum ab exercitio contemplationis auertere. Fuit etiam magnæ charitatis erga alios, & præcipuè erga præceptorem Socratem, quem sēper maximo in honore habuit; immò multas cumulauit pecunias, vt ipſum è carcere liberaret, dum ibi poculum veneni conſtantiſſimæ expectabat; quod non poſtea effecit, quia ipſemet noluit liberari, nec redimi. Caduca ſemper neglexit, & quæ mutationi, & corruptioni obnoxia, dicens, diuina ſolum eſſe permanentia, & vera, illaq. potius veriſimilia. Abhorruit maximè dignitates in Republica, & honores, & in domo, facultates, quas omnes fratribus eſt elargitus præter ſuburbanū Academiæ prædiū, quod tenuit, vt ibi philoſophari poſſet; immò reſpuit multoties pecunias ſibi à Principibus oblatas, & præcipuè à Dionyſio Syracuſæ Tyranno, & potius libros petebat; Vnde ille dicere ſolebat frequenter, Ariſtippus ſemper pecunias petit, Plato autem libros. Gratias Deo ſemper agebat; vndè poterat conijci eidem gratum non parum fuiſſe. Cauillosam Philoſophiam ſummoperè deteſtabatur, & Sophiſtas à Republica arcendos aſſerebat; quos Caupones, & venditores ſcientiarum appellabat; Veritatem tādem ſummoperè amabat. Vnde D. Hieronymus dicit: *Plato Egyptum, & Archytam Tarentinum, eamque oram Italiæ, quæ quondam magna Græcia vocabatur, laborioſiſſimè peragrauit; vt qui Athenis magiſter erat, & potens, cuiuſque Academiæ nomine gymnaſia perſonabant, fieret peregrinus, atque diſcipulus, malens aliena verecundè diſcere, quàm ſua imprudenter ingerere, &c.*

Multas paſſus eſt anguſtias, & perſecutiones in nauigando, à Piratis captus (quod etiam D. Hieronymus ipſe paulò poſt atteſtatur) venundatus eſt, & tamen crudeliſſimo Tyranno pepercit captiuus, quia fuit magna ſufferētia præditus. Pythagoræ dictis indubitatam fidem præſtabat in rebus diuinis; in Ciuilibus autem Socrati præceptori. Prouidentiam Dei homines defendere affirmabat; animas immortales omninò prædicabat, ac eas defendebat; bonorū præmia, malorum pœnas fore dicebat; vnde D. Aug. dicit Chriſti autoritatem omnibus anteponendam, rationem autem cur ſic agendum ſit apud Platonicos reperire ſe dicit, libro contra Academicos, quod ſacris Chriſtianorum litteris non repugnet. Alibi etiam, ideſt libro confeſſionum affirmari non dubitat, ſe in eius ſcriptis proœmium D. Ioannis Euangeliſtæ adinueniſſe. Omitto alia multa in laudē celeberrimi Philoſophi ab eo vociferata, hinc inde in ſua doctrina à ſancto Doctore annotata, prout paulò infrà, Deo fauente, videbimus. Omitto etiam ſentētias aliorum Ethnicorum de ipſo prolatas, Ciceronis, nempè, Apulei, Quintiliani, Labeonis, Plinij, & aliorum, quarum aliquas paulò ante tetigimus; qui quidem Semideum, Philoſophorum Patrem, veritatis amatorem, Dei ſummum cultorem appellant, extollunt, & admirantur.

D. Auguſt. lib. contra Acad.

Qui

Qui de ipſo omnia diffusè intelligere cupit, quæ diximus, eius vitam à Ficino ex profeſſo ſcriptam legat, & Beſſarionis Cardinalis ſcripta in calumniatorem Platonis conſideret lib. 1. Sed quia propoſitum noſtrum in hoc Opere eſt demonſtrare ipſum omnibus præſtantiorem, & quod melius ipſe alijs Philoſophatus ſit de Deo, de intelligẽtijs, de animis, ac deniq. de omnibus ad Religionem ſpectantibus; ideò teſtimonia ad pręſens adducere ſanctorum Patrum in confirmationem veritatis tentabimus, quibus omninò eſt acquieſcendum.

In cal. Plat. lib. 1.

Iam, quæ D. Aug. partim dixerit paulò ſupra adduximus; nũc quid D. Dionyſius Areopagita Chriſtianæ noſtræ Theologię Coriphęus ſentiat, enarremus. Quid Euſebius de eo, quid Cyrillus, quid Theodoretus, quid Clemens Alexandrinus, quid Arnobius, quid Lactantius, quid tandem Patres, & Græci, & Latini nobiſcum ſentiant, & in quanta admiratione, ac veneratione tàm pium habuerint Philoſophũ, ponderemus.

DIONYSIVS, qui non modò ſententias, ſed verba ipſa Platonis videtur afferre, & qui ſtatim Pauli prędicatione ex Philoſopho Platonicæ ſectæ excellentiſs. Theologus adeò ingẽs efficitur, vt neminem ante ſe excellentiorẽ relinquat, excepto Paulo, & Apoſtolis, dicebat Platonica dogmata, ſacris litteris nõ repugnare; vnde in ſuos libros ea aſſumere non dedignatus eſt, ità vt Ficinus eum appellet Platonicæ diſciplinæ culmen, & Chriſtianæ Theologiæ columen, & alibi Platonicæ Theologiæ facilè Principem.

In Com. myſticæ Theol.

NVMENICVS Pythagoricus (ne hũc ſub ſilentio tranſeã) dicebat: Quid .n. Plato eſt, niſi Moyſes Attica lingua loquẽs? Hic autem Moyſes erat Theologus, & Propheta, vt autem nonnulli, ſacrarum legum interpres. Quod autem Moſes alpha ſapientum fuerit ſummus Theologus ſcimus; nã laureã doctoratus ab ipſomet Deo in Monte Syna ipſum ſuſcepiſſe ſatis clarũ eſt; quod aũt Propheta itidem; nam Propheta, vel eſt rerum, quæ iam fuerunt, vel earum, quæ ſunt, vel quæ poſtea erunt; rerum, quæ fuerunt; ipſe eſt, qui mundi ſtructuram, & opificium Dei, ante ipſum innumeris annis factum, ſpiritu diuino plenus, deſcripſit; rerum exiſtẽtium fuit Ioannes; qui videns à longè Saluatorem, exclamauit, *Ecce Agnus Dei*, &c. rerum tãdem, quæ euenturæ ſunt, Prophetæ ſunt omnes, qui ante Meſſiam vixerunt, & eius natale, miraculoſam vitam, & paſſionem indixerunt cœleſti ſpiritu afflati.

Ficinus lib. 8. Epiſt.

Poſt Dionyſium IVSTINVS Ieſu Chriſti Martyr, & Theologus de Platonis diuinitate, hæc ſcripta reliquit: *Etenim Plato perinde ac cœlitus deſcẽderit, atque ea, quæ ſurſum ſunt, accuratè didicerit, & peruiderit omnia, ſummum Deum in ignea eſſentia eſſe dicit.* Alibi etiam Philoſophorum Principem eum appellat, & iuremeritò.

CLEMENS Alexandrinus, de eadem ei ſtipulatur his verbis: *Sic itaque veri amator Plato veluti à Deo incitatus dicit, &c.* Strom.

ARNOBIVS vir magnæ auctoritatis, & doctrinæ apud Chriſticolas, qui poſt Chriſtũ natũ anno tercenteſimo iã decurſo ſcripſit, videtur ſuperioribus ſubſcribere tali ſententia. *Plato illę Diuinus multa de Deo digna, nec cõmunia ſentiens, multitudini in eo ſermone, ac libro, cui nomen Timei inſcribitur, Deos dicit, & mundum corruptibili eſſe natura, neq. eſſe omninò diſſolutionis expertes, ſed voluntate Dei, Regis, ac Principis vinctione in perpetua contineri.* Lib. 1.

Idem Arnobius, hæc alia, alibi ſubiungit: *Platoni apertior de Deo de rebus ipſis, & nominibus oratio eſt; & quæ tota eſſet cæleſtis; niſi perſuaſionis ciuilis, nonnunquam*

quam admixtione ſordeſceret; Platoni itaq. in Timeo Deus eſt; ipſe ſuo nomine mundi parens, artifex animæ, cæleſtium, terrenorumq. fabricator; quem & inuenire difficile prædicat, & incredibili poteſtate; & cum inueneris, in publicum dicere impoſſibile; profitetur eadem ferè, & iſta, quæ noſtra ſunt; nam & Deum nominamus, & parentem omnium dicimus, & nunquam publicè niſi interroganti prædicamus.

Quid clarius in confirmatione diuinitatis tanti viri; & conformitatis cum ſacra noſtra Doctrina? quid excellentius dici poteſt? hæc omnia illa verba poſtea D. Philoſophi in progreſſu Operis ſunt à nobis longa ſeriè declaranda, pro nunc ſufficiat, quæ ab Arnobio in teſtimonium noſtræ intentionis ſint allata dicamus.

Lib. 1. c. 5. LACTANTIVS eiuſdem Arnobij diſcipulus à magiſtro nequaquā diſcordans, de eius ſapientia ſic clarè fatetur; *Plato, qui omnium ſapientiſſimus iudicatur, monarchiam planè, apertèq. defendit; nec æthera, aut rationem, aut naturam, ſed vt eſt, Deum nominat: Ab eo Mundum hunc perfectum, atq. mirabilem eſſe fabricatum, quid ſublimius dici poteſt de Dei eſſe, & eius opificio?*

Libro 5. de Cur. THEODORETTVS itidem Cirenſis libro de Curatione Græcarum affectionum talia profert notatu digniſſima ad hoc propoſitum: *Ego ad Platonem oratione mea tranſibo, vehemēter enim hominem, laudo, qui in ijs, quæ ad mundi finem pertinent, proxima nobis ſic loquutur.*

Alibi probāt ipſum cæteris rectius de anima ſenſiſſe, ſecus autem de Ariſt. videtur ſentire, quæ verba non affero, ne videar Ariſt. velle ſuccenſere; omitto poſtea, quomodo fateatur ipſū omnes alios Philoſophos eloquentiæ copia obruiſſe, & compoſitæ orationis ornatu cunctos ſuperaſſe, & quomodo omnibus Philoſophis in omni ſcientiarum genere ſit ipſe anteponendus.

ITERVM alio loco demonſtrat, ipſum veritatis ſummum cultorem eſſe ijs verbis. *Audiſtis, viri Græci, maximū Philoſophorum Muſices conſcios, ac Geometriæ, cæterarumque huiuſmodi facultatum appellantem Philoſophaſtros, ac eos, qui tradendæ veritatis ſunt profeſſores Philoſophos nuncupantem.*

ALIBI cum nominat maximū Philoſophorum, & alio in loco laudat ipſum hoc modo. *Neq. autem Plato non eodem modo ſe geſſit, ſunt .n. laude prorſus, & admiratione digniſſima, quæ de ente Deo is in Timeo ſcripſit, & aliquā, quæ in eo libro ſunt ſcripta de verbo ad verbum affert, quæ pariter à nobis ſuo loco erunt declaranda ſecundum propoſitam intentionem.* Ide Theod. ibidem.

Tandem alio in loco prodit ipſum in quibuſdam noſtro ſermone conſentaneum valdè his verbis. *Age verò nunc videamus, quid de his quoq. rebus ſenſerint Græci Philoſophi. Inueniemus .n. D. Platonem, nonnulloſq. alios, qui Platonis Philoſophiam ſectati ſunt, ſermoni noſtro admodum conſentaneos.* Lib. 11.

Quid amplius laudis dici poteſt ab hoc doctiſſimo, & pariter ſanctiſſimo viro de Platone?

Sed videamus quid encomij protulerit D. AVGVSTINVS ſacræ Theologię Corypheus, & in Philoſophia Platonica excellētiſſimè verſatus. Sanctus Doctor libro 8. de Ciuit. Dei à cap. 1. vſque ad 13. ſummis laudibus extollit Platonē ſuper alios Philoſophos: vnde præter ea, quæ in vniuerſali de eo protulerit, & ad aures ipſius ſupra locutus eſt; magis explicitè de eo laudabiliter ibi loquitur, vbi Theologicè magis loquitur: hęc igitur dicit c. 1. *Varro Theologiam naturalem vſq. ad mundum iſtum, vel eius animā extendere potuit. Plato, & Aſſecla ſupra omnem animæ naturam confitētur Deum, qui mundum viſibilem non ſolum, ſed omnem etiam animam fecit; & qui rationalem, & intellectualem, cuius generis, vt humana eſt participatione ſui luminis incommutabilis, & incorporei beatam facit.* Aug. lib. 8. c. 1.

IDEM cap. 4. *Fortaſſis, qui Platonem cæteris Philoſophis gentium longè, recteq.* Cap. 4.

prælatum, acutius, atq. veracius intellexiſſe, atq. ſecuti eſſe fama celebriore laudātur, aliquid tale de Deo ſentiunt, vt in illo inueniatur, & cauſa ſubſiſtendi, & ratio intelligendi, & ordo viuēdi, quorum trium vnum ad naturalem, alterum ad rationalem, tertium ad moralem partem intelligitur pertinere.

Cap. 5. IDEM cap. 5. *Si ergò Plato Dei huius imitatorem, cognitorem, amatorem dixit eſſe ſapientem, cuius participatione ſit beatus; quid opus eſt diſcutere cæteros, quorum nulli nobis, quam iſti propius acceſſerunt.*

Eodem cap. *Non ſolū ergo iſta, quæ duæ Theologiæ continent; fabuloſa .ſ. & ciuilis, Platonicis Philoſophis cedant; qui verum Deum, ac rerum Auctorem, & veritatis illuſtratorem, & beatitudinis largitorem eſſe dixerunt. Sed alij Philoſophi quoq. cedant his tantis, & tanti Dei cognitoribus veris.*

Cap. 6. ALIBI iterum. *Viderunt ergo iſti Philoſophi, quos cæteris, non immeritò, fama, atq. gloria prælatos videmus, nullum corpus eſſe Deum: & ideò cuncta corpora tranſcenderunt quærentes ſummum Deum, & cætera, quæ ſequuntur.*

Cap. 7. IDEM modo alibi. *Hi verò, quos meritò cæteris anteponimus, diſcreuerunt ea, quæ mente conſpiciuntur ab his, quæ ſenſibus attinguntur. Hæc ſenſibus adimentes quod poſſunt, nec eius dātes, vltra quam poſſunt. Lumen autem mentium eſſe dixerunt, ad diſcenda omnia, eundemq; ipſum Deum, à quo facta ſunt omnia.*

Cap. 8. Hinc ſubiungit alibi: *Cedant igitur hi omnes illis Philoſophis, qui non dixerunt beatum eſſe hominem fruentem corpore, vel fruentem animo, ſed fruentem Deo.*

Cap. 9. ITERVM cap. 9. ſcribit: *Platonem determinaſſe finem boni eſſe ſecundum virtutem viuere, & ei ſoli euenire poſſe, qui notitiam Dei habeat, & imitationem, nec eſſe aliam ob cauſam beatum.* Ideoq. non dubitat hoc eſſe philoſophari AMARE DEVM; quod dictum rectè concordare videtur, cum primo Decalogi præcepto, vt alibi videbimus.

Ibidem. Poſt hæc omnia tādem dicta ſubdit. *Quicunq. igitur Philoſophi de Deo ſummo, & vero ita ſenſerunt, quod & rerum creatarum ſit effector, & lumen cognoſcendarum, & bonum agendarum, & quod ab illo nobis ſit principium naturæ, & veritas doctrinæ, & fœlicitas vitæ, ſiue Platonici nuncupētur, eos omnes cæteris anteponimus; eoſque nobis propinquiores fatemur.* & cætera multa notatu digna, quæ in laudem doctrinæ Pietatis, & Religionis D. Platonis ab eo decantantur, quæ ſi omnia pro virili noſtra enarrare velimus; nimis in longum protraheretur oratio.

Aliquis forſan non benè pro parte Platonis ſentiēs, dicere audebit ipſum Auguſtinum antequam Chriſtianam Religionem profiteretur, Platonicum ex profeſſo extitiſſe; & ideò noluiſſe eius ſcripta damnare poſtea, ſed ea laudare; cum in verba magiſtri (vt aiunt) iuraſſet, & pro ſuo conatu cum noſtris componere. Ego pro hac parte in tutela ipſius dicerem eiuſdem authoritate fretus, priuſquā Chriſtianus eſſet Auguſtinus, omniū Philoſophantium ſcripta eum & vidiſſe, & ponderaſſe, & deinde, quæ ſibi veritati magis conſona, & pietati viſa ſunt, elegiſſe; vnde ad hoc confirmandum hæc verba notentur in eodem lib. de Ciu. Dei expreſſa. Cap. 10.

Elegimus Platonicos omnium Philoſophorum meritò nobiliſſimos; propterea, quia ſapere potuerunt, licet immortalem, ac rationalem, vel intellectualem hominis animam, niſi participato lumine illius Dei, à quo & ipſa, & mundus factus eſt, beatam eſſe non poſſe.

Ex his verbis poteſt cōſiderari, quod prius Doctor iſte ſanctus vidit, de hinc elegit hanc Philoſophorum ſectam cæteris rationi rectæ magis cōſentaneam; factus deinde Chriſti Domini aſſecla, & eius doctrinæ diſſeminator, & ſcriptor, non modò viſa, & electa in Platone dogmata colluit; ſed cum ijs, quæ in lectione ſacræ paginæ reperijt, comparauit, ac in multis ea ad inuicem conciliauit, vnde his verbis exclamauit, vt pauló ſupra tetigimus.

Per-

De vera Relig. c. 13. *Perpaucis mutatis Platonici Christiani eſſent*, & in eodem lib. de Ciu. Dei, *quæ autem dicat eſſe principia, tanquam Platonicus nouimus: Dicis enim Deum Patrem, & Deum Filium, quem græcè appellant paternum intellectum, vel paternam mentem, de Spiritu autem ſancto, aut nihil, aut non apertè aliquid dicis.* Et hæc de D. Auguſtino dicta ſufficiant.

IRENEVS inter Latinos Patres ſatis celebratus, vt Hæreticorũ propulſator acerrimus, hæc in laudem Platonis
Cap. 45. profert lib. cõtra hæreſes 3. cap. 45. *Quibus Religioſior Plato oſtenditur, qui eundem Deum & iuſtum, & bonum confeſſus eſt, habentem poteſtatem omnium, & ipſum facientem iudicium, ſic dicens; & Deus quidem, quemadmodum & vetus ſermo, eſt initium, & finem, & medietates omnium, quæ ſunt, habens, rectè perfecit ſecundum naturam circumiens, hunc autem conſequitur iuſtitia vltrix in eos, qui deficiunt à lege Diuina.*

In oratione adhort. CLEMENS Alexãdrinus eſt eiuſdem ſententiæ cum ſuperioribus Patribus in oratione adhortatoria ad gentes circa pietatem, & Religionem Platonis; nam exclamat ſemel amore, &
Contra Iulianum. beneuolentia in Platonem plenus. *Vnde nam, o Plato veritatem cõijcis, vnde nam abunde ſuppeditata rationũ copia, pietatem, & veram Dei cultum vaticinatus es? &c.* Ex his apparet eum Platonẽ pium, & Religioſum exiſtimaſſe.

CYRILLVS Alexandrinus quoq; in multis multùm laudis adſcripſit Platoni, & minus, quam cæteri, ſua dicta interpretari videtur, & præcipuè exponendo illa verba in Timeo ſcripta de difficultate inueniendi Deum, & inuentum cæteris prædicandi; quæ verba, & interpretatio vobis ſuo loco cõſideranda exhibentur. Ideò pro nunc ne videamur prolixitati ſtudere, ea omittimus.

Quid igitur poteſt dici de Platone, niſi quod cæteris Philoſophis ſit iure meritò anteponendus, in omnibus quidem, ſed præcipuè in his, quæ ad Diuinitatem, pietatem, & Religionem pertinent?

Aliquis forſan poſſet, inſurgendo contra Platonem, dicere, quod non eſt mirum eum ita ſcire de his, quæ ad Religionẽ ſpectant, cum ipſe præmanibus in peregrinatione ſcripta Prophetarum ſumpſerit, legerit, & in ſua tranſtulerit, quæ ei viſa ſunt, necnon etiam voce eorundem vſus fuerit, Philoſophi autem cæteri nequaquam. Ego pro parte Platonis, & pro veritate ipſa dicerem, quod verum eſt, quod multi Philoſophi & illius, & alterius tempeſtatis etiam, poterant Prophetarum & ſcripta legere, & voces audire: attamen ea neglexerunt, eo quia defectum probationis in eis adinuenerunt, quam ſummè in aliorum ſcriptis obſeruabant; ideò ea nugamenta, deliramenta, fictiones exiſtimabant, vt legitur de Ariſt. qui videns D. Legiſlatoris librũ de Mundi genitura dixit; Hic homo multa dicit, ſed nihil probat. Plato autem Diuinus ſecus fecit; nam peregrinando quæſiuit præceptores, & ſcripta, & hęc legit, illos audiuit; ideoq; philoſophãdo eis vſus, meritò & Diuini nomen obtinuit: quod non faciens Ariſtoteles potius nomen Dæmonis ab illa poſteritate captauit. Non eſt mirum in Platone, niſi quomodo inter multos præceptores, & multa ſcripta, ſola pro ſuo philoſophandi ritu ea ſcelegerit, quæ ad ſalutem hominis vera, & indubitata ſint; licet parum ea proficua eidem forſitan acciderint.

Quod Plato multa ex iis Prophetis pro ſe acceperit, extant teſtimonia fide digniſſima tùm Hebræorũ ante Chriſtum, tùm Patrum Chriſtianorum poſt ipſum, in primis apud Clemẽtem Alexandrinum legitur Ariſtobolum Iudæũ hæc expreſſiſſe verba in hoc propoſito. *Secutus eſt noſtras quoque leges Plato, & ſatis apertè oſtendit ſe eorum, quæ in eis dicuntur fuiſſe admodum ſtudioſum.*

" *Ante Demetrium autem, priuſquam rerum*
" *potirentur Alexander, & Perſæ, verſa fue-*
" *rant in exitu ex Aegypto, & quæcunque eis*
" *inſignia & facta erant, & apparuerant, &*
" *regionis quæſita poſſeſſio p vim, & omnium,*
" *quæ lata ſunt, legum deſcriptio: adeò vt cla-*
" *rum ſit antedictum Philoſophũ multa ex eis*
" *ſumpſiſſe; fuit .n. multa doctrina præditus.*
" *Sicut enim Pythagoras multa ex noſtris trã-*
" *ſtulit in ſuorum dogmatum traditionem.*

Apertè coniicitur non ſolum Platonem, ſed etiam Pythagoram ſapientiſſimum multa ex ſacris litteris arripuiſſe, quod eis potius imputari debet ad gloriam, & laudem, quam ad inſipientiam, & ad vitium.

CLEMENS idem ex ſua ſententia, poſtea quàm exclamando verba, quæ paulò ſupra attulimus, expreſſiſſet. *Vnde nam ò Plato,* &c. ſubdit. *His, inquit, ſunt ſapientiora barbarorum genera. Noui tuos magiſtros o Plato; & ſi eos celare velis. Geometriam diſcis ab Aegyptijs; Aſtronomiam à Babilonijs, rectas, & ſanas incantationes accipis à Tracibus. Te etiam multa docuerunt Aſſirij; leges autem veræ ſunt, & de Deo Optimo ſuppeditata tibi ab Hebrais.*

Non eſt igitur adſcribẽda vitio, ſed virtuti Plat. ſi Hebraica quædam cum laude atripuit, & alios ea ſequi præcepit, & mãdauit; quia ſignum eſt, quod ea, vt diuina ſibi à Deo reuelata cognouit lumine naturæ, & non fidei.

Hæc ſũt, quę Patres noſtri tùm Græci, tùm Latini de D. Platone ſcripta reliquerunt, & omnes vnanimiter, & pari conſenſu pro ſua laude protulerunt. Signum euidentiſſimum, quod D. Philoſophus fuit nõ ſolum ſemper ſolidus, & conſtans in doctrina reuera diuina, ſed quòd de Diuinitate, Pietate, & Religione melius cæteris ſenſerit Philoſophis; cum magis ipſum ad verã Philoſophiam acceſſiſſe conſtet tantorum virorum auctoritatibus.

Patres contra Plat. Exaduerſo multi reuera Ariſtotelicis dogmatibus imburi, & ſuæ doctrinæ nimis addicti, poſſunt inſurgere, vt Platonis oſores (admiſſis iã tantorum Patrum auctoritatibus) nec viderentur velle Theologorum iudicia infringere, & dicere, quod multa etiam dixere contra eiuſdem dogmata, quæ conſpicuè contraria videntur eſſe noſtræ ſacræ Theologiæ, & quod hac de cauſa, ab eiſdẽ fuere iure meritò, reiecta, & damnata; ſed quod ego ſolummodo prolata in fauorem eiuſdem Philoſophi adduxi, illa verò reticui, vt Platonicæ doctrinæ nimis amicus. Igitur ob hanc rationem par eſſe duxi, ſententias illorum recenſere, quæ videntur multa, aſſerta à Platone, non iniuria damnare, tanquam non conſentanea Chriſtianæ Pietati; & loca dumtaxat adducam, non autem ſententias de verbo ad verbum prolatas; ne noſtra nimis in longum protrahatur oratio, quæ tædium legentibus afferat.

LACTANTIVS Firmianus, qui ſapientiſſimum Platonem ſecundum aliorum iudicium ſupra commendauit; eundem & accuſat, quod cõmunia omnia ſtatuat, & præſertim mulieres. Quod quidem dogma peſſimũ, & omni damnatione digniſſimũ, prædicat tanquam omnis criminis fontem, & fomitem, vt potè, quod eſt omnium exterminium. Libro 3. de falſa Relig. c. 21 & 22.

EVSEBIVS Cæſarienſis, cùm & ipſe, miris laudibus extuliſſet Platonem, & eundem conformem in multis magis protuliſſet ſacræ Scripturæ veteri (vt alibi à nobis tangitur) tandem eundem carpit, & non iniuria in multis, & præcipuè quod de Deo incõſtanter ſit locutus, quod non rectè de Dæmonibus ſentiat, quod prauè philoſophetur circa animæ originem, compoſitionem, & ſubſtantiam, quod iniquè eiuſdẽ tranſmigrationem teneat, quod malè circa Cœlum opinetur, ſed quod peſſimè prædicet illam mulierum communitatem, quæ tantoperè damnatur, & non perperam, non ſolum ab Ariſt. in Politicis, ſed ab omnibus Patribus orthodoxis, & Græcis, & Latinis; ac De præp. Euãg. lib. 13. cap. 8. 9. 10. 11. 12. & 13.

de-

demum, quod benè non ſentiat circa leges humanas; quas quidem ipſe ſuo Marte videtur ſancire lib. de legib. &c.

In ſct. Apoſtol. cap. 21 hom. 4.

D. IOANNES Chriſoſtomus acrè carpit Platonem, & ipſe, quod ſumma iniuria tranſmigrationem animarũ approbet; & quod illam mulierum communitatem ſtatuat; nec non earũ exercitium commendet, circa arma deferenda: quod quidem dogma eſt maximè reprobandum, non ſolùm penes Chriſticolas, ſed apud cunctas Mundi nationes.

Contra hæreſes lib. 1. to. 1.

EPIPHANIVS eandem tranſmigrationem de corpore in corpus in Doctrina Platonica eadẽ ratione damnat, nec non confeſſionem multitudinis Deorum, poſitionem primæ, ſecundæ, & tertiæ ſubſtantiæ in triade Diuina, circa productionem primæ materiæ, in qua re ſibimet eſſe contrarium fatetur.

Lib. 5. to. 1. & lib. 3 o.

Eundem reprehẽdit circa animæ æternitatem à parte ante, & circa illam ab omnibus damnatam mulierum communitatem, &c.

In cap. 26. Gen. hom. 14.

ORIGENES celeberrimus, & vetuſtiſſimus vtriuſque Teſtamenti interpres, cùm prius laudaſſet Platonem, & Mercurium, quod vnũ Deum, qui cuncta creaſſet per verbum, poſuiſſent; ac eoſdem legibus veteri, & Euangelicæ in multis conformes iudicaſſet; reprehendit poſtea eundem circa trãſmigrationem animarum è corporibus in alia corpora, ſequentem in hoc Pythagoræ vanam imaginationem.

Cõtra Celſum lib. 1.

Lib. 1. contra Cicilianum.

D. CYRILLVS Alexandrinus, tametſi prius laudibus exornet Platonem, quod in Confeſſione vnius Dei, & in ineffabilitate ipſius peroptimè ſentiat in Timeo; nihilominus eũdem tacitè accuſat in myſterio ſanctiſs. Trinitatis, dum ait Arrianos Platonizare, quod eſt dubiò procul ſumere cauſam ſui erroris in hac quippe re à Platonis dogmatibus. Carpit eundem, quod in illa comparatione, quæ fit à multis inter illum, & Moyſen, non benè cum eo conueniat. Quod Mundum animal perperam appellet in Timeo. Quod det, & committat Dijs minoribus facultatem creandi. Quod Angelos natura mortales, opificis verò voluntate immortales ſtatuat. Quod circa Ideas allucinetur, dum non ſimplices notiones, ſed eſſentias per ſe exiſtentes eaſdem ponat. Quod demũ eaſdem Ideas tribuat Mundo Archetypo, quem vocat Plato Idealem, &c.

Eod. lib. 1. per totũ hęc pia amat.

De mod. in diſputando ſeruanda.

D. GREGORIVS Nazian. reprehendit Platonem, *quod vt vir ſumma eloquentia animos alliciat præſtigijs* (verba hæc ſua ſunt) *noſtram Eccleſiam plagis Aegyptiorum hoc eſt prauis dogmatibus impleuerit, quæ pernitioſè irrepſerũt in ea*, &c.

De Theol. orat. 3.

Damnat illam ſimilitudinem Solis ad ſenſibilia, ſcilicet illum ſe habere ad ea, vt ſe habet Deus ad intelligibilia; nam ſicuti ille oculos illuſtrat, ſic Deus mentes, &c.

In Iulianũ orat. 1.

Deſtruit tandem illam Platonicam Ciuitatem, quæ in verbis (ait ipſe) ſita eſt, non autem in re.

Lib. de Hæreſibus.

D. IOANNES Damaſc. carpit Platonem in quibuſdam etiam, ſed præſertim, quod tria ſtatuat rerum principia, Deum .ſ. materiam, & ſpeciem; quod protulerit Mundum vtiq. ortũ habuiſſe, ſed quod non ſit finem habiturus.

Quod anima careat principio, & quod hac ratione reuera ſit immortalis, & æterna.

Quod Mulieres debeant cum cæteris eſſe communes; vnde poſſint ad libitum viri cum qualibet ſe miſcere, ipſa tamen volente.

Quod animarum detur tranſmigratio ad Beſtias cuiuſcũq. ſpeciei ſint, &c.

Quod dentur multi Dij ex vno, vel ab vno pendentes, & ſimilia.

De incarnatione Verbi.

D. ATHANASIVS reprehenſione dignum exiſtimat Platonem, qui ex præexiſtẽte, ingenitaq. materia Deum feciſſe omnia arbitretur, & quod hac de cauſa iure non poſſit appellari conditor, ſed artifex; cum eandem præſuppo-

ponat

ponat in opere faciundo, ad inſtar artificum mortalium; vtpotè fabri lignarij, & ferrarij, qui aliunde neceſſariò ſumunt ſuarum artium vim, & facultatem, nempè à ligno, & ferro; & ſic videtur velle, quod Deo adimat omnipotentiam, & proprietatem, quæ ſolius eſt Dei .ſ. creandi.

Oratio contra gentes. Reprehendit, quod licet fuerit in magna admiratione apud gentes, vt celeberrimus in Diuina Philoſophia vir, nihilominus, quod acceſſerit cum Socrate Præceptore ad Pireum cauſâ adorandi ſimulacrũ Dianæ; quod quidem crimen eidem non iniuria impingi poteſt; cum ipſe ſcribat ſolummodo vni vero Deo ſacrificandum eſſe, eundemq́; ſolum adorandum.

Quæſtio, & reſpõſio ad Græcos. D. IVSTINVS Philoſophus, & Martyr, accuſat Platonem, tanquam ponentem (& perperam) Deo contrarium .i. malum, cum iure nihil Deo ipſi debeat ſtatui malum contrarium.

Ibidem. Reprehendit eundem, quod ridiculè ſtatuat cum Pythagora Metempſicoſim, hoc eſt animarum transmigrationem, necnõ in multis circa animam. Ad Græcos cohortatio. Quod erret circa reminiſcentiam, vt in Menone aſſertum, & probatum eſt.

Ibidem. Quod licet multa à Moyſe ſit mutuatus; nihilominus eiuſdem myſticam phraſim non ſatis intellexerit: in multiſq́; alijs contra ipſum inuehitur.

Lib. de anima. D. GREGORIVS Niſſen. D. Baſilij magni frater damnat Platonem circa animarum migrationem cum cæteris, & eandem portionẽ animæ vniuerſalis mundanæ ipſum tenere autumat contra veritatem Chriſtianæ Religionis.

Libro 4. ARNOBIVS cum in laudem Platonis ea protuliſſet lib. 2. de Deo ſummo digna à nobis paulò ſupra allegata, eiuſdem reminiſcentiam alibi acrè explodit lib. 1. contra gentes.

De curatione græc. affec. lib. 3. D. THEODORETTVS Cyrenſis Epiſcopus in multis (vt tactum eſt) laudibus non paucis extollit Platonis Philoſophiam, ſed eandem damnat in multis etiam cum alijs, & præſertim, quod in ſtatuẽdo ſuam Rempub. Poetas ab ea expellat, & præcipuè Homerum Poetarum principem, cuius mentem multoties nihilominus ſecutus eſt, & quod parum ſibi conſtans in Timeo ex oppoſito dicat Poetis eſſe credendum ſine vlla contradictione, quamquam nec ſignis, nec demonſtrationibus neceſſarijs ad faciendam fidem vtantur ipſi; Carpit eundem de mundi fabrica, eundem pariter inconſtantiæ ei impingendo errorem. Lib. 4. de curat.

De curatione græc. aff. sec. ibid. Damnat, quod non penitus vetuerit ſimulacra Deorum fieri ex lignis, & metallis, eiſdemq. adorationis cultum exhiberi. Sed hoc tamen illum feciſſe autumat Athenienſium metu Areopagitarum, vnde à culpa videtur illum liberare.

Ibid. de curatione. Accuſat, quod *licet multa protulerit Apoſtolicæ, & propheticæ doctrinæ cõformia; multa nihilominus ſcripſerit, græcanicæ (vt ait) fabulationi, & ſuperſtitioni germana.*

Improbat demum Platonis doctrinam circa Methympſicoſim .i. tranſmigrationem, non ſolum in bruta, ſed etiam in plantas, quæ fluxit a Pythagora, cuius mentem in multis eſt amplexatus.

Mitto, quod illum itidem impugnet circa mores .ſ. quod multa fecerit indigna humanæ Philoſophiæ, vtpotè, quod fuerit luxuriæ, & gulæ nimis addictus; quoniam ſecundum propriam mentem nequaquam hoc ſcripſit ſanctus Epiſcopus, ſed ſecundum ſententiam Xenophontis Platonis hoſtis acerrimi, cui fides minimè eſt adhibenda, ſicuti nec Porphyrio ſuæ doctrinæ aſſeclæ, quod .ſ. nimis ſe dederit Syracuſanis delicijs.

Hæc inter multa parui ponderis, & momenti, quæ ſcripſerunt antiqui, & Græci Patres aduerſus Platonis dogmata, à nobis dicta pro nunc ſufficiant. Infra videbimus, quomodo aliqualiter

ter hæc taliter aſſerta ab eo poſſint à culpa vendicari; Iam quid ſentiat Patres Latini contra ipſum, videamus.

De Ciu. Dei lib. 10. c. 30. D. AVGVST. inter latinos Patres celeberrimus, qui iure litterarum parēs paſſim ab omnibus nuncupatur, quiq; in rebus philoſophicis Platonis dogmata maximè coluit, in theologicis tamen multis iure & ipſe carpit eum, & primò, quod animæ humanæ poſt ſeparationem à corporibus vſque ad corpora beſtiarum reuoluantur; quam opinionē correxiſſe Porphyrium eius aſſeclam poſtea patefacit.

De Ciu. eodē lib. c. 31. Ibidem. Secundò, quòd à parte ante ſint æternæ, ſeu Deo coæternæ, in quare itidem corrigitur ab eodem Porphyrio.

Lib. 12. de Trinit. Tertiò, quòd Cœli ſint animæ præditi, & Cœlum ipſum ſit magnum Animal, vt patet in Timeo.

De Ciu. lib. 14. c. 3. Quartò, quòd aīæ corporibus copulatæ rerum omniū, quarum ſcientiam prius habebant, obliuiſcantur, ac poſtea in ipſis reminiſcantur, &c.

Lib. 12. de Ciu. c. 14. Quintò, quòd animæ ad corpora reuertantur, vt ſuorum delictorum pœnas luant in ipſis, tanquā in ergaſtulis.

Sextò, quòd voluerit nō ſolum homines, ſed cætera animalia à minorib. Dijs fuiſſe per creationem producta. In his, & ſimilibus carpit ſanctiſſimus Pater doctrinam Plat. vt minimè conſentaneam catholicæ noſtræ Theologiæ; & hoc non iniuria facit, quia ſi ipſum cum Labeone Semideum, cum Cicerone Philoſophorū Deum quandoque appellat, & inter Philoſophos nobiliſſimum, nobiliſſimosq; ſuos aſſeclas multoties pronunciet; hoc facit comparatiuè procedendo; etenim (vt alibi dixi) ſi doctrina Plat. comparetur cum doctrina aliorū; eſt omninò laude digniſſima, qui omnes alios in philoſophando abſque dubio ſuperat; ſi verò cōparetur cum noſtrorum Theologorum dogmatibus; reuera reprehenſione, & correctione indiget; vt videbimus in calce iſtius voluminis, vbi perſpicuè notamus, quomodo cautè ſint legendi in multis, ad Theologiam noſtram ſpectātibus, Plato, & alij Sapientes ante ipſum, Mercurius nempè, Zoroaſter, & alij.

Exameron lib. 1. c. 1. D. AMBROSIVS damnat, cum multis illam ſententiam Platonis, de Mundi exordio; ſcilicet quòd Mundus non ſemper exiſterit, ſed fuerit vtique per creationem à Deo productus, ſed quod benè in æternum ſit duraturus.

In Pelagiochum epiſt. ad Pamachium. D. HIERONYMVS licet non accuſet Platonem circa ea, quæ de Dei Diuinitate, & vnitate ſit philoſophatus; ſtultū nihilominus cū ſuis diſcipulis eum appellat, quod iniquè ſentiat circa animatū lapſus è cœlo; cuius ſententiæ fuiſſe Origenem com nemorat.

S. BEDA Venerabilis carpit & ipſe Platonem, quod animam in cerebro collocauerit, cum ipſa in corde ſita ſit iuxta ſententiam Ariſt. quia non ſolum approbat, ſed eandem corroborat auctoritate Saluatoris apud Matthæum c. 15. vbi ait: *De corde exeunt cogitationes malæ*, &c. ſed facilè conciliari poſſunt, vt videbimus.

Lib. de Spiritu Sancto. D. CÆCILIVS Cyprianus obiurgat & ipſe Platonis, & Platonicorū omnium doctrinam circa ſanctiſſimam Trinitatem, quam longè abeſſe à Doctrina noſtrorum Theologorū firmiſſimè demonſtrat.

Lib. 8. Originum, ſiue Ethim. c. 6. Ibidem. D. ISIDORVS accuſat Platonem in hoc præſertim, quod dixerit Deum eſſe animarum creatorem, corporum verò Angelos.

Damnat eundem, quod voluerit, animas poſt multos annorum curriculos ad diuerſa corpora redire, etiam Brutorum, & hoc cum Pythagoricis; vt etiam de multis tactum eſt.

Lib. de anima. TERTVLLIANVS acrè reprehēdit Platonem, dum eundem cōdimentarium Hæreticorum appellat; quem tamen Neſtori ob mella facundię ſimilem facit. Eundem damnat & omnes Philoſophos cum illo dicens cauſam,

Lib. de præſcript. aduerſus hæretic.

&

contra Hermog.

& originem hæreſeon eſſe dogmata Philoſophorũ, vnde eos appellat Hæreticorum Patriarchas, & illos vult eſſe omnium errorum fontem primarium. quæ opinio tenetur etiam à D. Hieronymo, & etiam à multis.

In his carpit Tertullianus Platonẽ, ſed infrà videbimus, quomodo ipſe lapſus eſt in prauas Hæreſes.

Lib. 1. de Trinit.

RVPERTVS Abbas impugnat Platonem, dicens, quod falsò putauerit ſpiritum Domini eſſe aerem in Timeo, vbi mundi ortum enarrat.

Com. in Geneſ.

Itidem eundem non benè ſentire circa Ideas exiſtimat, & tanquam furẽ accuſat, quod ex eodem Timeo formationem mundi arripuerit, & quod ſubdolè, atq. peruersè, alia pro alijs dixerit, vel ſcripſerit ibidem.

Tom. 7. ſin Math. c. 338

ALPHONSVS Toſtatus Epiſcopus Abulẽſis reprobat Platonis Ideas, quas vocat quidditatos rerum ſubſiſtẽtes, ſeparatas, actù intelligibiles, ideſt nõ indigentes aliqua præuia operatione intellectus agentis, ſicut indiget phantaſma ad hoc, vt fiat intelligibile.

Super Gen.

Laudat nihilonimus poſtea præcellentis ingenij virum, & primum tenere locum, & Principatum inter Philoſophos, & nullum in rebus diuinis parem habuiſſe fatetur.

Tom. 7. ſ. in Math. c. 338

Damnat illam poſitionem Platonicam, quam nituntur defendere aſſeclæ, ſ. quod anima coniuncta, quantum eſt de ſe, poſſit intelligere per ſpecies innatas, i. per lumen Idearum innatum inditum, ſiue concretum, & quod tamen non intelligat, dum eſt in corpore, eo quia ab ipſo impeditur.

Carpit, quod poſuerit duos Deos. ſ. NOIM. i. Patrem, & FRIGATON. ideſt filium, & animam Mundi tanquã Spiritũ S. tãquam tria eſſentialiter diſtincta, & ſunt Pater, intellectus primus imparticipatus. i. Filius, & Spiritus Sãctus more noſtro, qui oĩa replet.

Gen. 61. c. 2.

Sed melius (iudicio meo) videtur velle, Platonem animam Mũdi intelligere eſſe quandam vim creatam generatiuam, & gubernatiuam vniuerſi; quoquomodo intelligatur, allucinatur ait Toſtatus; quia minimè intelligebat in his tribus vnam eſsẽtiam (vt noſtrates iure intelligunt) ſed tres eſſentias, quod eſt impium aſſerere.

Super epiſt. ad Coloſſ.

Hanc poſitionem damnũt ante Toſtatum D. Auguſt. & oẽs Patres catholici; & maximo iure (pro vt videbimus Deo fauẽte ſuo loco) Reprobat cõmunem Patrũ ſententiã, necnõn aliorũ ex ſua familia, quod. ſ. Plato ſuo ſeculo vidiſſet in fronte lib. Gen. cum nondum Biblia eſſet in Græcum idioma trãslata tẽpore ſuæ peregrinationis in Aegyptum, ſed per octuaginta annos poſtea. Vnde ait, quod poteſt forſitan eſſe ea, quæ ſcripſit in Timeo, circa mundi exordium, illum hauſiſſe voce viua ab aliquo Hebreo, dum in illa regione ipſe commoratus eſt, cauſa diſcẽdi: ſed vel malè illa intellexiſſe Plat. ait, vel eadem adulteraſſe fatetur; dum ponit duo elementa tanquam principia. ſ. terram, & ignem, quæ poſtea coniunxit opifex per duo pariter media, hoc eſt per aerem, & aquam: vnde, quando dicitur Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas, intelligi debeat, quod aer erat ſuper aquas, & in hoc Toſtatus coincidit cum opinione Rup. Abb. damnando Platonem.

Super Gen. c. 4. c. 2. & de Ciuit. lib. 8. c. 11.

In Exod. & Leuit. & Paradox.

REIICIT illam opinionẽ Platonis in Alcibiade 1. videlicet, quod homo ſit anima rationalis, in corpore viuens, illoq. vtens tanquam inſtrumento, & ob id ipſam nõ eſſe corporis formam. i. informantem videtur innuere, ſed eſſe ſubſtãtiã perfectã ex ſe, quam coniunxit Deus corpori, vt motorem mobili, & nautam naui, vnde videtur illum velle formam eſſe aſſiſtentem.

& in Math. 10. 3. c. 272.

Exod. 10. 7. c. 107. Paradox.

Reſpuit cum cæteris opinionem reminiſcentiæ animæ, dum ipſa ingreditur corpus plena, & prædita ſcientijs, qua poſitione innuitur ipſam fuiſſe ante corpus ipſum.

Damnat demum fatuam Pythagoræ opinionem circa animas hominum, & primò quoad originem in Aſtrorũ corporibus prius eas habuiſſe domicilium, deinde deſcendiſſe in corpora, propter peccata ad pœnam luendã, quibus exutas iterum ad ſua ſydera redire, & rurſus ad alia corpora etiam belluarum: vnde infinitam in eis ponit tráſmigrationem, & circulationem; quam quidem ſententiam, non ſolum ipſum amplexatum eſſe commemorat, ſed etiam ſequaces.

De ſtatu animarũ lib. 11. c. 2.

Dicebat Pythagoras, quod anima exiens de corpore vnius ingreditur in corpus alterius, & ſuimet ibi obliuiſcitur; quæ opinio, vt penitus fatua ab omnibus damnatur, & iure merito; licet à quibuſdam ad bonum reducatur ſenſum, vt infra latè videbimus.

Pro nunc hæc pauca ſint dicta à Patribus in reprobationem multorum errorum, in quos lapſum eſſe Platonem, omnes ferre vno ore fatentur, & à nobis compendiosè collecta.

An aliquo modo poſſit Plato excuſari à prædictis erroribus.

Reſtat modò videre, an in aliquibus inueniat excuſationis, & defenſionis locum ex prænotatis, & præſertim apud catholicos Patres; tametſi dici poſſet pro tutela Plat. quod iuſtè carperetur ab omnibus ſacræ doctrinæ noſtræ profeſſoribus & Græcis, & Latinis, quinimmò etiam à prophanis, ſi non poſſet allegari, quod ſapiẽtiſſimus, & celeberrimus Philoſophus multa dixit, non tanquam Philoſophus Chriſtianus, ſiue Theologus pietatis Chriſtianæ, & veritatis Catholicæ gnarus, ſed tanquam ſapiens ſapientia Ethnica excultus, lumine fidei noſtræ deſtitutus, naturaliq. dumtaxat præditus; & ſic vnica, & cõmuni ſententia illũ tueri.

Sed tamen, quia ſunt quidam Patres doctrina, & pietate Chriſtiana inſignes, qui non ex profeſſo, & more apologetico, ſed obiter in multis vidẽtur excuſare multa Platonis dogmata, & ad bonum ſenſum multa dicta ipſius trahere. Hinc eſt, quod non incongruũ eſſe duximus ea adducere, ne veritas ſuo iure priuetur, & ne perperam maximi Philoſophi ſcripta damnentur. Sed prius videndum eſt, quibus modis varijs, & ritibus in philoſophãdo vſus ſit præſtantiſſimus Philoſophus, qui addiſcendi deſiderio flagrans multas, peregrinando, peragrauit Prouincias, vt tactum eſt.

Et primò eſt animaduertendũ, quod Plato circa diuinam naturam, circa Angelos, quos Deos minores appellat (vt videbimus ſuo loco) circa Dæmones philoſophatus eſt, prout per traditionem accepit ab Aegyptijs, quorum Sacerdotibus in hoc philoſophandi ritu vſus eſt: vel melius dici poteſt, prout traxit ab aliquibus Hebręis ſuo tempore illam regionem colentibus. Hinc eſt, quod multa dixit circa res Theologicas, quæ propius videntur accedere ad veritatem noſtræ doctrinę, tametſi ſcopum veritatis de pęnu non attingerit (vt ſuo loco itidẽ videbimus latè) quàm faciant dogmata aliorum Philoſophorum & ante, & poſt ipſum.

Præterea ſecundò, quandoq. philoſophatus eſt modo Pythagorico, hoc eſt per numeros, per ſymbola, & per velamina, &c. vt patebit in definitione animæ, in hac Methempſicoſi, & in multis.

Tertiò, in philoſophando multoties ſecutus eſt ritus, modos, & leges municipales Patriæ Ciuitatis, & hoc non ſine rationabili cauſa (vt videbimus) nam ne videretur leges eiuſdẽ velle deſtruere; conatus eſt vulgi Athenienſis opinionem in multis amplexari.

Quartò, aliquando modo Poetico in philoſophando proceſſit; neq. hoc fecit abſq. rationabilibus cauſis, inter quas puto hanc eſſe primariam, ne ſcilicet

dogmata clara à vulgaribus, & Idiotis caperentur, vt patet in Sympoſio de Poropenia, Androgeno, & in Repub. de Parcis, &c.

Symp. & 7. de Rep.

Quintò modò demum philoſophatus eſt Mathematicis, vtendo ſpeculationibus, vt patet in Menone circa noſtrum ſcire, quod ſit quædam reminiſcentia, & in Timeo, dum aſſignat elementis figuras mathematicas per modum allegoriæ ad mentem Iamblici, ſcilicet cubicam .i. quadratam terræ ratione ſuæ ſtabilitatis, & immutabilitatis, pyramidalem igni, quia eius natura incidit, & penetrat, nam ab infimo lata incipit illa figura, & in acutum admodũ terminat .i. in cuſpidem, & ita ignis; Icoſahedrum aquæ, nam figura Icoſahedra eſt ſolida ex viginti triangulis contenta, quia aquæ natura lubrica eſt, ita hæc, quia eſt propinqua ſpheræ; Octohedrum aeri, quia ſicut illa eſt cõpoſita octo triangulis, ita conſideratur aer habere ſimilem habitudinem ratione ſuæ mediæ naturæ inter elementa alia, grauitatem reſpectu ignis, leuitatem reſpectu aquæ, & terræ, &c.

Dodecædium verò vniuerſo accommodauit, quæ figura, ſicut componitur ex quinquangulis, ita vniuerſus Mundus ex 12. maximis partibus conſiſtit quatuor quidem elementis, ſeptẽ ſpheris errantibus, & vnica inerrante, ſic Mathematicè quandoq; videtur philoſophari Plato, & in hunc ſenſum ipſum velle ſuam intelligere mentem, licet alij multas videantur adhibere interpretationes, vt Syrianus Proculus, & multi ex Peripathetica familia.

Lib. 14. Met.

Stantibus his procedendi in philoſophando modis Platonis, videamus cum doctiſſimis viris, an in ſupra allatis erroribus poſſit aliquo pacto excuſari doctiſſimus Philoſophus.

Et primò videamus, ad quem ſenſum reducant quidam Theologi præſtantiſſimi, & Philoſophi acutiſſimi illam mulierũ communitatem, quæ ſummoperè damnatur paſſim ab omnibus, vt dictum eſt.

Clemens Alexandrinus, in omni ſcientiarum genere excellẽter verſatus, & in Chriſtiana Theologia eminentiſſimus, videtur ad bonum ſenſum ſic trahere poſitionem Platonicam; verba hęc ſua ſunt: *Mihi autem videtur Platonem quoq; malè audijſſe in Rep. dicentem, oportere eſſe communes omnium vxores, vt qui diceret eas quidem, quæ nondum nupſerant, eſſe communes eorum, qui eſſent petituri, quemadmodum Theatrum quoq. eſt commune ſpectatorum: eſſe autem vnamquamque vniuſcuiuſque, qui præoccupaſſet, & nõ amplius communem eſſe eam, quæ nupſiſſet.*

Stromatum lib. 3.

Hæc verba apud illum ſunt clara, ex quibus nimirum cõijcitur (vt etiam notat Iacobus Mazzonius) mentem Platonis non fuiſſe impiam, & pudendam, ſecundum ſententiam iſtius celeberrimi viri, & vetuſtiſſimi Patris circa hanc communitatem.

In comp. Plat. & Ariſtot.

Non deſunt etiam inter Scholaſticæ doctrinæ proceres, qui eandem mulierum communionem in honeſtum ſenſum explicent: inter quos extant Aegidij Romani, & Henrici Gandauenſis doctrinæ.

Aegidius Romanus Doctor celeberrimus, ſic videtur trahere ad bonũ ſenſum hanc mulierum communionem; lib. 3. P. P. cap. 15. de Regimine Principum ſua verba ſunt: *Narrabatur autem ſupra, quod Socrates, & diſcipulus eius Plato dixerunt, Ciuitatem ſic eſſe regendam, & gubernandam, vt Ciuibus communes eſſent vxores, & filij, & poſſeſſiones; quod ſi intelligatur, vt verba ſonant, ſtare non poteſt, vt eſt per habita manifeſtum, quia modus fuit Platonicorum metaphoricè loqui, quem modum loquendi fortè ipſe Soc. habebat, cum Plato eius diſcipulus fuerit. Si volumus, non vt verba ſonant intelligere dicta Soc. ſaluare poterimus poſitionem eius.*

Aegid. lib. 3. P. P. c. 15.

Omnia enim eſſe Ciuibus communia, ſecundum rei veritatem non poſſibile, neq; vtile: tamen ſecundum amorem, & dilectionem

nem

uem debet ibi ſaluari communitas. Sicut enim quilibet Ciuis debet diligere Ciues alios, ſicut ſe ipſum, ſic debet diligere vxores, filios, & poſſeſſiones aliorũ, ſicut & proprias. Hæc Aegidius vbi ſupra. Hoc modo vult celeberrimꝰ Philoſophus, & Theologus, quod debeãt intelligi verba Soc. circa hanc communionem, &c.

Q.lib.4. Gandauenſis ſic ait & ipſe: *Eſt igitur diſtinguendũ in principio eſſe duplicem ſtatũ hominis, & triplicem modum poſſidendi bona, quæ pertinent ad hominis vſum. Eſt quidem ſtatus quidam naturæ humanæ inſtitutæ in innocentia, & originali iuſtitia. Et eſt alius ſtatus naturæ humanæ deſtitutæ per peccatum, & ab originali iuſtitia obliquatæ. Eſt etiam quædam poſſeſſio bonorum communis, ſiue in communi, nihil omninò quo ad vſum, & poſſeſſionem quocunq. modo appropriãdo. Eſt etiam quædam priuata omnia ſibi appropriando, & nihil ad vſum communem deducendo. Et eſt tertia media aliqua ſecundum vſum propria habendo, ſed ea, ſecundũ quod ratio dictat pro tempore, & loco communi vſui exponendo. Prima poſſeſſio eſt inutilis,* Decret.diſt. 1. *quia non eſt manſiua. Secunda eſt iniqua, quia ſolitaria, & ideo neutra Ciuitati benè diſpoſita congrua. Tertia verò eſt rationabilis, & inter vtranq. media, quæ Ciuitati benè inſtitutæ eſt idonea, quæ quia ex inſtinctu rectæ rationis prouenit, quæ quodammodo natura dicitur, ideo dicitur eſſe de iure naturæ.*

Dec. diſt. 1. *In Decret. diſtin. 1. Ius naturale commune eſt omnium nationum, eo quod inſtinctu naturæ habetur, vt communis omnium poſſeſſio, ſed hoc intelligi dupliciter, aut propriè vſui rationabili ſingulorum exponẽdo, quandocunq. opus eſſet; aut ſolum, quando neceſſitas vrget. ſecundum primum horum modorum, Socrates in Ciuitate ſua omnia conſtituit eſſe communia, & Ariſt. iuxta ſecundum conſtituit in Ciuitate ſua omnia debere eſſe propria,* &c.

Ex his longa verborum ſerie prolatis, non ſolum conſtat hanc communitatem facilè poſſe ad bonum, & honeſtum reduci ſenſum, ſed etiam in hac vna re, inter ſexdecim errores, quos impingit mordicus Ariſt. in Politicis pręceptori Platoni, & perperam, nullam eſſe diſſenſionem in re, licet appareat in verbis, in quibus contra illum arguit in æquiuoco ſemper.

Hanc conuenientiam nedùm non abhorruit admittere Illuſtriſs. & doctiſs. Card. Beſſario, & hanc communitatem in rectum ſenſum interpretari, In Calumniat. Plat. lib.4. dicendo, quod illa vniuerſalis communio mulierum, filiorum, & poſſeſſionum non eſt pęnitus reijcienda, licet impugnetur ab Ariſt. nam quod intenſius à Platone dicitur, ab eo remiſſius decernitur. Si quidem vterq. vnire Ciuitatem voluit, ſed alter magis, alter minus. *Facilius .n. eſt* (ait Doctiſs. vir) *& ſenſui noſtro propinquius, quod Ariſt. ſectatur; Plato contra commune reſpicit, partim .n. hominis ſenſui nobilior eſt.* mentem videlicet, Ariſt. 7 Polit. c. 10. ait omnia debere eſſe cõmonia vſu amicabili, & ex hoc volũt quidam ipſum non diſſentire à Plat. in hac mul. cõmuni. atq. intelligentiã ſequitur, & ob id difficiliores ſemper aggreditur, ſed quæ menti, & intelligẽtiæ magis conueniãt. Ariſt. itaq. ſententia ſenſui, Platonis verò ſententia intelligẽtię propinquior eſt. Vnde ex his quidam ſumpſerunt occaſionem dicendi Ariſt. opinionem de Rep. eſſe intelligendam in concreto, Platonis verò veluti in abſtracto.

Alij in alium ſenſum videntur intelligere poſitionem Platonicam, dicẽdo in communione illa mulierum ipſum hyperbolico ſermone vſum fuiſſe, & plus dixiſſe, quam intellexiſſe; quæ opinio, vt nimis extrema, iure reijcitur à multis.

Alij tenent eandem, vt veram, & Vide Gabr. Prateoli de vitis hæret. realem poſuiſſe Platonem; & ij in peiorem cecidere ſentẽtiam, & magis extremam; vnde hanc fœdè amplexatã à Nicolaitis, & à Fratre Dulcino demũ poſt multa ſæcula optimo iure, tãquam prauam, & hæreticam fuiſſe damnatam in primitiua, & moderna Eccleſia, & impugnatam tenemus.

Alij hanc communionem Platonicam ſic in rectum ſenſum declarandam arbitrantur, & vni quidem vnam eſſe

tradendam mulierem cenſeant, ſed ab omnibus diligendam vti propriam ad hoc, vt eſſet in Repub. eadem omnium dilectio, & vnio: quæ opinio, vt magis pia, & à Chriſtianis legibus non aliena à multis approbatur, quinimmò à Summo Pont. in Can. & c. licet, vt principijs humanæ philoſophiæ contraria à Philoſophis ſæcularibus reſpuatur.

Can. dilect. c. 12 q. 1.

Hi reuera reijcientes dicunt audacter, quod ſæpè numero vrbium ſtatus ex amore rerum propriarum debilitatur, infringitur, & euertitur, vt legitur de præclaro Athenienſium, & Lacedęmoniorum ſtatu, quinimò de illo Romanæ noſtræ Reip. quæ dum Platonicam ſecuta eſt viuendi formam cōmunem, fœlicem duxit vitam, tēpore. L. Iunij Riuti, & Publij Decij, & aliorum, qui hanc communitatem coluerunt, & obſeruarunt at verſa vice: euerti cœpit, cū C. Cæſar rerum propriarum aui dus, Regem ſe facere Vrbis Romę, & Octauio Nepoti Romanum relinquere Imperium cogitauit.

Pugnantes igitur pro hac communitate abſolutè cōcludunt, quod ex hac eadem omnia incōmoda facilè poſſunt euitari, quod exemplo promptè confirmant de Meſagetis, Britannis veteribus, Afris, Naſamonibus, Aethiopis, Thracibus, & Bracmannis, qui ſumma fęlicitate gauiſi ſunt, dum hac communione vſi ſunt vniuerſali, ſed pręſertim mulierum.

Sed ego hanc abſolutè non admitto, ſed magis ſuperiorem: vel concludo, quod Platonica Reſp. admitti pōt tanquam Idealis, vt Ciceronis Orator, demonſtratio Ariſtotelica; nō autem tanquam realis, &c.

Sed forſan melius pro defenſione tandem iſtius communionis dici poteſt cum Chriſoſtomo Iauello Platonem duplicem ſtatuiſſe Rempublicam, vnam .ſ. ad mentem Pythagoræ, quam quidem manifeſtat in perſona Socratis, alium verò in propria perſona: in illa ſtatuit hanc communionem, in ſua verò, quam ſtatuit lib. de legib. damnat; vnde illa poteſt appellari Pythagorica, & Socratica, iſta verò Platonica: de illa tractatur lib. de Rep. & de hac (vt dixi) in lib. de legib. in illa demum legū conditor eſt Socrates, in hac eſt Hoſpes Athenienſis, qui quidem repreſentat perſonam ipſius Platonis: & hoc ſignis facilè conijci poteſt, quoniam ſtatuuntur iura in ſecunda aduerſantia primæ; & præſertim hanc communitatem, quæ acerrimè reprobatur ab omnibus Sapientibus; ſi quidem in hac ſtatuit matrimonia, filios, & vxores, pro quibus leges ſancit, & decernit, deteſtans adulteros, & nothos; vt peroptimè animaduertit D. Theodorettus Cirenſis à nobis ſupra ſæpè allegatus, qui expreſsè ait Platonem laudare nuptias, & iure. Verba ſua hęc ſunt: *PLATONEM admittimus, qui inter hominis bona nuptias collocat, quas etiam immortalitatis tuendæ inuentum, generiſq. humani ſtabilitatem appellat.* Hæc Theodorettus de curatione, vbi de actiua vita.

Iauell. tract. 7. in Plat. Polit. c. 2.

De ſcur. lib. 12.

Hæc ſint dicta pro hac communione tuenda, circa quam fortaſſis nimis prolixitati ſtuduimus; ſed fuit hoc agere neceſſarium, quia inter errores, qui impinguntur Platoni, hic maximus reputatur, & illa trāſmigratio noſtrarum animarum ad beſtias, pro cuius defenſione paulò infra aliquid dicemus. Sed videamus, an aliquo pacto poſſit à cæteris vindicari?

Quod non benè ſibi conſtet, loquendo de Deo, de natura diuinorum, Angelorum nempè, & Dæmonū, non multa ſumus modò dicturi pro eius defenſione; quoniam latiſſimè ſumus loquuturi de his in ſequentibus libris, in quibus ex primaria intentione hoc agere intendimus, & vtriuſq. Theologię dogmata declarare, & ad inuicem conferre, ex quibus declarationibus, & collationibus facilè innoteſcere poterit, in quibus ſit laude, vel damnatione dignus

hic

hic mirabilis Philoſophus. Pro nunc dicamus abſolutiſſimè, quod circa diuinam Deitatem, ſiue Trinitatem malè poſitam non ex ſuo ſenſu labitur, ſed ex aliorum opinione .ſ. Aegyptiorū Mercurij Termax, ſequentiū dogmata Caldæorum, & priſcorum Græcorum, & quod non potuit cum iſtis lumine ſimpliciter naturali illam veritatem attingere, quam non valuerunt cōſequi, niſi adumbratè, vetuſtiſſimi Patres veteris Teſtamenti: ſed de his ſuo loco fuſiùs.

Quod modò vnicum accuſet Deum omnium creatorem, modò vulgarem opinionem ſequatur circa multiplicitatem Deorum, modo eandem damnet, modò laudet eorum adorationem, & votorum eiſdem exhibitionem, vel ſolutionem (citata quibus, vt ait Euſebius, tunc ferebantur populi Athenienſes) ratio forſan poteſt allegari; quia nō audebat vel patrias leges violare, vel eis palam contradicere, metu Areopagitarum, ne ſibi ſuccederet malū, quod accidit Socrati præceptori, qui cum nollet multitudinem Deorū accuſare, carcere detentus, lethale venenum coactus eſt aſſumere: & eadem ratione non penitus vetuit ſimulacra eorū fieri ex metallis, & lignis; ac alia multa ſpontè nō deteſtatus eſt, quæ penitus, tanquam falſa, ſunt damnanda.

De præpa. rat. lib. 13. c. 8.

Hęc omnia nimirum obſeruabat (ait etiā Theodorettus) patriæ legis cauſa, adeò quod in hiſce rebus duobus modis proceſſit in philoſophādo, & ſecundum doctrinam Aegyptiorum, & ſecundum quod ſuæ iubebant leges ciuiles, & municipales; & in his forſan eſt aliqua excuſatione dignus.

De curat. vt ſupra.

Quod circa Dæmonicam naturam, & animaſticam, non rectè in omnibus ſentiat, dicimus cum Euſebio reſolutè, quod & in his quoq. non eſt Hæbreorum dogmata ſecutus, ſed Aegyptiorum; & ob id, quod non eſt abſolutè damnandus. Sed de his latiſſimè ſuo loco lib. ſequenti.

Quod facultatem creandi committat Dijs minoribus, hoc eſt iudicio multorum dictum, quod ijs, vt ſecundis cauſis relinquat virtutē multa producendi, & gubernandi, vi nihilominus primæ, & vniuerſaliſſimæ cauſæ .i. Dei ipſius primi, cui ſolum abſolutè poteſtas ex natura competit creandi abſque præiacente materia.

Sed dimiſſis multis à Patribus allegatis, & damnatis, tanquam non conſentientibus, & communicantibus cum dogmatibus ſacræ noſtræ Theologiæ, quæ nihilominus in Philoſophia Ethnica poſſunt defendi, iuxta principia eiuſdem, & in diſputando ſuſtineri; accedamus ad illa, quæ videntur prima facie in ſe continere ſummam impietatem, & quæ videntur cunctis ſcandaloſa (ſi in ſenſu litterali ſimpliciter capiātur) & eſt illa animarum tranſmigratio, quæ græcè Methempſicoſis appellatur: quam quidem fluxiſſe à Pythagora fama paſſim diuulgauit. Alij a Zoroaſtro hanc originem duxiſſe putant, eo quia dicebat ipſe, *tuum vas habitabunt beſtiæ terræ*, &c. Alij Mercurio Termaximo huius inuentionem aſcribunt. Alij Cabaliſtis Hæbreorum. Alijq. alijs hunc errorem impingunt. Vagatur nihilominus ſententia conſtans, quod exordium ſumpſerit ab Aegyptijs, à quibus eam hauſiſſe Pythagoram non iniuria putant, & à Pythagora Platonem. Sed quia Aegyptiorum Sacerdotū, & Doctorum Alpha fuit Mercurius; hinc eſt, quod quamplurimi à Mercurio ortum, & initium traxiſſe firmiſſimè tenent; & hoc autoritate ipſius in Pimandro confirmant, vbi hæc verba leguntur.

Animarum permultæ fiunt mutationes, partim in melius, feliciuſque, partim in contrarium; nam reptilium animæ in aquatilia tranſmutantur, aquatilium migrant in terreſtria, terreſtrium in volatilia tranſferuntur, aereorum in homines conuertuntur, horum verò animæ probæ in Dæmones tranſeūt, & ad extremum in Deorum chorum feliciter

Verb Merc. Termax. in Pimandro, circa tranſmigrat ani. marum, &c.

„ *ter reuollantes ſanctiſſima, & beatiſſima gloria perfruuntur. Animæ autem impiæ, poſtquam per mortem à corporis carcere ſunt ſolutæ, in natura propria remanent, ac ſe ipſas crucians, corpus quærunt, quod ingrediantur, terrenũ, & humanum, aliud quippè quam hominum, animum non capit humanum; neq; fas eſt in corpus animæ ratione carentis, animam rationalem corruere; lex enim Diuina generationem tam nefariam prohibet.*

Ex his Mercurij verbis non ſolum conſpicuè elicitur ipſum huiuſce tranſmigrationis fuiſſe inuentorem primarium, ſed quod ipſa ad meliorem traharur ſenſum, quàm faciunt multi & Pythagoræ, & Platonis aſſeclæ, & præſertim Plotinus cum eo Origenes, Arpocratio, Boethus, Numenius, necnon Ammonius ille ſaccus, qui fuit Plotini, & Origenis præceptor.

Eſt igitur ſciendum, pro intelligentia iſtius tranſmigrationis, quod Plato hoc dogma deſumpſit vel ex doctrina Merc. vel Pythagoræ; & de eodem facit mẽtionem in Timeo, & in Phædro; ſed an ſit litteraliter intelligendum, an metaphoricè, non ſatis conſtat, quia in hac re interpretes ſe torquent, nec vniformiter ſentiunt. Supracitati Philoſophi interpretantur Platonem voluiſſe animam humanam reuera fieri aliquando animam bruti, quibus aſſentiũt noſtrates Theologi ſupra allegati, ſed præſertim Euſebius, Theodoretus, Tertullianus, & multi, vt viſum eſt.

De præpa rat. vt ſup. De curat. vt ſupra.

Exaduerſo alij oppoſitam habere, & ſuſtinere ſententiam videntur, vt Cabaliſtæ, qui parum à Mercurio diſtant, ſ. Plutarchus, Olympiodorus, Porphyrius, Syrianus, Proculus cum multis neothericis: ſed horum ſingulas breuiter feramus ſententias ad hoc, vt prudentiſſimus Lector perſpicaci mentis acie poſſit inter has pugnantes opiniones illam ſceligere, quæ videtur magis vera. Plotinus (vt dixi) cum multis iam allegatis tradit animas noſtras in brutorum corpora poſſe ſine dubio migrare, hoc eſt in ſuis moribus ſimillimas figuras pecudum nempè, & ferarum transferri; & multoties huiuſmodi conuerſiones fieri; cui adſtipularur Empedocles, qui ſecutus Pythagorã his verſibus eius affirmat ſententiam, ex quibus forſan Plotinus ipſe, & ſequaces hanc deſumpſere. Carmina ſunt hæc.

Lib. 1. de proprio cuiuſcunq. Dæmone.

Olim namq, fui ceſpesq́, puerq́, puellaq́,
Et volucris Cœli, atq. alti maris incola piſcis.

& alibi fuſius.

Mutatos ſobolis mactat Pater impius artus;
Dis opulũ libans, ſeua prece territa mẽte.
Hoſtia luctifica funeſtatur dape menſa.
Natus item, vt pecudes, cadit matremq́, patremq́,
Nec ſentit caros mandens ſub dentibus artus.

itidem alio loco.

Comprimite, ò gentes homicidia: non ne videtis
Mandere vos proprios artus, ac viſcera veſtra?

Plutarchus harum animarum in diuerſas formas referre videtur has reuolutiones, nam ponens quatuor genera animalium rationalium, paruorũ Deorum, nempè Dæmonum, Heroum, & hominum vult, quod ad inuicem tranſmutentur more elemẽtorum, ita vt animæ humanæ quãdoq. in heroicas tranſeant, & heroicæ in Dæmonicas, & hæ in Deos vertantur, & cum purgatæ fuerint, naturæ Diuinæ participes reddantur; & ſi forte fortuna in humana ingrediuntur corpora, ſeipſas dimittendo, vitam obſcuram, & quaſi bruralem diuinitate expertem, & ſuperno bono destitutam nanciſcantur.

Plut. lib. de defectu oraculorum.

Olympiodorus Platonis aſſecla fidelis videtur tenere ipſum velle innuere animas prauorum corpore exutas inter illa brutorũ corpora diuerſari, quæ mores habent tales, quales impij, & ſcelerati illi homines vitam degentes exer-

Com. in Phædone.

cuc-

cuerunt, vt qui corporeis voluptatibus per laſciuiam, & inertiam æuum traduxerũt, cum brutis huiuſmodi vitijs præditis poſt obitum verſentur: & hoc Platonis verbis cõfirmat in Phædone ſcriptis, vbi habet animas puriſſimas in Deorum conſuetudinem, & cõſortium ſe ſe coniungere, prauorum verò circa monumenta, & ſepulchra verſari.

Prophyrius, & cum eo Iamblicus, in doctrina Platonis præcipuus, in alium ſenſum videntur Platonis ſententiam interpretari, vt velint hominem non in brutũ realiter, ſed in hominẽ brutalem, hoc eſt, in virum, cuius corpus hominis brutalis ſimilitudinem gerat, transformetur. Hæc opinio coincidit cum ſententia Cabaliſtarũ, qui intelligunt animam fieri omnia, & quod beſtia efficiatur taliter, & non quomodolibet, ſed modo propriæ ſpeciei conſentaneo, & ſolũmodo humano; & huius opinionis cõfirmationem ſuſcipiunt ex ſacris litteris, vbi in Daniele Propheta legitur Babiloniæ Regem .i. Nabucdonoſor, ob grauiſſimã ſcelera, permiſſione, & poteſtate diuina, fuiſſe conuerſum in Bouem, donec ipſe purgatus reſcipiſceret. Interpretes exponunt iniqui Regis imaginationem diuinitus fuiſſe labefactatam, vt imaginaretur ſe in Bouem eſſe redactum, & ob id grauiſſimo afficeretur dolore.

Pulchra animaduerſio circa hanc opinionem.

In Metaph. Proculus de anima, & Dæmone.

Syrianus magnus, & Proculus Diadochus aliam huius tranſmigrationis expoſitionem excogitarunt; ſi quidem animam rationalem minimè volunt in animam bruti tranſire, quemadmodum Plotinus, & aſſeclæ exiſtimarunt; quoniam abſurdum putant (& non abſque iure) ſubſtantiam ratione præditam in aliam ratione carentem tranſduci, ſed volũt animam humanam in brutorum corpora ad tempus, & ad pœnas luendas admitti, & per ſuam imaginationem illorum imaginationibus inſinuari eo modo ſanè, quo traditur à pleriſq. Dæmones corpora humana ingredientes ſe hominum imaginationibus inſerere, eaſdemq. mouere, atque ipſorum brutorum animæ alligari.

Alij multi ex Neotericis metaphoricè, vel allegoricè hanc Metempſicoſim interpretantes, nullo modo ſuperiores ſententias approbãt, ſed hanc tranſmigrationem eſſe ſcandaloſam prædicant, & indignam exiſtimant, quod non ſolum teneatur à Philoſopho ſumma pietate inſigni, ſed quod nec nominetur ab hominibus; vnde videtur illam reijcere, & non perperã propulſare: quandoquidem nefas eſſe putent in corpore beluæ aptam reperiri præparationem, & organizationem ad illas functiones obeundas; quare negarunt (& non iniuria) animos rationis præditos ſic corpori ferino poſſe coniungi, vt illius officia exercere valeant, vnde communicare cum brutis aliquãdo admittunt, non tamen modò reali, ſed in quadam vitæ ſimilitudine; & iſtud volunt ſenſiſſe Platonem, & in hoc ſenſu accipiendam eſſe Pythagoricam Metempſicoſim cõcludunt.

Ego (ſi vera fateri cogor) hanc poſitionem non audeo reprobare, ſed forſan approbare, quia ſi hoc fuit à Platone prolatum in Timeo, & Phædro, non ex propria, ſed ex ſuperiorum ſententia fuit obiter dictum, & præſertim Pythagoræ, vel melius Zoroaſtri, & Mercurij, qui de interna, non de externa metempſicoſi fortè fortuna locuti ſunt. Si quidem hæc reuera in alio ſenſu minimè intelligi debet, niſi ſimiles mores, & eadem ſtudia, quæ in aliquo iam vita functo erant, in alio nunc vitam degente renaſci. In hoc (inquam) ſenſu intelligẽda eſt illa trãſmigratio Euphorbi militis Troiani, virtute bellica clari in Pythagoram, nõ autem in ſenſu reali .ſ. quod anima Euphorbi extiterit prius in proprio corpore, ſecundo in Pauone, tertio in Cycno, quarto in eodem Philoſopho, quinto in Ennio Poeta: vel quod prius fuerit in Meonide, ideſt

Opuſ. de ſtatu animarũ c. 2.

id eſt in Homero Poetarum Principe, & poſtea in alijs ante, & poſt Pythagoram; quod iure damnat Toſtatus, ſiue Abulenſis.

Hæc ſunt placita multorum Platonicorum circa poſitionem tranſmigrationis animarum. Et hæc poſtrema inter alias eſt, iudicio mio, amplexanda ſententia, vtpotè illa, quæ humanæ pietati extat magis conformis, & apta, reiectis omnibus alijs, & præſertim illa Plotini, quæ vt impia, & ſcandaloſa, eſt, veluti veſana peſtis, arcenda à vera Philoſophia, vti illa, quæ eſt pleniſſima nugis, & fabellis. Ego reuera magna premor admiratione, quod Philoſophus tam inſignis Platonicæ familiæ hanc ſit amplexatus, & multis verborum ambagibus eandem protulerit, & comprobauerit cum multis ſuæ academiæ fautoribus.

De proprio cuiuſq. Dæmone.

Nec obſtat dicere, quod hanc fuiſſe Pythagoræ ſententiam Timeus locrus dixerit, eiuſdem diſcipulus à Platone receptam, & excultam, vt ille, qui maximè doctrinam tanti viri colebat, & obſeruabat: quoniam minimè exiſtimandum eſt illum haud dubitaſſe fabulas eſſe à Pythagoricis excogitatas, & fictas, vt hoc modo homines deterrerent, & auerterent à vitijs, & ſceleribus patrandis.

Nec eſt aſſerendum omnes ſupracitatos Patres, & Theologos celeberrimos in hanc condeſcēdere opinionem, cum vno ore, & vnanimi conſenſu hanc damnare, vt fœdam, & vilipendendam non deſiſtant. Quoniam etiam ſi refellere pro viribus eandem appareant, id faciunt, non quod veram in re forſan teneant, ſed vt etiam in verbis fabuloſam, ſcandaloſam, & contrariam, non modò ſacris litteris, ſed etiam ipſimet doctrinæ Platonis iure optimo exiſtiment: ſicuti fecerunt circa illam mulierum communionem, quam propulſare omnes & ſacri, & prophani ſapientes pari voto conati ſunt (& non ſine ratione) vel in rectum ſenſum interpretari.

Quod non ſit cōſona Platonicæ pietati, ex hoc facilè cōijci poteſt, quia videtur cōtraria ſuis dogmatibus, in quibus agens de anima, poſtquam eſt ſoluta à vinculis corporeis, videtur ei aſſignare receptacula, in quibus fœlix, vel miſera eſt in æternum manſura. Enimuerò ex ſua ſententia (vt in lib. de anima ad aures ipſius videbimus) animas hominum, cum primum vitam peregerint, iudicium eſſe ſubituras liquidò probatur, quo abſoluto, alias in Tartarum demiſſas pœnas ſuorū piaculorum perſoluere, quaſdam verò in Beatorum inſulas delatas, vel in Cœli regionem ſublatas agere pro illius vitæ meritis, quam olim inter homines vectitarunt. Vnde ſi hæc à Platone ſunt pluries repetita, & concluſa, quis credere cogitur Platonem in Phedone, & Phedro ex propria ſententia aſſeruiſſe eos, qui voluptatibus fœdè ſeruierunt, poſt obitum aſinos fieri? qui verò iniurias, & tyrannides, rapinaſq. exercuere in lupos, accipitres, miluoſq. tranſire? & qui olim popularem, ciuilemq. virtutem, quam temperantiam, iuſtitiamque appellant, exercitarint, in Veſpas, Apes, & Formicas permutari valeant? ſunt.n. hęc ad inuicem contraria, nec vllam habēt inter ſe (vt apparet) connexionem. Mitto, quomodo etiam ſuis legibus apparet eſſe repugnans pluribus in rebus, & pluribus modis. Et hæc ſufficiant pro excuſatione Platonis circa hanc animarum Metempſicoſim, quæ forſan eſt damnata (vt viſum eſt) ab Euſebio, Chryſoſtomo, Epiphanio, Damaſceno, Theodoreto inter Græcos, ab Auguſtino, Iſidoro, & Toſtato inter Latinos, non tāquam peſſimū dogma ab eo excogitatum, & inuentum, ſed tāquam iniquè receptum, & conſcriptum potiùs poeticè ludendo, quam philoſophicè credendo illud eſſe verum, & indubitatum, cum pluribus in locis oppoſitam conſpicuè appareat ipſum tenere opinio-

In Phedone, & alibi.

nionem circa animæ receptionem, poſtquam eſt à corpore abiuncta, & ſeparata, vt tactum eſt.

Cæterum, ſi in reliquis, in quibus damnatur, valeat excuſari, poſſet rectè pro eo allegari illa communis defenſio .ſ. quod multa dixit, tanquam Philoſophus Gentilis, diſcors à noſtris dogmatibus, propter defectum luminis veræ Religionis, in quibus tamen magis concordem videtur ſe præbere, quam faciant alij Philoſophi ante, & poſt ipſum. Hinc D. Auguſtinus noſter exclamaſſe fertur, *perpaucis mutatis Plato, & Platonici Chriſtiani eſſent*, vt ſupra tactum eſt.

Nec forſan difficile eſſet dicta eiuſdem, quæ videntur eſſe aliena à doctrina noſtrorum Patrum, ad bonum ducere ſenſum, & ſigillatim vniuſcuiuſq. erroneæ aſſertioni ſatisfacere: ſed quia in vanum conterrere tempus non eſt intentio noſtra, cum de alijs multis rebus à Patribus damnatis ſimus acturi in proceſſu Operis, & cum ipſis damnare ea, quæ nullam habent conformitatem cum ſacris literis; idcircò pro nunc hæc miſſa facimus, & concludendo eius doctrinam eſſe laudandam in multis è contrario in ijs reijciendam, quæ nullum habet conſenſum cum noſtrorum Theologorum placitis. Solum inter citatos Patres verba Tertulliani contra Platonem haud approbare poſſum, quinimmò palam reprobare cogor, cum à viro in multis reprobato, licet doctiſſimo, & in multis alijs laudato proueniant. Concluſio.

Hic vir, quamuis laudetur à Lactantio, vt doctrina præclarus, & ab Eccleſia acceptetur tanquam vnus ex primarijs, & vetuſtiſſimis Patribus, è contrario tamen in loquendo parum facilis, & minus comptus, & obſcurus ab eo, & à multis appellatur. Hinc (inquam) reuera bonus, & omni literarum genere excultus, in iudicio nihilominus de Platone ferendo, multũ laudabilis non apparet, quia poſtquam omnes philoſophantes damnaſſet tanquam inutiles, & pernicioſos ad Theologiã noſtram, eoſdemq. hæreticorum Patriarchas appellaſſet, & tanquam fontes eoſdẽ exiſtimaſſet, à quibus hæreſes ſubortæ ſunt, Platonem acriter reprehendit, tanquam præbentem ipſis hæreticis facilem aditum labendi in turpes errores, vel condimentũ eiſdem miniſtrandi. Hæc verba protulit libro de anima. Cap. 7. Et con. Hermogenem.

Doleo bona fide Platonem omnium Hæreticorum condimentarium factum, illius enim eſt & in Phedone, quod anima hinc euntes ſint illuc, & inde huc. Item in Timæo, quod germina rei delegata ſibi mortalium genitura, accepto initio animæ immortali, mortale & circumgelauerint corpus. Tum quod mundus hic imago ſit alterius alicuius. Quæ omnia, vt fidei commendet, & animam retro in ſuperioribus cum Deo egiſſe in commercio Idearum, & inde huc tráſuenire, & hic, quæ retro nouit de exemplaribus recenſere, nouum elaborauit argumentum diſcentias reminiſcentias eſſe. Venientes .n. huc inde animas obliuiſci eorum, in quibus prius fuerint, de hinc ex his viſibilibus recordari edoctas. Idem Tertull. lib. de anima.

Hæc ſpecialiter ſunt verba ipſius Tertull. in Platonem, ex quibus videtur ipſe multos ei impingere errores: hoc mihi non parũ negotium faceſſere videtur, dum mihi in mentem veniũt Tertull. doctrina, & Platonis Philoſophia; Tertul. Theologus, & Plato Philoſophus; Tertullianus Eccleſiæ Doctor, & Plato Academicæ Philoſophiæ Lector: nam ſi libet horum ſcriptorum paralella in medium afferre, & ea ad inuicem conferre, debemus firmiorem in doctrina ſua conferri Platonem. Nõ eſt mirum, quod homo gentilis ſeculi Philoſophus talia de animarum vagatione, de Mundi huius ſtructura ad exemplar pulchritudinis ſuperni Mundi, de animarum obliuione in corporibus merſarum, & de earundem re-

[contra Hermog.] & originem Hæreſeon eſſe dogmata Philoſophorũ, vnde eos appellat Hæreticorum Patriarchas, & illos vult eſſe omnium errorum fontem primarium. quæ opinio tenetur etiam à D. Hierônymo, & etiam à multis.

In his carpit Tertullianus Platonẽ, ſed infrà videbimus, quomodo ipſe lapſus eſt in prauas Hæreſes.

[Lib. 1. de Trinit.] RVPERTVS Abbas impugnat Platonem, dicens, quod falsò putauerit ſpiritum Domini eſſe aërem in Timeo, vbi mundi ortum enarrat.

[Com. in Geneſ.] Itidem eundem non benè ſentire circa Ideas exiſtimat, & tanquam furẽ accuſat, quod ex eodem Timeo formationem mundi arripuerit, & quod ſubdolè, atq. peruersè, alia pro alijs dixerit, vel ſcripſerit ibidem.

[Tom. 7. ſin Meth. c. 338] ALPHONSVS Toſtatus Epiſcopus Abulēſis reprobat Platonis Ideas, quas vocat quidditatos rerum ſubliſtẽtes, ſeparatas, actu intelligibiles, ideſt nõ indigentes aliqua preuia operatione intellectus agentis, ſicut indiget phantaſma ad hoc, vt fiat intelligibile.

[Super Gen.] Laudat nihilonimus. poſtea præcellentis ingenij virum, & primum tenere locum, & Principatum inter Philoſophos, & nullum in rebus diuinis parem habuiſſe fatetur.

[Tom. 7. in Meth. c. 338] Damnat illam poſitionem Platonicam, quam nituntur defendere aſſeclæ; .ſ. quod anima coniuncta, quantum eſt de ſe, poſſit intelligere per ſpecies innatas, .i. per lumen Idearum innatum inditum, ſiue concretum, & quod tamen non intelligat, dum eſt in corpore, eo quia ab ipſo impeditur.

Carpit, quod poſuerit duos Deos .ſ. NOIM .i. Patrem, & FRIGATON. ideſt filium, & animam Mundi tanquã Spiritũ S. tãquam tria eſſentialiter diſtincta, & ſunt Pater, intellectus primus imparticipatus .i. Filius, & Spiritus Sãctus more noſtro, qui oĩa replet.

[Gen. 61. c. 2.] Sed melius (iudicio meo) videtur velle, Platonẽ animam Mũdi intelligere eſſe quandam vim creatam generatiuam, & gubernatiuam vniuerſi; quoquomodo intelligatur, allucinatur ait Toſtatus; quia minimè intelligebat in his tribus vnam eſsẽtiam (vt noſtri patres iure intelligunt) ſed tres eſſentias, quod eſt impium aſſerere.

[Super epiſt. ad Coloſſ.] Hanc poſitionem damnãt ante Toſtatum D. Auguſt. & oẽs Patres catholici; & maximo iure (pro vt videbimus Deo fauẽte ſuo loco) Reprobat cõmunem Patrũ ſententiã, necnon aliorũ ex ſua familia, quod .ſ. Plato ſuo ſeculo vidiſſet in fronte lib. Gen. cum nondum Biblia eſſet in Græcum idioma trãslata tẽpore ſuę peregrinationis in Aegyptum, ſed per octuaginta annos poſtea. Vnde ait, quod poteſt forſitan eſſe ea, quæ ſcripſit in Timeo, circa mundi exordium, illum hauſiſſe voce viua ab aliquo Hebreo, dum in illa regione ipſe commoratus eſt, cauſa diſcẽdi: ſed vel malè illa intellexiſſe Plat. ait, vel eadem adulteraſſe fatetur; dùm ponit duo elementa tanquam principia .ſ. terram, & ignem, quæ poſtea coniunxit opifex per duo pariter media, hoc eſt per aerem, & aquam: vnde, quando dicitur Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas, intelligi debeat, quod aer erat ſuper aquas, & in hoc Toſtatus coincidit cum opinione Rup. Abb. damnando Platonem.

[Super Gen. c. 4. c. 2. & de Ciuit. lib. 8. c. 11.]

[In Exod. & Leuit. & Paradox.] REIICIT illam opinionẽ Platonis in Alcibiade 1. videlicet, quod homo ſit anima rationalis, in corpore viuens, illoq. vtens tanquam inſtrumento, & ob id ipſam nõ eſſe corporis formam .i. informantem videtur innuere, ſed eſſe ſubſtãtiã perfectã ex ſe, quam coniunxit Deus corpori, vt motorem mobili, & nautam naui, vnde videtur illum velle formam eſſe aſſiſtentem.

[& in Matth. 10. 3. c. 272.]

[Exod. 10. 1. c. 107. Paradox.] Reſpuit cum cæteris opinionem reminiſcentiæ animæ, dum ipſa ingreditur corpus plena, & prædita ſcientijs, qua poſitione innuitur ipſam fuiſſe ante corpus ipſum.

Dam-

Damnat demum fatuam Pythagoræ opinionem circa animas hominum, & primò quoad originem in Aſtroru͂ corporibus prius eas habuiſſe domicilium, deinde deſcendiſſe in corpora, propter peccata ad pœnam luendā, quibus exutas iterum ad ſua ſydera redire, & rurſus ad alia corpora etiam belluarum: vnde infinitam in eis ponit trāſmigrationem, & circulationem; quam quidem ſententiam, non ſolum ipſum amplexatum eſſe commemorat, ſed etiam ſequaces.

De ſtatu animarū lib. 11. c. 2.

Dicebat Pythagoras, quod anima exiens de corpore vnius ingreditur in corpus alterius, & ſui met ibi obliuiſcitur; quæ opinio, vt penitus fatua ab omnibus damnatur, & iure merito; licet à quibuſdam ad bonum reducatur ſenſum, vt infra latè videbimus.

Pro nunc hæc pauca ſint dicta à Patribus in reprobationem multorum errorum, in quos lapſum eſſe Platonem, omnes ferre vno ore fatentur, & à nobis compendioſè collecta.

An aliquo modo poſſit Plato excuſari à prædictis erroribus.

Reſtat modò videre, an in aliquibus inueniat excuſationis, & defenſionis locum ex prænotatis, & præſertim apud catholicos Patres; tametſi dici poſſet pro tutela Plat. quod iuſtè carperetur ab omnibus ſacræ doctrinæ noſtræ profeſſoribus & Græcis, & Latinis, quinimmò etiam à prophanis, ſi non poſſet allegari, quod ſapiētiſſimus, & celeberrimus Philoſophus multa dixit, non tanquam Philoſophus Chriſtianus, ſiue Theologus pietatis Chriſtianæ, & veritatis Catholicæ gnarus, ſed tanquam ſapiens ſapientia Ethnica excultus, lumine fidei noſtræ deſtitutus, naturaliq. dumtaxat præditus; & ſic vnica, & cōmuni ſententia illū tueri.

Sed tamen, quia ſunt quidam Patres doctrina, & pietate Chriſtiana inſignes, qui non ex profeſſo, & more apologetico, ſed obiter in multis vidētur excuſare multa Platonis dogmata, & ad bonum ſenſum multa dicta ipſius trahere. Hinc eſt, quod non incongruū eſſe duximus ea adducere, ne veritas ſuo iure priuetur, & ne perperam maximi Philoſophi ſcripta damnentur. Sed prius videndum eſt, quibus modis varijs, & ritibus in philoſophādo vſus ſit præſtantiſſimus Philoſophus, qui addiſcendi deſiderio flagrans multas, peregrinando, peragrauit Prouincias, vt tactum eſt.

Et primò eſt animaduertendū, quod Plato circa diuinam naturam, circa Angelos, quos Deos minores appellat (vt videbimus ſuo loco) circa Dæmones philoſophatus eſt, prout per traditionem accepit ab Aegyptijs, quorum Sacerdotibus in hoc philoſophandi ritu vſus eſt: vel melius dici poteſt, prout traxit ab aliquibus Hebręis ſuo tempore illam regionem colentibus. Hinc eſt, quod multa dixit circa res Theologicas, quæ propius videntur accedere ad veritatem noſtræ doctrinę, tametſi ſcopum veritatis de pęnu non attingerit (vt ſuo loco itidē videbimus latè) quàm faciant dogmata aliorum Philoſophorum & ante, & poſt ipſum.

Præterea ſecundò, quandoq. philoſophatus eſt modo Pythagorico, hoc eſt per numeros, per ſymbola, & per velamina, &c. vt patebit in definitione animæ, in hac Methempſicoſi, & in multis.

Tertiò, in philoſophando multoties ſecutus eſt ritus, modos, & leges municipales Patriæ Ciuitatis, & hoc non ſine rationabili cauſa (vt videbimus) nam ne videretur leges eiuſdē velle deſtruere; conatus eſt vulgi Athenienſis opinionem in multis amplexari.

Quartò, aliquando modo Poetico in philoſophando proceſſit; neq. hoc fecit abſq. rationabilibus cauſis, inter quas puto hanc eſſe primariam, ne ſcilicet

dogmata clara à vulgaribus, & Idiotis caperentur, vt patet in Sympoſio de Poropenia, Androgeno, & in Repub. de Parcis, &c.

Symp. & 7. de Rep.

Quintò modò demum philoſophatus eſt Mathematicis, vtendo ſpeculationibus, vt patet in Menone circa noſtrum ſcire, quod ſit quædam reminiſcentia, & in Timeo, dum aſſignat elementis figuras mathematicas per modum allegoriæ ad mentem Iamblici, ſcilicet cubicam .i. quadratam terræ ratione ſuæ ſtabilitatis, & immutabilitatis, pyramidalem igni, quia eius natura incidit, & penetrat, nam ab infimo lata incipit illa figura, & in acutum admodũ terminat .i. in cuſpidem, & ita ignis; Icoſahedrum aquæ, nam figura Icoſahedra eſt ſolida ex viginti triangulis contenta, quia aquæ natura lubrica eſt, ita hæc, quia eſt propinqua ſpheræ; Octohedram aeri, quia ſicut illa eſt cõpoſita octo triangulis, ita conſideratur aer habere ſimilem habitudinem ratione ſuæ mediæ naturæ inter elementa alia, grauitatem reſpectu ignis, leuitatem reſpectu aquæ, & terræ, &c.

Dodecædium verò vniuerſo accommodauit, quæ figura, ſicut componitur ex quinquangulis, ita vniuerſus Mundus ex 12. maximis partibus conſiſtit quatuor quidem elementis, ſeptẽ ſpheris errantibus, & vnica inerrante, ſic Mathematicè quandoq; videtur philoſophari Plato, & in hunc ſenſum ipſum velle ſuam intelligere mentem, licet alij multas videantur adhibere interpretationes, vt Syrianus Proculus, & multi ex Peripathetica familia.

Lib. 12. Met.

Stantibus his procedendi in philoſophando modis Platonis, videamus cum doctiſſimis viris, an in ſupra allatis erroribus poſſit aliquo pacto excuſari doctiſſimus Philoſophus.

Et primò videamus, ad quem ſenſum reducant quidam Theologi præſtantiſſimi, & Philoſophi acutiſſimi illam mulierũ communitatem, quæ ſummopere damnatur paſſim ab omnibus, vt dictum eſt.

Clemens Alexandrinus, in omni ſcientiarum genere excellẽter verſatus, & in Chriſtiana Theologia eminentiſſimus, videtur ad bonum ſenſum ſic trahere poſitionem Platonicam; verba hæc ſua ſunt: *Mihi autem videtur Platonem quoq; malè audiiſſe in Rep. dicentem, oportere eſſe communes omnium vxores, vt qui diceret eas quidem, quæ nondum nupſerant, eſſe communes eorum, qui eſſent petituri, quemadmodum Theatrum quoq; eſt commune ſpectatorum: eſſe autem vnamquamque vniuſcuiuſque, qui præoccupaſſet, & nõ amplius communem eſſe eam, quæ nupſiſſet.*

Stromatum lib. 3.

Hæc verba apud illum ſunt clara, ex quibus nimirum cõijcitur (vt etiam notat Iacobus Mazzonius) mentem Platonis non fuiſſe impiam, & pudendam, ſecundum ſententiam iſtius celeberrimi viri, & vetuſtiſſimi Patris circa hanc communitatem.

In comp. Plat. & Ariſtot.

Non deſunt etiam inter Scholaſticæ doctrinæ proceres, qui eandem mulierum communionem in honeſtum ſenſum explicent: inter quos extant Aegidij Romani, & Henrici Gandauenſis doctrinæ.

Aegidius Romanus Doctor celeberrimus, ſic videtur trahere ad bonũ ſenſum hanc mulierum communionem, lib. 3. P. P. cap. 15. de Regimine Principum ſua verba ſunt: *Narrabatur autem ſupra, quod Socrates, & diſcipulus eius Plato dixerunt, Ciuitatem ſic eſſe regendam, & gubernandam, vt Ciuibus communes eſſent vxores, & filij, & poſſeſſiones; quod ſi intelligatur, vt verba ſonant, ſtare non poteſt, vt eſt per habita manifeſtum, quia modus fuit Platonicorum metaphoricè loqui, quem modum loquendi fortè ipſe Soc. habebat, cum Plato eius diſcipulus fuerit. Si volumus, non vt verba ſonant intelligere dicta Soc. ſaluare poterimus poſitionem eius.*

Aegid. lib. 3. P. P. c. 15.

Omnia enim eſſe Ciuibus communia, ſecundum rei veritatem non poſſibile, neq; vtile: tamen ſecundum amorem, & dilectionem

nem

uem debet ibi ſaluari communitas. Sicut enim quilibet Ciuis debet diligere Ciues alios, ſicut ſe ipſum, ſic debet diligere vxores, filios, & poſſeſſiones aliorũ, ſicut & proprias. Hæc Aegidius vbi ſupra. Hoc modo vult celeberrim⁹ Philoſophus,& Theologus,quod debeat intelligi verba Soc. circa hanc communionem, &c.

Quolib.4. Gandauenſis ſic ait & ipſe: *Eſt igitur diſtinguendũ in principio eſſe duplicem ſtatũ hominis, & triplicem modum poſsidendi bona, quæ pertinent ad hominis vſum. Eſt quidem ſtatus quidam naturæ humanæ inſtitutæ in innocentia, & originali iuſtitia. Et eſt alius ſtatus naturæ humanæ deſtitutæ per peccatum, & ab originali iuſtitia obliquatæ. Eſt etiam quædam poſſeſſio bonorum communis, ſiue in communi, nihil omninò quo ad vſum, & poſſeſſionem quocunq. modo appropriãdo. Eſt etiam quædam priuata omnia ſibi appropriando, & nihil ad vſum communem deducendo. Et eſt tertia media aliqua ſecundum vſum propria habendo, ſed ea, ſecundũ quod ratio dictat pro tempore, & loco communi* Decret.diſt. 1. *vſui exponendo. Prima poſſeſſio eſt inutilis, quia non eſt manſiua. Secunda eſt iniqua, quia ſolitaria, & ideo neutra Ciuitati benè diſpoſitæ congrua. Tertia verò eſt rationabilis, & inter vtranq. media, quæ Ciuitati benè inſtitutæ eſt idonea, quæ quia ex inſtinctu rectæ rationis prouenit, quæ quodammodo natura dicitur, ideo dicitur eſſe de iure naturæ.*

Dec. diſt. 1. *In Decret. diſtin. 1. Ius naturale commune eſt omnium nationum, eo quod inſtinctu naturæ habetur, vt communis omnium poſſeſſio, ſed hoc intelligi dupliciter, aut propriè vſui rationabili ſingulorum exponẽda, quandocunq. opus eſſet; aut ſolum, quando neceſſitas vrget. ſecundum primum horum modorum, Socrates in Ciuitate ſua omnia conſtituit eſſe communia, & Ariſt. iuxta ſecundum conſtituit in Ciuitate ſua omnia debere eſſe propria*, &c.

Ex his longa verborum ſerie prolatis, non ſolum conſtat hanc communitatem facilè poſſe ad bonum, & honeſtum reduci ſenſum, ſed etiam in hac vna re, inter ſexdecim errores, quos impingit mordicus Ariſt. in Politicis præceptori Platoni, & perperam, nullam eſſe diſſenſionem in re, licet appareat in verbis, in quibus contra illum arguit in æquiuoco ſemper.

Hanc conuenientiam nedũm non abhorruit admittere Illuſtriſs. & doctiſs. Card. Beſſario, & hanc communitatem in rectum ſenſum interpretari, dicendo, quod illa vniuerſalis communio mulierum, filiorum, & poſſeſſionum non eſt penitus reijcienda, licet impugnetur ab Ariſt. nam quod intenſius à Platone dicitur, ab eo remiſſius decernitur. Siquidem vterq. vnire Ciuitatem voluit, ſed alter magis, alter minus. *Facilius .n. eſt* (ait Doctiſs. vir) *& ſenſui noſtro propinquius, quod Ariſt. ſectatur; Plato contra commune reſpicit, partim .n. hominis ſenſui nobilior eſt.* mentem videlicet, atq. intelligentiã ſequitur, & ob id difficiliores ſemper aggreditur, ſed quæ menti, & intelligẽtiæ magis conueniãt. Ariſt. itaq. ſententia ſenſui, Platonis verò ſententia intelligẽtię propinquior eſt. Vnde ex his quidam ſumpſerunt occaſionem dicendi Ariſt. opinionem de Rep. eſſe intelligendam in concreto, Platonis verò veluti in abſtracto. In Calum. nat. Plat. lib.4. Ariſt.7.Polit. c. 10. ait omnia debere eſſe cõmunia vſu amicabili, & ex hoc volũt quidam ipſum non diſſentire à Plat. in hac mul. cõmunic.

Alij in alium ſenſum videntur intelligere poſitionem Platonicam, dicẽdo in communione illa mulierum ipſum hyperbolico ſermone vſum fuiſſe, & plus dixiſſe, quam intellexiſſe; quæ opinio, vt nimis extrema, iure reijcitur à multis.

Alij tenent eandem, vt veram, & realem poſuiſſe Platonem; & ij in peiorem cecidere ſentẽtiam, & magis extremam; vnde hanc fœdè amplexatã à Nicolaitis, & à Fratre Dulcino demũ poſt multa ſæcula optimo iure, tãquam prauam, & hæreticam fuiſſe damnatam in primitiua, & moderna Eccleſia, & impugnatam tenemus. Vide Gabr. Prateolũ de vitiis hæret.

Alij hanc communionem Platonicam ſic in rectum ſenſum declarandam arbitrantur, & vni quidem vnam eſſe

tradendam mulierem cenſeant, ſed ab omnibus diligendam vti propriam ad hoc, vt eſſet in Repub. eadem omnium dilectio, & vnio: quæ opinio, vt magis pia, & à Chriſtianis legibus non aliena à multis approbatur, quinimmò à Summo Pont. in Can. & c. licet, vt principijs humanæ philoſophiæ contraria à Philoſophis ſæcularibus reſpuatur.

Can. dilect. c. 12 q. 1.

Hi reuera reijcientes dicunt audacter, quod ſæpè numero vrbium ſtatus ex amore rerum propriarum debilitatur, infringitur, & euertitur, vt legitur de præclaro Athenienſium, & Lacedęmoniorum ſtatu, quinimò de illo Romanæ noſtræ Reip. quæ dum Platonicam ſecuta eſt viuendi formam cõmunem, fœlicem duxit vitam, tẽpore. ſ. Iunij Bruti, & Publij Decij, & aliorum, qui hanc communitatem coluerunt, & obſeruarunt at verſa vice; euerti cœpit, cũ C. Cæſar rerum propriarum auidus, Regem ſe facere Vrbis Romę, & Octauio Nepoti Romanum relinquere Imperium cogitauit.

Pugnantes igitur pro hac communitate abſolutè cõcludunt, quod ex hac eadem omnia incõmoda facilè poſſunt euitari, quod exemplo promptè confirmant de Meſagetis, Britannis veteribus, Afris, Naſamonibus, Aethiopis, Thracibus, & Bracmannis, qui ſumma fęlicitate gauiſi ſunt, dum hac communione vſi ſunt vniuerſali, ſed pręſertim mulierum.

Sed ego hanc abſolutè non admitto, ſed magis ſuperiorem: vel concludo, quod Platonica Reſp. admitti põt tanquam Idealis, vt Ciceronis Orator, demonſtratio Ariſtotelica; nõ autem tanquam realis, &c.

Sed forſan melius pro defenſione tandem iſtius communionis dici poteſt cum Chriſoſtomo Iauello Platonem duplicem ſtatuiſſe Rempublicam, vnam .ſ. ad mentem Pythagoræ, quam quidem manifeſtat in perſona Socratis, aliam verò in propria perſona: in illa ſtatuit hanc communionem, in ſua verò, quam ſtatuit lib. de legib. damnat; vnde illa poteſt appellari Pythagorica, & Socratica, iſta verò Platonica: de illa tractatur lib. de Rep. & de hac (vt dixi) in lib. de legib. in illa demum legũ conditor eſt Socrates, in hac eſt Hoſpes Athenienſis, qui quidem repreſentat perſonam ipſius Platonis: & hoc ſignis facilè conijci poteſt, quoniam ſtatuuntur iura in ſecunda aduerſantia primæ; & præſertim hanc communitatem, quæ acerrimè reprobatur ab omnibus Sapientibus; ſi quidem in hac ſtatuit matrimonia, filios, & vxores, pro quibus leges ſancit, & decernit, deteſtans adulteros, & nothos; vt peroptimè animaduertit D. Theodorettus Cirenſis à nobis ſupra ſæpè allegatus, qui expreſsè ait Platonem laudare nuptias, & iure. Verba ſua hęc ſunt: *PLATONEM admirtuans, qui inter hominis bona nuptias collocat, quas etiam immortalitatis tuenda inuentum, generiſq. humani ſtabilitatem appellat.* Hæc Theodorettus de curatione, vbi de actiua vita.

Iauell. tract. 7. in Plat. Polit. c. 2.

De cur. lib. 12.

Hæc ſint dicta pro hac communione tuenda, circa quam fortaſſis nimis prolixitati ſtuduimus; ſed fuit hoc agere neceſſarium, quia inter errores, qui impinguntur Platoni, hic maximus reputatur, & illa trãſmigratio noſtrarum animarum ad beſtias, pro cuius defenſione paulò infra aliquid dicemus. Sed videamus, an aliquo pacto poſſit à cæteris vindicari?

Quod non benè ſibi conſtet, loquendo de Deo, de natura diuinorum, Angelorum nempè, & Dæmonũ, non multa ſumus modò dicturi pro eius defenſione; quoniam latiſſimè ſumus loquuturi de his in ſequentibus libris, in quibus ex primaria intentione hoc agere intendimus, & vtriuſq. Theologię dogmata declarare, & ad inuicem conferre, ex quibus declarationibus, & collationibus facilè innoteſcere poterit, in quibus ſit laude, vel damnatione dignus

hic

hic mirabilis Philoſophus. Pro nunc dicamus abſolutiſſimè, quod circa diuinam Deitatem, ſiue Trinitatem malè poſitam non ex ſuo ſenſu labitur, ſed ex aliorum opinione .ſ. Aegyptiorũ Mercurij Termax, ſequentiũ dogmata Caldæorum, & priſcorum Græcorum, & quod non potuit cum iſtis lumine ſimpliciter naturali illam veritatem attingere, quam non valuerunt cõſequi, niſi adumbratè, vetuſtiſſimi Patres veteris Teſtamenti: ſed de his ſuo loco fuſiùs.

Quod modò vnicum accuſet Deum omnium creatorem, modò vulgarem opinionem ſequatur circa multiplicitatem Deorum, modo eandem damnet, modò laudet eorum adorationem, & votorum eiſdem exhibitionem, vel ſolutionem (errata quibus, vt ait Euſebius, tunc ferebantur populi Athenienſes) ratio forſan poteſt allegari; quia nõ audebat vel patrias leges violare, vel eis palam contradicere, metu Areopagitarum, ne ſibi ſuccederet malũ, quod accidit Socrati præceptori, qui cum nollet multitudinem Deorũ accuſare, carcere detentus, lethale venenum coactus eſt aſſumere: & eadem ratione non penitus vetuit ſimulacra eorũ fieri ex metallis, & lignis; ac alia multa ſpontè nõ deteſtatus eſt, quæ penitus, tanquam falſa, ſunt damnanda. *De præpar. lib. 13. c. 8.*

Hęc omnia nimirum obſeruabat (ait etiã Theodorettus) patriæ legis cauſa, adeò quod in hiſce rebus duobus modis proceſſit in philoſophãdo, & ſecundum doctrinam Aegyptiorum, & ſecundum quod ſuæ iubebant leges ciuiles, & municipales; & in his forſan eſt aliqua excuſatione dignus. *De curat vt ſupra.*

Quod circa Dæmonicam naturam, & animaſticam, non rectè in omnibus ſentiat, dicimus cum Euſebio reſolutè, quod & in his quoq. non eſt Hæbreorum dogmata ſecutus, ſed Aegyptiorum; & ob id, quod non eſt abſolutè damnandus. Sed de his latiſſimè ſuo loco lib. ſequenti.

Quod facultatem creandi committat Dijs minoribus, hoc eſt iudicio multorum dictum, quod ijs, vt ſecundis cauſis relinquat virtutẽ multa producendi, & gubernandi, vi nihilominus primæ, & vniuerſaliſſimæ cauſæ .i. Dei ipſius primi, cui ſolum abſolutè poteſtas ex natura competit creandi abſque præiacente materia.

Sed dimiſſis multis à Patribus allegatis, & damnatis, tanquam non conſentientibus, & communicantibus cum dogmatibus ſacræ noſtræ Theologiæ, quæ nihilominus in Philoſophia Ethnica poſſunt defendi, iuxta principia eiuſdem, & in diſputando ſuſtineri; accedamus ad illa, quæ videntur prima facie in ſe continere ſummam impietatem, & quæ videntur cunctis ſcandaloſa (ſi in ſenſu litterali ſimpliciter capiãtur) & eſt illa animarum tranſmigratio, quæ græcè Methempſicoſis appellatur: quam quidem fluxiſſe à Pythagora fama paſſim diuulgauit. Alij a Zoroaſtro hanc originem duxiſſe putant, eo quia dicebat ipſe, *tuum vas habitabunt beſtiæ terræ*, &c. Alij Mercurio Termaximo huius inuentionem aſcribunt. Alij Cabaliſtis Hæbreorum. Alijq. alijs hunc errorem impingunt. Vagatur nihilominus ſententia conſtans, quod exordium ſumpſerit ab Aegyptijs, à quibus eam hauſiſſe Pythagoram non iniuria putant, & à Pythagora Platonem. Sed quia Aegyptiorum Sacerdotũ, & Doctorum Alpha fuit Mercurius; hinc eſt, quod quamplurimi à Mercurio ortum, & initium traxiſſe firmiſſimè tenent; & hoc autoritate ipſius in Pimandro confirmant, vbi hæc verba leguntur.

Animarum permultæ ſiunt mutationes, partim in melius, fœlicuſque, partim in contrarium; nam reptilium animæ in aquatilia tranſmutantur, aquatilium migrant in terreſtria, terreſtrium in volatilia tranſferuntur, aereorum in homines conuertuntur, horum verò animæ probè in Dæmones tranſeũt, & ad extremum in Deorum chorum ſ[illegible]cia- *Verb Merc. Termax. in Pimandro, circa tranſ. migrat ani. marum, &c.*

ter

» *ter reuellantes ſanctiſsima, & beatiſsima*
» *gloria perfruuntur. Anima autem impia,*
» *poſtquam per mortem à corporis carcere ſunt*
» *ſolutæ, in natura propria remanent, ac ſe*
» *ipſas cruciant, corpus quærunt, quod ingre-*
» *diantur, terrenũ, & humanum, aliud quip-*
» *pè quam hominum, animum non capit hu-*
» *manum; neq; fas eſt in corpus animæ ratio-*
» *ne carentis, animam rationalem corruere;*
» *lex enim Diuina generationem tam nefa-*
» *riam prohibet.*

Ex his Mercurij verbis non ſolum conſpicuè elicitur ipſum huiuſce tranſmigrationis fuiſſe inuentorem primarium, ſed quod ipſa ad meliorem trahatur ſenſum, quàm faciunt multi & Pythagoræ, & Platonis aſſeclæ, & præſertim Plotinus cum eo Origenes, Arpocratio, Boethus, Numenius, necnon Ammonius ille ſaccus, qui fuit Plotini, & Origenis præceptor.

Eſt igitur ſciendum, pro intelligentia iſtius tranſmigrationis, quod Plato hoc dogma deſumpſit vel ex doctrina Merc. vel Pythagoræ; & de eodem facit mẽtionem in Timeo, & in Phædro; ſed an ſit litteraliter intelligendum, an metaphoricè, non ſatis conſtat, quia in hac re interpretes ſe torquent, nec vniformiter ſentiunt. Supra citati Philoſophi interpretantur Platonem voluiſſe animam humanam reuera fieri aliquando animam bruti, quibus aſſentiũt noſtrates Theologi ſupra allegati, ſed præſertim Euſebius, Theodorettus, Tertullianus, & multi, vt viſum eſt.

De prepa rat. vt ſup. De curat. vt ſupra.

Exaduerſo alij oppoſitam habere, & ſuſtinere ſententiam videntur, vt Cabaliſtæ, qui parum à Mercurio diſtant, .ſ. Plutarchus, Olympiodorus, Porphyrius, Syrianus, Proculus cum multis neothericis: ſed horum ſingulas breuiter feramus ſententias ad hoc, vt prudentiſſimus Lector perſpicaci mentis acie poſſit inter has pugnantes opiniones illam ſceligere, quæ videtur magis vera. Plotinus (vt dixi) cum multis iam allegatis tradit animas noſtras in brutorum corpora poſſe ſine dubio migrare, hoc eſt in ſuis moribus ſimillimas figuras pecudum nempè, & ferarum transferri; & multoties huiuſmodi conuerſiones fieri; cui adſtipulatur Empedocles, qui ſecutus Pythagorã his verſibus eius affirmat ſententiam, ex quibus forſan Plotinus ipſe, & ſequaces hanc deſumpſere. Carmina ſunt hæc.

Lib. 1. de proprio cuiuſcunq. Demone.

Olim namq. fui ceſpesq́, puerq́, puellaq́,
Et volucris Cæli, atq. alti maris incola piſcis.

& alibi fuſius.

Mutatos ſobolis mactat Pater impius artus;
Dis epulũ libans, ſæua prece territa mẽte.
Hoſtia luctiſica funeſtatur dape menſa.
Natus item, vt pecudes, cadit matremq́, patremq́,
Nec ſentit caros mandens ſub dentibus artus.

itidem alio loco.

Comprimite, ò gentes homicidia: non ne videtis
Mandere vos proprios artus, ac viſcera veſtra?

Plutarchus harum animarum in diuerſas formas referre videtur has reuolutiones, nam ponens quatuor genera animalium rationalium, paruorũ Deorum, nempè Dæmonum, Heroum, & hominum vult, quod ad inuicem tranſmutentur more elemẽtorum, ita vt animæ humanæ quãdoq. in heroicas tranſeant, & heroicæ in Dæmonicas, & hæ in Deos vertantur, & cum purgatæ fuerint, naturæ Diuinæ participes reddantur; & ſi fortè fortuna in humana ingrediuntur corpora, ſeipſas dimittendo, vitam obſcuram, & quaſi brutalem diuinitate expertem, & ſuperno bono deſtitutam nanciſcantur.

Plut. lib. de defectu oraculorum.

Olympiodorus Platonis aſſecla fidelis videtur tenere ipſum velle innuere animas prauorum corpore exutas inter illa brutorũ corpora diuerſari, quæ mores habent tales, quales impij, & ſcelerati illi homines vitam degentes exercue-

Com. in Phædone.

curerunt, vt qui corporeis voluptatibus per laſciuiam, & inertiam æuum tradu-xerũt, cum brutis huiuſmodi vitijs præ-ditis poſt obitum verſentur: & hoc Pla-tonis verbis cõfirmat in Phædone ſcri-ptis, vbi habet animas puriſſimas in Deorum conſuetudinem, & cõſortium ſe ſe coniungere; prauorum verò circa monumenta, & ſepulchra verſari.

Porphyrius, & cum eo Iamblicus, in doctrina Platonis præcipuus, in alium ſenſum videntur Platonis ſententiam interpretari, vt velint hominem non in brutũ realiter, ſed in hominẽ brutalem, hoc eſt, in virum, cuius corpus hominis brutalis ſimilitudinem gerat, transfor-metur. Hæc opinio coincidit cum ſen-tentia Cabaliſtarũ, qui intelligunt ani-mam fieri omnia, & quod beſtia efficia-tur taliter, & non quomodolibet, ſed modo propriæ ſpeciei conſentaneo, & ſolũmodo humano; & huius opinionis cõfirmationem ſuſcipiunt ex ſacris lit-teris, vbi in Daniele Propheta legitur Babiloniæ Regem .i. Nabucdonoſor, ob grauiſſima ſcelera, permiſſione, & poteſtate diuina, fuiſſe conuerſum in Bouem, donec ipſe purgatus reſcipiſce-ret. Interpretes exponunt iniqui Re-gis imaginationem diuinitus fuiſſe la-befactatam, vt imaginaretur ſe in Bo-uem eſſe redactum, & ob id grauiſſimo afficeretur dolore.

Pulchra animaduerſio circa hanc opinionem.

Syrianus magnus, & Proclus Dia-dochus aliam huius tranſmigrationis expoſitionem excogitarunt; ſi quidem animam rationalem minimè volunt in animam bruti tranſire, quemadmodum Plotinus, & aſſeclæ exiſtimarunt; quo-niam abſurdum putant (& non abſque iure) ſubſtantiam ratione præditam in aliam ratione carentem tranſduci, ſed volũt animam humanam in brutorum corpora ad tempus, & ad pœnas luen-das admitti, & per ſuam imaginatio-nem illorum imaginationibus inſinua-ri eo modo ſanè, quo traditur à pleriſq. Dæmones corpora humana ingredien-tes ſe hominum imaginationibus inſe-rere, eaſdemq. mouere, atque ipſorum brutorum animæ alligari.

In Metaph. Proclus de anima, & Dæmone.

Alij multi ex Neotericis metaphori-cè, vel allegoricè hanc Metempſicoſim interpretantes, nullo modo ſuperiores ſententias approbãt, ſed hanc tranſmi-grationem eſſe ſcandaloſam prędicant, & indignam exiſtimant, quod non ſo-lum teneatur à Philoſopho ſumma pie-tate inſigni, ſed quod nec nominetur ab hominibus: vnde videtur illam reij-cere, & non perperã propulſare: quan-doquidem nefas eſſe putent in corpore beluæ aptam reperiri præparationem, & organizationem ad illas functiones obeundas; quare negarunt (& non in-iuria) animos rationis præditos ſic cor-pori ferino poſſe coniungi, vt illius offi-cia exercere valeant, vnde communica-re cum brutis aliquãdo admittunt, non tamen modò reali, ſed in quadam vitæ ſimilitudine; & iſtud volunt ſenſiſſe Platonem, & in hoc ſenſu accipiendam eſſe Pythagoricam Metempſicoſim cõ-cludunt.

Ego (ſi vera fateri cogor) hanc poſi-tionem non audeo reprobare, ſed for-ſan approbare, quia ſi hoc fuit à Plato-ne prolatum in Timeo, & Phædro, non ex propria, ſed ex ſuperiorum ſenten-tia fuit obiter dictum, & præſertim Py-thagoræ, vel melius Zoroaſtri, & Mer-curij, qui de interna, non de externa metempſicoſi fortè fortuna locuti ſunt. Si quidem hæc reuera in alio ſenſu mi-nimè intelligi debet, niſi ſimiles mores, & eadem ſtudia, quæ in aliquo iam vi-ta functo erant, in alio nunc vitam de-gente renaſci. In hoc (inquam) ſenſu in-telligẽda eſt illa trãſmigratio Euphor-bi militis Troiani, virtute bellica clari in Pythagoram, nõ autem in ſenſu rea-li .ſ. quod anima Euphorbi exiſterit prius in proprio corpore, ſecundo in Pauone, tertio in Cycno, quarto in eo-dem Philoſopho, quinto in Ennio Poe-ta: vel quod prius fuerit in Meonide, ideſt

Opuſ. de ſta tu animarũ c. 2.

ideſt in Homero Poetarum Principe, & poſtea in alijs ante, & poſt Pythagoram; quod iure damnat Toſtatus, ſiue Abulenſis.

Hæc ſunt placita multorum Platonicorum circa poſitionem tranſmigrationis animarum. Et hæc poſtrema inter alias eſt, iudicio mio, amplexanda ſententia, vtpotè illa, quæ humanæ pietati extat magis conformis, & apta, reiectis omnibus alijs, & pręſertim illa Plotini, quæ vt impia, & ſcandaloſa, eſt, veluti veſana peſtis, arcenda à vera Philoſophia, vti illa, quæ eſt pleniſſima nugis, & fabellis. Ego reuera magna premor admiratione, quod Philoſophus tam inſignis Platonicæ familiæ hanc ſit amplexatus, & multis verborum ambagibus eandem protulerit, & comprobauerit cum multis ſuæ academiæ fautoribus.

De proprio cuiuſq. Dæmone.

Nec obſtat dicere, quod hanc fuiſſe Pythagoræ ſententiam Timeus locrus dixerit, eiuſdem diſcipulus à Platone receptam, & exultam, vt ille, qui maximè doctrinam tanti viri colebat, & obſeruabat: quoniam minimè exiſtimandum eſt illum haud dubitaſſe fabulas eſſe à Pythagoricis excogitatas, & fictas, vt hoc modo homines deterrerent, & auerterent à vitijs, & ſceleribus patrandis.

Nec eſt aſſerendum omnes ſupracitatos Patres, & Theologos celeberrimos in hanc condeſcēdere opinionem, cum vno ore, & vnanimi conſenſu hanc damnare, vt fœdam, & vilipendendam non deſiſtant. Quoniam etiam ſi refellere pro viribus eandem appareant, id faciunt, non quod veram in re forſan teneant, ſed vt etiam in verbis fabuloſam, ſcandaloſam, & contrariam, non modò ſacris litteris, ſed etiam ipſimet doctrinæ Platonis iure optimo exiſtiment: ſicuti fecerunt circa illam mulierum communionem, quam propulſare omnes & ſacri, & prophani ſapientes pari voto conati ſunt (& non ſine rationę) vel in rectum ſenſum interpretari.

Quod non ſit cōſona Platonicæ pietati, ex hoc facilè cōijci poteſt, quia videtur cōtraria ſuis dogmatibus, in quibus agens de anima, poſtquam eſt ſoluta à vinculis corporeis, videtur ei aſſignare receptacula, in quibus fœlix, vel miſera eſt in æternum manſura. Enimuerò ex ſua ſententia (vt in lib. de anima ad aures ipſius videbimus) animas hominum, cum primum vitam peregerint, iudicium eſſe ſubituras liquidò probatur, quo abſoluto, alias in Tartarum demiſſas pœnas ſuorū piaculorum perſoluere, quaſdam verò in Beatorum inſulas delatas, vel in Cœli regionem ſublatas agere pro illius vitæ meritis, quam olim inter homines vectitarunt. Vnde ſi hæc à Platone ſunt pluries repetita, & concluſa, quis credere cogitur Platonem in Phedone, & Phedro ex propria ſententia aſſeruiſſe eos, qui voluptatibus fędè ſeruierunt, poſt obitum aſinos fieri? qui verò iniurias, & tyrannides, rapinaſq. exercuere in lupos, accipitres, miluoſq. tranſire? & qui olim popularem, ciuilemq. virtutem, quam temperantiam, iuſtitiamque appellant, exercitarint, in Veſpas, Apes, & Formicas permutari valeantè ſunt.n. hęc ad inuicem contraria, nec vllam habēt inter ſe (vt apparet) connexionem. Mitto, quomodo etiam ſuis legibus apparet eſſe repugnans pluribus in rebus, & pluribus modis. Et hæc ſufficiant pro excuſatione Platonis circa hanc animarum Metempſicoſim, quæ forſan eſt damnata (vt viſum eſt) ab Euſebio, Chryſoſtomo, Epiphanio, Damaſceno, Theodoreto inter Græcos, ab Auguſtino, Iſidoro, & Toſtato inter Latinos, non tāquam peſſimū dogma ab eo excogitatum, & inuentum, ſed tāquam iniquè receptum, & conſcriptum potiùs poeticè ludendo, quam philoſophicè credendo illud eſſe verum, & indubitatum, cum pluribus in locis oppoſitam conſpicuè appareat ipſum tenere opinio-

In Phedone, & alibi.

nionem circa animæ receptionem, poſtquam eſt à corpore abiuncta, & ſeparata, vt tactum eſt.

Cæterum, ſi in reliquis, in quibus damnatur, valeat excuſari, poſſet rectè pro eo allegari illa communis defenſio .ſ. quod multa dixit, tanquam Philoſophus Gentilis, diſcors à noſtris dogmatibus, propter defectum luminis veræ Religionis, in quibus tamen magis concordem videtur ſe præbere, quam faciant alij Philoſophi ante, & poſt ipſum. Hinc D. Auguſtinus noſter exclamaſſe fertur, *perpaucis mutatis Plato, & Platonici Chriſtiani eſſent*, vt ſupra tactum eſt.

Nec forſan difficile eſſet dicta eiuſdem, quæ videntur eſſe aliena à doctrina noſtrorum Patrum, ad bonum ducere ſenſum, & ſigillatim vniuſcuiuſq. erroneæ aſſertioni ſatisfacere: ſed quia in vanum conterrere tempus non eſt intentio noſtra, cum de alijs multis rebus à Patribus damnatis ſimus acturi in proceſſu Operis, & cum ipſis damnare ea, quæ nullam habent conformitatem cum ſacris literis; idcircò pro nunc hæc miſſa facimus, & concludendo eius doctrinam eſſe laudandam in multis è contrario in ijs reijciendam, quæ nullum habēt conſenſum cum noſtrorum Theologorum placitis. Solum inter citatos Patres verba Tertulliani contra Platonem haud approbare poſſum, quinimmò palam reprobare cogor, cum à viro in multis reprobato, licet doctiſſimo, & in multis alijs laudato prouenîant.

Concluſio.

Hic vir, quamuis laudetur à Lactantio, vt doctrina præclarus, & ab Eccleſia acceptetur tanquam vnus ex primarijs, & vetuſtiſſimis Patribus, è contrario tamen in loquendo parum facilis, & minus comptus, & obſcurus ab eo, & à multis appellatur. Hinc (inquam) reuera bonus, & omni literarum genere excultus, in iudicio nihilominus de Platone ferendo, multū laudabilis non apparet, quia poſtquam omnes philoſophantes damnaſſet tanquam inutiles, & pernicioſos ad Theologiā noſtram, eoſdemq. hæreticorum Patriarchas appellaſſet, & tanquam fontes eoſdē exiſtimaſſet, à quibus hæreſes ſubortæ ſunt, Platonem acriter reprehendit, tanquam præbentem ipſis hæreticis facilem aditum labendi in turpes errores, vel condimentū eiſdem miniſtrandi. Hæc verba protulit libro de anima.

Cap. 7. Et con. Hermogenem.

Doleo bona fide Platonem omnium Hæreticorum condimentarium factum, illius enim eſt & in Phedone, quod animæ hinc euntes ſint illuc, & inde huc. Item in Timæo, quod germina rei delegata ſibi mortalium genitura, accepto initio animæ immortali, mortale & circumgelauerint corpus. Tum quod mundus hic imago ſit alterius alicuius. Quæ omnia, vt fidei commendet, & animam retro in ſuperioribus cum Deo egiſſe in commercio Idearum, & inde huc tranſuenire, & hic, quæ retro nouit de exemplaribus recenſere, nouum elaborauit argumentum diſcentias reminiſcentias eſſe. Venientes .n. huc inde animas obliuiſci eorum, in quibus prius fuerint, de hinc ex his viſibilibus recordari edoctas.

Idem Tertull. lib. de anima.

Hæc ſpecialiter ſunt verba ipſius Tertull. in Platonem, ex quibus videtur ipſe multos ei impingere errores: hoc mihi non parū negotium faceſcere videtur, dum mihi in mentem veniūt Tertull. doctrina, & Platonis Philoſophia; Tertul. Theologus. & Plato Philoſophus; Tertullianus Eccleſiæ Doctor, & Plato Academicæ Philoſophiæ Lector: nam ſi libet horum ſcriptorum paralella in medium afferre, & ea ad inuicem conferre, debemus firmiorem in doctrina ſua confiteri Platonem. Nō eſt mirum, quod homo gentilis ſeculi Philoſophus talia de animarum vagatione, de Mundi huius ſtructura ad exemplar pulchritudinis ſuperni Mundi, de animarum obliuione in corporibus merſarum, & de earundem re-

miniſcentia philoſophatus ſit, cum ipſe nimirum cum cæteris philoſophantibus in tantis tenebris ambulauerit, exiguoque lumine naturæ vſus, cùm ipſe Tertullianus iam ortæ lucis tẽpore natus in tot errores incidiſſet, quot ij sũt, qui ab D. Auguſtino notãtur, à Hieronymo, à D. Thoma Angelico, & à multis fide dignis. Ambulabat Plato inter tenebras gentilitatis denſiſſimas, paruam laternam manu tenens, quę eſt lumen naturæ. Tertullianus autem ambulauit iam orto ſole, pergrãdem ferẽs manibus facem, quæ eſt lumen fidei: & tamen Tertullianus cecidit, Plato autem non, quia ſi dogmata Platonis ſibi inuicem comparentur, nullus eſt error, quia omnia ſua poſſunt iuxta eiuſdem principia contra contrarium aſſerentes rectè defendi; ſi autem itidem comparentur cum dogmatibus aliorum Philoſophantium, magis iſta, quam illa ad diuinitatem, pietatem, & religionem videntur declinari, & per conſequens ad veritatẽ Philoſophicam: ſi poſtremò ſuperiores Platonis aſſertiones ad Christiana dogmata comparentur; vtique ſunt errores, & ob id cauſam errandi multis ijs temporibus dederunt: ſi poſtea perquiratur nũ Peripateticorum, Stoicorũ, Epicureorũ dogmata fuerint hæreticis in multos cauſa incidendi errores, magis quam Platonica; certè hoc pro rato debemus affirmare auctoritatibus, & rationibus. Auctoritatibus Auguſtini, Theodoreti, & multorum; rationibus, quia ij in rebus ad Diuinitatem, Pietatem, & Religionem ſpectantibus, omninò fuerũt ancipites, de animorum nempè immortalitate, de Deo, de Beatitudine humana, ac vera, de fine mundi autem, omninò contra religionẽ, & de Dæmonibus, ac cæteris fuerunt clari aſſertores, & pro ſua virili probatores, hinc eſt, quod in hoc ſenſu poſſumus cum Tertulliano affirmare, quod ij vtique Patriarchæ hæreticorũ fuerũt, & appellari poſſunt, Plato autem nequaquam; ideo allucinatur Tertullianus. Verum quidem eſt, quod multi in via Platonica ambulãtes, in hęreſes lapſi ſunt; ſed ſi hoc perpendatur perſpicaci (vt aiũt) iudicio non eſt mirum, cum etiam ex puro intellectu, ſed deprauato, textus Euangelici, variæ multæ, & innumerabiles ortæ ſint hęreſes: vt optimè animaduertunt Venerabilis Beda Presbyter, & D. Auguſtinus, quorum verba ſunt. Beda ſiquidem ait: *Omnium Euangeliorum loca apud Hæreticos, & peruerſis plena ſunt ſcandalis.*

[De hæreſib. cap. 36. De viris illuſt. Contra Gẽtiles lib. 1. cap. 21.]

[Beda in Matth. c. 15.]

Sic autem D. Auguſtinus etiam de hæreticis eiſdem prauè ſentiẽtibus circa veritatem Euangelicam ſcriptum reliquit. *Poſſunt enim dici filij mali etiam hęretici, quia ex eodem Euangelij ſemine, & Chriſti nomine procreati, prauis opinionibus ad falſa dogmata conuertantur, veros deprauando ſenſus Euangeliorum, &c.*

[Lib. quæſt. Euangel. in Matt. c. 11. tom. 4.]

Et Hilarius de Synodis aduerſ. Arrianos, quinimmò & D. Auguſtinus in Pſal. 54. explicitè fatentur Hæreticos antiquiores (quos prauè ſecuti ſunt recentiores) ex verbis, tùm veteris, tùm nouæ Scripturæ, occaſionem hauſiſſe incidendi in pernitioſas, & execrabiles hæreſes, vtpotè Photinus ex illis verbis Apoſt. ad Timoth. *Mediator Dei, & hominum, homo Chriſtus Ieſus.* hauſit Chriſtum Dominum tantũ hominem fuiſſe. [Cap. 2.]

Marcion ex epiſtola ad Philip. hauſit, corpus Chriſtum habuiſſe phantaſticum, & non verum ſ. ex illis verbis: *Et habitu inuentus vt homo.* [Cap. 2.]

Sabellius, eundem eſſe, & Patrem, & Filium ex Euangel. Ioannis, ſui erroris falſitatem deſumpſit ſ. *Ego, & Pater vnum ſumus.* [Cap. 10.]

Arrius, & aſſeclæ, qui auſi ſunt, ſed iniquè, affirmare Chriſtum creaturam, & Patri inæqualem fuiſſe, ex illis verbis eiuſdem Ioannis: *Pater maior me eſt.* itidem eruerunt. [Cap. 14.]

Alij demum, diſſimilem Patri Chriſtum affirmarunt, illis verbis forſan innixi,

Cap. 14. nibri, Matth: *De die autem, & hora nemo ſcit, neque Angeli in cœlis, neque Filius, niſi Pater ſolus, &c.*

Sic igitur ex ſacris Literis, perperam intellectis, hæreſes ortæ ſunt multæ, nulla tamen earum culpa, ſed malè intelligentiũ. Multæ ex malo ſenſu etiam librorum ſacrorum in iis, qui etiã nullum commercium cum Philoſophia, & philoſophantibus Platonicis præcipuè habuerunt, vt videtur affirmare Beſſa-
Lib. quæſt. Euangel. in Matth. c. 11. tom. 4. rio Cardinalis, Mazzonius Ceſenas, & alij ex recentioribus, præter eos, qui vetuſtiores ſunt. Videamus, quod verum pateat, & in medium afferamus quaſdam authoritates Patrum. Theodoretus Cirenſis, quem ſupra pro Platonis tutela allegauimus, de Ariſtotele ſic inquit: *Cum tamen nequaquam meliorum dogmatum, ſed multò peiorum, quam Plato ipſe author extiterit. Nam cum hic animam immortalem dixit. Cumque Plato dixiſſet Deum, & res omnes prouidentiæ cura complexum eſſe, hic quantum poſſunt eius rationes orbem terrarum diuinæ prouidentiæ expertem facit. Inquit n. vſque ad lunam Dei gubernationem deferri: Quæ verò ſunt infra lunam, fato eſſe ſubiecta. Plurima verò & alia, quæ noua, atque inſolita ſunt, addidit.*

Lib. 9. curat. Alibi. *Ariſt. autem, tametſi Platonis auditor fuerit, ex illius tamen doctrina parum profecit.*

Lib. 11. curat. Inde. *Age verò nunc videamus, quid de his quoq; rebus ſenſerint Græci Philoſophi, inueniemus n. Plutarchum, nonnulloſq; alios, qui Platonis Philoſophiam ſectati ſunt, ſermoni noſtro ad vnguem conſentientes; quæ ver-*
Lib. 12. curat. *ba ſupra attulimus. Inde ipſi Peripatetici externa quidem virtutem laudabant, re au-*
In 3. *tem ipſa voluptati ſtudebant. At Plato contraria prorſus docet, in Republica n. rationem habere corporis iubet, ſed propter animæ harmoniam. Per corpus n. viuere eſt hominibus, ac rectè etiã viuere iis videlicet, qui ſe ſe in prædicanda veritate exercent. Hoc*
Rom. 13. *autem, & Apoſtolus adhortatur, cum ait: Nox præceſſit, dies autem appropinquauit.*

Hæc Theodoretus. Verum eſt igitur, quod Tertullianus forſan exclamat de Philoſophis hæreticorum Patriarchis indifferenter, non autem de Platonicis præcipuè; quia apud omnes pluris valent iſtius, & aliorum aſſertiones in fauorem Platonis, & contra cæteros, quam Tertulliani inuectiua contra ipſum. Nolo plures ſententias Sanctorum recenſere ad intentionis probationem conferentes, ne nimis longus, faſtidientis ſtomachi ſolertes lectores reddam. Sed ſolummodò Tertulliani inconſtantiam enarrabo, & errores, in quos inciderit cum Gabriele Prateolo enumerabo Patrum teſtificationibus ad hoc, vt ex his omnibus veritas luce meridiana clarior cunctis eluceſcat. Lib. de viris, & dogmat. omniũ hæretic.

Tertullianus, vt vir Illuſtris, in catalogo Doctorum Chriſtianorũ à D. Hieronymo adſcribitur, qui Alexandri Seueri Imperat. & Pontiani Pont. Max. temporibus vixit circa annum Domini 218. Hic Presbyter Carthaginenſis fuit omni (vt ſupra tetigimus) eruditione præditus, non ſolùm Lactantij, & Hieronymi teſtimonio, ſed etiã D. Cypriani, qui nullum diem tranſigebat ſine eiuſdem lectione. In primordio ætatis ſuæ fuit acerrimus hæreticorum propugnator; ſed per temporis tractum, qui lumen doctrinæ cæteris fuit, & multos ex errorum tenebris reuocator, ipſe poſtea, malo quodam genio afflatus, in fœdos, ac turpes errores ipſe lapſus eſt, &, quod peius eſt, huiuſmodi errores videntur ex doctrina, vel cum doctrina Plat. aliqualiter conuenire, qui ſunt reuera errores in Theologia noſtra, ſed non ſunt in Philoſophia Platonica, vti videbimus inf. D. Hieron. de Tertul. Errores Tertul.

Primò, Montani impoſtoris hæreſim amplexatus eſt, qui ſe Spiritum paracletum à Deo miſſum eſſe fingebat. Errores Tertul. 1.

Vnde D. Hieronymus de viris Illuſtris. *Tertullianus vſque ad mediam ætatem Presbyter fuit Eccleſiæ Africanæ in-*

Numidia, poſtea contumelia Clericorum Romanæ Eccleſiæ, ad Montani dogmata prolapſus eſt.

2. Secũdò, in errores Mellenariorum, quos Græci Chiliaſtas appellant, cecidit, qui errores magni habiti ſunt, ſed præcipuè ille fuit famoſus, quo dicebãt, facta communi reſurrectione humana, nos in hac vita, velut in Elyſijs campis, ſuauiter, & lautè annos mille victuros eſſe.

3. Tertiò, Cathaphrigarum inſaniam amplexatus eſt de non reiterãdis nuptijs .i. damnantem ſecundas nuptias, qui error, licet caſtimoniæ ſit quoddã indicium, omninò tamen in Eccleſia damnandus eſt, & de facto damnatur.

4. Quartò, aſſerebat animam quidem immortalem eſſe, ſed tamẽ corpoream eam faciebat; & per traductionem fieri, hoc eſt anima filij fieri ab anima Patris, quemadmodum corpus à corpore fit.

5. Quintò, ſceleratorum animas poſt obitum verti in Dæmones, & alia bruta congrua meritis, tenebat.

6. Lib. 10. cap. 21. Sextò, Deum corporalibus fingebat lineamentis eſſe, ideo corporeum cum Stoicis, qui error notatur à Doct. Angelicò contra Gentiles: quæ tamen opinio in eis excuſatur ab Auguſtino.

Lib. 4. c. 74. Hi ſunt errores, in quos Tertullianus D. Plat. oſor, prolapſus eſt, quos quidem collegimus (vt diximus) à D. Hieronymo, Auguſtino, Thoma, licet ab alijs commendetur in alijs, vt à Nicephoro in hiſtoria Eccleſiaſtica, à Lyrenſi, & ab alijs.

Primus error nihil habet conformitatis cum Platone: ſecundus videtur aliqualiter conuenire cum illa cãporum Elyſiorum fictione: neq. tertius quicquam habet cum eo: quartus autem ſic de corporeitate animorum, nam Platonici animas in ſe nequaquam corporeas aſſerere videntur, ſed vehiculis æthereis, & elementaribus indutas faciunt: ideò partim cum eis poteſt adaptari, partim autem non.

Quintus verò cum Pythagoricis, & cum eiſdem Platonicis aliqualiter conſentit.

Sextus autem nullo modo conuenit: immò eſt magnæ inſcitiæ argumẽtum, quod ſummopere horruit Plato: qui ſemper Deum incorporeum (vt paulò poſtea videbimus) cenſebat, & ſecurè prædicabat.

Quod Philoſophos indiſtinctè Hæreticorum Patriarchas appellat, contra Hermogenem, approbo: quia non debet cunctis rectè circa fidem ſentientibus diſplicere, cum huic aſſertioni iure adſtipuletur D. Hieronymus noſter, Eccleſiæ celeberrimus Doctor: ſed non laudo, quod Philoſophum præſtantiſſimum omninò damnet, qui à ſuperioribus Patribus fuit iure ſummis laudibus decoratus.

Vel quomodocunque res ſe habeat, non debebat damnari Plato à viro in multis damnãdo, & à Doctoribus damnato; ſed ſummis laudibus ſubleuari, & vt pius commendari, vtpotè, qui melius cęteris Philoſophis ſentiat de Deo, de Angelis; & de Mundi exordio, de Animis, de Dæmonibus, & demum de Beatitudine, ac de multis ad veram Religionem ſpectantibus; quibus videtur à multis (vt viſum eſt) admirari, & in venerationem haberi.

Et ecce iam auctoritatibus Sanctorum probata ſententia de pietate, & Religione Platonis.

Ordo

Ordo ſeruandus in Opere.

NVNC paret, antequam diueniamus ad Primariam noſtram intẽtionem patefaciendam, vt ordinem, quem ſeruaturi ſumus in opere aperiamus. Intentio noſtra non eſt ſolùm adducere, quid Plato ſentiat de Deo, de Angelis, de Mundi exordio, de Animis, de Dæmonibus, de Beatitudine, ac de reliquis; ſed eſt etiam afferre eius dicta circa hæc omnia, eaq; cũ noſtræ Religionis dogmatibus comparare, & in multis componere; & tandem oſtendere ſententiam ſanctiſſimi, pariterque doctiſſimi viri Auguſtini eſſe veriſſimam. ſ. quod *per pauca mutatis Platonici Chriſtiani eſſent*. In quibus rebus ea, quæ mutari debent ad hoc, vt conformes ſint, ſpecialiter erũt notada. Quod opus perficere multi; & ex antiquioribus, & ex modernioribus aggreſſi ſunt, non ex profeſſo, ſed ſic alia diſcurrendo per tranſennam (vt aiunt.) Ex antiquis multi Patres (vt vidimus) & Dei adiutorio in proceſſu videbimus; ex modernioribus autem multi, vt Beſſario Cardinalis, Nicenus vir varia doctrina inſignis in illo volumine reuera Aureo, quod vt Apologiam in calumniatorem Platonis edidit. Franciſcus Patricius, quo præceptore ego ſum vſus in doctrina Platonica. Iacobus Mazzonius in illo, quem, antequàm obijſſet, dedit in lucem, qui de comparatione Philoſophiæ Plat. & Ariſt. aſcribitur, & alij.

De vera Religione.

In calum. Plat.

In Philoſophia.

Sed poſſet forſan quis inſtare, & dicere, ſi hoc moliti ſunt tot viri doctiſſimi, & in omni ſcientiarum genere profundiſſimi, ad quid ergo vis tu in vanũ conterere tẽpus hoc in opere cõficiendo, & ſine laude, & ſine vtilitate? Pro parte mea poſſum his interrogantibus hoc reſpõſum pbere, quod hoc fecerũt breuiter, ſumpta occaſione ab ijs rebus ex profeſſo ab eis tractatis, & non ſecundũ primarium intentũ (vt diximus) vt patet de Beſſarione ipſo, qui volens primo infringere tela aduerſarij Platonis, ſecundum finem ſibi in illo opere præfixum, ex conſequenti compellitur oſtẽdere Platonem magis noſtris conſentaneum, quam Ariſt. cuius dicta quędam magis ijs conformia exclamat irrationabiliter aduerſarius.

Itidem IACOBVS Mazzonius volens comparationem ponere in dictis Plat. & Ariſt. primò, conſequenter per accidens, & non ex primario officio, ſed ex occurſu ſumit onus demonſtrandi Platonis cum ſacris literis conuenientiam, & inter eoſdem ſymphoniam ſatis breuiter, & luculenter.

Nos autem ſecundum principalem intentionẽ hoc facere decreuimus, non viribus ingenij noſtri, quæ exiguæ ſunt fidentes, ſed auctoritatibus præclariſſimorum virorum in Theologia, & Philoſophia excellenter verſatorum innixi; quibus nemõ ſe ſe opponere ſine ingenti reprehenſione tentabit: & id, quod à diuerſis diuerſimodè in varijs eorum libris hinc inde pertractatum eſt obiter (vt diximus) in vnum colligemus volumen, quod quidem in ſe illa omnia contineat.

Et ſi quid ex meo capite in hoc ponere mihi licebit, quando occaſio ſe obtulerit, hoc erit ſemper ſecundũ eorum mentem, qui hanc prouinciam agendi iure meritò & tentarunt, & aptè fecerunt. Nec ob id poſtea poſſum reprehendi, quod opus cõpoſuerim aliorum doctrinis refertum, ex quo nulla laus mihi tribuenda ſit; quia hoc facio non ad hoc, vt aliquid laudis mihi tribuatur, ſed ad hoc, vt Platonica volumina non abhorreant ij, qui Theologiæ

giæ noſtræ ſedulam operam videntur nauare. Opus, non vt mea lucubratio, laudari peropto, ſed vt de illorum doctrina compilatum, qui ſummam laudem in Theologia noſtra in terris, in Cœlis autem ſempiternam gloriam ſunt adepti.

Iuſtus Lypſius.

Immò vt quidã iſtius noſtræ tempeſtatis non ignobilis vir magna eruditione præditus dicit; magis is debet laudari ab omnibus, qui opus aliquod perficit ex varijs illuſtrium virorũ ſententijs; quod autem ad aliorum vtilitatem conferat, quam ille, qui ſuo Marte componit volumen, quod nihil vel vtilitatis, vel laudis in ſe cõtineat. Exemplum autem pulcherrimum habetur de Ape, & Aranea: Apis .n. ex varijs floribus humorem trahens dulciſſimũ mel conficit, & cunctis guſtantibus ſuauiſſimum præbet. Aranea autem tenues, & exiles telas texere videtur ex ſemetipſa, quæ tamen nullius vtilitatis eſt, niſi ſibi ipſi ad muſcas capiendas.

Quale ſit opus igitur accipiatur ab iis, qui ex Plat. doctrina fructum, & delectamentum intẽdunt: & in eo non curent admirari niſi ea, quæ ſimpliciter conſona noſtris dogmatibus videntur; & quæ à ſanctis Patribus de ipſo dicuntur.

Hoc eſt iudicium, & cenſura ſanctorum Patrum, tùm Græcorum, tùm Latinorum, in qua cõſpicuè apparet quid vnuſquiſq; conijcere poſſit, quænam in doctrina excellentiſſimi Philoſophi ſint amplexanda, quæuè reijcienda, quæ laudanda, & quænam vituperanda à Chriſticolis: ac eluceſcit veritas vtriuſque Theologiæ. Pro nunc igitur ſufficiant, quæ adduximus in teſtimonium Platonicæ Philoſophiæ, in qua multa apparebunt conformia noſtræ veritati, vt liquidò in proceſſu voluminis patebit. Ordo ſeruandus in Opere eſt infraſcriptus.

In ſequenti Libro agemus de Deo per compendium ad aures noſtrorum Theologorum poſitiuorum; qui quidem ſunt illi, quorum diffuſam fecimus mentionem in hoc primo Libro, nec non Doctorum Scholaſticorum, & præſertim D. Thomæ Aquinatis ſoliſſimi Doctoris, necnon D. Bonauenturæ Seraphici; ac demùm ſubtiliſſimi Scoti, cuius vegetam doctrinam, atque diſcuſſam ſecuti ſumus, per multos annos Fratres noſtri inſtituti, eandem ex profeſſo docentes, & eandem hanc methodum ſeruabimus, ſcilicet primo inueſtigãdo, An Deus ſit: poſtea quid ſit: deinde alia circa ipſum breuiter, & reſolutè pro voto abſoluemus.

Et eadem methodo de Angelis, de Mundi ortu, de Anima, de Beatitudine proſequemur.

Finis Primi Libri.

CHRISTIANAE THEOLOGIAE

Cum Platonica Comparationis.

LIBER SECVNDVS.

In quo compendioſè de Dei Natura tractatur, ſecundum mentem noſtrorum Theologorum, ex varijs eorum ſcriptis excerptus, & conſcriptus; qui erit primus in comparatione cum Ethnicis Philoſophis ponendus.

DEVM eſſe tanquam verum omninò, & indubitatum affirmarunt, non ſolum noſtrates, qui veritate diuinitus illuminati, de rato pronunciare poterant, ſed etiam alij, quibus gẽtes Theologorum nomen dederunt; ideo eius naturam, eſſentiamq. illi viribus ſupernis, hi autem viribus naturalibus proferre non dubitarunt. Vnde ſi quis inter nos dubitaret: An Deus eſſet; non ſolum vt cœcus, & excors, eſſet à loco expellendus, ſed grauiter etiã pœna mortis puniendus, ſi tamen ad partem negatiuam, vt impius, ſe ſe adiungeret. Nam ſi Athenienſes antiquitus librum Prothagoræ Sophiſtę combuſſerunt, in cuius fronte legebatur dubitatio: An Deus eſſet: atq. ipſum à Ciuitate, vt infamem ad exulandũ eiecerunt, quãtò magis nos, qui veri luminis fulgore illuſtrati ſumus, damnare debemus & dubitantem, & negantem, vt Atheum, nõ ſolum eius ſcriptum, eũq. expellere, ſed ipſummet cum libro cõburere? quod obſeruatur ſæpè ſæpius apud noſtros, quando quis non ſolum vt Atheus cõuincitur, ſed etiam quando vt hæreticus ſimplex, qui aliquem ex articulis noſtrę fidei peruicax, & impius negat. Hinc ſanctiſs. Inquiſitionis Tribunal erectum iure fuit à noſtra Eccleſia Catholica, quæ reuera Deum verũ, & vnum cognoſcit, & colit. Quare Theologi noſtrates tum poſitiui, tum ſcholaſtici non videntur in dubium reuocare: An Deus ſit. ſed ſtatim ſupponunt vt certum, & nituntur eius eſſe, & naturam docere, ſi tamen hunc volunt pro ſua vi demonſtrare, vijs omninò vtuntur communibus cum Philoſophis pijs benè de Deo conſentientibus, cum quibus nequaquam in hoc negotio errare contingit.

Et in primis D. Thomas Doct. Angelicus quinque rationabilibus vijs oſtendit Deum eſſe, quæ quidem à Philoſophis deſumuntur, & ſunt ſequentes, ſcilicet. Pri. p. ſummæ quæſt. 2. art. 3.

Via motus, prima.
Via efficientis, ſecunda.
Via neceſſarij, tertia.
Via ordinis, quarta.
Via demum gubernationis, quinta.

Ex ijs nimirum vijs conſpicuè appa-

ret, quia *motus*, *efficientia*, *neceſſitas*, *ordo*, & *gubernatio*, haud poteſt, & debet negari, ne detur abitio, & proceſſus in infinitum, quod apud quoſcunq. Philoſophos nequaquam admittitur, vnde fatendum eſt ob hoc Deũ eſſe, ſ. Primum *motorem*, primum *efficiẽs*, primum *neceſſarium*, vel neceſſe eſſe, primum *ordinans*, & primum *gubernans* rerum omnium mundanarum, & ſupra mundanarum ſeriem.

Prima Cõclusio.

Primus motor eſt ille, *qui immobilis manens dat cunctà moueri*, vt peroptimè canit Boetius de Conſolatione. Hæc via deſumpta eſt a Platone, libro de legibus (vt videbimus Deo fauente in ſequenti Libro) ex quo poſtea tranſtulit Ariſt. ſuam primam cauſam, ſummque primum motorem 8. Phyſicorũ, & 12. Metaphyſ. & ſtante hac prima, ne detur proceſſus in motibus eſſentialiter ſubordinatis, ſecunda facillimè probatur, quia eadem neceſſitate, qua dari oportet primum motorem, ſic dari oportet primam cauſam efficiẽtem, omninò non factam, & ratio eſt in promptu, eo quia non eſſent cauſæ mediæ, ſic etiam de alijs, ſimili namq. modo oportet in neceſſarijs eſſe vnum, quod quidem ſuę neceſſitatis cauſam nõ habeat: ſic etiam oportet in entium gradibus eſſe vnum optimum, & maximè ens, cætera entia rectè diſponens, & peroptimè ordinãs, quod quidem ſit aliarum cauſarũ cauſa, & tandem oportet aliquem intellectum ſummũ reperiri omnia inſenſibilia entia, quæ ſeipſa nequaquam ordinare valent, dirigentem, & optima ratione gubernantem, & iſte non ſolùm horum Philoſophorum conſenſu, ſed grauiſſimorum Theologorum placitis, eſt Deus ipſe, qui primus *motor*, primũ *efficiens*, primum *neceſſarium*, primum *ordinans*, primum *gubernans*, vt verè eſt appellatur.

De conſol.

Lib. 1. c. 3.

Hæ rationes, vt penitus veræ, etiam à ſanctis Patribus in Theologia admiſſæ paſſim leguntur. Damaſcenus egregius Doctor apud Græcos, hoc vtitur argumento ad Dei probandum eſſe. *Si aliqua producta ſunt, vel creata, quoquo modo ab aliquo producente ſunt producta, quia nihil ſe ipſum producit, illud producens aut eſt productum, aut non, ſi ſecundum, vt reuera non eſt productum, optimum eſt ens, improductum, & independens, quod non eſt aliud niſi Deus.* Si aũt primum ab alio pducente neceſſe eſſet produci, itẽ de illo, & ſic pgreſſio fieret ſemper ad vlteriora, donec perueniatur ad aliquod independens, & increatũ, & cum progreſſio non admittatur apud quẽpiam in infinitum (vt dictum eſt) reſtat quod illud independens, & increatum ſit Deus ipſe.

Io. Damaſ. Lib. 1. c. 3.

Quidquid dictum eſt de *Motore*, de *efficiente*, de *neceſſario*, de *ordinante*, ac de *gubernante*, nec non de producente, debet etiam intelligi de cauſante, quod idem eſt cum efficiente, & producente omnia inferiora, & ſuperiora, quæ ſiue finita, ſiue infinita exiſtant, indigent extra ſe aliquo, ad hoc vt ſint, & illud iterum vel cauſatum eſt, vel non, ſi primum ſtat cum vniuerſitate cæterorum cauſatorum, & nõ extra: ſi autem non, vt extra eam ſit, incauſatum omninò oportet eſſe, & nil aliud eſt niſi Deus.

Igitur his vijs, hiſq. rationibus quæ reuera optimè ſunt, Deus eſt, nec poteſt, nec debet à ſana mente negari. Mitto quomodo poſſumus inuenire Deum eſſe etiam à ſimili, nam quemadmodum maria ex fluminum ingreſſibus coadunantur, & flumina ex riuulis, riuuli verò à fonte, qui eſt perennis fluxus, & indeficiens, emanare videntur: ita omnia creata ab vno fonte perenni, & indeficiente, qui ſemper eodem modo ſcaturiginem pariat rerum, quæ in fluxu naturæ, & in viciſſitudine æterna oportet deriuare, & hic eſt Deus.

2. Concluſio.

Mitto multa his ſimilia, ex quibus poſſumus argumentari Deũ eſſe, quia Chriſticolis verba facio, & non impijs. Illud tamen pręclarũ eſt argumentum, & eſ-

Ex Damaſc. & Dion.

& efficaciſſimum, quod ſi pulchra, & bona in his inferioribus conſpiciuntur, ea ſunt, non vt eſſentialiter talia, ſed participatiuè alicuius, qui eſſentialiter Pulcher, eſſentialiter Bonus dicitur, & iſte reuera Deus eſt, qui ſumma pulchritudo, & ſumma bonitas eſt ſumma Pulchritudo, quia ipſe eſt menſura rerum omnium pulchritudine participantium, iuxta illud, *Et pulchritudo agri mecum eſt*, imò pulchritudo totius mundi: Summa Bonitas, quia per eſſentiam talis eſt, cùm ſolius Dei eſſentia ſit ſuum eſſe, cui non aduenlunt peregrina accidentia, ſed quod cæteris conuenit accidentaliter, illi eſſentialiter conuenire dicitur, quemadmodum etiam eſſe potentem, ſapientem, &c. ad illum tanquam ad finem ordinantur, ille autem nequaquam, cùm finis rerum omnium iure meritò, & dicatur, & ſit, immò principium, & medium; ex his patet, quod ſolus ipſe omnimodam perfectionem habet, ſecundùm ſuam eſſentiam, vnde ex conſequenti ille ſolus per ſuam diuinam eſſentiam bonus eſt. Igitur Deus eſt.

Ex hoc eſt ſigſu Dam. Deũ eſſe ex pulchrit.

Pſal.

Ex D. Tho. p.1.q 6.a 3.

Sed quid immorandum eſt, in probando Deum eſſe, cum ſolus dicatur, & habere meritò eſſe perfectum, nam illud ſine dubitatione perfectum eſt, cuius nihil eſt extra ipſum; nam, quia eſſe noſtrum, aliquid extra ſe videtur habere, ideò imperfectum eſſe cenſetur, Diuinum verò eſſe, cùm ſimul, & ex ſe, & à ſe omninò ſit, perfectiſſimum eſt, ergo Deus.

Dicitur etiam habere eſſe verum, eo quia eius eſſe non deficit, nec deficere poteſt, cùm *Ab æterno, & vſque in æternum* ſit (teſte Pſalmographo) cùm de ſe atteſtetur: *Ego ſum, qui ſum*; hoc eſt, qui ſum reſpectu rerum omnium mutationi ſubiectarum, ſiue ad vbi mutentur, ſiue ad formam; ad vbi, vt Cœlum; ad formam, vt res generabiles; ad vbi, vt quæ mouentur motu progreſſiuo; ad formam, vt quæ mouentur motu alteratiuo, ſiue à non eſſe ad eſſe, ſiue ab eſſe ad non eſſe, vel ad eſſe maius, vel ad eſſe minus. *Ego ſum, qui ſum*, ſuper idem, ideò ſum reuera, & adeò eſſe meũ dicitur eſſe, vt ſi memetipſum rebus ſubtraherem, illicò corruerent, quia non habent eſſe niſi per me, & quemadmodum ex nihilo facta ſunt, ita in nihilum ſine me abirent, quia eſſe earum eſt mea ſuperſubſtantialis diuinitas, cauſatiuè intelligitur, non formaliter; ille magis tandem eſt ad mentem Anſelmi dicitur habere, eo quia à non eſſe maximè diſtare dicitur, quod .ſ. poſt eſſe, non habet non eſſe, nec eſſe poteſt non eſſe; neq. etiam cogitari poteſt non eſſe: eſt igitur Deus.

Pſal. 89.

Dionyſ.

Anſelm.

3. Cõcluſio.

Sed quid amplius dicendum de eius eſſe, cùm per ſe notum ſit eum eſſe? per ſe notum (ſiquidem) ex natura rei, vel quo ad ſe primò, quo ad nos autem alio modo, per ſe, quia prædicatum eſt idem ſubiecto, quia Deus eſt ſuum eſſe, non autem quo ad nos ſic, eo quia ignoramus Deum eſſe; à priori (vt dicunt) per ſe notum eſt Deum eſſe, intellectui diſtinctè terminos concipienti, qualis intellectus diuinus dicitur, necnon Beatorum, attamen ex gratia, ait Scotus, ſed nullus intellectus creatus, ſiue in via, poteſt naturali indagine ipſum Deum diſtinctè concipere, vt ipſe Scotus aſſerit: Quò circa, nec talis propoſitio: Deus eſt: hac via eſt per ſe nota, ſed ſolummodò ſibi ex propria natura, alijs verò (vt diximus) ex gratia accidit, illud namq. quod ita per ſe notum dicitur eſſe, à nemine negari poteſt; ſed Deum eſſe ab inſipientibus negatur, vt videtur canere pſaltes: *Dixit inſipiens in corde ſuo; non eſt Deus*: Igitur, &c.

P. 1. Tom. q.2.a.1.

Quomodo Deũ eſſe ſit per ſe notũ.

Scot.1 ſent. diſt. 2. q. 2. quolib.14.

13.52. Pſal.

Miror quidem quomodo ex veteribus, multi Ethnicorum auſi ſint negare Deum eſſe, vt videtur atteſtari Plutarchus, de placitis Philoſophorum; & hi fuere inter multos Diagoras, Theodotus, Cyrenæus, Euemerus, Thégenites, Callimacus, Podicus, Cæus ex Græcis; ex Latinis verò Plinius, Lucianus,

De placitis Philoſ. c. 7.

nus, Lucretius, Doletus, & complures alij; ſed ceſſat admiratio, cum video, quod à noſtris Theologis non ſolum defendūtur vt pij, ſed vt benè ſentientes admittūtur, & præſertim à Clemente Alexandrino, necnon à D. Auguſtino, dixerunt.n. iſti celeberrimi Doctores, quod hi abſolutè eſſe non negarunt Deum verum, ſed illos dumtaxat, quos colebat vetuſta, ſed cęca Gentilitas, & hi ſunt, qui quidem appellantur, Saturnus, Iupiter, Mars, Mercurius, Iuno, Minerua, Venus, & cætera, quod ſi ità ſit, abſolutè non ſunt damnandi, ſed ſit quomodocunque; quidam nihilominus tollere nituntur impudenter Deos è medio, tùm apud antiquos, tùm apud Neotericos; ò vtinam etiam in hoc deprauato ſæculo non extarent inſipientes Athei, qui inconſtantes in omnibus vijs ſuis, modo vnum, modo alium amplectentes viuendi ritum, modo vnum, modo aliud ſequentes dogma, tandem, vt à Diabolo ducti, eructant *in corde ſuo non eſt Deus.*

In Protreptico.
De Ciuit. Dei l.6.

Quot ex hoc genere in Anglia, Germania, & Geneuæ credimus eſſe tot (mea ſententia) ibi reperiuntur, quot in Italia noſtra fideles; licet hi noſtra profiteantur quædam tenere dogmata, quæ tamen minimè tenent; hinc iure meritò Athei appellari poſſunt.

Non poſſum niſi ſummoperè admirari, quomodo Deum taliter abnegantes Philoſophi, quinimò Theologi audeant appellari, cum Philoſophus ſit ſapientiæ amator, & Theologus ſapientiæ veræ poſſeſſor, & cuius ſapientiæ? reuera Diuinæ; non illius, quæ non ſapientia, ſed inanis ſtultitia nuncupari valet.

Sed ad rem noſtrã redeamus. Deus eſt, nec negari poteſt, nam licet per ſe notum non ſit prioriſticè, ſiue à priori, & quò ad nos, tamen poſterioriſticè, ſiue à poſteriori eſt per ſe notum, & hoc eſt illud, quod vult habere Scotus, vbi ſupra, negando Deũ eſſe per ſe notum, & afferrendo propoſitionis conditiones per ſe notæ, primo quidem modo, non autem ſecundo modo; ſi verò intelligere placet, quomodo per ſe notus eſſe dicatur Deus, fateri debemus aliquid per ſe notum bifariam dici primò ex ſola cognitione terminorum, ſecluſa omni demonſtratione, & à priori, & à poſteriori, & talis dicitur reuerà, & propriè propoſitio per ſe nota. Secundò, dicitur propoſitio per ſe nota, propterea quod arguendo à poſteriori, ſtatim fit nota, quomodo oſtenditur ex motu, ex efficientia, ex neceſſ. ex ordine, ex gubernatione, ex pulchritudine Deum eſſe: quod quidem facit Angelicus Doctor, & Damaſcenus, vbi ſupra, & hoc modo pro nunc intelligatur Deum eſſe per ſe notũ quò ad nos, quo etiam modo Deum eſſe poſſe demonſtrari dicimus. Nam ex Ariſt. ſcimus duplicem demonſtrationem reperiri, vnam per cauſam, aliam per effectum. prima dicitur demonſtratio à propter quid: ſecunda autem à quia; prima eſt per priora ſimpliciter, ſecunda verò per ea, quæ ſunt priora quo ad nos: cum.n. effectus aliquis nobis manifeſtior eſt, quam ſua cauſa, per ipſum effectum procedimus ad cognitionem cauſæ, ex quolibet.n. effectu, poteſt demonſtrari propriam cauſam eius eſſe, ſi tamen eius effectus ſint magis noti, quo ad nos, quia cum effectus à cauſa dependeat, poſito effectu neceſſe eſt cauſam præexiſtere, & ſic ex effectu Dei poteſt demonſtrari, Deum eſſe, & de facto taliter demonſtratur, nam Deũ eſſe, licet non ſit per ſe notũ quo ad nos, vt nuper diximus, demonſtrabile tamen eſt per effectus nobis notos. Igitur Deus eſt, dicant quicquid ſciunt inſipientes Athei, & huius, & alterius ſæculi, qui ſpiritu ſataniço afflati non dubitarunt magna impudentia exclamare: *Non eſt Deus.*

Diſtin. quã D. Thom. & Scot. in hoc componũtur.
D. Tho p. 6. q. 2. a. 2.
1. Poſt.
Quomodo Deũ eſſe demõſtratur.
Cond. principaliter intenta.

Quicquid hucuſq. de eſſe Dei diximus, quicquid circa illud probauimus, rationibus omninò irrefragabilibus erat

ſat communis ſenſus, & Philoſophorum rectè de Deo ſentientiū, & Theologorum omnium noſtrorum, qui nimirum huius rei veram ſententiam proferre poſſunt, ſuperno lumine inſpirati: intentio noſtra non eſt ſolummodo hoc rationibus probare, ſed etiam auctoritatibus, & ſignis, ideò omiſſis innumeris Patrum auctoritatibus, quæ maximè ad hoc conferre poſſunt, ad illas immediatè accedam, quæ non poſſunt omninò ſine grauiſſima reprehenſione, & pœna negari.

Deum eſſe demonſtratur auctor. Eccl & nouæ ſectam.

Deus eſt, non eſt cur ambigi poſſit, & non ſolum, quia Ethnica argumēta hoc probare dicantur, ſed quia multò luculentius, & firmius Eccleſia Dei teſtetur, cuius fundamenta in mediū adducere par eſt, inter quę primum eſt tale: Deus eſt, eo quia verbū eius increatum, æterna generatione genitum, humana carne indutum hoc expreſsè & protulit, & euidentiſſimè manifeſtauit, quia miſſio eius in carnem ad expiandum hominum peccata, adeò cunctis manifeſta apparuit, quod negari non poteſt, eo quia illuſtribus fuit decorata miraculis, quæ à pura creatura nequaquam fieri poſſunt, & ſi prius facta ſunt in veteri teſtamento, vt, quod Sol in Cœlo per vnius diei ſpatium, tempore Ioſue ſteterit, quodq; ipſe, ægrotante Ezechia, per decem gradus retroceſſerit, in virtute ipſius hoc totum factum eſt. quemadmodum etiam in nouo miracula ab Apoſtolis, & ab alijs Sanctis in virtute ipſius facta dicuntur.

Ioſue 10. Eſa. 38.

Itē Deus eſt, eo quia viſibiliter Spiritus ſanctus à Patre, & Filio, hoc eſt verbo ipſo procedens effuſus, viſus eſt etiam oculis carnalibus modò in Columbæ ſpecie, ad deſignandam humilitatem: modò in ſpecie nubis lucidę, ad illuſtrandam veritatem: modò in ſpecie flatus, ad copulandam fraternā charitatem: modò in ſpecie linguæ ignitæ, ad prædicandam perfectam ſanctitatē. Iuxta quod in Eccleſia canunt fideles:

Ignis vibrante lumine
Lingua figuram detulit.

Sed ſi quis curioſè inquireret, cur hodie non viſibiliter Spiritus S. mittitur? illicò reſponderi debet, quod ratio eſt, quia hodie fides eſt perfectè cōfirmata, & radicata, tunc temporis autem incipiebat; ideò neceſſe fuit ipſum viſibili ſpecie apparere.

Scotell. 1. ſent diſt. 16. q. 3.

Deus eſt, quia ſi non eſſet; Eccleſia non ita propagaretur ad omnes gētes, neq; contra diabolicos incurſus firma, & ſtabilis perſiſteret per tantū temporis ſpatium, nec conſeruaretur contra impias hæreticorum infeſtationes, & omnium infideljum oppoſitiones: imò quantò magis eam opprimere nituntur, eò minus eius veritatem lædunt, & clarius eam apparere faciunt.

Deus eſt, eo quia ꝓphetiæ de Chriſto venturo habitę, in eo veraciter conſummatæ ſunt. & Primò naſcitur ad prȩfixum tempus, iuxta Danielis Prophetiam, in loco ſtatuto, iuxta illam: *Et tu Bethleem terra Iuda*. de Virgine Matre, iuxta illam: *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium*. prædicat regnum Dei, ædit miracula magna, peregrināndo huc illucq; tūm mortuos viuificando, tūm cęcos illuminādo, tūm omnes infirmitates humanas ſanando, iuxta eaſdem propheticas aſſertiones, patitur innumera inuſitata, & inſaniia opprobria, & deniq; morte turpiſſima cōdemnatur, mox reſurgit, & diſcipulis ſe videndum offert, & palpandum præbet, dehinc ad ſuperos euolat Cœlos, & promiſſum Spiritum (vt ſupra tetigimus) mittit; quid amplius? nonne hæc omnia ſunt clara teſtimonia, quod Deus eſt?

Mich. 5.

Iſai. 7.

Mitto ſigna veteris Teſtamēti; multa quidem extitiſſe non latet, vt viſibilis Heliæ ad cęlum in medio igniti curſus euectio. Heliſęi admirāda opera in nomine Dei ipſius facta, iſtius atq; illius mortuorum reſuſcitatio, &c. quia nimis longa eſſet oratio noſtra.

Nullam facio mentionē de his, quæ

mirabiliter apparuerũt expirãte Chriſto in Cruce .ſ. mortuorum ad vitam regreſſus; & multis apparitio; Solis cõtra naturæ inſtinctum obſcuratio, quæ etiam Philoſophantibus admirandam ſe præbuit; inſolitus terræ tunc tremor, & petrarum diruptio, quæ omnia ſigna nimis clarè videntur atteſtari, & Deum eſſe, & noſtram ipſum maximam curam habere.

Sicut hæc certè conſpexerunt homines, & poſterioribus prædicarunt in confirmationem, & atteſtationem eſſentiæ Dei; ita promiſſiones nobis factas de futuro Iudicio, de mortuorum reſurrectione, de vita æterna poſt iudicium, de pœnis malorum propter eorum delicta, & de præmijs bonorum, proculdubiò ſuo tempore conſpiciemus.

Hæc ſunt ſolida, & vera fundamenta, præter rationes ſupra allatas, quæ communes ſunt nobis, & ſapientibus Mundi, quibus affirmari poteſt, quod Deus eſt, contra infames inſipientes, & impios Atheiſtas, & vetuſtos, & recentiores. Hęc ſunt oracula, à nobis obſeruanda maximè, & diligenda, quibus aſſentimur, quod Deus eſt.

Nunc verò eius naturam pro viribus noſtris declaremus, quæ licet difficillimè comprehendi, & per conſequẽs declarari poſſit, attamen viribus diuinitus miniſtratis hoc aſſequi promittimus; eo quia Sancti, quorum placita in hoc eiſdem fulti ſequimur, hoc idem & potuerunt, & fecerunt.

QVOD DEVS NON SIT CORPOREVS, SED SVME SIMPLEX.

Deum non eſſe corpus, neque quid materiale, & ſenſibile, vno ore pronuntiant, non modo Theologi omnes, ſed plerique mundi ſapientes, qui quidem ipſum iurę faciunt purum actum, omninò ſimplicem, & omninò incorporeum.

P. 1. q. 3. a. 1. Triplici ratione prob. quod Deus non ſit corpus. Quod autem hoc verum pateat, triplici ratione D. Tho. Ang. Doct. probat: primò, quia omne corpus ad aures Philoſophorum eſt mobile, ipſe autem omninò immobilis eſt Deus, adeò vt neque etiam poſſit cogitari mobilis vllo pacto, ex conſequenti reſtat, quod non ſit corpus, ſed purè incorporeus, & ideò purus actus, & maximè ſimplex. Prima ratio.

Præterea corpus ex ſe nullã habet vim mouendi, imò quicquid videtur moueri dicitur eſſe materiale, quod vi omninò incorporea mouetur, vt Cœlũ, Animal, & reliqua; Deus autem non motus mouet, quæ eſt ratio? quia non eſt corpus: tãdem omne corpus in eſſe ab alio pendet, Deus autem nequaquam, quia ex ſe eſt reuera, & à nullo accipit eſſe, quia adeò eſt ſuum eſſe; & ſua diuina eſſentia, quod etiam cauſa prima dicitur omnium exiſtẽtium in natura creata, ex quibus concluditur Deum non eſſe corpus, adiungitur Ioannis cõfirmatio, dicentis, *Deus ſpiritus eſt*; à primo ad extremum concluditur, & ſano modo, quod Deus eſt incorporeus, independens, actus purus, *Apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſsitudinis obumbratio* (Iacobo teſte.) Secunda ratio. Tertia ratio Prima Concluſio. Ioan. 4. Epiſt. 1.

Concluditur his rationibus ẽt quod ſit maximè ſimplex, quia non eſt materia ſimplex, quæ innumeris gradibus ab eo diſtat, tanquã imperfectiſſimum à perfectiſſimo, quod nõ eſt forma, quę eſt longè imperfectior ipſo, neque ex conſequenti compoſitũ, cùm ex vtraq. illud conſtare dicatur, ſi non eſt tale, neq. creatura appellari poteſt, ſed omnium creator, effector, & ſeruator. Si eſt immunis à compoſitione materiali, eſt igitur ſua Deitas, ſua natura, & ſua vita, neq. ſolum eſſentia ſua, ſua natura, Deus eſt, ſed etiam hoc pacto ſuum eſſe, adeò vt in ipſo omninò identificari, eſſentiam eſſe, vitam, & naturam, dicatur. 2. Cõcluſio. Doct. Ang. 1. p. q. 3. a. 7. art. 3. art. 4.

Nec putandum eſt ipſum in genere reperiri prædicamẽtali, quia ipſius non eſt genus, nec differentia, nec ex conſequenti definitio, nec poſtremò demonſtratio, niſi per effectũ (vt ſupra oſtenſum

ſum eſt) hæc omnia ſuperioribus rationibus confirmari poſſunt, ſicut etiam, quod non admittat accidens in ſe, ſiue continuũ, ſiue proprium intelligatur; ſi igitur in illo compoſitio nulla cadit, reſtat, quod omninò ſimplex iure optimo dicatur.

Sed forſan quis dubitare poſſet, cũ omninò ſimplex dicatur, an etiam incomponibilis ex ſui natura cũ alijs cenſeatur? vtiq; reſponderi poteſt, & rectà ratione; quia ſi eſt prima cauſa efficiens omnium, cuius eſt primò, & per ſe agere, & quod ſimpliciter primum in entibus ſit, non poteſt in alterius compoſitione cõuenire, principia etenim compoſitionis, cum materia, & forma ſint, cum efficiente non coincidunt.

3. Cõcluſio. Igitur ſtantibus his omnibus, itidem fateamur Deum eſſe ſimpliciſſimæ naturæ, diuiniſſimæ, & omninò incõtaminatæ, impermiſcibilis, & inalterabilis.

DEVS EST PERFECTISSIMVS. ET QVID.

D.1.q.4.a.2. Tandem concludendum eſt, ipſum in ſe omnes perfectiones cõtinere, nam ſi in re producta aliqua reperitur perfectio, multò magis, & modo eminentiori debet reperiri in cauſa aliud producente, & cum ipſe omnium ſit cauſa, ſequitur etiam, quod in ſe modo eminentiori (vt dictum eſt) omnes perfectiones contineat, vnde perfectiſſimus dicatur.

Nec replet locum, cum non ſit quid materiale, quod circumſcriptiuè, & formaliter illud occupare dicatur, ſed eſt vbique, & in rebus omnibus per modũ cauſæ efficiẽtis, & virtualiter, cum omnium cauſa ipſa efficiens ſumma reuera ſit, & cum iam incorporeus ſupra fuerit concluſus ſit, etiam in dæmonibus dicitur eſſe (cõſideratis tamen dæmonibus, vt ſunt res creatæ, vel creaturæ ſimpliciter, non autem quatenus ſunt creaturæ per culpam deformes) eſt in omnibus rebus creatis, poſtremò per potentiam, præſentiam, & eſſentiam; per po- (D. Tho. 1. p. q. 8. a. 2.) (Art. 1. reſp. ad 4.)

ten

tentiam æquidem, eo quia omnia ipſi ſubdita iacet; per præſentiam, eo quia *omnia nuda, & aperta ſunt oculis eius*; per eſſentiam, quatenus omnia, quæ ſunt, habent eſſe ab ipſo, qui eſt ipſamet ſua eſſentia, & cauſa omnium exiſtentium in natura creata eſt vbiq; tandem, quia infinitus eſt, nõ infinitate materiæ, ſed formali, quia eſt ipſum eſſe ſubſiſtens, quod non conuenit materiæ, quæ per aliud perficitur, nempè per formam ipſam, & nihil aliud præter ipſum, hac infinitate dicitur eſſe infinitum, quia omne aliud ab ipſo habet eſſe receptum, & terminatũ, hoc eſt ſimpliciter finitum, & non infinitum, benè aliquid poteſt eſſe ſecundum quid infinitum, non huiuſmodi tamen verè dicitur infinitum, quia ipſi vni Deo competit. (Deus eſt infinitus.) (Vt materia, quæ & dicitur infinita do apud Pla ton.)

Eſt infinitus (inquam) nõ ſolum ſecũdum eſſentiam, vel infinitatem eſſentiæ, ſed etiam ſecundum intellectum, vnde cognitionem habet infinitã, quia ſe ipſum, qui eſt obiectum infinitum comprehenſiuè cognoſcit, & alia à ſe, & ratione talis cognitionis dicitur etiam habere ſcientiam infinitam, quæ ſciẽtia dicitur cauſa exemplaris rerũ omnium; vnde cum ſit ſupremus artifex, neceſſariò ponendæ ſunt in eo Ideæ, & exemplaria, ſeu rationes rerum producendarum. Eſt. n. Idea, ſecundum ſententiam D. Auguſtini, forma intellectualis exemplaris; vel forma à materia ſeparata, in mente Dei poſita, nam (vt ipſe ait) transferendo nomen ex nomine, Idea eſt eadem vt forma, Idea græcè, latinè forma ſonat, & ratio, quare iure dicitur intellectualis, & exemplaris etiam, prout eſt productiua rei ad extra; dicitur *æterna ratio* ad aures Scoti, *in mente diuina, ſecundum quam aliquid eſt formabile, antequam formetur*. Mens igitur Diuina eſt plena rationum rerum creandarũ, quæ Ideæ non iniuria nũcupantur, & ſecundum has Ideas, vt ſummus artifex ad extra operatur, & producit rẽs cunctas, quæ Ideata poſſunt iure optimo appellari, (Scotus. 1 Cõcluſio.) (Lib. quæſt. 83. q. 46.) (1. ſent. diſt. 35.)

lari,

lari, quæ quidem cum multæ ſint, non vnam, ſed multas etiam Ideas in illa æterna mēte eſſe nobis ſatis conſpicuè oſtendunt; nam per vnicam dumtaxat Ideam res diuerſas haud producit, ſed per multas, & varias, varia, & multa Ideata, ad quæ terminat diuina cognitio, vt Idea hominis ad hominem, Leonis ad Leonē, & ſic de cęteris. Nec hoc eſt cōtra Dei ſimplicitatem, quia intellectus Diuinus vnica eſſentia ſimpliciſſima (tanquam obiecto motiuo) omnes illos reſpectus, quos ponimus in eſſentia, vel in cognitione imitabilitatis, vel terminationis cognoſcit.

Quomodo Ideæ ſint in Deo.

1. par. ſummæ.

Idea hæc (aſſertore Alexandro de Ales Doctore irrefragabili) dicitur ab Hydor, quæ vox ſonat aqua, nam ſicut in aqua variæ repreſentātur imagines, ſecundum rerum varietates, ſic in Deo variæ res per has Ideas, dicitur etiam Idea ab Auguſtino (qui dicit ſe loqui ad mentem Platonis *ἐκμαγεῖον*, & paradigma; Ethimagium, quaſi forma imprimens ad inſtar ſigilli imprimentis in cera, & alia materia veſtigium diuinæ rationis, paradigma appellatur à D. Dionyſio, quod Idea ſonat, ſecundum Scoti expoſitionem nuncupatur, quandoq. ars ab Auguſtino, cum dicit, quod *in Diuinis filius eſt ars plena omnium rationum cunctarum viuentium*; dicitur ab eodem, Ratio, quando, quandoquidem ait, quod *alia ratione conditus eſt homo, alia, equus*, dicitur demū ſummū exemplar ab eodem D. Dionyſio. D. Thomas dicit, quod Idea ſic nuncupatur, quatenus eſt principium ſcientiæ, & ſic ſpectat ad intellectum ſpeculatiuum, in quantum autem eſt principium cauſalitatis dicitur exemplar, & ſic ſpectat ad intellectū practicum; ſatis de Ideis in Deo, ſiue in eius mente diuina.

Lib. 83. q. q. 4. & 46.

4. de diuinis nominib.

6 de Trinit.

D 1. ſumma q. 15. a. 3.

Nec mutabilis aliquo pacto dici debet Deus, ſed omninò immutabilis, quaſi eſt actus purus abſq. permiſſione alicuius potentiæ, talis ergo dici non debet, hinc exclamat Malachias; *Ego ſum Deus, & non mutor*; præterea quod mutatur eſt aliquo modo in potētia, Deus autem non dicitur eſſe in potentia, cum ſit actus purus, ideò impoſſibile eſt aliquo modo mutari.

D. Tho p. 1. q. 9. a. 1.

2. Cōcluſio.

Malach. 3.

Eſt itidem æternus, nō ſubiectus viciſſitudini ſemper durabilis, & taliter, quod ſoli ipſi dicitur iure optimo æternitas conuenire, & quæ eſt ratio? quia ratio æternitatis conſequitur immutabilitatem, ſicut ratio temporis cōſequitur motum: Vnde cum ipſe ſit maximè immutabilis, ſibi etiam maximè competit eſſe æternum, & non ſolum æternus, ſed eſt ſua ipſamet æternitas ſicut ſua eſſentia.

3. Cōcluſio.

Nunc videamus quomodo vnus ſit, & non plures, & quibus rationibus.

Quod eſt vnus Deus.

DEVS EST INEXPLICABILIS.

Omiſſis perſcrutationibus de Deo, quid ſit cū illa explicatio, nimis ſenſum noſtrum effugiat, veniemus ad demonſtrationes, quod Deus ſit vnicus; & nō plures, ſed prius cauſam difficultatis, quod non poſſit explicari quid ſit, aſſeramus.

Cauſa, quare non poſſit explicari, Quid Deus ſit.

Illa principalis eſt, eo quia non eſt in genere, in vllo .n. prædicamento reperiri non valet, cū perfectio ſit incomprehenſibilis, ſuis proprietatibus, ſuaq. eſſentia ſolummodo conſtans, intellectu imperceptibilis eſt, ſine principio, ſine fine, ſempiternus, ac perpetuus, adeo vt non ſolum homines, ſed etiam Angeli explicare non poſſint; quod ſit inexplicabilis penes homines, exēplum Hieronis ſatis declarat, quippè qui interrogatus, quid eſſet Deus à Tyrāno, ſpatium vnius diei ad reſponſum dandum petijt, ſed cum ſæpè ſæpius cogitaſſet, quid eſſet dicendum, nec adinueniſſet reſpondēdi modum per inducias protrahere conatus eſt, ita vt Tyrannus miraretur, quæreretur ex eo, cur ita faceret ipſe in hęc verba non imprudēter, ſed liberè prorupit. *Quantò magis circa Dei intelligentiam laboro, tanto res mihi obſcurior ſe offert.*

Cicer. 1. de nat. Deor.

Eſt

Eſt igitur inexplicabilis Deus à lingua mortali, à re omninò finita, cum ipſe ſit reuera infinitus, cuius rei teſtimonia liber hic afferre noſtro iu͂, quæ ſunt adnotanda, & memoriæ retinenda.

De myſtica Theol. c. 1.

Diuinus noſter Dionyſius Areopagita, ita inquit: *Debemus ſanè omnes reru͂ poſitiones affirmare de Deo, tanquam de omnium cauſa: viciſſimq. potiori quadam ratione, eaſdem omnes de Deo negare tãquam cunctis excelſiore. Neq. verò putandum eſt, neq. huiuſmodi affirmationibus repugnare, ſed ipſam vniuerſi cauſam, quæ omni nõ ſolum ablatione, ſed etiam poſitione, altior eſt, longè prius priuationes omnes exſuperare.*

Lib. 1. 2.

Cap. 1.

Quædam alia verba in eundem ſenſum tendentia, habet eodem libro, quæ quidem videntur nobis tradere ſcientiam, quomodo, & qua ratione ſit, & non ſit explicabilis Deus. explicabilis eodem modo, quo ſupra demõſtratum eſt ipſum eſſe; inexplicabilis autem taliter, quod non poſſit definiri.

In eandem ſententiam ferè Damaſcenus incurrit, dum inquit: *Incomprehenſibilis eſt Deitas, & Angelis; Non tamen Deus ſui omninò reliquit ignorantiam, ſed mundi creatura coaptatio, & gubernatio, magnitudinem ſuæ inſinuat naturæ.* Quæ verba itidem inſinuare videntur nobis, quomodo intelligatur, quod Deus ſit, & non ſit comprehenſibilis, à mente noſtra, atq. etiam Angelorum.

Lib. 1. de fide orth. c. 1.

De Trinit.

Tertullianus ille Carthaginenſis, de quo alibi mentionem fecimus, cum his grauiſſimis Coryphæis Theologiæ, in eiſdem videtur his concordare verbis. *Ad cogitandum* (inquit) *& eloquendu͂ Dei maieſtatem, & eloquium, omnis inuita meritò exiſtit; & mens omnis exigua eſt, maior n. eſt mente ipſa, nec cogitari poſſet quantus ſit, ne ſi cogitari poſſit, mente humana maior ſit, quam concipi poſſit. Maior eſt etiam omni ſermone, nec dici poſſit: ne ſi potuerit e dici humano ſermone maior ſit. Ne cum edicitur circumiri, & colligi poteſt,* & alia multa his ſimilia, quæ faciliimè nos manuducunt ad cogitationem incomprehenſibilitatis Dei, & cognitionis, quæ tamen haberi poteſt pro ſtatu iſto.

Cõcluſio 4.

Eſt igitur incomprehenſibilis; ſi talis ineffabilis; ſi ineffabilis, non poteſt definiri; ſi nõ poteſt reuera definiri, reſtat, vt non poſſimus certè quidditatem eius hac ratione explicare.

Dei diffinit. Anſel.

In proſol.

Sufficeret cu͂ Anſelmo dicere, quod *Deus eſt id, quo nihil maius excogitari poteſt*, cum Auguſtino, *Deus eſt principium naturæ, veritas doctrinæ, fœlicitas vitæ.*

Athanaſij Dei diffinit. De diffinitionib. lib.

Sufficeret dicere cu͂ Athanaſio, *quod Deus eſt eſſentia ſine cauſa, & omniu͂ eſſentiarum ſuperſubſtantialis cauſa.* Sed cum eis ita aſſerẽdo, de Deo benè ſentimus, & circumſcribimus Deum, ſed nequaquam definimus; Ethnici etiam quaſdam ipſius videntur tradere deſcriptiones, quæ à nobis erunt manifeſtandæ in ſequenti Libro, cum de Deo ad mẽtem Platonis agemus, hęc de Dei quidditate ſufficiant, de Dei nominibus infra.

DEVS EST VNVS.

Quod Deus ſit vnus.

Ad propoſitum redeundo, fateri oportet (prout ipſa veritas eſt, & demonſtratio probat) vnicum eſſe Deum, & non plures, & intẽtionis probationem incipiamus ab auctoritatibus Patrum, poſtea ad rationes eorundem explicandas accedemus; quas quidem rationes ex D. Tho. D. Bonauent. & Scoto pręcipuè hauſimus, tanquã ex Scholaſticis ſanctiſs. & ſolidiſſimis doctrinæ viris.

Eph. 4.

Paulus exclamat vnicum eſſe Deum his verbis: *Vnus Deus, vna Fides, & vnu͂ Baptiſma.* Vnus Deus, igitur vna fides de ipſo ſolo, & non plures circa plures Deos, vnum Baptiſma, ſolum ad ipſum conſequendum requiritur.

Eſt ideò vnus vnitate illa. ſ. quę conuertitur cum ente, & non numerali, quæ eſt principium ipſius numeri, quæ ſic ei dicitur conuenire, vt creaturæ vlli non dicatur taliter cõuenire, quod Boetius Seuerinus doctiſſimus, & pietatis magnæ inſignis vir, exclamando diceret, *vniſſimus ſi dici poſſet.*

6 Deuter. & 32.

Quid egemus Sanctoru͂ teſtimonijs? cum

„ cum ipſe ex ſe dicat ſuam vnitatem. *Audi Iſrael, Dominus Deus tuus vnus eſt*, &
„ alibi: *Videte, quod ego ſum ſolus, & non ſit*
„ *alius Deus præter me, ne putetis* (inquit) *cũ*
„ *gentilibus, quod multi ſint Dij, eſt vnus, qui*
„ *fecit, regit, & poſſidet omnia.*

Iſa. 44. Per Iſaiam: *Abſq. me non eſt alius, dicit Dominus.*
Iſa. 43. *Ego Dominus, & non eſt alius extra me.*

Eccleſiaſt. 1. Per Eccleſiaſtic. *Non eſt alius Deus niſi tu; Vnus eſt Dominus creator omnium, omnipotens*, alibi.

Iudith. 8. In lib. Iudith legitur: *Tu es Deus, non eſt alius præter te.*

Reg. 4. 5. In lib. Reg. *Verè ſcio, quod non ſit alius Deus in vniuerſa terra, quàm Deus Iſrael.*

Sap. 12. In lib. Sap. *Non eſt alius Deus, quã tu.* & tãdem in multis, & innumerabilibus ſacræ Scripturæ locis, ſemper idem de Dei vnitate loquitur, tùm veteris, tùm noui Teſtamenti, quæ omnia ibi de hac vnitate ſcripta, ſi vellem in medium adducere, nimiæ prolixitati ſtuderem.

Neq. ob hoc operæ pretium mihi videtur, quid de eadem Auguſt. & omnes Patres Latini, Hieronymus. ſ. Ambroſius, Gregorius, & cæteri. Quid Patres Græci, Damaſc. Dionyſius (præter ea, quæ ſupra attulimus) cum reliquis eiuſdem familiæ Doct. aſtruant, circa hanc vnitatem recenſere, cum hi omnes ſanctiſſimi, & pariter doctiſſimi in Chriſtianorum Collegio aſcribuntur, quod quidem vnum Deum profitentur, tanquam principaliſſimum dogma, primarius fidei articulus in Symbolo Apoſtolico expreſſus.

Sed nunc rationes Patrum ſcholaſticorum (vt polliciti ſumus) adducamus.

Par. 1. q. 11. 3. art. Thomas Ang. Doct. ratione triplici ſimul ſumpta, hoc videtur clariſſimè probare. *Nulli dubium eſt* (inquit) *Deum ſimpliciſſimũ ens dici, & infinitæ perfectionis, & vniuerſi primam cauſam eſſe*, vnde ſi talis naturæ eſt omninò non eſt multiplicabilis, quia prima natura omnium ſimpliciſſima nimirum, immultiplicabilis dicitur; & cum etiam totam in ſe eſſendi perfectionem cõprehendat, ideo plura eſſe non poteſt, alioquin illa differrent per aliquod, quod quidẽ oporteret vni deeſſe, & dictam perfectionem nequaquam haberet, & cum etiam partes mundi ordinatæ conſpiciantur, hoc non eſſet, niſi ab aliquo vno ſolo ordinarentur, quod quidem vnum dicitur Deus, qui eſt prima cauſa, penitus incauſata, & independens (vt iam oſtenſum eſt probando, quod Deus eſt) igitur vnus, & nõ plures eſt Deus, & adeò art. 4.
vnus, quod maximè dicitur talis; quia Concluſio.
eſt maximè ens, & maximè indiuiſum, & ratio confirmans, & probans eſt huiuſmodi, quia ens, & vnũ realiter identificantur, tãdem maximè ſimplici, maxima indiuiſibilitas dicitur competere, & ſtantibus his omnibus rationibus, reſtat de mẽte Angelici Doct. probatum hoc axioma, quod Deus ſit vnus, & nõ plures (vt gentilium inconſiderata ſocietas ex profeſſo tenebat, & fatebatur, ſed perperam.)

Hoc idem Bonauentura Doct. Sera- Prima ratio
phicus, infra poſitis videtur probare Bonauẽt. ex
rationibus. *Deus* (inquit S. Doctor) *eſt* ſupp.
ſimpliciſſimus, & ex hoc probatur, quod eſt ſent. q. 2. art. 1.
huiuſmodi, quia cùm alio diuerſo communicare nequaquam valet, nam ſi communicat, & differat, iam non ſunt idem: & ibi compoſitionem admitti neceſſe eſt, ſi nihil poteſt communicare, igitur nec deitatem, nec entitatem, & ſic reſtat, quod ſolùmodò ſit vnus verè Deus, quia ſi ſunt duo Dij, cum vnus ſit ens, alius vero non; ſi vnus Deus eſt, alius itidem non, igitur eſſent, & non eſſent duo Dij, quod manifeſtam implicat cõtradictionem.

Itidem ſecundò arguitur, & benè ex Supp. 2. ratio.
hac ſuppoſitione. ſ. quod Deus ſit omnipotentiſſimus, *ſi hoc eſt verũ, igitur poterit omnem aliam potentiam ab alio adimere, & ille, cui ab alio omnipotentiſſimo poteſt potentia aliqua adimi, non eſt dicẽdus Deus, igitur ſi ſunt duo Dij, nõ eſt vllus Deus, quod eſt penitus falſiſſimum.*

Itidem tertiò, ex tertia ſuppoſitione, Supp. 3. ratio.
quæ eſt talis, arguitur, *Deus eſt ſimplici-*

ter

ſiter ſummus, ſi talis omnia ſibi eſſe inferiora conſpiciuntur, imò omnia alia ad ipſum, & ab ipſomet; ſi ſunt igitur duo, vnus infra alterum conſtitui neceſſe eſt, & alter ab alio ſecundum diuerſæ naturæ cõditionem, & ille, qui huiuſmodi eſt, non debet dici reuera Deus, igitur à primo ad extremum non eſt, niſi vnus verus Deus.

Quod ſanctus Doctor his tribus rationibus probare videtur, hoc idẽ proſequendo nititur probare his alijs intentionẽ.ſ.ratione, qua intelligit Deus alium Deum, ratione loci occupationis, & tãdem, ratione, quã vterq. ſummum dicatur bonum, quæ omnes concludũt, ſecundum eius ſanctiſſimam mentem, immò ſecundum veritatem omninò irrefragabilẽ, ſolummodò vnum reperiri ex neceſſitate Deum.

1. ſent. diſt. 2. q. 3.

Subtiliſſimus, & pariter doctiſſimus Ioannes Duns Scotus, hoc etiam videtur optimis probare rationibus naturalibus contra Varronem, aſſerentẽ non poſſe hoc rationibus probari, ſed fide ſolummodo teneri, auctoritate Rabbi Moyſis fultus, qui quidem Dei vnitatem à lege acceptã affirmabat, & etiam ratione hac, quia dicebat ipſe, *ſi naturali ratione Deum eſſe vnum cognoſci poſſit, poterit, & eadem via, ſciri eſſentia Dei, vt ſingularis, quod falſum eſt. Nam Deus ſub via propria deitate, aut ſuæ eſſentiæ ratiõne à nobis cognoſci nequit*, quod ſupra nos tetigimus.

Varr. ait altera & propria ratio.

Ad quam auctoritatem, & etiam ad argumentum, priuſquam pulcherrimas Scoti rationes pro veritate adducam, ſic libet reſpondere cũ eodem ſubtiliſs. Doct. Verum eſt, quod à lege Dei vnitas fuit recepta, & ratio eſt in promptu, eo quia populus ille Iudaicus rudis, & ad Idololatriã pronus exiſtebat, quamobrem tunc temporis opus fuit per legem, & cœremonias inſtitui vnum eſſe Deum, quia facillimè in gẽtilium errorem adduci potuiſſet, ſed nõ eſt tamen, quod non poſſit demonſtrari optima ratione ſaltem à poſteriori (vt oſtẽſum eſt) quod ſolummodò vnus ſit Deus. Nec obſtat itidem ratio Varronis, quod eadem ratione, & via poſſet cognoſci Deus, vt talis ſingularis eſſentia, quia licet cognoſci poſſit Deus eſſe quoddã ſingulare, non ob id ſequitur, quod taliter cognoſcatur, quod ſub propria ratione ſuæ ſingularis eſſentiæ, & diuinitatis comprehendi poſſit, ſicuti per excẽplum tale manifeſtari poteſt ratio.

Reſp ad auth Rabbi, & ad rationẽ Var.

Ad rationẽ.

Poſſum Pontificem, vel Imperatorem cognoſcere eſſe vnum vtrq. ſingulare, & indiuiduum hominis, quamuis ipſum haud cognoſcã ſub omnibus ſuis conditionibus indiuiduantibus. Sed quid ad Apoſt. reſpondere valemus, dicentem, quod *ſunt Domini multi, & Dij multi?* poteſt reſponderi, quod sũt Dij multi nuncupatiuè dicti, non autem reueta, & naturaliter. Nam hoc nomen Deus ſub triplici conſideratione cadere poteſt, ſiue hoc nomen tripliciter accipi poteſt .ſ. nuncupatiuè, adoptiuè, & naturaliter. Naturaliter conuenit Deo optimo maximo ſolum, & non cæteris creaturis; Nuncupatiuè conuenit Idolis, quæ non ſunt naturaliter Dij, & non modò nuncupatiuè, ſed vſurpatiuè; Adoptiuè verò conuenit omnibus hominibus diuinæ bonitatis participantibus, qui in Eccleſia Dei per gratiam habent poteſtatem delegatam ligãdi, atq. ſoluendi, & vim ædendi miracula, necnon, vt doctrina, & ſpiritu prophetiæ pollentes, in admiratione ſunt, iuxta illud: *Ego dixi Dij eſtis* .ſ. adoptiuè, *& filij excelſi omnes*, primò modo non eſt plurificabile hoc nomen; ſecundò, & tertiò modo, vtique.

Inſt. 1. Cor. 8.

Reſp.

Nomen Dei tripliciter dicitur. Comp. Theol.

Pſal. 81.

Sed veniamus ad ſubtiliſſimas rationes, quibus Scotus Varroni iure aduerſari videtur, & quibus pariter oſtenditur naturali ratione poſſe teneri vnicum eſſe Deum, *ſi eſſent duo Dij* (dicit ipſe) *intellectus vtriuſque haberet duo adæquata obiecta, nempè ſuam eſſentiam, & eſſẽtiam alterius Dei, quod quidem eſſe nequit, cum idem actus duo adæquata obiecta habere non*

Ratio prima.

Naturali ratione oſt. Deum eſſe vnum.

Ratio 2. *poſſet, alterum .n. ſuperfluum eſſet. Deinde eſſet Beatus idem actu in duobus obiectis totalibus, & eſſentialiter diſtinctis, quod quidem inconueniens, quia altero illorũ destructo; nihilominus beatus eſſet.* Ad hęc adiungitur;
Ratio. quęcunq. perfectio poteſt numerari in diuerſis .i. eſſe in pluribus ſingularibus, & in eis diuidi, ſicquod ſint tot tales perfectiones, ſeu naturæ, quot ſunt ſingularia, plus perfectionis habent in pluribus, quam in vno (vt tenet Auguſtinus) igitur cum infinitum non poſſit excedi non poteſt ex cõſequenti in pluribus numerari .i. in pluribus indiuiduis eſſe; Vnus igitur, ex his ſubtiliſſimis rationibus dumtaxat erit Deus. Poſſit etiam hoc probari ex infinita voluntate eius, ex fruibilitate, ex neceſſe eſſe, & cauſalitate, & omnipotentia, & ex alijs; ſed ſatis hoc longum eſſet omnia hic adducere, cum vnuſquiſq. ex ſe eo loci poſſit rationes videre tanti Doctoris, qui eſt ſubtilium Academiæ Coryphæus; & Anteſignanus: omitto rationes philoſophicas, quæ in fauorem iſtius aſſertionis poſſunt afferri, quoniam de his in ſequẽti libro mentionẽ faciem⁹.

Vt probatã igitur relinquamus, hanc veritatem, de Dei vnitate validiſſimis rationibus tantorum Theologorum, & auctoritatibus, apud pios, & religioſos tanti ponderis, corroboratam, imò expreſſam, ad declarationem, quomodo ipſemet Deus glorioſus ſit etiam in vnica eſſentia trinus, & vt talis iure adoratur à Xpicolis, tanquam taliter cognitus, ſupernaturali tamen lumine accedamus, & hoc idem vijs, & rationibus eorundem Theologorum, quos ſupra allegauimus, aperiamus.

DEVS EST TRINVS.

Non repugnare Trinitatem perſonarum eſſe in vnica eſſentia, oẽs Theologi, tanquam ex ore proprio diuiniſſimi oraculi Chriſti clamitant, & rationibus perſpicaciſſimis dignè, & laudabiliter, quò ad fieri poteſt, probant.

Diuus Thomas nõ poſſe negari tres perſonas vnius eſſentiæ eſſe, & è conuerſo, ex hoc videtur probare, *quia vbicunque* (dicit excellentiſſimè Doctor Par. 1. q. 39. art. 2. ſanctus) *vnum ſignificatur, vt forma, & aliud, vt habens formam, ibi forma abſolutè dici poteſt de eo, quod ſignificatur, vt formam habens, & è contra modo ſuo, ſed quia in diuinis eſſentia ipſa ſignificatur, vt forma, perſona verò, vt formam habens, igitur non videtur eſſe repugnantia, quia in diuinis perſonæ vnius eſſentiæ eſſe poſſint, ex modo ſignificandi*, ex hoc nimirum poteſt probari prima propoſitio. Nam dicimus conſtantia Petri, & è contra, Petrus eſt magnæ conſtantiæ.

Secũda patet ex dictis, nihilominus quia in diuinis eſſentia vna exiſtẽs perſonæ multiplicãtur; ideò vtrobiq. adijcitur nomen numerale, quia *Ex*, vel *De*, dicunt habitudinem cauſæ materialis, vel efficientis, &c. vt in materia, igitur aliæ negãtur, ex quo patet, ſecundum, ex his clara reſtat aſſertio ſancti Doct.

Bonauẽtura ſanctus hoc idem (prout Orthodoxa Fides noſtra tenet) 1. ſent. q. 2. &c. videtur his rationibus affirmare, & primò ex hac ſuppoſitione, quia vbi eſt ſumma Beatitudo, dicitur etiam ibi eſſe ſumma bonitas, ſumma charitas, ſumma iucunditas, & vbi in ſummo hæc omnia ſunt, debet per conſequens ibi reperiri communicatio, nam proprium, & peculiare munus bonitatis eſt ſe communicare, & charitatis in alterum diffundere amorem, cum eius amor non ſit priuatus, ſed in aliud tendẽs, ſic & iucunditatis ſummæ, cum nullius boni ſine his ſit iucunda poſſeſſio; ſic ad ſummam fœcunditatem requiritur ſocietas ipſa, & ex conſequenti pluralitas; & quod dicit Seraphicus Doctor de ſumma Beatitudine, & de conſequentibus, hoc idem aſtruit de ſumma perfectione, cuius proprium eſt producere talem, qualis ipſa eſt in natura, hoc idem etiam de ſumma ſimplicitate, cuius propriũ eſt velle, quod aliqua natura ſit in pluribus, quod in vniuerſali patet, & hoc idem poſtremò intel-

intelligitur de ſumma primitate, quæ maximè reperitur in Deo, cuius proprium eſt eſſe ſummè fęcundũ, vnde ex his omnibus poſſumus concludere vnitatem, & pluralitatem, in diuinis, vnitatem in eſſentia, pluralitatem in perſonis, ex D. Bonauentura.

Scot. l. d. 2. par. 2. q. 1. quæſt. 4. in ord.

Scotus, vt in omnibus ſubtilis eſt, in hac eadem re, ſubtiliſſimus apparet; poſſibile eſt, dicit hic Doctor, cum vnitate eſſentię ſtare perſonarum Trinitatem, nec vlla eſt contradictio, vt Magiſter impietatis, noſtris tanquam errorem impingere videtur, qui hanc veritatem luce meridiana clariorẽ hac rõne deſtruere conatus eſt, dicendo, quod cum ſubſtantia in diuinis ſit vnum aggregatum, debet eſſe vnum per intẽtionem vnam additam congregato, quod eſt Hæreticum, & impium dicere; nam vnitas, & pluralitas in Diuinis nõ ſunt ſecundum idem, quia vnitas eſt ſecundum eſſentiam, pluralitas ſecundũ perſonas, & contradictio ad mẽtem Ariſt. eſt affirmatio, & negatio eiuſdem rei, & nominis, ſecus autem in hac, quia eſſentia diuina, & perſona diſtinguuntur ex natura rei, vel formaliter ſecundũ alios ad contradictionem requiritur, nõ modo idẽtitas rei, ſed etiam nominis; hoc manifeſtum exemplo primi fieri poteſt. Marcus currit; Cicero non currit, licet res ſit eadem, non tamen vox; exemplo ſecundi. Vnitas eſſentiæ, & pluralitas perſonarum, licet ſit idem re, nõ tamen eſt identitas nominis; quod requiritur ad contradictionem, vnde ex his liquidò apparet ſuperiorum veritas.

Auer.

Auer. ratio ſtudis cõtra Trinit. 12. Metaph. Com. 39.

Alia ratio Scoti.

Nec poteſt veritati hoc repugnare, cum eſſentia Diuina ſit ſimpliciſſima, & illimitata, quia propter talem ſimplicitatem poteſt eſſe in pluribus partibus ſine diminutione alicuius corporis, igitur multò magis eſſentia Diuina poteſt eſſe in pluribus ſuppoſitis.

Nec ratio probat, q̃d plures in eſſentia diu. poſſunt eſſe perſonæ.

Itidem eſſentia diuina eſt perfectio ſimpliciter, quæ eſt pluribus communicabilis, ideò non repugnat, quia non poſſit in pluribus eſſe, ſicut etiam à ſimili poteſt hoc modo argui; ſicut vna natura creata poteſt recipere ſupra ſe plures proprietates accidentales, ità diuina natura, quæ eſt perfectiſſima, poteſt recipere plures proprietates perſonales; vnde ex his Auerr. impij ratio omninò corruit.

Alia ratio Scoti.

Sed non ſunt plures in eſſentia diuina, licet plures eſſe poſſint ex ſupra allatis, ſed tantummodò tres, & ratio potiſſima eſt, quia eſt ibi tantum vna perſona nõ producta, & vna producta per actum intellectus, & alia per actum volũtatis, prima eſt Pater, ſecunda eſt Filius, tertia eſt Spiritus ſanctus, & iſtę dicũtur duæ productiones ad intra, prout duo principia productiua ibi reperiuntur; prima productio eſt à memoria fœcunda, qua Pater generat Filiũ, ſecunda à voluntate ipſa, qua Pater, & Filius ſimul producũt Spiritum ſanctum; prima dicitur principium generationis Filij, ſecunda productionis, ſiue ſpirationis Spiritus ſancti.

Dicuntur etiã duę productiones tantum, eo quia in ea ſunt duo principia productiua ad intra, habentia productiones adæquatas, quæ ſemper manẽt.

Quę tamẽ productiones non dicuntur eſſe eiuſdem rationis, quia illa, quæ ſunt eiuſdem rationis, non poſſunt multiplicari, niſi per materiam; at in diuinis nõ eſt materia, igitur productiones iſtæ duæ non ſunt eiuſdem rationis.

Concluſio.

Vera eſt igitur principalis poſitio .ſ. quod Deus eſt vnus vnitate eſſentiæ, ſed trinus trinitate perſonarum, ſed ad hoc, vt melius, & clarius hæc nobiliſſima materia intelligatur, faciamus hanc diuiſionem de mente eiuſdem ſubtiliſſimi Scoti, & ſuorum, quæ non ſolum cunctis veritatem Trinitatis in vnica eſſentia aperiet, ſed etiam omnia, quæ poſſunt in hac materia deſiderari patefaciet.

Scoticæ ſpeculationes circa Diuinam naturam.

Trinitatis, & Vnitatis Dei declarat. ex Scoto & ſequacib.

IN Deo igitur ponunt cum omnibus Theologis tùm poſitiuis, tùm ſcholaſticis, eſſentiam, & perſonas; eſſentia eſt reuera communis perſonis, & omnia, quæ in ea reperiũtur; eſſentialia tamen dicũtur pari modo eſſe communia perſonis, & communitate, quæ dicitur realis, vt eſſẽtia, & prædicationis, vt perſona.

Hæc omnia ex Scoto in 1. ſent. in report. & in quolib.

Eſſentialia illa poſſunt bifariam cõſiderari, ſ. vt intrinſeca, & intima eſſentiæ, ſine aliqua conſideratione intellectus, vel vt extrinſeca, qui ſunt actus ſecundi, aduenientes ipſi eſſentiæ, per conſiderationem intellectus, vt creare, conſeruare, & huiuſmodi.

Ex Franciſco Mayrone in conflatu.

Illa dicuntur quidditatiua, vel modi intrinſeci, vel quantitatiua, quidditatiua appellantur illa, quia dicunt eſſentiam, ens, ſubſtantiam, ſpiritum, Deitatem, Naturam, Vitã, Intellectionem, & Volitionem, & hæc omnia ſecundum quidditatem eſſentiæ dicũtur; Modi intrinſeci dicuntur, quia intrinſecè modificant eſſentiam ipſam, vt infinitas, exiſtentia, Simplicitas, Neceſſitas, Aeternitas, Actus, Hecheitas, realitas, & tales; Quantitatiua verò dicũtur, quæ circa eſſentiam dicunt quantitatem, vt eſt Vnitas, Trinitas, Infinitas, Immenſitas, Summitas, & tales.

Ex Anton. Trombeta in formalitat.

Quæ verò extrinſeca ſunt eſſentialia, vel qualitatiua dicuntur, vel tranſlati, qualitatiua pariter eo, quia circa eſſentiam ipſam dicunt qualitatem, vel per modum qualitatis ſe habent, vt Potentia, Sapientia, Bonitas, Iuſtitia, Fortitudo, & huiuſmodi, tráſlata autem dicuntur, eo quia in eſſentiam ipſam per effectus ſimilitudinem transferuntur, ſicuti lux, ſplendor, lumen, lapis, mons, & huiuſmodi, prout in ſacris literis frequentiſſimè inuenitur.

Iiſdem hæc alia ex eiſd.

Hæc omnia in ipſa eſſentia, vt eſſentia eſt, inueniuntur; modo in ipſamet eſſentia ſunt perſonæ illæ, quæ tres in vnica hac eſſentia reperiri diximus, & non plures, quæ etiam dicuntur ſuppoſita, & hypoſtaſes, in quibus relationes reſidunt, ſic dictæ, quia habent eſſe ad alterum, quod proprium eſt relatiuorum, & ſic vt ſuperiora eſſentialia, vel intrinſecè, vel extrinſecè conſiderantur.

Vide Scot. 1. ſ. d. & Q. in Quolib.

Intrinſecè, quę & reales ſunt, poſſunt eſſe communes, & propriè, communes, quę indifferẽter omnibus perſonis conuenire dicuntur, vt identitas in ſubſtantia, æqualitas in quanto, ſimilitudo in [illegible] quali; propriæ verò, determinatè, vni ſoli perſonæ conueniunt, vel pluribus duabus, ſicuti paternitas Patri, filiatio Filio, proceſſio Spiritui ſancto, ſpiratio actiua Patri, & Filio, paſſiua autem Spiritui ſancto; & horum actus ſunt generare, quod proprium eſt Patris, generari Filij, ſpirare vtriuſque, procedere, vel ſpirari Spiritus ſancti.

Aure. [illegible] in [illegible] Metaph. Cap. 13.

Quæ a dextra conſiderantur, dicuntur & rationis, quæ ad creaturas diriguntur, & ſunt ſimiliter modo, & communes, & propriæ; communes, eo quia omnibus perſonis competunt indifferẽter, ſicut creatio, conſeruatio, redemptio, gubernatio, & huiuſmodi, quæ dicuntur opera ad extra, & indiuiſa; Propriæ ſecundæ perſonæ terminatiuè ſ. Filio, operatiuè verò omnibus, ſicut Incarnatio, quæ terminatiuè Filio tantum conuenit, humanitas, & mors, dicis, alijs autem operatiuè, eo quia omnes circa eaſdem operatæ ſunt perſonæ.

Et iſta eſt pulcherrima illa diuiſio, ex qua totum Trinitatis myſterium apud Scotiſtas explicatur, Taliter igitur Deus adoretur adoratione, quæ dicitur latriæ, quia ſic cum adorantes, errores haud committere dicuntur.

[illegible]

Qui diligentiori calculo diuinæ naturæ, & Trinitatis cõditionem indagare nituntur, aliius exordiendo perquirere videntur, Pater in diuinis generat Filium, ſ. Verbum, Filius ex conſequẽti generatur, Pater, & Filius ſpirant Spiritum ſanctum, Sed quare Filius non dicitur

citur generare? quæ eſt repugnantia? quare non ſequatur filialis generatio? hoc eſt alterius Filij, quemadmodum paternalis; ſicut euenire conſpicitur in ſpeciebus animaſticis?

Quare Filius non generat alium. Scotus & qui hanc eſſe cauſam fatentur, eo quia ſuppoſitum recipiens formam per productionem adæquatam illi formæ, non poteſt per illam producere formam; ſed Filius recipit memoriã fœcundam per productionem adæquatã illi memoriæ, hac de cauſa igitur non poteſt generare, ſiue producere alium filium, quia ſi hoc poſſet pater haberet nepotem, quod maximè inconuenit.

Cõcluſio 1. Filius igitur non generat, nec Spiritus ſanctus, ſed Pater ſolus, ſed nunquid tota eſſentia generatne, vel ipſamet generatur? profectò nec generat, nec generatur, vt eſſentia eſt, nec ob id ſequitur error, quẽ immeritò Abbas Ioachim Magiſtro Petro Lombardo impingit, ſ. quod in diuinis quaternitatem poneret, aſſerendo Patrem generare Filium, Patrem, & Filium ſpirare Spiritum ſanctum, eſſentiam verò nec generare, nec generari, & ratio validiſſima eſt, eo quia eſſentia non dicitur relatiuè vt eſſentia, nam generãs realiter refertur ad genitum, & è cõuerſo, quod cadit inter perſonas ſ. Patrem, & Filiũ ſolũmodò, vt perſonę ſunt, reſtat, quod eſſentia nec generet, nec generetur. (1. ſent. diſt. 5. q. 1.)

Si diuina eſſentia nec generat, nec generetur, reſtat, quod Filius ſit qui generatur; ſed nunquid generatur de Patris ſubſtantia, tanquam de materia? Gandauẽſis dicit, quod ſic, cuius rationes multæ ſunt, quæ quidẽ à Scoto oppoſitum tenente ſ. quod non ſit de ſubſtantia Patris, tanquam de materia, licet fateatur, quod ſit de ſubſtantia Patris ſimpliciter, oppugnantur. (Scot. 1. diſt. 5. q. 2.)

Quod Filius ſit de Patris ſubſtantia, hoc intelligitur ſenſu ſ. quod ly de non dicat præciſè originationem, quia hoc inconueniẽs ex hac poſitione ſequeretur ſ. quod creaturæ omnes eſſent de ſubſtantia Dei, neq; etiam dicat præciſè conſubſtantialitatem, quia ex hoc ſequeretur aliud inconueniẽs ſ. quod Pater eſſet de ſubſtantia Filij, ſed ly de dicit ſimul, & ſemel originationem, & cõſubſtantialitatem, vnde ex his talis põt eſſe ſenſus, reuera germanus, Filius eſt de ſubſtantia Patris, hoc eſt originatur à Patre, & ei cõnſubſtantiatur, quid ex his ſequitur? quod non ſit de paterna ſubſtantia, tanquam de materia, neq; etiam de nihilo; & profectò ſi res rectè animaduertitur ſic ſe habet, nam ſi eſſet de ſubſtantia Patris tanquam de materia, eſſet de ea tanquam de aliquo imperfecto, cũ ſemper quid imperfectionis dicat materia reſpectu rei productæ ex ea, nec obſtat, quod hoc ſit intelligẽdum de materia inferiorum, quæ ſit viciſſitudinis, & mutationis ſubiectũ, quia etiã illo modo argueret aliqualem imperfectionem Patris ad ipſum Filium, ſi tanquam materia ſe haberet ad ipſum generandum. (Quomodo Filius eſt de Patris ſubſtantia. — Concl. 2.)

Sed quia tactum eſt, quod ſi ly de diceret præciſè originationem, ſequeretur hoc inconueniens, quod creaturæ omnes eſſent de ſubſtantia Dei, hac occaſione inquiritur. Vtrũ creaturæ, cum non ſint de ſubſtantia Dei, ſaltẽ gerant aliquam ſimilitudinem cum Deo, vel ipſæ aliquo modo ſint eidem ſimiles? (Inſt.)

Reſpondet D. Thomas, quod quælibet creatura, quãtumuis parua, & exigua, Dei aliqualẽ habet ſimilitudinem, ſed tamen hoc non dicit conuenientiam, neq; per rationem ſpeciei; aut generis, hæc ſimilitudo comparatur, ſed per analogiam ſ. vt poteſt ipſum imitari. (Par. 1. q. 4. art. 3.)

Ratio eſt in promptu, quia quicquid eſt primum, & vniuerſale principium agens totius eſſe huic aſſimilatur quælibet creatura; Deus eſt huiuſmodi, quare, &c.

Probatio Maioris: nam cum omne agens agat ſecundum ſuam formam, ideò neceſſe eſt in effectu eſſe aliqualem ſimilitudinem formæ agentis: eo

quod

perfectio ſimpliciter in ente pariter ſimpliciter perfecto, & vt dicit D. Thom. tanquam appetitus intellectiuus in ipſo, qui eſt voluntas; quicquid de ratione ſua formali eſt principium productiuum, vbicunq. eſt ſine imperfectione priuſquam intelligatur habere productum adæquatum, poteſt producere, & ſi eſt neceſſe eſſe, neceſſariò producit, at cum in Deo ſit volũtas fœcunda, ſub ratione principij productiui, & eſt neceſſe eſſe, igitur habens eam, neceſſariò producit iſto modo; Nam à ſimili, quemadmodum voluntas finita habens obiectum amabile finitum, & adæquatum, producit amorem finitum, ſic voluntas infinita, vt eſt voluntas diuina, habens obiectum amabile infinitum, producit amorem infinitum, qui amor eſt Spiritus ſanctus, & iſta dicitur productio Spiritus ſancti, per actum voluntatis, tamen ſciendum eſt, quod hic infinitus amor .ſ. Spiritus ſanctus, dicitur eſſe per ſe ſubſiſtens, eo quia eſt infinitus, nam de ratione infiniti eſt, quod ſit per ſe ſubſiſtens, ſiue communicabiliter, ſiue incommunicabiliter.

[Et Scot. vbi ſup. 8. diſt. 11. q. 1.]

[Exemplum.]

Sed à quo nam dicitur iſte infinitus amor .ſ. Spiritus ſanctus pcedere, à Patre, an à Filio, vel ab vtroque? prætermiſſo Græcorum errore, qui fuit, quod procederet à Patre, non à Filio, eo quia non exprimatur in Euãgelio talis proceſſio ab ipſo Filio, dicendum eſt cum noſtris Latinis, qui pari voto hoc aſſentire videntur, quod Spiritus ſanctus & a Patre, & à Filio dicitur procedere, & meritò, iuxta illud in Symbolo Athanaſij expreſſum. *Pater à nullo eſt factus, nec creatus, nec genitus. Filius à Patre ſolo eſt, non factus, nec creatus, ſed genitus. Spiritus ſanctus à Patre, & Filio, nõ factus, nec creatus, nec genitus, ſed procedens.*

[1. ſent. diſt. 11. q. 1.]

[Error Græcorum.]

Rationes confirmantes hanc veritatem ſunt multæ, ſicut multi, & penè innumerabiles ſunt Patres ſcholaſtici, declarantes omnia, quæ apud Magiſtrum Sent. ſcripta ſunt, quas quidem, ſi modo pro hac veritate adducere vellem, nimiæ prolixitatis fortè arguerer, ſolũmodò itaq. principaliores principaliorum Theologorũ, more meo, adducam.

D. Thomas dicit, quod ſtante hoc, quod perſonę diſtinguantur in diuinis, prout de rato diſtinguntur, & vna per modum voluntatis procedit, alia verò per modũ intellectus, & inter quas cadit ſolummodò ordo originis (vt vidimus paulò ſupra etiam cum Scoto) illarum vna ab alia procedit, & ſic in propoſito, cum Filius nequaquã procedat à Spiritu ſancto, reſtat, quod Spiritus ſãctus ab ipſomet procedat, & à Patre, & hoc reſtat probatũ tali ratione, quia nõ poſſunt diſtingui, niſi per relationes oppoſitas, quæ ſunt originis, &c. tãdem intelligenda eſt mens. D. Thomæ, tali pacto, quod ſi Spiritus S. non procederet à Filio, nõ diſtingueretur ab eo realiter; ſecus tamen rem ſe habere optimè defendit Scotus.

[Par. 1. ſum. q. 36. art. 2.]

[Scot. 1. diſt. 11. q. 2.]

D. Bonauentura, ſupponẽdo, quod ſine vlla mentis hęſitatione Spiritus S. à Patre, & à Filio procedat, meminit dumtaxat, quomodò prius à Patre, quã à Filio dicatur procedere, tamen non tempore, neq. cauſalitate, neq. origine, ſed auctoritate, vt vnicuiq. cõtẽplanti poteſt eſſe notum; dicit igitur, quod ab vtroque procedit tanquam ab vno, ſed prius ab ipſo Patre prioritate auctoritatis, qua intelligitur Pater præcedere Filium, ſicut generans genitum, licet generatio ſit æterna.

[1. Scot. diſt. 12. q. 1. art. 2.]

Aliter hoc idem probat Richardus, dicit .n. quod ſi verum eſt, quod Filius ſit perfecta imago Patris, non põt eſſe, quin ipſe cum ipſo Patre producat Spiritum S. ſicuti etiam patet ex hoc, ſi eadem potentia eſt in Patre, quæ eſt in Filio, non eſſet, ſi Filius cum eodem Patre non produceret Spiritum S. nam eſſet quodammodo diminuta potẽtia in ipſo Filio, qđ eſt maximũ incõueniens.

[Rich. 6. de Trin.]

Multæ itidem rationes ſolent adduci ab alijs, hoc idem probãtes, quæ cum

non

non leues videantur pati oppoſitiones, a nobis omittuntur.

1. ſent. diſt. 3. q. 1.

Subtilium Princeps, ſuo more ſubtiliter hoc probat; quod habet principiũ productiuum perfectum, priuſquam intelligatur habere productum adæquatum, poteſt illo principio producere, ſi non dependeat, & ſi eſt neceſſe eſſe, neceſſariò producit: at Filius dicitur habere principium productiuum Spiritus S. priuſquam intelligatur productũ poni, & non dependet, igitur. Minor huius Syllogiſmi poteſt eſſe, quod ſpiratio aliquo modo pręſupponat generationẽ, quia in illo priori communicatur Filio, omnis perfectio abſoluta, ſicuti eſt voluntas fœcunda, quæ eſt principium Spiritus ſancti.

Eſt clarum igitur ipſum Spiritum S. ab vtroq. procedere, ex ſentẽtijs, & argumentis tantorum virorum, ſed benè verum eſt poſtea, quod ipſummet debet intelligi à ſanæ mẽtis prędito, à Patre procedere, tanquam à primo principio ſubſtãtiali totius Trinitatis, à Filio autem, veluti à principio ab alio, nec ex hoc concludere poſſumus ipſum potius à Patre, quam à Filio procedere:

Scot. 1. diſt. 12. q. 1.

cum Pater, & Filius ſpirent inquantum vnum, voluntate vna inquantum vna, tãquam principio quo, quicquid dicat Henricus Gand. 2. P. ſummę Q. 6. a. 54.

Sed quid amplius in longum protrahendus eſt ſermo noſter circa hãc productionem, cum innumerę auctoritates paſſim legantur; nõ modo apud Patres antiquos, ſed in ipſomet textu Euãgelico expreſsè, quibus hoc confirmare libet? Vnde Paulus: *Quod ſi ſpiritus eius ſuſcitauit Ieſum.* Matth. *Quem mittet Pater in nomine meo, ſpiritũ veritatis.* Alibi: *Miſit Deus ſpiritum filij ſui in corda noſtra,* &c. multa extãt confirmãtia hoc idem, ſed vna eſt ſingularis ꝓbatio, & eſt iſta.

Paul. 1. Roman.
Matth. 10.
Gal. 4.

Niſi Spiritus S. procederet etiã ab ipſo Filio, Filius Dei Chriſtus Dominus nõ dixiſſet ſuis diſcipulis: *accipite Spiritum ſanctum, quorum,* &c. nam ex hoc liquet cùm in inſufflando dare, & à ſe quoque procedere ſignificat, ſignificans apertè oſtẽdere, quod inſufflãdo dabat, quod ſpirando occultè tribuebat; hæc ſunt, quę breuiter pro hac veritate dicere duximus, quæ cum luce meridiana clarior appareat, prolixior diſcuſſio omittatur.

Ratio pulcher. quod Spiritus S. à Patre, & Filio procedat.

Ab vtroq. igitur Spiritum S. procedere, reſtat probatum; ſed nunquid ipſemet Pater, & Filius inquãtum omninò vnum, vel inquantum plures ſpirant Spiritũ S. quærunt Theologi, ad quos eſt dicendum (aſſertore D. Auguſtino) *exiſtimo, quod vtique,* vt nuper tetigimus; nam ſicut Pater, & Filius, & Spiritus S. ad creaturam producendã dicuntur vnum principium, pari modo dicendum eſt de ſpiratione Spiritus ſancti. Creatura à tribus inquantum vna, hoc eſt dictu inquantum vnicam habẽt omnipotentiam .i. inquantum ſunt vnum, & non inquantum ſunt diſtincti, igitur & hac ratione Spiritus S. à duobus ſpirãtibus ſpiratur, ſicut creatura à tribus creantibus creatur, & hoc dũtaxat, quo ad ſimilem modum principiandi.

Concluſio.
Diſt. 12. q. 1. Scot.
Auguſt. 5. Trin. c. 14.

Inſuper dubitatur, an ipſe Spiritus S. ab vtroque .ſ. Patre, & Filio vniformiter ſpiretur? ſuppoſito, quod actus ſpirãdi trifariam conſiderari poſſit: primò, in ſe ſimpliciter, & abſolutè; ſecundò, reſpectu termini .i. quatenus producitur Spiritus S. tertiò, reſpectu ſuppoſitorũ, à quibus emanat, dici poteſt reſolutè, q᷑ primis duobus modis omninò vniformiter ab vtroq. ſpiratur Spiritus S. tanquam vnicus terminus productus, videlicet vnicus Spiritus S. ſed tertio modo aliqualis diſformitas in eius ſpiratione videtur, quia Pater ſpirat à ſe, hoc eſt, Pater habet à ſe vim ſpirãdi, Filius verò non à ſe, ſed à Patre per æternam generationem recipit vim ſpirandi, quamobrem & à Patre habet, quod ſpiret Spiritum ſanctum.

Quæſt. 2. eiuſd. diſt.

Sed quid dicendum eſſet ad Patres quoſdam inſignes. ſ. ad Auguſtinũ, qui dicit, quod principaliter procedit à Patre?

Auth SS.

ſtre? ad Hieron. qui propriè Spiritũ S. à Patre per Filium procedere; ad Hilarium, qui Spiritum S. à Patre per vnigenitum eſt promere? pari ratione eſſet his ſatisfaciendum, dicẽdo, quod licet Pater prius origine Filium generet, quam ſpiret Spiritum S. nihilominus non prius origine Pater ipſum ſpirat, quam Filius, ſed in eodem inſtanti originis vterq. ſimul ipſum prod. (ſeruato tamen ordine ſupradicto) .ſ. quia Pater à ſe, Filius non à ſe ſpirat.

Athan. diſt. 19.

Iſte eſt igitur in diuinis nobiliſſimus ordo harum perſonarum, quæ tamen omninò magnitudine ęquales dicũtur, iuxta illud Symboli *perſonæ coæternæ sũt, & coæquales*, quæ tamen magnitudo eſt virtutis, non molis, vt eſt magnitudo materialis. Nam vbi poteſt eſſe exceſſus inter ipſas, ſi ad inuicem per circũinceſſionẽm vna eſt in alia? hoc eſt mutua, & intima præſentialitas ſubſiſtentis, ſeu ſuppoſiti in ſubſiſtẽte reipſa diſtincto, eiuſdem tamen naturę, num reperitur in eis? & ſi hoc modo æquales in magnitudine ſunt, in potẽtia itidem æquales exiſtimantur, quod & ex ore Saluatoris confirmatur. *Omnia, quæ habet Pater mea ſunt.* & hac firma ratione, quia potentia .ſ. actiua, quæ dicit perfectionem ſimpliciter, & omne tale ſẽper in Deo eſt ponendũ, cum ipſe maximè ens, & maximè in actu dicatur eſſe.

diſt. 19.

diſt. 20. Ioan. 16.

Quomodo in creaturis reperiatur veſtigium Sanctiß. Trinitatis.

1. p. q. 45. art. 7.

SEd vtrum tandem in creaturis inueniatur veſtigium iſtius ſanctiſs. Trinit. Reſpondetur ad aures D. Tho. quod (præter illam ſimilitudinem Angelicam, de qua ſupra aliquid dictũ eſt, de mente eiuſdem S. Doct.) vtique in cunctis creaturis inuenitur veſtigium Trinitatis ſanctiſs. generaliter tamen, in ſola nihilominus rationali eiuſdem repreſentatio reperitur per modum imaginis ſpecialiter.

Ratio primo elicitur ab eodem, quia in quocunq. inueniuntur aliqua, quæ reducuntur in diuinas perſonas, vt in cauſam, in illa reperitur veſtigium Trinitatis, at omnis creatura eſt huiuſmodi. Quare, &c.

Probatur Maior: illa .n. repreſentatio dicitur veſtigij, quã effectus repreſentat, ſaltem cauſalitatem ſuæ naturæ, igitur, &c. Minor apparet clara ex hoc, quia quælibet creatura habet ſubſtantiam, ſpeciem, & ordinem, & facta eſt in numero, pondere, & menſura, quæ omnia perſonarum cauſalitatem repreſentant, vt in materia.

Præterea ſecundo in quacunq. creatura inuenitur imago Trinitatis, in illa inuenitur verbum conceptum, & amor procedẽs, ſed ſola rationalis eſt huiuſmodi, quare, &c. prima probatur, quia repreſentatio imaginis eſt, quãtum ad aliquam ſimilitudinem formæ; Filius procedit à Patre, vt Verbum, Spiritus ſanctus ab vtroq. vt amor, quare, &c. ſecunda remanet probata, quia in anima noſtra, tanquam in nobiliſſima forma apparet conſpicuè hoc veſtigiũ ratione intellectus, memoriæ, & voluntatis, quare, &c. Aſſerendo tamen, quod in cæteris rebus omnibus appareat ſuo modo (vt videbimus alibi, Deo fauẽte) pro hac ſublimi doctrina vide Scotum. Scot. 1 d. 3. q. 3. & 9.

Hæc ſunt, quæ compendioſè, & breuiter ad aures noſtratiũ Theologorum dici poteſt de natura diuina, ex quibus elici poſſunt aliquales conformitates, cum doctrina Ethnicorum, omiſſa ingenti multitudine quarundam quæſtionum argutantium, qui in hoc negotio nimis laborare videntur.

Deus, quomodo nominari poſſit.

REſtat, vt videamus, an tãta eſſentia diuina, tãtum numen aliquod præciſum nomen habeat, vel melius, aliquo nomine vocetur à nobis, vel tãdem à nobis dicatur eſſe nominabilis?

Sunt, qui Deũ à creatura nequaquã no- In ſumm.

nominari poſſe affirmãt, inter quos eſt Gandauenſis Hen. cuius ratio eſt, eo quia diuina natura eſt immẽſa, & infinita, & ſic nobis nota haud eſſe poteſt, hinc eſt, quod non põt nominari; ſed ſolũ modò ab ipſomet Deo, cui ſoli ſua natura nota eſt, nomine proprio nominari põt, hęc ratio cum alijs eiuſdem D. à Doct. Subtili meritò reprobatur, in Pri. ſent. Diſt. 22. Quæſt. vnica.

p. 19. 1. & Quolib. 1. q. 1.

Scot. 1. diſt. 22.

Ang. Doct. melius Deũ poſſe à nobis nominari affirmat, ſicut põt intelligi, quia voces, ſeu nomina referuntur, ad res ſignificandas, ſeu nominandas, mediãte conceptione intellectus, quod patet per Philoſophũ, & quoniam cognitio, quã pro ſtatu iſto habemus de Deo per creaturas, habemus ſecundũ habitudinem principij excellentis, & nõ ſecundum propriam eius eſſentiam, ideo aliquo nomine eſſentia eius à nobis nequaquã nominatur, ſed eo modo, quo cognoſcitur, hoc eſt ex creaturis, ſeu effectibus ſuis. Ideo Patres, & Scripturę, vt Dion. & Prou. quæ innominabilem ipſum faciũt, debẽt hoc modo (ſ. quod ad eſſentiam) non autem quo ad perfectiones in creaturas ab ipſo procedentes intelligi.

P. 1. ſumm. q. 13. art. 1. & art. 3. 1. Perihier.

De diuin. nomin.

Seraph. Bonau. per paucis mutatis, videtur hoc idem ſentire. ſ. quod non poſſit à nobis proprio nomine nominari, ſed à ſe ipſo, qui ſibimet nomina impoſuit. i. Bonũ, & Qui eſt. Vnde Dion. vult, quod illud nomen Bonum, ſit ſolummodo proprium Dei, & principale nomen. Damaſc. verò, quod illud, Qui eſt, quia vnus attẽdit in nomine perfectionem, alius abſolutionem, vterq. tamen proprietatem, cõcludit, quod nos, ſecundum noſtram cognitionem poſſumus Deũ nominare triplici modo. ſ. per effectum, & in hoc eum D. Thoma concordat, per excellẽtiam, & per ablationem, ſicuti poſſumus hoc pacto cũ cognoſcere; per effectum, hoc eſt per creaturas; per excellẽtiam, dando ei nomina laudis eminẽtiori modo, quam dentur creaturis; per ablationem, auferẽdo ab eo omnem imperfectionem.

D. Bonauẽ. 1. d. 22. art. vn. q. 1. De diuin. nominib.

Scotus tandẽ, pręmiſſa quadrimembri diuiſione nominũ, vel quod aliquis poſſit aliquo nomine quadrupliciter vti. Primò, vt res eſt. Secundò, ſicut vtitur aliquis nomine pro ſigno ad placitum, non habendo conceptum ſignati, ſed tantum ſcit, quod eſt nomen ſignificatiuum. Tertia, vtitur aliquis nomine pro ſigno, habendo conceptũ ſignati tantum in vniuerſali. Quartò, vtitur quis nomine pro ſigno expreſſiuo conceptus diſtinctè, & in particulari.

Diſt. 22. 1. 1.

Stante hac diuiſione, concludit ſubtiliſs. Doctor, quod tribus primis modis Deus à nobis poteſt vtiq. nominari; quarto autem modo nequaquam, & hanc poſitionem hac ratione videtur corroborare.

Concluſ.

Rõ Scoti.

Si Deus non eſſet nominabilis à nobis, hoc eſſet pro tanto, quod nõ haberetur conceptus diſtinctus de Deo, ſed habetur conceptus diſtinctus, & ſicut habetur, ſic nominatur, non impedit illud, quin Deus ſit nominabilis.

Huius rationis probatio eſt, quia aliquid poteſt nominari puta ſubſtantia, quæ tamen diſtinctè non concipitur à nobis pro ſtatu iſto, cuius ratio eſt, quia omne illud, cuius præſentia eſt naturaliter cognoſcibilis, eius etiam abſentia, igitur; & ſic habetur, quomodo Deus ſit à nobis nominabilis, per rationes ſanctiſſimorum, pariterq. doctiſſimorum virorum.

Illa verò nomina ſeptuaginta fortitudinis, & amoris, alia numero eadem, ac tandem illa, quibus lex diuina tota exprimitur, quæ ſeptuaginta pariter numerantur de Deo, talia ſunt, qualia ab his Doctoribus determinantur.

Pater Deus rationem, quod Græcè θεὸς, vel ἀπὸ τοῦ θεῖν, hoc eſt à natura primus in Vrbe Deos fecit metus, vel ἀπὸ τοῦ θεῖν, à currendo, quod viderent Solem, & aſtra in perpetuo curſu, vel quia omnia cognoſcat, & gubernat. Vnde hic

[illegible] .i. ſpeculor, qui ſit omnium vnus ſpeculator, vt fuit earum factor, & eſt earundem ſeruator, vel ab αἴθω, hoc eſt ab ardēdo, quod amore ardeat perpetuo in Empyreo Cœlo, vbi cum beatis Spiritibus videtur beatam degere vitam, vel tandem à θεωρεῖν. Quod omnia contemplatur, vel ſit omnium contemplator, vt ſupra.

Quomodò hoc nomen Dei deducatur, dicitur ea appellatione nominari, vt ſupra determinatum eſt.

Hæc ſunt tandem omnia, quæ de Dei natura, & eſſentia noſtrates Theologi tùm poſitiui, tùm ſcholaſtici, firmis dogmatibus, irrefragabilibus diſputationibus, & rationibus, pijs reuelationibus viſi ſunt affirmare, quæ (omiſſis tamen multis, ne prolixitati ſtudere videremur) compendioſè, & breuiter pertractauimus. Nunc ad ea accedamus, quæ Plato, & ſequaces, quinimmò tota vetus ſapientia Caldæorum, nempè Aegyptiorum, necnon omnium de Relig. benè ſentientium pertractant, eaq. videamus antequam cōuenientiā, & diſſonantiā, & noſtrorum, & illorum in medium adducamus.

Finis Secundi Libri.

CHRISTIANAE THEOLOGIAE

Cum Platonica Comparationis,

LIBER TERTIVS.

In quo quid Plato, & vniuerſa vetuſta ſapientum Caterua, de Diuina Natura, contra negantes Deum eſſe ſentiant, explicatur,

PLATO Philoſophorum Pater, ſicuti teſtimonijs in primo libro allatis, in Philoſophando, alios ſuperauit, ita rem illam, quæ magis ad veram videtur ſpectare Philoſophiam, melius cæteris penetrauit, nempè de Dei Optimi Maximi natura; imò quicquid in eius Philoſophia pertractatur, ſiue ad negotium naturale, ſiue ad Dialecticum, ſiue ad Morale, vel Mathematicum ſpectet, illud ſemper (aſſertore Ficino) ad contemplationem, ad Dei cultum, ſumma cum pietate, & Religione reducitur, quò facilè videtur ipſum, ſine vlla controuerſia iure optimo diuinũ, & inter alios reuera Theologum nuncupari poſſe, hinc eſt, quod eius doctrina verius Theologia, quam Philoſophia appellari poteſt, & de facto apud multos, etiam Chriſtianę pietatis cultores appellatur,

In Progem. Theol. Platonicæ.

Quare Plato diuinus appelletur.

D. Theodoret. de cur.

In omnibus Dialogis, quos nobis in teſtimonium ſuæ doctrinæ, & pietatis reliquit, videtur inſerere aliquid ità aptè de Deo ſemper, vt nihil aliud molliri cũ appareat, niſi homines, ab inanibus ſpeculationibus ad veras, quæ circa ipſummet Deũ verſari dicũtur adducere,

Verum eſt tamen, quod (Beſſar. teſte) in aliquibus magis videtur iure de Deo agere, ſicuti in Parmenide de vno rerum omniũ principio latè diſputat, quod quidem principium Deum eſſe, nõ eſt vnde dubitari poſſit. In Phedro itidẽ, tractando de pulchro, ſecundum propoſitionẽ orationis Lyſiæ Oratoris, interlocutoribus Socrate more ſuo, & ipſomet iuuene Phedro. In Phedone, vbi de anima; in Phileto, vbi de ſũmo bono (non abſolutè) quia de hoc in Parm. ſed de cõditionato bono (In Timeo, vbi de mũdo vniuerſo; in Sophiſta de legib. de Repub. in Epiſt. tandẽ, & in omni loco, vbi de rebus diuinis agit, & in omnib. libris ſemper eadẽ repetendo de Deo, magnę conſtãtiæ ſpecimen cunctis prębet in philoſophando de hac grauiſſima materia, quod quidẽ eſt proprium reuera ſolidiſſimæ doctrinæ eximiæ pietatis, ac religionis viri,

Plato iure laudatur.

Sed ſecundũ rem propoſitam videamus, quibus vijs, vbi, & quibus rationibus Deũ eſſe, & fateatur, & probet Philoſophus. In primis clariſſimè teſtari videtur, verum Philoſophum nihil debere meditari, niſi Deum ipſum in lib. de Rep. 6. quòd oſtendit his verbis. *Hos ne igitur omnes, qui eiuſmodi quadam didi-*

Deum eſſe, quom. probatur à Plat. & Platonicis, vbi, & quib. nominib.

cerunt,

gerunt, articulaſq. eas pepererunt, in Philoſophorum numerum reponemus? minimè (inquit) ſed philoſophaſtros potius appellabimus (tum inquit ille) quos ais eſſe veros Philoſophos? eos (inquam) ego, qui deſpicienda veritatis ſtudio teneatur. Neque .n. in Geometriæ quæſtionibus, nec in argumẽtoſa Philoſophia, neq. in coniecturali Muſica, neq. in Aſtronomia, quæ Phyſicis rationibus, fluxiſq., ac veriſimilibus clauditur, ſed in ipſius BONI, VERIq́. ſciẽtia Philoſophus verſari debet. Ex his omnibus verbis facilè conijcitur Plato Deum eſſe, adeò ſecurè affirmaſſe, vt veram Philoſophiam in eo ſolummodò ſpeculando inueniri putetur, cum cætera omnia, circa quæ tantoperè laborant Philoſophi vulgares, fluxa, & caduca exiſtant, & ideò incerta, & à veritate prorſus remota; ſi igitur Philoſophia vera per ipſum, circa Deũ eſt circa ipſum, tanquam omninò exiſtentem, & ſine vlla dubitatione affirmari ex eius mente poſſumus, Deus igitur eſt per Plat. primo, ſed non ſufficit ad propoſitum noſtrum ſimplex de Deo cõfeſſio, niſi aliquibus auctoritatibus eadem fulciatur, & rationibus aperiatur.

Rep. 6. verba Plat.

Ideò hoſpes Athenienſis, tacitè Platonis perſonã repreſentans, ſemita motus videtur tali pacto Dei eſſe clariſſimè Cliniæ Cretẽſi, & Magillo Lacedemonio demonſtrare lib. de legib. 10, vbi acrè videtur etiam reprehẽdere eos, qui quidem Deum eſſe negabant. *O amici* (inquit) *ſtant ne omnia, nihilq́; mouetur? an contra ſtat nihil cuncta mouẽtur, vel aliqua quidem mouentur, aliqua verò permanent? huic vtiq. reſpondebo, manere alia, alia verò moueri, nonne in aliquo loco ſtant, & mouentur? quidni? nonnulla in vna ſede id faciunt, nonnulla in pluribus, ea ne dicis, quæ ſtantium in medio vires capiunt in vno moueri, quemadmodũ circuli ſtare dicuntur, licet circumferentia eorũ vertitur? Ita prorſus: intelligimus autem, quod in hac circulatione, cum huiuſmodi motus maximũ ſimul, minimumq́. circulum circumducat, ſecundũ proportionem ſeipſum maioribus, minoribusq́, diſpertit, & ipſe quoq. proportione ſeruata, maior eſt, & minor. Propterea cunctorum ſtatus eſt fons mirabiliũ.* ex his, & alijs multis Plat. verbis in eodem Dial. expreſſis, liquidò patet ipſum ex motu, vnũ motorem velle cunctis patefacere, qui quidem moueat inferiora, & ipſe à nullo prorſus moueatur, quod quidẽ ad vniuerſam mundi machinam ſe habeat, vt anima noſtra ad corpus, vel anima cuiuſcunq. alterius animalis, ad proprium corpus mouendum.

10. de legib.

Verba Plat. 10. de legib. Tex.

Quinimmò Plato mouens illud vniuerſi, ſolet nuncupare animam mundi, quæ omnium non ſolum motrix exiſtat, ſed etiam eorundem viuificatrix, cũ totam rerum ſuperiorum naturam, & inferiorum pariter regat, & adminiſtret. Sed eſt aduertendum, quod anima ipſa vniuerſalis non dicitur hac ratione eſſe Deus, immò longè inferior, cũ ſupra ſe (vt videbimus paulò infra) habeat mentem vniuerſi opificem, secũdum Procli ſentẽtiam, vel mundum intelligibilem, ſecundum Plotini placitum, qui poſtea mũdus intelligibilis ſupra ſe habet Deũ primum bonum, verum, & vnũ, qui non dicitur ens, ſed cauſa omnis entis, & ex hoc cauſa itidem omnium actionũ, quæ ab ipſis entibus veniũt, vel in omnibus entibus conſpiciuntur; aĩa autem iſta, quæ dicitur mouere vniuerſum, non eſt Deus, ſed potius poteſt recta ratione appellari filia Dei, cum immediatè omnem eſſentiã, omnem potentiam, & omnem actionem habeat à mũdo intelligibili, qui quidem filius Dei iure merito à Platone dicitur, & ab omnibus ſuis; quomodocunq. igitur ſit, ex anima ipſa vniuerſi motrice venari poſſumus ex mẽte Platonis, quod Deus eſt; hæc omnia de Deo latius à nobis pertractabũtur, cum de Trinitate Platonis agemus, hæc modò ſint obiter dicta. Ne igitur detur abitio in infinitum in mouentibus, ſed ueniendum eſt tandem ad animam mouentem, & ex hac ad primum, quod quidẽ Deus eſt; igitur Deus

eſt

eſt hoc modo concludatur,

Pluribus in locis, ſecundum occaſionem ſibi in diſputando oblatam, Plato aſſerit multa & generari, & genita eſſe in rerum natura, & cum ad ſenſum pateant nequaquam nititur earum generationem, & interitum argumentis, & rationibus probare, ſed immediatè videtur quærere quid ſit, quod ſemper eſt generatione carens, & quid ſit, quod nunquam eſt, ſed generatur, vel fit? *ſi fit* (inquit ipſe) *ab aliqua cauſa fieri neceſſariò dicendum eſt*, ſed à quanam cauſa fiat, poſſumus noſmetipſi conijcere, quod omne illud, quod quidem fieri dicitur à cauſa aliqua efficiẽte fieri; vel melius, quod fit, vel.n. à nullo fit, vel à ſe, vel ab alio, à nullo nihil fit, quia non eſt aliquid in natura corrupt, cuius non debet ſuæ generationis legitima cauſa, & omne quod fit, à cauſa fit, nam nihil ſine cauſa dicitur fieri, ſecundum vulgatum axioma Platonicũ; igitur ſi à nullo fit, reſtat quod fiat vel à ſe, vel ab alio, à ſe non eſt dicendum, cum nihil ſit, quod ſeipſum faciat, ergo ab alio fieri conſequenter dicimus, aliud hoc, non dubitatur, quod non ſit aliqua efficiẽs cauſa.

Sed iſta cauſa, eſt ne determinata cauſa, & poſitiua an non? non eſt dicendum, quod ſit indeterminata, quia eſſet caſus, & ideò à caſu fieri aliquid diceretur, ſicuti antiqui quidã, Leucippus, Democritus, & Epicurus falsò aſſeruerũt; de Mũdo vniuerſo igitur eſt cauſa determinata, & poſitiua, & non caſus, ſiquidem ipſe non eſt nec materia, nec forma, nec cõpoſitum, neq; etiã efficiens creatũ; id autem quia, nec ſubſtantia, nec quantitas, nec qualitas, neque aliud prædicamẽtorum, ergo nihil eſt, & à nihilo nihil fieri dicuntur omnes non modo Platonici, ſed etiam Peripatetici.

Si eſt cauſa determinata, prout eſt reuera, non eſt cauſa infima, vt materia, neque cauſa dabilis, vt forma corporea, neq; equiualens, quia ratio nos ſuadet, quod non ſit aliquid æquiualẽs rei genitæ, in ipsã generando, ergo eſt cauſa ſuperior nobiliſſima incorporea, & diuina, quæ eſt efficiens rerum omnium, quæ quidẽ dicitur vniuerſi Opifex, vltimum efficiens, vltra quod non datur aliud, niſi eo modo, quo proximè videbimus, & iſte eſt Deus, ergo Deus eſt.

Iſta ratio concludit de primo efficiẽte, ſicut de primo Motore, nam ſicut in mouentibus non datur proceſſus in infinitum, ſed deueniendum eſt ad vnum primum, pari modo in cauſis efficientibus.

Quod Plato hanc cauſã efficientem eſſe Deum ipſum cognouerit, clarũ extat teſtimoniũ in Theet. quod quidem hic afferre placuit ad rei veritatem confirmandũ: hæc inquam ſunt verba eius.

Animalia cuncta mortalia, plantasq́; quæcunque terra ex ſeminibus, radicibus ve naſcuntur, & quæcunque inanimata in terra conſiſtunt, ſiue liquefieri poſſunt, nunquid nõ poſſint alio quodã Opifice fabricata, quam Deo facta eſſe, cum prius non fuiſſent dicimus? an multorum doctrinam, ſermonesq́; ſectabimur? quorum? dicentium iſta naturã ipſa gigni à cauſa quadam fortuita, ſine mente hæc agente, vel cum ratione potius, ſcientiaq́; diuina, quæ ab ipſo Deo ſit orta? Theet. Ego fortè propter ætatem, ſæpe hoc, ſæpe aliud opinor, in præſentia verò ad te reſpiciens, putansq́; exiſtimare te per Deum hæc omnia gigni, idem ipſe quoque exiſtimo. Rectè admodum Theet. Ecce quomodo à cauſa efficiente. ſ. à Deo ipſo omnia facta eſſe animosè profert Plato, immò non modò omnia ſenſibilia (vt ſupra exiſtimauit) habuiſſe ortum ab hac cauſa, ſed materiam ipſam ab eadem productam eſſe clarè manifeſtat, vnde non poſſunt ſuam partem tueri, qui tenẽt de mente Plat. materiam eſſe Deo coæternam, ſtante hac poſitione, quam poſtea ſubintulit (vt ſuo loco monſtrabimus) quæ poſitio ſic expreſſa legitur in

In Tim.

Verba Plat. in Theet.

Error Epic. & aliorũ de mundi gen.

in eodem Dialogo.

b. lex. 1.

Homines vtiq., & animalia cætera, eaque ex quibus iſta gignuntur ignis, aqua horũ, quæ germana Dei opera eſſe cognouimus.

Conclusio Platonis. 1.

Quid clarius dici poteſt de eſſe iſtius cauſæ, & de eiuſdem opere faciundo, & de excluſione fortuiti euentus ab opificio vniuerſo? ergo hac irretragabili rõne Deus eſt ad aures Philoſophi.

Deus eſt (inquiunt Platonici) non ſolum prout eſt, & demõſtratur vniuerſi cauſa efficiens, ſed etiam, quia ex ſe eſt ſummè neceſſarius, nam ſtante, qđ omnia efficiat, ſeruet, & regat, prout pluribus in locis noſter Philoſophus, & omnes interpretes aſtruũt, tanquam abſolutiſſimum neceſſariũ, eſt præſupponendum; nullibi tamen vocat ipſum neceſſarium expreſsè (quod ego ſciam) ſed benè quidam fideliſſimus ſectator eiuſdem hoc nomine videtur ipſum vocare. Clara extant verba in Aegyptia Theologia, quæ non vt à Platone ſcripta, ſed publicè lecta, ab alioq., & audita, & conſcripta circunfertur, in quibus ipſum neceſſarium appellat; verba ſunt hæc.

Ariſt. Philoſoph myſtic. ſecundum Aegyptios.]

Verba Theolog. Aegyp. Deus neceſſariũ ens

Ens verum abſolutiſſimum non conuenit alij in aliquo communi, ſed eſt ens prius quolibet proximo, cum ſit agens omnium, eſt ens neceſſarium (per quod deſcribitur) ſcit omnia præterita, præſentia, & futura, ſub vna ratione immotus, quoniam ſcit illa, quatenus eſt auctor eorundem. Ex his colligitur, quod etiam à Platon. voce, dictus ſit, neceſſarius Deus. Igitur hac ratione, item Deus eſt. Hæc poſitio optimè põt concludi, ne detur abitio in infinitum, vt ſuperior, quomodo verò non dicatur ens Deus primus, ſed tantum eius Filius, mundus intelligibilis, & omne inferius ad ipſum fuſius videbimus in proceſſu, &c.

De primo efficiente.

10. de legibus.

Ex vniuerſi ordine, et Plato Deum eſſe oſtendit in libro de legibus, nam conſiderans, quod vbicunque aliqualis ordo reperiatur, illum ab aliquo ſapiẽtiſſimo ordinãte procedere neceſſe eſt, nec ordinẽ rebus tradere eſt proprium inſipientis, ſed prudentiſſimi ordinantis, qui quidem ſe habeat in ſuo opere ordinando, veluti Imperator in exercitu, vel vigilantiſſimus nauis cuſtos, & rector, qui nihil moliri ſtudet, niſi ſuam ſecurè ducere puppim ad portũ, & ſemper in fluctibus eam regere, & cuſtodire, ne in profundũ pelagi immergatur.

Pari modo in vniuerſo mundo, vbi admirabilis ordo conſpicitur, neceſſe eſt excogitare aliquem ordinantem ingenioſum, qui ordinẽ ſemper, & vbiq. in interruptũ ſeruet, & hunc quid aliud eſſe dicimus, niſi ſapientiſſimam, & potentiſſimam mentem, quæ ſicut ipſum efficit, ita & vt neceſſaria ducat, & conſeruet? Quid aliud eſt mens iſta prudentiſſima, niſi Deus ipſe vniuerſi motor, effector, & ductor, qui ſine illa fatigatione, & labore hoc per optimè faciat? Igitur ex hac itidem ratione validiſſima Deus eſt.

Sed verba Platonis adducamus, ex quibus ratio hæc elicitur quamquã nobis ſenſu conſtare videatur id verum eſſe, quod ipſa perſuaſit, & quod ſenſui patet, nulla indiget probatione; verba ſunt iſta. *Atqui, ò amice, facile eſt hanc veritatem oſtendere, quod Dij ſunt. Ath. Quo pacto? Clin. primum quidem terra, ſol, ſydera, ipſumq; vniuerſum, temporum quoq. ornatiſſima varietas, annis, menſibusq; diſtincta, id oſtendunt.* C.

Sed quid oſtendant, vnicuiq. videri poteſt, cum terra primo in ſua ſtabilitate poſita, varia ſenſibus ſuauiſſima, & vitæ animantium neceſſaria, producat, tot ſpecies diuerſarum rerum animalium, fructuum, herbarum, metallorumq. in eius viſceribus productorum, quæ omnia non ab ea ſolum gigni dicuntur, ſed à ſummo conditore medijs quibuſdã videntur, & ordine pluſquam diuino, & genita, & ordinata eſſe (vt atteſtari videntur reuera ſapientes.

Quod hoc vniuerſum optimo ordine conſtitutum ſit, à ſummo ordinato-

re,

Scoticæ ſpeculationes circa Diuinam naturam.

Trinitatis, & Vnitatis Dei declarat. ex Scoto & ſequacib.

IN Deo igitur ponunt cum omnibus Theologis tùm poſitiuis, tùm ſcholaſticis, eſſentiam, & perſonas; eſſentia eſt reuera cõmunis perſonis; & omnia, quæ in ea reperiũtur; eſſentialia tamen dicũtur pari modo eſſe communia perſonis; & communitate, quæ dicitur realis, vt eſſẽtiæ, & pdicationis, vt perſonæ.

Hæc omnia ex Scoto in lib. ſent. in report. & in quolib.

Eſſentialia iſta poſſunt bifariam cõſiderari, ſ. vt intrinſeca; & intrinſeca eſſentiæ; ſine aliqua conſideratione intellectus, vel vt extrinſeca, qui ſunt actus ſecundi, aduenientes ipſi eſſentiæ, per conſiderationem intellectus, vt creare, conſeruare, & huiuſmodi.

Ex F. Franciſco Mayrone in ſoniloq.

Illa dicuntur quidditatiua, vel modi intrinſeci, vel quantitatiua, quidditatiua appellantur illa, quia dicunt eſſentiam, ens, ſubſtantiam, ſpiritum, Deitatem, Naturam, Vitã, Intellectionem, & Volitionem, & hæc omnia ſecundum quidditatem eſſentiæ dicũtur; Modi intrinſeci dicuntur, quia intrinſecè modificant eſſentiam ipſam, vt infinitas, exiſtentia, Simplicitas, Neceſſitas, Aeternitas, Actus, Hecheitas, realitas, & tales; Quantitatiua verò dicũtur, quæ circa eſſentiam dicunt quantitatem, vt eſt Vnitas, Trinitas, Infinitas, Immenſitas, Summitas, & tales.

Ex Anton. Trombet. in formalitat.

Quæ verò extrinſeca ſunt eſſentialia, vel qualitatiua dicuntur, vel tranſlati, qualitatiua pariter eo, quia circa eſſentiam ipſam dicunt qualitatem; vel per modum qualitatis ſe habent, vt Potentia, Sapientia, Bonitas, Iuſtitia, Fortitudo, & huiuſmodi, trãſlata autem dicuntur, eo quia in eſſentiam ipſam per effectus ſimilitudinem trãnsferuntur, ſicuti lux, ſplendor, lumen, lapis, mons, & huiuſmodi, prout in ſacris literis frequentiſſimè inuenitur.

Iiſdem hæc alia ex eiſd.

Hæc omnia in ipſa eſſentia, vt eſſentia eſt, inueniuntur; modo in ipſamet eſſentia ſunt perſonæ illæ, quæ tres in vnica hac eſſentia reperiri diximus, & non plures, quæ etiam dicuntur ſuppoſita, & hypoſtaſes; in quibus relationes adſunt, ſic dictæ, quia habent eſſe ad alterum, quod proprium eſt relatiuorum; & ſic vt ſuperiora eſſentialia; vel intrinſecè, vel extrinſecè conſiderantur.

Intrinſecè, quę & reales ſunt, poſſunt eſſe communes, & propriæ, communes, quę indifferẽter omnibus perſonis conuenire dicuntur, vt identitas in ſubſtantia, æqualitas in quanto, ſimilitudo in quali; propriæ verò, determinatè, vnicuique perſonæ conueniunt, vel ſaltem duabus, ſicuti paternitas Patri, filiatio Filio, proceſſio Spiritui ſancto, ſpiratio actiua Patri, & Filio, paſſiua autem Spiritui ſancto; & horum actus ſunt generare, quod proprium eſt Patris, generari Filij, ſpirare vtriuſque, procedere, vel ſpirari Spiritus ſancti.

Vide Scot. in I. ſent. & Quolib.

Quæ ad extra conſiderantur, dicuntur & rationis, quæ ad creaturas diriguntur, & ſunt ſimili modo, & communes, & propriæ; communes, eo quia omnibus perſonis competunt indifferẽter, ſicut creatio, conſeruatio, redemptio, gubernatio, & huiuſmodi, quæ dicuntur opera ad extra, & indiuiſa, Propriæ ſecundæ perſonæ terminatiuè ſ. Filio, operatiuè verò omnibus; ſicut Incarnatio, quæ terminatiuè Filio tantum conuenit, humanitas, & mortalitas, alijs autem operatiuè, eo quia omnes circa eaſdem operatæ ſunt perſonæ.

Aure. ratio de ſacra ſcrip. in Metaph. Com. 13.

Et iſta eſt pulcherrima illa diuiſio, ex qua totum Trinitatis myſterium apud Scotiſtas explicatur, Taliter igitur Deus adoretur adoratione, quæ dicitur latriæ; quia ſic eum adorantes, errores haud committere dicuntur.

Alia ratio Scoti.

Qui diligentiori calculo diuinæ naturæ, & Trinitatis cõditionem indagare nituntur, altius exordiendo perquirere videntur; Pater in diuinis generat Filium, ſ. Verbum, Filius ex conſequẽti generatur, Pater, & Filius ſpirant Spiritum ſanctum, Sed quare Filius non dicitur

Plet. ratio quare p. gignat in eſſe diui. poſſe eſſe perſonas.

Sa. pulch. olt. reg. citur generare? quæ eſt repugnantia? quare non ſequatur filialis generatio? hoc eſt alterius Filij, quemadmodum paternalis; ſicut euenire conſpicitur in ſpeciebus animaſticis?

Quare Filius non generat in diu. II. Scotus & qui hanc eſſe cauſam fatentur, eo quia ſuppoſitum recipiens formam per productionem adæquatam illi formæ, non poteſt per illam producere formam; ſed Filius recipit memoriã fœcundam per productionem adæquatã illi memoriæ, hac de cauſa igitur non poteſt generare, ſiue producere alium filium, quia ſi hoc poſſet pater haberet nepotem, quod maximè inconuenit.

Cõclusio 1. III. Filius igitur non generat, nec Spiritus ſanctus, ſed Pater ſolus, ſed nunquid tota eſſentia generatne, vel ipſamet generatur? profectò nec generat, nec generatur, vt eſſentia eſt, nec ob id ſequitur error, quẽ immeritò Abbas Ioachim Magiſtro Petro Lombardo impingit, ſ. quod in diuinis quaternitatem poneret, aſſerendo Patrem generare Filium; Patrem, & Filium ſpirare Spiritum ſanctum, eſſentiam verò nec generare, nec generari, & ratio validiſſima eſt, eo quia eſſentia non dicitur relatiuè vt eſſentia, nam generãs realiter refertur ad genitum, & è cõuerſo, quod cadit inter perſonas ſ. Patrem, & Filiũ ſolũmodò, vt perſonę ſunt, reſtat, quod eſſentia nec generet, nec generetur. 1. ſent. diſt. 5. q. 1.

IV. Si diuina eſſentia nec generat, nec generetur, reſtat, quod Filius ſit qui generatur, ſed nunquid generatur de Patris ſubſtantia, tanquam de materia? Gandauẽſis dicit, quod ſic, cuius rationes multæ ſunt, quæ quidẽ à Scoto oppoſitum tenente ſ. quod non ſit de ſubſtantia Patris, tanquam de materia, licet fateatur, quod ſit de ſubſtãtia Patris ſimpliciter, oppugnantur. Scot 1. diſt. 5. q. 2.

V. Quod Filius ſit de Patris ſubſtantia, hoc intelligitur ſenſu ſ. quod ly de non dicat præciſè originationem, quia hoc inconueniẽs ex hac poſitione ſequeretur ſ. quod creaturæ omnes eſſent de ſubſtantia Dei, neq. etiam dicat præciſè conſubſtantialitatem, quia ex hoc ſequeretur aliud inconueniẽs ſ. quod Pater eſſet de ſubſtantia Filij, ſed ly de dicit ſimul, & ſemel originationem, & cõſubſtantialitatem, vnde ex his talis põt eſſe ſenſus, reuera germanus, Filius eſt de ſubſtantia Patris, hoc eſt originatur à Patre, & ei cõſubſtantiatur, quid ex his ſequitur? quod non ſit de paterna ſubſtantia, tanquam de materia, neq. etiam de nihilo; & profectò ſi res rectè animaduertitur ſic ſe habet, nam ſi eſſet de ſubſtantia Patris tanquam de materia, eſſet de ea tanquam de aliquo imperfecto, cũ ſemper quid imperfectionis dicat materia reſpectu rei productæ ex ea, nec obſtat, quod hoc ſit intelligẽdum de materia inferiorum, quæ, ſi viciſſitudinis, & mutationis ſubiectũ, quia etiã illo modo argueret aliqualem imperfectionem Patris ad ipſum Filium, ſi tanquam materia ſe haberet ad ipſum generandum. Quomodo Filius eſt de Patris ſubſtantia. Concl. 2.

I. Sed quia tactum eſt, quod ſi ly de diceret præciſè originationem, ſequeretur hoc inconueniens, quod creaturæ omnes eſſent de ſubſtantia Dei, hac occaſione inquiritur. Vtrũ creaturæ, cum non ſint de ſubſtantia Dei, ſolũ gerant aliquam ſimilitudinem cum Deo, vel ipſæ aliquo modo ſint eidem ſimiles? Inſt.

Reſpondet D. Thomas, quod quælibet creatura, quãtumuis parua, & exigua, Dei aliqualẽ habet ſimilitudinem, ſed tamen hoc non dicit conuenientiam, neq. per rationem ſpeciei, aut generis, hæc ſimilitudo comparatur, ſed per analogiam ſ. vt poteſt ipſum imitari. Par. 1. q. 4. art. 3.

Ratio eſt in promptu, quia quicquid eſt primum, & vniuerſale principium agens totius eſſe huic aſſimilatur quælibet creatura; Deus eſt huiuſmodi, quare, &c.

Probatio Maioris: nam cum omne agens agat ſecundum ſuam formam, ideò neceſſe eſt in effectu eſſe aliqualem ſimilitudinem formæ agentis: eo

quod

perfectio ſimpliciter in ente pariter ſimpliciter perfecto, & vt dicit D. Thom. tanquam appetitus intellectiuus in ipſo, qui eſt voluntas; quicquid de ratione ſua formali eſt principium productiuum, vbicunq. eſt ſine imperfectione priuſquam intelligatur habere productum adæquatum, poteſt producere, & ſi eſt neceſſe eſſe, neceſſariò producit, at cum in Deo ſit volūtas fecunda, ſub ratione principij productiui, & eſt neceſſe eſſe, igitur habens eam, neceſſariò producit iſto modo; Nam à ſimili, quemadmodum voluntas finita habens obiectum amabile finitum, & adæquatum, producit amorem finitum, ſic voluntas infinita, vt eſt voluntas diuina, habens obiectum amabile infinitum, producit amorem infinitum, qui amor eſt Spiritus ſanctus, & iſta dicitur productio Spiritus ſancti, p actum voluntatis, tamen ſciendum eſt, quod hic infinitus amor .ſ. Spiritus ſanctus, dicitur eſſe per ſe ſubſiſtens, eo quia eſt infinitus, nam de ratione infiniti eſt, quod ſit per ſe ſubſiſtens, ſiue communicabiliter, ſiue incommunicabiliter.

Ex Scot. vbi ſup. & diſt. 11. q. 1.

Exemplum.

Sed à quo nam dicitur iſte infinitus amor, ſ. Spiritus ſanctus, pcedere, à Patre, an à Filio, vel ab vtroque? prætermiſſo Græcorum errore, qui fuit, quod procederet à Patre, non à Filio, eo quia non exprimatur in Euāgelio talis proceſſio ab ipſo Filio, dicendum eſt cum noſtris Latinis, qui pari voto hoc aſſentire videntur, quod Spiritus ſanctus & a Patre, & à Filio dicitur procedere, & meritò, iuxta illud in Symbolo Athanaſij expreſſum. *Pater à nullo eſt factus, nec creatus, nec genitus. Filius à Patre ſolo eſt, non factus, nec creatus, ſed genitus. Spiritus ſanctus à Patre, & Filio, nō factus, nec creatus, nec genitus, ſed procedens.*

1. ſent. diſt. 12. q. 1.

Error Græcorum.

Rationes confirmantes hanc veritatem ſunt multæ, ſicut multi, & penè innumerabiles ſunt Patres ſcholaſtici, declarantes omnia, quæ apud Magiſtrum Sent. ſcripta ſunt, quas quidem, ſi modo pro hac veritate adducere vellem, nimiæ prolixitatis fortè arguerer, ſolūmodò itaq. principaliores principaliorum Theologorū, more meo, adducam.

D. Thomas dicit, quod ſtante hoc, quod perſonę diſtinguantur in diuinis, prout de facto diſtinguntur, & vna per modum voluntatis procedit, alia verò per modū intellectus, & inter quas cadit ſolummodò ordo originis (vt vidimus paulò ſupra etiam cum Scoto) illarum vna ab alia procedit, & ſic in propoſito, cum Filius nequaquā procedat à Spiritu ſancto, reſtat, quod Spiritus ſāctus ab ipſomet procedat, & à Patre, & hoc reſtat probatū tali ratione, quia nō poſſunt diſtingui, niſi per relationes oppoſitas, quæ ſunt originis, &c. tādem intelligenda eſt mens D. Thomæ, tali pacto, quod ſi Spiritus S. non procederet à Filio, nō diſtingueretur ab eo realiter; ſecus tamen rem ſe habere optimè defendit Scotus.

Par. 1. ſum. q. 36. art. 2.

Scot. 1. diſt. 11. q. 1.

D. Bonauentura, ſupponēdo, quod ſine vlla mentis hęſitatione Spiritus S. à Patre, & à Filio procedat, meminit dumtaxat, quomodò prius à Patre, quā à Filio dicatur procedere, tamen non tempore, neq. cauſalitate, neq. origine, ſed auctoritate, vt vnicuiq. contēplanti poteſt eſſe notum; dicit igitur, quod ab vtroque procedit tanquam ab vno, ſed prius ab ipſo Patre prioritate auctoritatis, qua intelligitur Pater præcedere Filium, ſicut generans genitum, licet generatio ſit æterna.

1. ſent. diſt. 12. q. 1. art. 2.

Aliter hoc idem probat Richardus, dicit .n. quod ſi verum eſt, quod Filius ſit perfecta imago Patris, non pōt eſſe, quin ipſe cum ipſo Patre producat Spiritum S. ſicuti etiam patet ex hoc, ſi eadem potentia eſt in Patre, quæ eſt in Filio, non eſſet, ſi Filius cum eodem Patre non produceret Spiritum S. nam eſſet quodammodo diminuta potētia in ipſo Filio, qđ eſt maximū incōueniens.

Rich. 6. de Trin.

Multæ itidem rationes ſolent adduci ab alijs, hoc idem probātes, quæ cum

non

non leues videantur pati oppoſitiones, à nobis omittuntur.

1. ſent. diſt. 3. q. 1.

Subtilium Princeps, ſuo more ſubtiliter hoc probat; quod habet principiũ productiuum perfectum, priuſquam intelligatur habere productum adæquatum, poteſt illo principio producere, ſi non dependeat, & ſi eſt neceſſe eſſe, neceſſariò producit; at Filius dicitur habere principium productiuum Spiritus S. priuſquam intelligatur productũ poni, & non dependet, igitur. Minor huius Syllogiſmi poteſt eſſe, quod ſpiratio aliquo modo præſupponat generationẽ, quia in illo priori communicatur Filio, omnis perfectio abſoluta, ſicuti eſt voluntas fœcunda, quæ eſt principium Spiritus ſancti.

Eſt clarum igitur ipſum Spiritum S. ab vtroq. procedere, ex ſentẽtijs, & argumentis tantorum virorum, ſed benè verum eſt poſtea, quod ipſummet debet intelligi à ſanæ mẽtis prędito, à Patre procedere, tanquam à primo principio ſubſtãtiali totius Trinitatis, à Filio autem, veluti à principio ab alio, nec ex hoc concludere poſſumus ipſum potius à Patre, quam à Filio procedere: cum Pater, & Filius ſpirent inquantum vnum, voluntate vna inquantum vna, tãquam principio quo, quicquid dicat Henricus Gand. 2. P. ſummę Q. 6. a. 54.

Scot. 1. diſt. 12. q. 1.

Sed quid amplius in longum protrahendus eſt ſermo noſter circa hãc productionem, cum innumerę auctoritates paſſim legantur, nõ modo apud Patres antiquos, ſed in ipſomet textu Euãgelico expreſsè, quibus hoc confirmare libet? Vnde Paulus: *Quod ſi ſpiritus eius ſuſcitauit Ieſum.* Matth. *Quem mittet Pater in nomine meo, ſpiritũ veritatis.* Alibi: *Miſit Deus ſpiritum filij ſui in corda noſtra,* &c, multa extãt confirmãtia hoc idem, ſed vna eſt ſingularis ꝓbatio, & eſt iſta. Niſi Spiritus S. procederet etiã ab ipſo Filio, Filius Dei Chriſtus Dominus nõ dixiſſet ſuis diſcipulis: *accipite Spiritum ſanctum, quorum,* &c, nam ex hoc liquet

Paul. 1. Roman. Matth. 19. Gal. 4. Ratio pulcher. quod Spiritus S.

cùm in inſufflando dare, & à ſe quoque procedere ſignificat, ſignificans apertè oſtẽdere, quod inſufflãdo dabat, quod ſpirando occultè tribuebat; hæc ſunt, quę breuiter pro hac veritate dicere duximus, quæ cum luce meridiana clarior appareat, prolixior diſcuſſio omittatur.

à Patre, & Filio procedat.

Concluſio.

Ab vtroq. igitur Spiritum S. procedere, reſtat probatum; ſed nunquid ipſemet Pater, & Filius inquãtum omninò vnum, vel inquantum plures ſpirant Spiritũ S. quærunt Theologi, ad quos eſt dicendum (aſſertore D. Auguſtino) *exiſtimo, quod vtique,* vt nuper tetigimus; nam ſicut Pater, & Filius, & Spiritus S. ad creaturam producendã dicuntur vnum principium, pari modo dicendum eſt de ſpiratione Spiritus ſancti. Creatura à tribus inquantum vna, hoc eſt dictu inquantum vnicam habẽt omnipotentiam .i. inquantum ſunt vnum, & non inquantum ſunt diſtincti, igitur & hac ratione Spiritus S. à duobus ſpirãtibus ſpiratur, ſicut creatura à tribus creantibus creatur, & hoc duntaxat, quo ad ſimilem modum principiandi. Inſuper dubitatur, an ipſe Spiritus S. ab vtroque .ſ. Patre, & Filio vniformiter ſpiretur? ſuppoſito, quod actus ſpirãdi trifariam conſiderari poſſit: primò, in ſe ſimpliciter, & abſolutè; ſecundò, reſpectu termini .i. quatenus producitur Spiritus S. tertiò, reſpectu ſuppoſitorũ, à quibus emanat, dici poteſt reſolutè, qđ primis duobus modis omninò vniformiter ab vtroq. ſpiratur Spiritus S. tanquam vnicus terminus productus, videlicet vnicus Spiritus S. ſed tertio modo aliqualis difformitas in eius ſpiratione videtur, quia Pater ſpirat à ſe, hoc eſt, Pater habet à ſe vim ſpirãdi, Filius verò non à ſe, ſed à Patre per æternam generationem recipit vim ſpirandi, quamobrem & à Patrę habet, quod ſpiret Spiritum ſanctum.

Diſt. 12. q. 1. Scot. Auguſt. 1. Trin. c. 14. Quæſt. 2. eiuſd. diſt.

Sed quid dicendum eſſet ad Patres quoſdam inſignes. ſ. ad Auguſtinũ, qui dicit, quod principaliter procedit à Patre?

Auth. ſol.

tre? ad Hieron. qui propriè Spiritũ S. à Patre per Filium procedere; ad Hilarium, qui Spiritum S. à Patre per vnigenitum eſt promete? pari ratione eſſet his ſatiſfaciendum, dicẽdo, quod licet Pater prius origine Filium generet, quam ſpiret Spiritum S. nihilominus non prius origine Pater ipſum ſpirat, quam Filius, ſed in eodem inſtanti originis vterq. ſimul ipſum prod. (ſeruato tamen ordine ſupradicto) .ſ. quia Pater à ſe, Filius non à ſe ſpirat.

Athan. diſt. 19. Iſte eſt igitur in diuinis nobiliſſimus ordo harum perſonarum, quæ tamen omninò magnitudine æquales dicũtur, iuxta illud Symboli *perſonæ coæternæ ſũt, & coæquales*, quæ tamen magnitudo eſt virtutis, non molis, vt eſt magnitudo materialis. Nam vbi poteſt eſſe exceſ-

diſt. 19. ſus inter ipſas, ſi ad inuicem per circũinceſſionẽm vna eſt in alia? hoc eſt mutua, & intima præſentialitas ſubſiſtentis, ſeu ſuppoſiti in ſubſiſtẽte reipſa diſtincto, eiuſdem tamen naturę, num reperitur in eis? & ſi hoc modo æquales in magnitudine ſunt, in potẽtia itidem

diſt. 20. Ioan. 16. æquales exiſtimantur, quod & ex ore Saluatoris confirmatur. *Omnia, quæ habet Pater mea ſunt.* & hac firma ratione, quia potentia .ſ. actiua, quæ dicit perfectionem ſimpliciter, & omne tale ſẽper in Deo eſt ponendũ, cum ipſe maximè ens, & maximè in actu dicatur eſſe.

Quomodo in creaturis reperiatur veſtigium Sanctiſſ. Trinitatis.

1. p. q. 45. art. 7. SEd vtrum tandem in creaturis inueniatur veſtigium iſtius ſanctiſſ. Trinit. Reſpondetur ad aures D. Tho. quod (præter illam ſimilitudinem Angelicam, de qua ſupra aliquid dictũ eſt, de mente eiuſdem S. Doct.) vtique in cunctis creaturis inuenitur veſtigium Trinitatis ſanctiſſ. generaliter tamen, in ſola nihilominus rationali eiuſdem repreſentatio reperitur per modum imaginis ſpecialiter.

Ratio primo elicitur ab eodem, quia in quocunq. inueniuntur aliqua, quæ reducuntur in diuinas perſonas, vt in cauſam, in illa reperitur veſtigium Trinitatis, at omnis creatura eſt huiuſmodi. Quare, &c.

Probatur Maior: illa .n. repreſentatio dicitur veſtigij, quã effectus repreſentat, ſaltem cauſalitatem ſuæ naturæ, igitur, &c. Minor apparet clara ex hoc, quia quælibet creatura habet ſubſtantiam, ſpeciem, & ordinem, & facta eſt in numero, pondere, & menſura, quæ omnia perſonarum cauſalitatem repreſentant, vt in materia.

Præterea ſecundo in quacunq. creatura inuenitur imago Trinitatis, in illa inuenitur verbum conceptum, & amor procedẽs, ſed ſola rationalis eſt huiuſmodi, quare, &c. prima probatur, quia repreſentatio imaginis eſt, quãtum ad aliquam ſimilitudinem formæ; Filius procedit à Patre, vt Verbum, Spiritus ſanctus ab vtroq. vt amor, quare, &c. ſecunda remanet probata, quia in anima noſtra, tanquam in nobiliſſima forma apparet conſpicuè hoc veſtigiũ ratione intellectus, memoriæ, & voluntatis, quare, &c. Aſſerendo tamen, quod in cæteris rebus omnibus appareat ſuo modo (vt videbimus alibi, Deo fauẽte) pro hac ſublimi doctrina vide Scotum. Scot. 1 d 3. q. 5. & 9.

Hæc ſunt, quæ compendioſè, & breuiter ad aures noſtratiũ Theologorum dici poteſt de natura diuina, ex quibus elici poſſunt aliquales conformitates, cum doctrina Ethnicorum, omiſſa ingenti multitudine quaſi ũdam quæſtionum argutantium, qui in hoc negotio nimis laborare videntur.

Deus, quomodo nominari poſſit.

REſtat, vt videamus, an tãta eſſentia diuina, tãtum numen aliquod præciſum nomen habeat, vel melius, aliquo nomine vocetur à nobis, vel tãdem à nobis dicatur eſſe nominabilis?

Sunt, qui Deũ à creatura nequaquã In ſumm.

nominari poſſe affirmāt, inter quos eſt Gandauenſis Hen. cuius ratio eſt, eo quia diuina natura eſt immēſa, & infinita, & ſic nobis nota haud eſſe poteſt, hinc eſt, quod non pōt nominari; ſed ſolū modò ab ipſomet Deo, cui ſoli ſua natura nota eſt, nomine proprio nominari pōt, hęc ratio cum alijs eiuſdem D. à Doct. Subtili meritò reprobatur, in Pri. ſent. Diſt. 22. Quæſt. vnica.

p. 14. 1. & Quolib. 1. q. 1.

Scot. 1. diſt. 22.

Ang. Doct. melius Deū poſſe à nobis nominari affirmat, ſicut pōt intelligi, quia voces, ſeu nomina referuntur, ad res ſignificandas, ſeu nominandas, mediāte conceptione intellectus, quod patet per Philoſophū, & quoniam cognitio, quā pro ſtatu iſto habemus de Deo per creaturas, habemus ſecundū habitudinem principij excellentis, & nō ſecundum propriam eius eſſentiam, ideo aliquo nomine eſſentia eius à nobis nequaquā nominatur, ſed eo modo, quo cognoſcitur, hoc eſt ex creaturis, ſeu effectibus ſuis. Ideo Patres, & Scripturę, vt Dion. & Prou. quæ innominabilem ipſum faciūt, debēt hoc modo (.ſ. quod ad eſſentiam) non autem quo ad perfectiones in creaturas ab ipſo procedentes intelligi.

P 1. ſumm. q. 13. art 1. & art 3. 1. Perhier.

De diuin. nomin.

Seraph. Bonau. per paucis mutatis, videtur hoc idem ſentire .ſ. quod non poſſit à nobis proprio nomine nominari, ſed à ſe ipſo, qui ſibimet nomina impoſuit .i. Bonū, & Qui eſt. Vnde Dion. vult, quod illud nomen Bonum, ſit ſolummodo proprium Dei, & principale nomen. Damaſc. verò, quod illud, Qui eſt, quia vnus attēdit in nomine perfectionem, alius abſolutionem; vterq. tamen proprietatem, cōcludit, quod nos, ſecundum noſtram cognitionem poſſumus Deū nominare triplici modo .ſ. per effectum, & in hoc cum D. Thoma concordat, per excellētiam, & per ablationem, ſicuti poſſumus hoc pacto cū cognoſcere; per effectum, hoc eſt per creaturas; per excellētiam, dando ei nomina laudis eminētiori modo, quam dentur creaturis; per ablationem, auſferēdo ab eo omnem imperfectionem.

D. Bonau. 1. d. 22. art. vn. q. 1. De diuin. nominib.

Scotus tandē, pręmiſſa quadrimembri diuiſione nominū, vel quod aliquis poſſit aliquo nomine quadrupliciter vti. Primò, vt res eſt. Secundò, ſicut vtitur aliquis nomine pro ſigno ad placitum, non habendo conceptum ſignati, ſed tantum ſcit, quod eſt nomen ſignificatiuum. Tertia, vtitur aliquis nomine pro ſigno, habendo conceptū ſignati tantum in vniuerſali. Quartò, vtitur quis nomine pro ſigno expreſſiuo conceptus diſtincte, & in particulari.

Diſt. 22. 1. 1.

Stante hac diuiſione, concludit ſubtiliſs. Doctor, quod tribus primis modis Deus à nobis poteſt vtiq. nominari; quarto autem modo nequaquam, & hanc poſitionem hac ratione videtur corroborare.

Conclu.

Rō Scoti.

Si Deus non eſſet nominabilis à nobis, hoc eſſet pro tanto, quod nō haberetur conceptus diſtinctus de Deo, ſed habetur conceptus diſtinctus, & ſicut habetur, ſic nominatur, non impedit illud, quin Deus ſit nominabilis.

Huius rationis probatio eſt, quia aliquid poteſt nominari puta ſubſtantia, quæ tamen diſtinctè non concipitur à nobis pro ſtatu iſto, cuius ratio eſt, quia omne illud, cuius præſentia eſt naturaliter cognoſcibilis, eius etiam abſentia, igitur; & ſic habetur, quomodo Deus ſit à nobis nominabilis, per rationes ſanctiſſimorum, pariterq. doctiſſimorum virorum.

Illa verò nomina ſeptuaginta fortitudinis, & amoris, alia numero eadem, ac tandem illa, quibus lex diuina tota exprimitur, quæ ſeptuaginta pariter numerantur de Deo, talia ſunt, qualia ab his Doctoribus determinantur.

Pater Deus rationem, quod Gracè θεὸς, vel ἀπὸ τῆς θέσεως, hoc eſt à natura primus in Vrbe Deos fecit metus, vel ἀπὸ θεῖν à currendo, quod viderent Solem, & aſtra in perpetuo curſu, vel quia omnia cognoſcat, & gubernat: Vnde hic

[illegible] .i. ſpeculor, qui ſit omnium vnus ſpeculator, vt fuit earum factor, & eſt earundem ſeruator, vel ab [illegible], hoc eſt ab ardẽdo, quod amore ardeat perpetuo in Empyreo Cœlo, vbi cum beatis Spiritibus videtur beatam degere vitam, vel tandem à [illegible]. Quod omnia contemplatur, vel ſit omnium contemplator, vt ſupra.

Quomodò hoc nomen Dei deducatur, dicitur ea appellatione nominari, vt ſupra determinatum eſt.

Hæc ſunt tandem omnia, quæ de Dei natura, & eſſentia noſtrates Theologi tùm poſitiui, tùm ſcholaſtici, firmis dogmatibus, irrefragabilibus diſputationibus, & rationibus, pijs reuelationibus viſi ſunt affirmare, quæ (omiſſis tamen multis, ne prolixitati ſtudere videremur) compendioſè, & breuiter pertractauimus. Nunc ad ea accedamus, quæ Plato, & ſequaces, quinimmò tota vetus ſapientia Caldæorum, nempè Aegyptiorum, necnon omnium de Relig. benè ſentientium pertractant, eaq. videamus antequam cõuenientiã, & diſſonantiã, & noſtrorum, & illorum in medium adducamus.

Finis Secundi Libri.

CHRISTIANAE THEOLOGIAE

Cum Platonica Comparationis.

LIBER TERTIVS.

In quo quid Plato, & vniuerſa vetuſta ſapientum Caterua, de Diuina Natura, contra negantes Deum eſſe ſentiant, explicatur.

PLATO Philoſophorum Pater, ſicuti teſtimonijs in primo libro allatis, in Philoſophando, alios ſuperauit, ita rem illam, quæ magis ad veram videtur ſpectare Philoſophiam, melius cæteris penetrauit, nempè de Dei Optimi Maximi natura; imò quicquid in eius Philoſophia pertractatur, ſiue ad negotium naturale, ſiue ad Dialecticum, ſiue ad Morale, vel Mathematicum ſpectet, illud ſemper (aſſertore Ficino) ad contemplationem, ad Dei cultum, ſumma cum pietate, & Religione reducitur, quò facilè videtur ipſum, ſine vlla controuerſia iure optimo diuinũ, & inter alios reuera Theologum nuncupari poſſe, hinc eſt, quod eius doctrina verius Theologia, quam Philoſophia appellari poteſt, & de facto apud multos, etiam Chriſtianę pietatis cultores appellatur.

In Proœm. Theol. Platonicæ.

Quare Plato diuinus appellatur.

D. Theodoret. de cur.

In omnibus Dialogis, quos nobis in teſtimonium ſuæ doctrinæ, & pietatis reliquit, videtur inſerere aliquid ità aptè de Deo ſemper, vt nihil aliud moliri cũ appareat, niſi homines, ab inanibus ſpeculationibus ad veras, quæ circa ipſummet Deũ verſari dicũtur adducere.

Verum eſt tamen, quod (Beſſar. teſte) in aliquibus magis videtur iure de Deo agere, ſicuti in Parmenide de vno rerum omniũ principio latè diſputat, quod quidem principium Deum eſſe, nõ eſt vnde dubitari poſſit. In Phedro itidẽ, tractando de pulchro, ſecundum propoſitionẽ orationis Lyſiæ Oratoris, interlocutoribus Socrate more ſuo, & ipſomet iuuene Phedro. In Phedone, vbi de anima; in Phileto, vbi de sũmo bono (non abſolutè) quia de hoc in Parm. ſed de cõditionato bono (In Timeo, vbi de mũdo vniuerſo; in Sophiſta de legib. de Repub. in Epiſt. tandẽ, & in omni loco, vbi de rebus diuinis agit, & in omnib. libris ſemper eadẽ repetendo de Deo, magnę conſtãtiæ ſpecimen cunctis prębet in philoſophando de hac grauiſſima materia, quod quidẽ eſt proprium reuera ſolidiſſimæ doctrinæ eximiæ pietatis, ac religionis viri.

Plato iure laudatur.

Sed ſecundũ rem propoſitam videamus, quibus vijs, vbi, & quibus rationibus Deũ eſſe, & fateatur, & probet Philoſophus. In primis clariſſimè teſtari videtur, verum Philoſophum nihil debere meditari, niſi Deum ipſum in lib. de Rep. 6. quod oſtendit his verbis. *Hosne igitur omnes, qui eiuſmodi quædam didi-*

Deum eſſe, quom. probatur à Plat. & Platonicis, vbi, & quib. nominib.

gerunt, articulaſq. eas pepererunt, in Philoſophorum numerum reponemus? minimè (inquit) ſed philoſophaſtros potius appellabimus (tum inquit ille) quos ais eſſe veros Philoſophos? eos (inquam) ego, qui deſpicienda veritatis ſtudio teneatur. Neque .n. in Geometriæ queſtionibus, nec in argumẽtoſa Philoſophia, neq. in coniecturali Muſica, neq. in Aſtronomia, quę Phyſicis rationibus, fluxiſq., ac veriſimilibus clauditur, ſed in ipſius BONI, VERIq́. ſciẽtia Philoſophus verſari debet. Ex his omnibus verbis facilè conijcitur Plato Deum eſſe, adeò ſecurè affirmaſſe, vt veram Philoſophiam in eo ſolummodò ſpeculando inueniri putetur, cum cætera omnia, circa quæ tantoperè laborant Philoſophi vulgares, fluxa, & caduca exiſtant, & ideò incerta, & à veritatę prorſus remota; ſi igitur Philoſophia vera per ipſum, circa Deũ eſt circa ipſum, tanquam omninò exiſtentem, & ſine vlla dubitatione affirmari ex eius mente poſſumus, Deus igitur eſt per Plat. primo, ſed non ſufficit ad propoſitum noſtrum ſimplex de Deo cõfeſſio, niſi aliquibus auctoritatibus eadem fulciatur, & rationibus aperiatur.

Rep. 6. verba Plat.

Ideò hoſpes Athenienſis, tacitè Platonis perſonã repreſentans, ſemita motus videtur tali pacto Dei eſſe clariſſimè Cliniæ Cretẽſi, & Magillo Lacedæmonio demonſtrare lib. de legib. 10, vbi acrè videtur etiam reprehẽdere eos, qui quidem Deum eſſe negabant. *O amici* (inquit) *ſtant ne omnia, nihilq́; mouetur? an contra ſtat nihil cuncta mouẽtur; vel aliqua quidem mouentur, aliqua verò permanent? huic vtiq. reſpondebo, manere aliqua, alia verò moueri, nonne in aliquo loco ſtant, & mouentur? quidni? nonnulla in vna ſede id faciunt, nonnulla in pluribus, ea nè dicis, quæ ſtantium in medio vires capiunt in vno moueri, quemadmodũ circuli ſtare dicuntur, licet circumferentia eorũ vertitur? Ita prorſus: intelligimus autem, quod in hac circulatione, cum huiuſmodi motus maximũ ſimul, minimumq́. circulum circumducat, ſecundũ proportionem ſeipſum maioribus, minoribuſq́. diſpertit, & ipſe quoq. proportione ſeruata, maior eſt, & minor. Propterea cunctorum factus eſt fons mirabiliũ.* ex his, & alijs multis Plat. verbis in eodem Dial. expreſſis, liquidò patet ipſum ex motu, vnũ motorem velle cunctis patefacere, qui quidem moueat inferiora, & ipſe à nullo prorſus moueatur, quod quidẽ ad vniuerſam mundi machinam ſe habeat, vt anima noſtra ad corpus, vel anima cuiuſcunq. alterius animalis, ad proprium corpus mouendum.

10. de legib.

Verba Plat. 10. de legib. Tex.

Quinimmò Plato mouens illud vniuerſi, ſolet nuncupare animam mundi, quę omnium non ſolum motrix exiſtat, ſed etiam eorundem viuificatrix, cũ totam rerum ſuperiorum naturam, & inferiorum pariter regat, & adminiſtret. Sed eſt aduertendum, quod anima ipſa vniuerſalis non dicitur hac ratione eſſe Deus, immò longè inferior, cũ ſupra ſe (vt videbimus paulò infra) habeat mentem vniuerſi opificem, ſecũdum Procli ſentẽtiam, vel mundum intelligibilem, ſecundum Plotini placitum, qui poſtea mũdus intelligibilis ſupra ſe habet Deũ primum bonum, verum, & vnũ, qui non dicitur ens, ſed cauſa omnis entis, & ex hoc cauſa itidem omnium actionũ, quæ ab ipſis entibus veniũt, vel in omnibus entibus conſpiciuntur; aĩa autem iſta, quæ dicitur mouere vniuerſum, non eſt Deus, ſed potius poteſt recta ratione appellari filia Dei, cum immediatè omnem eſſentiã, omnem potentiam, & omnem actionem habeat à mũdo intelligibili, qui quidem filius Dei iure meritò à Platone dicitur, & ab omnibus ſuis; quomodocunq. igitur ſit, ex anima ipſa vniuerſi motrice venari poſſumus ex mẽte Platonis, quod Deus eſt; hæc omnia de Deo ſatius à nobis per tractabuntur, cum de Trinitate Platonis agemus, hæc modò ſint obiter dicta. Ne igitur detur abitio in infinitum in mouentibus, deueniendum eſt tandem ad animam mouentem, & ex hac ad primum, quod quidẽ Deus eſt; igitur Deus

eſt

in eodem Dialogo.

b. mx. 1. *Homines vtiq., & animalia cætera, eaque ex quibus iſta gignuntur ignis, aqua horũ, quæ germana Dei opera eſſe cognouimus.*

Conclusio Platonic. 1.

Quid clarius dici poteſt de eſſe iſtius cauſæ, & de eiuſdem opere faciundo, & de excluſione fortuiti euentus ab opificio vniuerſo? ergo hac irretragabili rõne Deus eſt ad aures Philoſophi.

Deus eſt (inquiunt Platonici) non ſolum prout eſt, & demõſtratur vniuerſi cauſa efficiens, ſed etiam, quia ex ſe eſt ſummè neceſſarius, nam ſtante, qđ omnia efficiat, ſeruet, & regat, prout pluribus in locis noſter Philoſophus, & omnes interpretes aſtruũt, tanquam abſolutiſſimum neceſſariũ, eſt præſupponendum; nullibi tamen vocat ipſum neceſſarium expreſsè (quod ego ſciam) ſed benè quidam fideliſſimus ſectator eiuſdem hoc nomine videtur ipſum vocare. Clara extant verba in Aegyptia Theologia, quæ non vt à Platone ſcripta, ſed publicè lecta, ab alioq., & audita, & conſcripta circunfertur, in quibus ipſum neceſſarium appellat; verba ſunt hæc.

Ariſt. Philoſoph myſtic. ſecundum Aegyptios.

Ens verum abſolutiſſimum non conuenit alÿ in aliquo communi, ſed eſt ens prius quolibet proximo, cum ſit agens omnium, eſt ens neceſſarium (per quod deſcribitur) ſcit omnia præterita, præſentia, & futura, ſub vna ratione immotus, quoniam ſcit illa, quatenus eſt auctor eorundem. Ex his colligitur, quod etiam à Platon. voce, dictus ſit, neceſſarius Deus. Igitur hac ratione, item Deus eſt. Hæc poſitio optimè põt concludi, ne detur abitio in infinitum, vt ſuperior, quomodo verò non dicatũ ens Deus primus, ſed tantum eius Filius, mundus intelligibilis, & omne inferius ad ipſum fuſius videbimus in ꝓceſſu, &c.

Verba Theolog. Aegyp. Deus neceſſariũ ens

De primo efficiente.

10. de legibus.

Ex vniuerſi ordine, ẽt Plato Deum eſſe oſtendit in libro de legibus, nam conſiderans, quod vbicunque aliqualis ordo reperiatur, illum ab aliquo ſapiẽtiſſimo ordinãte procedere neceſſe eſt, nec ordinẽ rebus tradere eſt proprium inſipientis, ſed prudentiſſimi ordinantis, qui quidem ſe habeat in ſuo opere ordinando, veluti Imperator in exercitu, vel vigilantiſſimus nauis cuſtos, & rector, qui nihil moliri ſtudet, niſi ſuam ſecurè ducere puppim ad portũ, & ſemper in fluctibus eam regere, & cuſtodire, ne in profundũ pelagi immergatur.

Pari modo in vniuerſo mundo, vbi admirabilis ordo conſpicitur, neceſſe eſt excogitare aliquem ordinantem ingenioſum, qui ordinẽ ſemper, & vbiq. in interruptũ ſeruet, & hunc quid aliud eſſe dicimus, niſi ſapientiſſimam, & potentiſſimam mentem, quæ ſicut ipſum efficit, ita & vt neceſſaria ducat, & conſeruet? Quid aliud eſt mens iſta prudentiſſima, niſi Deus ipſe vniuerſi motor, effector, & ductor, qui ſine illa fatigatione, & labore hoc per optimè faciat? Igitur ex hac itidem ratione validiſſima Deus eſt.

Sed verba Platonis adducamus, ex quibus ratio hæc elicitur quamquã nobis ſenſu conſtare videatur id verum eſſe, quod ipſa perſuaſit, & quod ſenſui patet, nulla indiget probatione; verba ſunt iſta. *Atqui, ò amice, facilè eſt hanc veritatem oſtendere, quod Dÿ ſunt. Ath. Quo pacto? Clin. primum quidem terra, ſol, ſydera, ipſumq́; vniuerſum, temporum quoq. ornatiſſima varietas, annis, menſibusq́; diſtincta, id oſtendunt.* C.

Sed quid oſtendant, vnicuiq. videri poteſt, cum terra primo in ſua ſtabilitate poſita, varia ſenſibus ſuauiſſima, & vitæ animantium neceſſaria, producat, tot ſpecies diuerſarum rerum animalium, fructuum, herbarum, metallorumq. in eius viſceribus productorum, quæ omnia non ab ea ſolum gigni dicuntur, ſed à ſummo conditore medijs quibuſdã videntur, & ordine pluſquam diuino, & genita, & ordinata eſſe (vt atteſtari videntur reuera ſapientes.

Quod hoc vniuerſum optimo ordine conſtitutum ſit, à ſummo ordinato-

re,

re, ſatis longa narratione proſequitur Plato in Timeo, qui liber, vt admirandus, ab omnibus videri poteſt.

Sol præterea, qui ſuis motibus ordinatiſſimis, ſuoq. calore prolifico omnia generat, omnia perficit, & complet, ita vt, non ſolum Patris generationis omnium rerum, ſed etiam moderatoris, & vniuerſi, nomen iure obtineat.

Sydera itidem ſuis motibus pari modo ordine conſtitutis, & ſuis influxibus hoc idem apertè demonſtrant.

Imò vniuerſum ipſum, quod tanquam templum, in quo diuinæ potentiæ, ſapientiæ, diuineq. bonitatis imago, & ordo facilè conſpicitur, & cum iſtud vniuerſum vnicum eſſe appareat clarè, vnicam tandem etiam mētem per conſequens illius ordinatricem fateri debemus, quę mēs à primo ad vltimum Deus eſt, igitur & hac ratione Deus eſt.

Quod hoc Deus fecerit in mūdi ſtructura .i. quod omnia ordinauerit, eius verba in Timeo manifeſtant, quæ ſunt *ex ordinata iactatione, redegit in ordinem* (ſed alibi de hoc fuſius.)

In eodem Timeo etiā leguntur hæc verba, ad propoſitū, *quod Deus illa, cum talia non eſſent, quàm pulcherrimè, optimèq. fieri poterat, ordinauit.*

Sed parum eſſet (vt refert mea opinio) omnia Deum effeciſſe, omnia ordinaſſe, ſua ſapientiſſima mente, niſi etiam ea accuratè, & ſollicitè gubernare diceretur; ſi ſequitur hoc tāquam argumentū irrefragabile hypoteticum, mundus factus eſt, ergo ab aliquo factore factus, mundus mouetur, ergo ab aliquo motore mouetur optimè ordinatus eſt, ergo ab aliquo ordinatore ordinatus, rectè gubernat⁹ eſt, ergo ab aliquo rectore, & gubernatore gubernatus, quippè qui optima itidē ratione ipſum gubernat, & modo profectiori, quam faciant, exercituum, Ciuitatū, Nauium, & Domorū gubernatores, qui in multis errare poſſunt, quod haudquaquam de ſummo Rectore, de ſupremo Gubernatore, qui eſt Deus ipſe, dici fas eſt, ergo hac ratione Deus eſt.

Loca alia Platonis adducamus, quibus ratione gubernationis, & regiminis Deum eſſe conſtat. de legibus 4. hęc verba leguntur: *Ath. Deum quidem omnia, & fortunā, opportunitatemq. ſimul cum Deo cuncta humana gubernare;* Si cuncta gubernat, etiam humana, & ſi aliquid moleſtię tibi affert, quod fortuna, & ars cum Deo dicantur, omnia gubernare, recurrere ad expoſitionem Ficini, in argumento eiuſdem Dialogi, quæ talis ibidem legitur. *Deus in omnibus per omnia mouet mundi ſferas, quarum concuſſio, factum quidē alicubi, ſed hic fortuna libentius nominatur, quod tamen factū ſubiacet nutui ipſius motoris, & gubernatoris primi* Ficinus in eod. Dial.
Dei. ſubiungit: *hinc caſus varij circa externa corporaq. proueniunt, mouet, etiam animas, lumen mētibus inſpirando: Vnde ars non ſpeculandi ſolum attenditur, ſed agendi. Ab arte tandem diſpoſitio externorum, & corporis proficiſcuntur. Quamobrem à Deo quidem cuncta dependent, à primo, ad vltimum.*

Sic habes, quomodò Fortuna, ſiue melius Fatum, & ars ab eo dependeāt, ſiue ijs tanq̄ inſtrumentis vtatur Deus in mundi regimine (quod alibi cōmodiori loco, cum de Prouidentia ex profeſſo agemus, videbimus.

Mitto quomodò in Timeo aſſerat apertè, Deum mundum vniuerſum, & partes eius regere, quomodò eodem loco, ipſum vti dicat Dijs minoribus, tanquam miniſtris in regendo. Quomodò Lib. de reg.
de regno, Dum prouidentiam habere in Theage.
affirmet, quomodo tandem in Theage, In Menon.
Menone, atq. innumeris in locis, Deum homines regere fateatur, quod ſi homines regere dicatur tāquàm partes mundi nobiles (vt ipſe fatetur his verbis.) *Non Medicus, Non Gubernator nauis, Non Dux exercitus, Non pater familias, Non rector, moderatorq. reipublicæ, Non quiuis alius ratione, conſilioq. aliquid agens, grauiora negotia adminiſtrat, leuiora cōtemnit, &c.*

&c. multò magis dicitur regere ſuperiores intelligentias, cœlum, & vniuerſam naturam.

De Regno etiam, vocat Deum hominum paſtorem, per ſimilitudinem, ex Homero deſumptam. Sed quid eſt amplius circa hoc dicendum, cum ſcripta Platonis tot ſententiarum plena, paſſim legantur, quibus Deũ ſummam rerum omnium Prouidentiam habere affirmetur? Etenim ſi prouidentiã hẽt rerum, res ipſas gubernat. Valet ratio: prouidet rebus, ergo eas gubernat; ſiue per ſe, & immediatè, ſiue per ſuos adminiſtratores faciat, quo quomodo, dicitur ipſe primarius reuera gubernator; quomodo autem aliquibus immediatè prouideat, & quomodo inferioribus per media, alibi ſuo loco, & tempore videbimus, reſtat ex his omnibus tùm ſententijs, tùm rationibus ſufficiẽter probatum, quod Deus eſt, ratione qua eſt ſummus gubernator, igitur Deus eſt.

Duabus vijs ad Deũ patetur aditus.

Sed rem altius repetendo, vijs his breuiter declaratis (quæ tamẽ poſſunt eſſe cõmunes ad Dei eſſe demonſtrandum omnibus cuiuſcunq; ſectæ philoſophantibus) vnam aggrediemur, quę vt omninò Platonica, & præclara, & penè intellectus capacitatem ſuperãs, declaratur in Parmenide, & à nobis ſecundum noſtrum intellectum hic affectus.

Com. in Parmeni c. 11. Duabus vijs ad Deũ cognoſcẽdum pgredi poſſumus.

Ad Deum reperiẽdum duabus vijs poteſt ſecurè animus progreſſum facere, & ad ſummam eius diuinitatẽ aſcendere, via ſ. comparatiua, quæ habetur lib. de Repub. & via negationis, quæ habetur in Parmenide, quod etiã adnotauit Ficinus, ſed prima modo omiſſa, ſecundã aggrediemur, licet vtraq; Deum eſſe, & ab omnibus rebus ſeiunctum, & principium vniuerſi declaret, de re infra agemus.

Quomodo via vnius, inuenitur Deus, in Parmen.

SIt igitur vnicuique iure, quomodo Plato duobus nominibus ipſum Deum appellet, vnum in Parmenide, Bonum in Repub. vnũ per negationes indagat in hoc, bonum per comparationes in illo; vnum hic, quia negationibus Deum principium omnium vnicum ſimpliciſſimum eminentiſſimũ eſſe deſignatur (vt rectè exprimit Ficinus) Bonum ibi, eo quia comparationibus ex ſimilitudine rerũ ad primum (infuſa bonitate) ducitur. Hoc vnum dicitur reuera vnum omnium principium primum, quod eſt ſuper omnia, omnia ab illo, & eſt extra omnia, & in omnibus, & omnia per ipſum, & ad ipsũ; ad hunc inueniẽdum Plato ſic proceſſit ex proprietatibus. ſ. vnius, & multitudinis, nã ſicuti vno ablato, multitudo eadem, ſiue numerus, nec cogitari, nec exiſtimari poteſt, ſic remoto vno, omniũ entiũ Principio, entia alia non eſſent, ſicuti etiam ex poſitione numeri, ſiue multitudinis, neceſſitas veritatis concluditur vtique, ita ex poſitione multorum entium, quæ ſenſibus ſeſe offerunt, concluditur; & rectè, vnum eſſe eorundem principiũ; & quid aliud eſt principium iſtud ? eſt reuera Deus, qui eodem loci ſuppoſitionibus nouem adhibitis ente ſuperius, cunctis principium ſine partibus, interminabile cogitatur nuſquam exiſtens, vnum non multa, quia multa, quæ videntur, non ſunt de quidditate iſtius vnius, non habet partem, quia eſt indiuiſibilis, nec eſt totum, quia ſupereminet partes, nec principium habet, quia ſemper fuit, nec mediũ, quia non menſuratur non modo tẽpore, ſed vix mente, nec finẽ, quia eſt infinitus; non modò infinitus, ſed informe, quia non eſt forma ſimplex, ſed ei ſupereminẽs, nec materialis forma eo minus, quia nec eſt, nec cogitari poteſt implicitus materie, non circumſcribitur loco, quia

Scot. 1. diſt. 3 q. 2.

nuſquam eſt, nec diffinitur pariter; quia (vt diximus) infinitus eſt. Nuſquã itidem permanet, nõ mouetur motu locali; qui eſt ad vbi; quia non occupat locum, nec motu alteratiuo, qui eſt ad formam, quia eſt expers alterationis. Nec fit, quia qđ fit ab aliquo fieri dicitur, quod eſt eo ſuperius; & iſte nullum ſe ſuperius habet, nec ſibi, nec alteri idẽ, aut diuerſum eſt, quia alteritas, & diuerſitas non cadit in ipſo; quia eſt rei perceptibilis, nec eſt ſimile, nec diſſimile, quia ſimilitudo, & diſſimilitudo potius rei limitatæ, quam illimitatæ cõceditur, nec dicitur æquale, nec inæquale, quia æqualitas, & inæqualitas competunt pari ratione rei finitæ; nec antiquus, nec nouus, quia non ſubiacet viciſſitudini, & mutationi, nam res, quæ innouantur, & inueterantur (vt ita dicam) temporaneę mutationi ſubijciuntur; eſt omnino ſine tẽpore, quia ex re, nec genitus eſt, nec generatur in diem, nam, quod generatur poſt non eſſe acquirit eſſe, nam generatio eſt ad eſſe,
Ariſt.2.Phi. nec vnquam erat, nec modo factũ eſt, eo quia eſſe prius, & eſſe factũ temporis ſubiectionem, & mutationem indicant, quæ omnino in eo nõ ſunt; nec fit eadem rõne, nec eſt hoc, quod intelligi debet, quod nũ ſit, ſicut cætera eſſe dicuntur in rerum natura, quæ tẽpori ſubiecta conſpiciuntur, imò maxime dicitur eſſe, iuxta illud de ſe prolatũ Exod.
Exod.3. *Ego ſum, qui ſum.* nec poſt fiet, nec generabitur, nec erit ijſdem rationibus, quas ſupra attulimus, nec ſubſtantiæ particeps eſt, quia non eſt in prędicamento reuera, niſi ſecundum quoſdam ſenſus, quos afferemus alibi.

Eſt hic animaduertẽdum, prout habetur apud Beſſarionem cap.3.2.lib.in Calum. Plat. qđ iſta verba, *erat, fiebat, generatum eſt*, præteritũ tempus ſignificant, erit vero, fiet, & generabitur futurũ, eſt vero generatur, & fit, præſens; & cum nullo modo ſubiaceat tempori Deus, ideò dictum eſt à Platone, quod *non fuit, non eſt, & non erit*, recta ratione, vnde ſubiungitur, quod ſtantibus his omnibus, nullum ẽt nomen ei inditum ſit proprium, & peculiare, vt alibi Deo dãte videbimus, nulla diffinitio datur, quia nõ habet vnde poſſit diffiniri, cum non ſit in genere, nec ſit capax differẽtiarum (prout vnicuiq; notum, & exploratum eſt.) Nulla de ipſo ſcientia eſſe poſſit, cum non ſit ſcibile tanquam improportionatum noſtræ capacitati. Nullus eſt ſenſus, quia non poteſt vix cogitari, multò minus ſenſibus percipi. Nulla opinio, quia quod eſt opinabile eſt materiale, Deus autem ſecus ſe habet.

Plato ipſe alibi fatetur Deum, & alia ſupra animam immaterialia intellectu per rationem, ſiue dianiam percipi poſſe, infra ipſum autem omnia materialia opinione cum ſenſu irrationali comprehendi poſſe, ſi hoc verum eſt ex mente eiuſdem, verum ex conſequenti erit, ipſum Deum nequaquam opinione, & ſenſu deprehendi poſſe, & ſic vera erit eius ſententia. In Tim.

Nec nominatur, quia non poteſt ei adaptari nomen ratione, vt ſupra; nec dicitur, nec cogitatur eadem ratione, qua ſupra; nec cognoſcitur, quia ſi nõ poteſt percipi, prout eſt, ita nec cogitari; nec cognoſci, nec ab aliquo ente ſentitur, nam excedit omnia, & ſupereminet omnibus.

Hæc omnia de ipſo vno rerum omnium principio à Plat. in Parmenide dicta, per exceſſum quendam de ipſo eſſe prolata intelligendum eſt.

Nam habent Plato, & ſequaces inſigniores interpretes, quod oporteret verecundare; Deum appellare ens, eo quia ſi eſſet tale vtiq; omnibus ſuperioribus paſſionibus ſubijceretur, non igitur eſt ens, ſed benè cauſa omnis entis ſupereminens, & omnia entia excellẽs; igitur ijſdem paſſionibus non ſubiacet: eſt cauſa, inquam, omnis entis, nam ſicuti vnitas non eſt numerus, ſed prin-

cipium

cipium numeroſum, & punctus non eſt quantum, ſed principium omnis quanti continui: ſic Deus non eſt ens, ſed principium, & origo omnis entis, & eorum prima cauſa, &c.

Hæc ſunt verba Plat. de Deo in Parmenide, pauca ex multis collecta ab Illuſtriſs. Beſſarione, & à nobis notata, ex quibus liquidò conijcitur, quod de mẽte Philoſophi Deus eſt, ergo hac ratione Deus eſt, qui reuera vnum dicitur, & aptè, ergo per negationes ex ſuppoſitionibus nouem elicitas, quas quidem ſuppoſitiones ne faſtidium afferant, ſilentio pertranſiuimus. Vnum, quod eſt Deus, inuenimus.

Iſtud vnum, quod eſt Deus, dicitur vnum, & indiuiduum, modo tamen oppoſito numeri principio, & pũcto, nam hæc dicuntur vnum, & indiuiduũ, quoniam sũt infra omnem magnitudinem, & multitudinem. Vnum autem, hoc eſt Deus, de quo agimus è contrario ſe habet, quia & magnitudini; & multitudini ſupereminet. nam Deus cum vnũ dicatur ſimul eſt omnia, cauſaq. eſt oĩum ſine vnitatis amiſſione, & vt ſit reuera vnum, multitudine naturarũ non eget, ſed è contra, multitudo ſine ipſo vno ſtare nequaquam poteſt.

Hoc vnum itidem, cum taliter appelletur, nõ eius primi natura affirmatur ſimpliciter, ſed partim negatur circa ipſum multitudo (hinc eſt, quod ipſum per negationes inuenimus) partim compoſitionem in eo eſſe etiam negamus, & cum alijs conueniẽtiam, & partim declaratur omnia ab ipſo fluere, ab ipſo perfici, ab ipſoq; ſeruari, necnon vnionis munere affici, partim tandem exprimitur, quædam in omnibus ingenita ad illud vnum propenſio tanquam ad vltimum finem, qui finis ab omnibus intenditur, ab omnibus, ſecundum conditionẽ rerum naturarũ appetitur.

Huiuſmodi vnum dicitur vnum, & vnitas aliquando à Platonicis, eo quia eſt vnitas, vnitatis omnis effectrix (teſte Dionyſio noſtro, Theologorum eminentiſſimo.)

Sed huic vni, quod eſt Deus, nonnè multa opponuntur? nequaquã; & ratio eſt, quia eſt ſupra, & non infra multitudinem, cui, & ſi multitudo quadam ratione opponitur æquidem, non, vt contraria opponitur, ſed tanquam negatio, & receſſus ab ipſo, hinc à primo ad vltimum, quod eſt, per negationes ipſum adinuenimus.

Hoc deniq. vnum eſt, quod ſupra bonum collocatur, nam eſt ipſius caput, & ſicut (vt paulò ante diximus) iſtud per negationes adinuenietur in Parm. ita iſtud bonum p comparationes in Republica reperitur. Com. in Parm. c. 11.

Videamus modo, quomodo, & qua ratione, & via inueniatur Bonum, quod eſt Deus, ad hoc, vt etiam hac eadem ratione fateamur, dubio procul, Deum eſſe ad mentem Platonis.

Quomodo via Boni inuenitur Deus, in Republica.

OMnia in rerum natura exiſtentia bona aliquo modo exiſtimãtur, & reuera ſunt, qua bonitate referta? propria ſibi natura comparata, an potius ab aliquo ſuperiore ſibi ratione optima tradita? vtiq. ab ipſo primo, ab ipſo vno, ab ipſo bono tradita, nam ſi ea fecit, omnia etiam perfectionẽ concomitantia dedit, ſi dedit formam, dedit etiam omnia conſequentia, omnia perfectibilia ipſam formam, & ipſius formæ, hinc ſingula in ſuo vnoq. gradu, primam dicuntur affectare bonitatem, ſiue primum bonum. etenim ſicut multitudo (vt diximus) procedit ab vno; quod eſt multitudinis expers, ita omnia bona, ab illo primo bono, & ſicut per negationes ad illud vnum aſcẽditur, ita per cõparationes ad bonum; comparationes.n. (inquit Facinus) cõuerſionem omniũ ad primum.ſ.bonum indicare videntur, quippe cum appeti-

tu boni omnia ad primū conuertuntur, cætera ab alijs appetūtur, ab alijs negliguntur, bonū autem (dicit excell.^us vir) exoptatur ab omnibus; & neceſſariò, iuxta illud: *Bonū eſt, quod omnia appetunt.* Alibi (Deo auxiliante) quomodo, & in quo ſenſu omnia dicātur bona referta hac ſuprema bonitate, licet aliquando alicui mala cenſeantur, & iudicentur de mente Proculi excellentiſſimi Platonici, & Maximi Tirij videbimus, pro nūc omnia illud bonū appetere, illud bonū affectare, iſtud bonum quærere, & ad iſtud ſeſe conuertere, tanquam ad vltimum finem ſibi natura inſertum, & hoc per comparationes, concludamus.

Ariſt. in Ethic.

Concluſio.

Varij Boni gradus in entib.

Varij reperiuntur in entibus gradus bonitatis infuſæ à ſupremo Bono, & hoc primum in ſpeciebus conſiderare, licet vna ſit alia perfectior, igitur melior vſque ad optimā, quæ tamen ex ipſa ad ipſum bonum ordinantur, vltra quod dari aliquid melius recta ratione negatur, & illud eſt Deus.

Vnum & bonū omninò, & pulchrū, ſunt idem re, licet diuerſa videantur; nam hæc diuerſitas eſt ſola ratione, & ſolummodo diſtincta noſtro intelligēdi modo dicuntur. Nectuntur ad inuicem hæc tria, & primò, vnum eminet, vt caput, mediat bonum, & ex ipſo poſtea pulchrum reſultat, imò refulget, & eius ſplendore omnia apparent refulgere, eſt itidem latiſſima, vel melius latiſſima eius vis, cum ipſa ſeſe per omnia effundat, Dionyſius hac ratione, iure meritò bonum, ſuimet diffuſiuum appellauit, quia per omnia effuſum, eademmet ſibi ſubijcere videtur, & ea ratione ornare, & perficere; ſed melius hoc, in bono cōſideratur, quod.ſ. eius immenſa vis omnia intimè latenter, ac vehementiſſimè ad ſe trahit, & hoc intelligitur de bono vniuerſo, quod eſt ſuper omnes Ideas, & eſt Idearum origo, in quo Ideæ rerum omnium habent eſſe originale, vel cauſale, ſicut poſtea formale in mente, vel in mundo intelligibili, & in hoc ſenſibili participatum (vt ſuo loco, Deo annuēte, videbimus.)

De cœleſt. Hierar.

Hic non eſt locus diſputandi, an hoc bonum ſit idem, vel diuerſum à Bono ideali, quod quidem platonici ab eo diſtinctū autumant, ſed concludendum eſt, ſecundum noſtrum propoſitū, quod hac ratione.ſ. bonitatis, Deus eſt.

Qui clariorē euidentiam de ipſo habere cupiunt, munera eiuſdem eſſe, adeò perſpicua reminiſcantur, vt nemo ſine crimine falſitatis ea negare poſſit. hæc ſunt (Ficino teſte) *vnitas, eſſentia, & ſpecies,* quæ tria quomodo in omnibus rebus aliquo modo reperiātur, cum in omnibus aliqualis radius ſemper appareat, non eſt ad præſens noſtra intētio explicare, ſed tandem cum Academicis ferè oībus affirmare, ad ipſum ſpectare, vt ſit admirandum, vt ſit amandū, vt ſit ſuaue, quæ omnia pertinentia maximè ſoli reuera bono, conueniunt, nam admirandum ipſum, dicimus, quia nos excitat, diuertitq; ab alijs, & ad ſeipſum conuertit, tanquam ad finem, ad quem omnia tendunt (vt diximus) amandum, quia de ſe boni, à nobis fruibilis cognitionē parit, ſuaue, quatenus, & ingenti lætitia implemur.

Munera Boni tria.

In Con.

Pertinentia ad bonū Ficinus.

Illud bonum ergo ſic per comparationes inuentum, ſic probatum, ſic firmiſſimè declaratum eſt Deus ipſe, igitur hac ſolida ratiōne platonica, Deus eſt.

Ecce quod quæris.

Quanquam luce meridiana clarius ſit Deum eſſe; nihilominus nonnulli maxima impietate correpti, audacter proferre, nequaquam Deum eſſe non dubitarunt, tum ex neotericis, contra veteres, Platonis extant inuectiuæ aliquæ, quæ quidem non ſolum rei veritatem patefaciunt, ſed iſtorum falſitatem iure confundunt.

Plato inuehit contra Atheiſtas Decimo de legibus, Deum perperam negantes.

IN lib. de leg. 10. videtur primo re-

De leg. 10.

dar-

darguere eos, qui omninò Deos è medio tollunt; ſecundò, qui Deos admittunt, ſed eos humana gubernare, haud affirmant, vt in eodem loco, & lib. de Republica 1. videre vnuſquiſque põt, ſed præſens noſtrum inſtitutum eſt ſolummodo Deum eſſe, ex illius mente demonſtrare, quod hucuſque tentauimus; reſtat vltimus, vt quomodo ex innata huiuſmodi religione cõſtet, Deũ eſſe; patefacere nitamur.

Deum eſſe probatur ex innata religione.

In libro paulò ſupra allegato, oſtenditur, quod apud omnes nationes tùm Græcorum, tùm Barbarorum, eſt communis aſſenſus, quod Deus eſt. Nam infantes adhuc lactentes, vbique de Dijs, quæ à parentibus, & eos nutrientibus ſeriò de iiſdem dicuntur, ac decantantur, in Orationibus audiunt, & in ſacrificijs conſentanea, ac digna Dijs fieri, quam ſuauiſſimè, ac delectabiliter pueri, & vident, & audiunt, & dum eorum parentes, ſummo ſtudio pro ſua, ac liberorum ſalute ſacrificare, ſuppliceſq. Deos exorare vident, quaſi quam maximè Dij ſint, lætantur.

Itidem alia euaſione vtitur P. in eodem ſic; *Quotidie* (inquit) *in Solis ortu, atq. occaſu, necnon in Luna apparitionibus, & occultationibus omnes Græcos, ac Barbaros proſpicimus, tàm in aduerſis rebus, quàm in proſperis Deos ſupplices exorare, adorare, ac colere, atq; ex hoc, non ſuſpicari videntur, quod Dij ſint, ſed reuera ipſi idem teſtimonium indubitatum aſſerũt, quod quidem ſtabile, & inconcuſſum exiſtimant; quod etiam ſi ſecus eſſet, nempè quod Deus non eſſet, non ineſſet naturæ inſtinctu hominum generi huiuſmodi perpetua religio.*

Et reuera, hoc non poteſt negari ab hominibus, qui quidem ſanæ mentis, & cenſentur, & ſunt, nam quid eſt, quod tanquam ſpectatores rerũ incorruptibilium, & diuinarum fecit nos ſummus opifex, vt tanquam in templo eaſdem admiremur, aſſectemur, & earundem factorem veneremur, & laudemus? eſt innata huiuſmodi religio, ſolummodo miſerrimo Atheo Deum neganti detecta, humani generis hoſtis eſt opera, ad hoc, vt nequaquam ſalus ei, ſed perditio ſummæ felicitatis accidat; hac ratione igitur ex mente Platonis innuitur, quòd Deus eſt.

Et licet (vt eodem loci ipſe teſtatur) repeiantur homines, ita iudicio, & mẽte deprauati, vt teneant, & prædicent Deos non eſſe, ſed humano cogitatu inuentos putent, vt populi melius, ad virtutes incitentur, & à vitijs retrahantur, aſſerentes pro eorum vitanda ſententia, quod varij Dij, prout variæ ſunt nationes adinueniantur; non tamen, vt vera eorundem aſſertio eſt admittẽda; imò eſt, vt peſſima, vituperanda, ac eadem ratione redarguenda. 10. inde de ll.

Quæ ſpecies in terris eſt, cuius naturalis inſtinctus inanis, & fruſtraneus remanere videntur? nulla certè; nobiliſſimæ igitur ſpeciei, & perfectiſſimæ noſtræ minimè eſſe non debet, quia ad cultum diuinum, & religionem natura incitamur, & trahimur, non fertur ad hoc natura noſtra in vanum æquidem; ideò non debent, nec poſſunt fateri tales deprauati animi homines.

Pro iſtius rei veritate affirmanda extat Platonis locus in lib. qui, Protagoras, inſcribitur, in quo dicit homines antequam conueniſſe, ac communi ſermone, vel artibus ipſi vterentur, illicò ab initio, ob innata cognitionẽ Deum adorarunt, eidemq. aras, & ſacella erexerunt, & dedicarunt delubra. Plato in Proth.

Et in Critia pariter, ad hoc confirmandum, refert, quod Accolæ Inſulæ Atlanticæ per nouem annorum millia ſanctiſſimè vixere, regnum ibi tenuere, ex præcipua religione, qua Deum colebant, & ex iuſtis, ſanctiſq; legibus, quibus obtemperabant.

Licet poſtea (inquit) *per temporis tractũ, ſors diuina in eis longo abuſu; crebriſq; mortalium rerum affectibus, inquinata euanuerit, humanuſq. mos praualuerit, tunc primum dedecori ſuccubuerunt; tunc ſanè*

Deus

nem, ac omnem actionem adminiſtrare: Vnde ſi optimus neq; otio, neq; pigritia, neq; mollitie carpitur, neq; voluptate, quæ dolore frangitur, nam hæc ſummæ bonitati aduerſantur, Deus igitur, vt optimus, nihil negligit; neq; hac ratione humana contemnit, & præcipuè cum homo inter mortales, ſi verus Dei cultor, ſi ſapientiſſimus eſt, ſcit indigentiam noſtram, & per conſequens, vt potētiſsimus prouidet, ergo à primo ad vltimum, Deus poteſt, ſcit, & vult ipſum curam habere, & precipuè noſtri.

Quare igitur (dicerent) videtur aliquando humanarum curam negligere? non negligit, ſed ſi fortè fortuna hoc faceret, nō ei, hoc impingendum ex ignorantia eſſet; forſitan dicerent, non ex ignorantia hoc facit, ſed quia hæc vilia, & praua exiſtimat, reſpectu ſuperiorū, & tanto Rectore indigna. *Proh craſſus error* (dicit ipſe Plato) *putare, meditari, ſuperiorum gubernatorē, viliorem eſſe mortalibus opificibus, ſi Medicus, ſi Paterfamilias, ſpretis vilibus ſolummodo magnis prouideret, quomodo ſe haberent; tot enim corpus, & tota familia; profectò non totum, nec tota benè ſe haberent;* igitur cum vniuerſi partes, nos ex Plat. ſimus, fatendū eſt maximè noſtri Deum curam habere; hoc eſt fundamentum, quo quidem ſtante, redarguendi ſunt illi, qui ſuperiorum videntur tenere opinionem.

Admittētes porrò Deum bonum eſſe ex conſequenti, ipſum iuſtiſſimum dicere coguntur, & præter iuſtum haud poſſe flecti, quinimò ex vi ſuæ iuſtitiæ, malos punire, & bonos ad tempus præmiare, quod non eſt ei præfixum, ſecundum hominum propoſitum, ſed ſecundum ſuæ determinatæ volitionis; vnde ſceleſtus homo, confidere ſe, adeò fœlicem fore, vt iudicium Dei iuſtiſſimū effugiat, etiam ſi in centrum terræ, vt puſillus ſeſe abderet, vel vt ſublimis in cœlum euolaret, ſed conuenientia ſupplicia dare, ſe pro demeritis dubio procul debere ſibi perſuadeat; ſic exiſtimat

10. de leg. Plato in eodem loco.

Deciperetur (inquit) *ſi ſecus putaret, nam Dei iuſtitia requirit, vt bonis vita proſperitas, & malis hominibus; via ſit ad miſeriam, poſt huius vitæ curſum; & iuſtorum virorum labores, & ærumnæ ad felicitatem;* quippè hoc veritati cōſonum arbitrandum putat, nam ſi aliter eueniret (vt alibi dicit ipſemet Plato) 10. de Rep. iuſtitia ipſa, quæ excellentiſſimum eſt bonum, iuſtis hominibus foret mala, ob eiuſdem iuſtitię amorem aſſiduè laborantibus, ſæpeque iniuria affectus, nec iniuriam vlciſcentibus, & bona præſentia æternorum deſiderio contemnentibus, neq; apud homines iuſtitiæ præmium, imò verò, pro iuſtitia præmium iniuſtitiæ ſæpè reportantibus; Quare ne bonum bonis nocumentū afferat; recta ratione credendum eſt iniuſtos, qui viuentes iniuſtitiæ pœnam non dedere, poſt eorum obitum, daturos omninò, iuſtos verò, apud mortales oppreſſos, ac contemptos, apud ſuperos, ſaltem defunctos, coronas immortales adempturos eſſe.

Ex his ergo, Deo humanarū rerum 10. iidē de Repub. curam non eſſe, tanquam impium, atq; execrandum, negandum conſtat; quare Deus, vt ſapientiſſimus, quis hominum iuſtus, quiſuè iniuſtus ſit, nequaquam ignorat, neq; ipſum latet, quales pœnæ, qualia præmia, quibus hominibus tempeſtiuè danda ſint; vt in eodem loco exprimit ipſe Philoſophus; igitur alter amatur, alter odio habetur, vtpotè Deo diſſimilis, Deus non deſerit iuſtum, quamuis ſinat ipſum incommodis, quam pluribus laborare pro ſtatu præſenti, imò ita illum probando, ſi ſufferēti animo diu perſeuerauerit, approbat ipſum, tanquam ſibi chariſſimum, & iſta ad ſummum bonum conducere ei oſtendit; ergo non negligitur iuſtus à Deo, neq; qui ex iniuſto iuſtus pro ſua vi euadere tentat, quia iuſtus, & iuſtitiæ cupidus, perſimilis Deo fieri iuſtitiam inquirēdo, ac amplectendo videt.

Iniuſtus è contra, ſe à Dei regimine, iniuſtitiam ſectando tollit; proinde ab

illo

illo iniuſti puniuntur ad tempus (vtiam retulimus ſupra ad aures noſtri Philoſ.) ſicut iuſti inſigni præmio decorantur.

Hæc & multa alia verba, in lib. de legibus 10. refert ipſe Plato, quæ quidem de verbo ad verbum enarrare, non eſt noſtra ad præſens intentio, ne legentibus negotium faceſſere videamur; qui cupit ea legere, conſulat eundem Philoſophum, in locis præallegatis; eſt igitur non modò Deus, ſed cunctarum curam habet, & maximè noſtri.

Nec ipſe precibus vllis, orationibus, ſacrificijs, & muneribus impiorũ flectitur (vt alij falsò putarunt) concedentes ipſum, & eſſe, & humana curare, quia per vulgatum dictum omnium Philoſophantium, Deus præter iuſtum non flectitur, quod hic demonſtrare nõ eſt noſtra cogitatio, cum ad rem noſtram non faciat, nam ſolũmodò aperire intendimus, quod Deus eſt ſecundum mentem Plat. prout (niſi nos noſtra ſententia fallat) liquidò egimus. Reſtat videre ſecũdum eiuſdem Philoſophi intentionem quid Deus ſit.

Quid ſit Deus.

Quid Deus ſit per Plat. Sicuti naturam Dei, eius eſſentiam, & quidditatem noſſe difficillimum, exiſtimarũt ſanctiſſimi Eccleſiæ Patres, tùm Græci, tùm Latini, ità nullam veram dari poſſe diffinitionem, quę reuera eſſet diffinitio, habens requiſita ad diffinitionem, liberà voce dixerunt, & ſcripſerunt. at ſi ijdem lumine fidei pleni, acumine intellectus prędiți, huic indagini vacantes ſeduló, quid eſſet, nequaquam dixerunt, vel dicere potuerũt, hoc ipſum dicere forſan homo hoc lumine deſtitutus, & exigua naturę face illuſtratus tentabit audacter? nequaquã; imò modeſtiſſimè in hęc verba prorumpere virũ pietate inſignem audimus, vel potius legimus in Timeo. *Opificem quidem & mundi Patrem inuenire difficile, & eum iam inueneris prædicare, eloqui vulgò impoſſibile eſt*; quę verba ab Hermete ter

In Timeo.

maximo deſumpta eſſe, nõ ignoramus, nam ſic apud ipſum leguntur; *Deum intelligere quidem difficile, eloqui autem impoſſibile*; & licet à quodam vetuſto, & inſigni Patre, ex Grecis reprehenſione dignus, vt ambitioſus exiſtimetur, tanquã ex negatione hac velit ipſum Deũ nouiſſe; non tamen ſic eſt reuera tenendum, nam quòd ipſe non benè interpretatus ſit hęc verba, oſtẽdit alia alterius Patris expoſitio, quę mitius eadem interpretari, & modeſtius declarare videtur; hęc ſuperuacaneum eſſet afferre, adueniamus ad verba Plat. exponẽda.

Gregor. Nazią. in orat. 2. de Theol.

Cyrill. contra Iulian.

Ita verba, ſecundũ Proculi mentem, exponere libet, dicit igitur Plato, *Patrem, ſeu opificẽ mundi inuen. difficile, & eum inueneris in vulgò eloqui impoſſibile eſt*, cur vocetur & Pater, & opifex, ſiue factor, *cauſa hæc eſt* (dicit Proc.) *quia formam mundo indidit, & quatenus Pater vniuerſas eſſentias & potentias in eo generauit, & quatenus etiã animam in ipſum infudit, & naturam*; proprium enim eſt Patris generare viuentia, nam viuunt omnia, vel per naturam, vel per animam. factor quidem dicitur ea ratione, quam Plato ipſe expoſuit in Carmide, in Sophiſta, & in Sympoſio: his omnib. in locis factorem vocat eum, qui de nõ ente, aliquod ens nouum produxit; itaq; rectè dictus eſt factor, quoniam mundum, qui antea non erat, de nouo produxit.

Proclus in Com. in Timeo.

Deus, quare Pater dicatur.

Deus, quare factor dicatur.

Hęc nomina factoris, & Patris, deſumpſit Plato noſter à Mercurio ter maximo, & ab Orpheo, atq; etiam à Zoroaſtro penes, quos ſæpè hęc leguntur, vt videbimus; ſequitur.

Difficile eſt inuenire. Super quę verba, idem Proclus triplicẽ eſſe inuentionem aſſerit, vna dicitur opinatiua; Secunda, ſcientifica; Tertia, intellectualis, ſiue vnionis: prima eſt ab effectibus ad cauſam; Secunda eſt à cauſa ad effectus; Tertia eſt his longè excellentior, & ex vtraq; poteſt conſtare.

Triplex eſt inuentio.

Prima inuentione, eſt difficile inuenire Patrem, & factorẽ, dicit Proc: nam

Si à poſteriori volumus eſſentiam eius, & potentias inuenire, prius oportet nos naturas omniũ rerum cognoſcere, quas quidem ipſe produxit, hoc eſt cognoſcere omnes conſpicuas mundi partes, & omnes occultas vires, quæ ſunt in eo, ſecundum quas συμπάθεια, & ἀντιπάθεια mundanarum partium exiſtit, cognoſcere ẽt oportet omnes rationes, quibus natura ipſa vtitur ad res omnes procreandas, & naturas omnium animantiũ, plantarum, lapidum, metallorũ, & animas cunctas. Etenim, qui ſine harum cognitione nititur Patrem, & opificẽ inueni e in vanum videtur tempus conterrere, oportet (dicit iſte) animam noſtrã fieri velut mundum animaſticum, & omnia in ſe comprehendere, ſi eidem, & Patri, & opifici vult ſimilis euadere, & perfecta, nam ſine ſimilitudine, & perfectione non põt illum attingere; eſt.n. dogma Plat. *Simile ſimili cognoſci, & impuro non poſſe purum tangi.*

In Theæteto.

Diff. 2. inu. Secunda inuentione etiam, eſt difficile inuenire Patrem, & opificẽm undi, & admodũ eum cognoſcere, hoc eſt ſciẽtificè, opus.n. eſt altiſſima, & ſynceriſſima contemplatione, quæ paucis quidem hominibus contingit, & non niſi in extrema ſenectute, quando iam anima purgata eſt affectibus omnibus corporeis, & aĩa ipſa eſt veluti à corpore ſegregata.

Diff. 3. inu. Tertia inuentione difficillimum apparet, poſſe quemq. eundem Patrẽ, & Opif. inuenire, quia anima, dum eſt in corpore hoc, dicitur eſſe imperfecta ad mentem Plat. & ſuorum, ſi eſt imperfecta, eſt ex conſequẽti impura, nam quod imperfectum eſt, impurum eſt, idcircò anima noſtra, dum eſt aliqua impuritate, & labe cõtaminata, non poteſt Patri, qui eſt puriſſimus, ſimilis fieri, at ſine ſimilitudine non poteſt ad illum accedere (vt ſupra ẽt tetigimus) dum non accedit, non poteſt illi familiaris euadere, dũ familiaris non eſt, non poteſt cum eo vniri, & per conſequens non valet inuenire etiam hac tertia inuentione.

Hæc eſt tertia Patris inuentio, quam quidem non adipiſcimur, niſi cum iam perfectiſſima fuerit anima noſtra.

Nec obſtat, quod quotidie de Deo Patre loquamur, necnon de alijs Dijs, & ob id non videatur eſſe difficilis hæc inuentio, quia huic dubitationi ſic occurrit idẽ Proc. in eodem loco, loquimur quidem de Deo, ſed nõ loquimur eius eſſentiam, neq; ob id ſcimus quid ſit Deus, opinatiuè forſan poſſumus aliquid de ipſo dicere: hoc eſt à poſteriori, at ſcientificè, & intellectualiter nequaquam, & ſi hoc modo nõ poteſt Deus percipi, ergo impoſſibile eſt eum alijs ſermone manifeſtari. Vnde à primo ad vltimum, quid ſit Deus per Platonem, reuera ignoramus. Hinc ab illo [illegible], ideſt quale eſſe poſſit, intelligi non poteſt.

A Platon. Deus quid ſit non cognoſ.

Si igitur tantam difficultatẽ in eo inueniendo, & cognoſcendo protulit Plato, quod dicemus ad eius mentem; quid ſit Deus, eſt certè, hæc eſt maxima inter rerum difficultates, prout vno ore fatentur omnes Philoſophi, qui operoſis voluminibus in hũc inquirendo laborarũt hinc (vt iam tetigimus) neque nomen, neq; diffinitionẽ ei, ipſe Philoſophus in Parm. vult adaptari, & ratio eſt, quia non eſt in genere, & quò ad quod quid eſt, haud cognoſci poteſt benè, vt quidã ex neotericis Philoſophus animaduertit, poteſt deſcribi, & deſcribitur, & ab antiquis, & ab alijs huius ſæculi philoſophantibus, ſed omnes eorum diffinitiones ſiue potius deſcriptiones non ſunt per priora finita, & ſimpliciora, ꝓptereaquod non poſſunt dici diffinitiones diffinitiuè, ſed deſcriptiuè, & præſertim per quinq; poteſt Deus deſcribi, vel adumbrari, quæ quidẽ ſunt magnæ conſiderationis meo iudicio (vt optimè ſcribit Frãciſcus Piccolomineus, Præceptor noſter in Philoſophia Peripathetica.

In Parm.

Primò, per attributa quædam abſolutè conuenientia.

De ter. diffinitionibus Deus ꝑ hęc quinq; deſcribi põt.

Secundò, per negationem.

Tertiò, per Analogiam, & metapho-

tam ex Analogia deſumptam.

Quartò, per contradicentia ſine contradictione.

Quintò, per relationem ad opera, eiuſq; munera.

At videamus omnes, & ſingulas has deſcriptiones, à viris iſtis doctiſſimis allatas, & videamus, ſub quo iſtorum membro vnaquęque poſita ſit antequam illam, quæ Platonis eſt afferamus, ac illas, quæ ex Academicis eius ſequacibus depromptæ paſſim leguntur.

Mercurius ter maximus, vir vtiq; admirādus, per attributa abſolutiſſima, vult Deum ipſum poſſe deſcribi, ſed deſcriptiones, ex his attributis elicitę melius explicabuntur, ſi quaſdam cōcluſiones, vel potius dogmata in mediū adduxerimus, hæc autem ſunt. Prima, Deus eſt ante omnia: ſecūda, Deus eſt omnia entia, & nō entia: tertia, Deus in ſe habet omnia: quarta, Deus potuit oīa facere: quinta, Deus omnia fecit, & facit: ſexta, Deus omnia conſeruat: ſeptima, Deus omnia ad ſe conuertit. His cōcluſionibus adhibitis ad mentem Hermetis, Deus deſcribitur per vndecim attributa ei cōuenientia, atq; eadem dogmata explicātia. Prima deſcriptio attributalis eſt, *Deus eſt primus omnium:* ſtāte hoc, quod ſit ante omnia, nulli dubium eſt, quin omnium primum iure appelletur, cōprobatur autem auctoritate eiuſdem Mercurij in libello, Quod nihil pereat, ita .n. ſcribit. *Primus .n. omniū reuera eſt ingenitus, & opifex vniuerſorum.* Rationē affert dicti, quod primus dicitur abſolutè id, ante quod aliud non eſt, ante Deum nihil eſt, igitur eſt primus omnium.

7. dogm. ex quibus eliciuntur definit. attributales Dei.

Prima deſcriptio per attributa.

Lib. quod nihil pereat

Hoc probatur validiſſimo argumento ab ipſo, ſi ante Deum aliud eſt, vel potentius ipſo Deo eſt, vel par, vel debilius, ſed nihil horum eſt, igitur Deus primus eſt, quod nihil horum ſit; itidem probat ſic, non eſt aliquid eo potētius, quod ſupponitur, & poſtea probabitur, quod eſt potentiſſimus entium, non par, quia ſi pares ſunt, ambo erūt prima entia, at hoc non poteſt eſſe, quia in vnoquoq; genere vnū maximum tantūmodò eſt, ſi inferius fuerit, iam non poteſt dici primum, præterea, qui primum dicit, ponit id ante ſecunda, & tertia, &c.

Secundum attributum, ſiue ſecunda deſcriptio attributalis eſt hæc: *Deus eſt prima cauſa.* quod etiam videtur affirmare Philoſophi omnes cuiuſcunq; ſectę, vt Ariſt. ipſe, qui Deum ſuum illū primam cauſam appellat, & primum motorem, quod etiā Plato noſter latiſſimè probat, vt videbimus Deo fauente paulò infra, cum eius afferemus Dei deſcriptiones.

2. definit. attrib.

Tertia Dei deſcriptio, per tertium attributum Deo conueniens, eſt talis: *Deus eſt cauſa cauſarum.* Nam prima cauſa eſt vtiq; oīum cauſarum, & cauſatorum cauſa, quod non abhorruit aſſerere et Ariſt.

3. def. attri

Quarta deſcriptio Dei attributalis ex Mercurio, eſt huiuſmodi: *Deus eſt cauſa, vt ſit mūdus.* hæc præclariſſima deſcriptio patet apud ipſum Triſmegiſtum, tùm in Pimādro, tùm in Pupilla, tùm etiam docuit, vt apparet etiam ex quodā fragmento in 1. Dic exotericorum ad filium, mundum .ſ. fuiſſe productum, & à cauſa fuiſſe productū; Quinimò in Catholico docet Deum eſſe non lucem, ſed cauſam lucis; non mentem, ſed cauſam mentis; nō ſpiritum, ſed cauſam ipſius; non animā, ſed cauſam animæ, &c. igitur cum horū omnium ſit cauſa, Deus erit vniuerſi cauſa, & ſic erit vera hæc deſcriptio ex hoc attributo deſumpta.

4. def. attr.

Quinta deſcriptio attributalis ex eodē hæc eſt: *Deus eſt principium omnium rerum.* qui dicit principiū ex natura relationis, dicit etiam principiatum, nam neq; principium intelligi poteſt, niſi etiam intelligatur id, cuius eſt principiū, ſunt autem omnia principia tamē pręter ipſum principiū. Vnde ipſemet in Claue habet hæc verba: *Ex vno principio omnia veniūt.* quod etiam noſter Plato affirmat, prout ſuo loco videbimus; imò Ariſt. ipſe 1. de Phyſico auditu, neſcit negare, ſed animosè fatetur enumerans conditiones principio-

5. deſcript. attrib. Mer.

1. Phyſic.

plorum ante principium nihil eſſe, & poſt principium eſſe omnia, imò ex principio eſſe omnia, ideo ex hoc rectè concluditur, quod Deus eſt principium omnium rerum ad iures Mercurij, ſic ipſum attributaliter deſcribentis.

6. deſc. attri. Dei. Sexta deſcriptio ex ſexto attributo deprompta, eſt ferè eadem, quæ ſupra. ſ. quod *Deus eſt principium omnium entium*; quæ deſcriptio liquidò appaŗet apud ipſum, in eadem Claue, & in libro, qui ſermo ſacer inſcribitur.

7. deſc. attri. Septima eſt talis: *Deus eſt fons omnium entium*: cum autem dicit fons, dicit duo; nempe ipſum eſſe primum, & originem omnium entium, nam ſicut à fonte originantur riuuli, & flumina, & omnes aquæ currentis, ita à Deo profluunt vniuerſa entia, & ſicut fons prior eſt ipſo flumine, ita Deus prior eſt omnib. entibus, tùm ſuperioribus, tùm inferioribus.

8. deſc. attri. Octaua deſcriptio attributalis eſt hæc: *Deus eſt conditor omnium rerum*, quæ eſt ferè eadem cum ſuperioribus, patet hæc apud ipſum in lib. qui Hymnodia dicitur, & clara eſt, nã ſcimus conditorẽ eſſe ante condita, atq; neceſſario ea præcedere.

9. deſc. attri. Nona deſcriptio cum ſuperiorib. concordans, eſt hæc: *Deus eſt opifex, & artifex omnium rerum*. & reperitur luculenter ſcripta ab ipſo in Pimandro, & Cratere, & alibi.

Decima eſt: *Deus eſt factor omniũ*. quæ cum ſuperioribus identificatur, non indiget declaratione, quinimò ex ſe patet concordare cũ Symbolo fidei noſtræ, vt latius in ſeq. libro annotationum videbitur, cum Plat. primò, deinde cæteros cum noſtratibus conferemus.

Vndecima eſt: *Deus eſt Pater omnium*: vocat Patrem (vt in eodem loco patebit) quoniam ipſe Merc. nouit etiam filium, docet hanc in Pimandro, in Catholico, in Cratere, & ſæpè alibi.

Hæ ſunt Dei deſcriptiones ex Merc. quæ per vndecim attributa poſſunt dari; multę etiam aliæ poſſunt adhiberi ſecundum aliorum ſentẽtiam. ſ. quod Deus ſit ens, bonus, pulcher, iuſtus, ſapiens, omnipotens, actus primus, mens prima, ex ſe perfectus, & ſatis, eſſentia ſimpliciſſima, ipſum neceſſe eſſe, ipſum vbique, ipſum vnum; id quod ſolum ex ſe eſt, ſuiq; gratia ſolum eſt, & ſic de ſingulis; quæ omnia fuſiùs enarrare non oportet.

Quom. de Deus per negat. Per negationem deſcribitur à quibuſdam Deus taliter. ſ. *Deus non eſt corpus, ſed ſupra omnia corpora*. hæc deſcriptio eſt contra Stoicos, qui quidem ponebant inepte Deũ eſſe corpus, vt aſſerit Laertius, Diogenes. *Deus non eſt elementum, ſed ſupra omnia elementa*. hæc eſt verum, quia cum ſit cauſa omnium, etiam eorundem elementorum eſt cauſa: *Deus non eſt cœlum, ſed ſupra omne cœlum*. hæc eſt contra Xenocratẽ, qui putabat Deum eſſe cęlum, imò tot Deos reperiri, quot cœli ſunt. *Deus non eſt mundus, ſed cauſa mundi*. hæc eſt vera, quod non eſt hic mundus materialis, licet Archetypus dici poſſit, quatenus mẽs ab ipſo genita ſic appellatur, & mundus intelligibilis idearum plenus, vt infra videbimus. *Deus non eſt anima, ſed cauſa animæ*. Xenoc. Hæc videtur aduerſari Pythagoræ, quo ad primam partem, qui aſſerebat Deum eſſe animam per naturas rerum intentam, & cõmeantem: hę ſunt Dei deſcriptiones per negationem, quæ etiam per amotionem dicuntur, amouendo ſemper ab ipſo omne id, quod eſt, ad hoc, vt ſimpliciſſimus actus omninò immixtus, & perfectiſſimus remaneat. Pythag.

Deus, quo modo metaph. & analog. deſcrib. Per analogiam etiam, & metaphoram ſic deſcribitur Deus. ſ. quod ſit *ſphera intellectualis, cuius centrum eſt vbiq; circumferentia nuſquam*, & hæc eſt deſcriptio Mercurij ter maximi; quod ſit eadem ſphera, cuius circuli ſunt, mens, anima, & natura; quod ſit centrum, à quo, & ad quod perinde, ac lineę, ducuntur, & dirigũtur omnia. Quod ſit fons bonitatis, pulchritudinis, &c. quod ſit inuiſibilis ſol, lux vera, & primaria; quod ſit Pater omnium, & Paſtor optimus, via recta, paterfamilias, vita omnium, pelagus immenſus in ſe, fluens mundus eminentiſſimus, incor-

porcus, originalis, intelligibilis, Idealis, & ſimpliciſſimus, &c.

Hæ ſunt deſcriptiones per analogiā, & metaphoram diuerſæ, à diuerſis Philoſophantibus traditæ de Deo.

Dei deſcrip. per contradicentia ſine contradict. datæ. Hic eſt Frāciſc. Piccol. præcept. cōcordiæ.

Sequuntur eiuſdē Dei deſcriptiones, quæ per contradicētia ſine contradictione dantur ab alijs, animaduertendo tamen, dicit Philoſophus quidam inſignis huius tempeſtatis, quod cum Deus præſtet conditionibus cunctorum ea, quæ in alijs inferioribus cōtradictionem includunt, in ipſo eminenter pro ſola cōmuni perfectione ſeorſum ab oppoſitione ſeruantur hinc ſupra contradicentia, Deum eſſe fatentur Peripatheticorū quamplurimi, Auerrois ſectatores, de mente præceptoris.

Diſp. 10. in ſol. 5. dub.

Vnde hanc viam ſequentes in Deum deſcribendo, dicimus. Deus eſt illud, qđ cum ſit primum, eſt poſtremum; cum ſit maximum, eſt minimum; cum ſit vbique, eſt nullibi; cum ſit ſemper, eſt nuſquam; cum ſit omnia, eſt nihil; cū ſit terminus, eſt infinitū; cum ſit expers molis, implet omnia. Vnde ſine vlla dimenſione dicitur latiſſimus, longiſſimus, & profundiſſimus. Videtur ab omnibus, & à nullo; eſt primò, & poſtremò cognitus, eſt omnia ſine numero, vbiq; ſine loco, immenſus ſine extenſione, omnipotens ſine potentia, cum non ſit ens, ſolus eſt ens, &c.

Dei deſcrip. per relat. ad opera ipſius ſic.

Deſcribitur tandem Deus per relationem, ad cuius munera, & opera ſic: Deus eſt origo boni, cum ipſe ſit bonus per eſſentiam: origo veri, cum ipſe ſit veritas: origo pulchri, cum ipſe ſit pulchritudo, ſiue cum ſit ipſum bonum, ipſum verum, ipſum pulchrum, ſupra quod aliud non reperitur, vnde omnia per ipſum talia dicuntur; eſt cauſa tandem, quod omnia ſint, & nō modò quod ſint, ſed quod benè ſint, quod ſeruentur, & quod operentur, etenim Deus conditionē cauſæ adeò ſibi ſeruat, vt ſemper dicatur omniū cauſa, ſolus cauſa prima. ſ. & immediata, nā cætera ſunt benè cauſę aliquando, ſed effectus etiam reſpectu diuerſorū dici poſſunt, ſolus autem Deus eſt cauſa, & non eſt effectus, eſt inquam omnium cauſa, & ſolum cauſa, & ſemper cauſa, cætera nequaquam.

Tandem Deus eſt principium, & finis omnium: eſt mundi opifex, eſt mundi vita, &c. Hæc ſunt Dei deſcriptiones, quæ poſſunt dari per attributa, per negationem, per metaphoram, per contradicentia, & per relationem ad opera.

Alij philoſophātes, prout viribus naturalibus potuerunt, tentarunt Dei alias tradere diffinitiones, quæ reuera deliramenta potius videntur, quam aliud, vnde multæ ex varijs colliguntur ab Auguſtino, Euſebio, & Laertio, ad hoc, vt melius rei difficultas intelligatur. Tot enim Sapientum capita, totq. ſentētiæ ab eiſdem prolatæ videntur, quæ omninò rei maximam difficultatem clarè oſtendere apparet.

D. Auguſt. Euſ. Diog. Laert.

Iſtorum deliramēta paululum adducamus, vt & eorum inſcitiam videamus. Thales Mileſius, inter Græciæ ſapiētes, primus Ionicæ Philoſophiæ princeps, aquam finxit rerum omnium initium: Deum verò illam mentem, quæ ex aqua cuncta effecerat. quid autem eſſet iſta mens, quoad ſuum, quod quid eſt, minimè expreſſit Anaximander natiuos Deos aiebat longis interuallis, orientis, occidentisq., & innumerabiles mundos ponebat. Anaximenes, aerem Deum ſtatuebat, eumque immenſum, & infinitum, gigni; Anaxagoras mentem infinitam Deum aiebat eſſe, quæ indigeſtam molem .ſ. chaum in ordinem redigiſſet, ſed quæ eſſet iſta mens haud enarrauerit; Xenophanes cum mente omnia dixit eſſe Deum. Parmenides commentitium ad inſtar coronæ, quod στεφάνη appellat, dixit Deum eſſe. Prothagoras, quid ſit Deus, ſe ſcire omninò negabat Epicurus Deo impingebat formam hominis. Strato vim diuinam in natura carentem omni ſenſu, & figura, appellabat Deum. Zeno legem naturalē. Ariſt. formam Dei, intelligi non poſſe animo

Thal.

Anaximand.

Anaximenes.

Parm.

Prothag.

Epicur.

Strat.

Zen.

Clean.

ſe fatetur Cleantes' modò mundũ, modò mentem Deũ eſſe dixit, hęc ſunt commentitia puerilia, quæ quidem finxere veteres de Deo, vt innumeros alios prætercam, quorum opiniones recenſere ſuperuacaneum eſſet, qui eas legere cupit ſupracitatos autores præ manibus habere curet.

Ex his tam varijs diuerſorum Philoſophantium ſententijs reuera Dei naturam adeò hominibus occultam, ac latentem eſſe conijcere poſſumus, vt nemo ingenioſus poſſit quamuis ſedula ſpeculatione ipſum, prout eſt intelligere, & per conſequẽs veritatem eiuſdem vulgò eloqui, atq; enarrare. Vnde cum Plat. debemus in hanc ſententiam conuenire .ſ. Deũ inuenire, vel melius Patrem, & opificem difficile eſſe, & inuẽtum in vulgò eloqui impoſſibile, vel vt alio in loco cum Hermog. diſputans, dicit: *Nihil nos de Dijs cognoſcere, neq; eiſdẽ nominibus imponere poſſe.*

Quid igitur dicemus eſſe Deum ad aures Platonis? nõne potuit ipſum deſcribere ſaltem, prout alij fecere? certè Plato perſpicuus perſpicuè de Deo loquitur, & quando eius inuentionem, & enarrationem perdifficilem cenſuit, non ſolum hoc propter rei naturam faſſus eſt (meo iudicio) ſed etiam, quia de re maxima humiliter, non audacter eloqui hoĩes decet.

Deſcribitur Deus igitur à Plat. prout intelligi poteſt, & eius deſcriptiones sũt ferè eædem cum Mercurij ter maximi, & aliorum virorum doctiſſimorum veteris ſapiẽtię deſcriptionibus; Plat. ergò prius adducere quaſdã duximus, deinde alias interpretum eius, quas quidem ſcitu digniſſimas exiſtimamus.

Dei deſcrip. Plat. & ſuorum.

Prima deſcriptio. 2. de Rep.

In 2. de Rep. ſiue de iuſto à Plat. deſcribitur Deus, qualis eſt, prout ipſemet ibi fatetur, & dicit: *Deus eſt bonorũ omnium ſolus cauſa, cum ipſe ſit Bonus, & nõ omnium rerũ, vt bonus cauſa eſt, ſed earum, quæ benè ſe habent.*

Hęc deſcriptio colligitur ex ijs verbis, quæ in diſputatione Socratis Adimãtis, & aliorum verſatur, & ſunt verba hæc: *Talis quidem, qualis ipſe Deus eſt, ſemper deſcribendus eſt ſiue carminibus, ſiue cantibus, ſiue tragædia, ita decet, nonnè bonus & ipſe Deus eſt? & ita dicendum procul dubio, atqui nullum bonum noxium eſt? nullumq́ (vt arbitror) quod innoxium eſt; nunquid nocet? nequaquam; quod non nocet, nunquid malum facit? neq; iſtud quidem; quod autem nihil facit, nullius mali eſt cauſa? nullius: item nonne conducibile bonum eſt? prorſusq́: ergo benè, feliciterq́ agẽdi cauſa eſt? eſt: non igitur omnium cauſa, bonum eſt, ſed eorum, quæ ſe habent benè, cauſa verò eorum, quæ malè, nequaquã ſit eſt omninò, non igitur Deus, cum bonus ſit, omnium cauſa eſt (vt multi dicunt) ſed paucorum quidem hominibus in cauſa eſt, multorũ verò extra cauſam, multò .n. pauciora nobis ſunt bona, quàm mala, & bonorũ quidem ſolus Deus cauſa eſt dicendus.*

Ex hac verborũ ſerie elicitur Dei deſcriptio Platonica .ſ. quod *Deus eſt bonorum omnium ſolus cauſa, cum ipſe ſit bonus, & non omnium cauſa .ſ. malorum, ſed eorum, quæ benè ſe habent.*

Quod Deus ſit cauſa omnium bonorum, non eſt cur dubitari poſſit, cum ipſe ſit fons omnis bonitatis, & ſolus per eſſentiam dicatur bonus, malorũ verò non dicitur reuera cauſa, & ratio eſt, quia malum non eſt à Deo; quomodò hoc ſit verum, ſuo loco, Deo ipſo fauente, videbimus, & longa diſputatione probabimus; hæc eſt prima Dei deſcriptio Platonica.

Malum vt malum non eſt à Deo, quom. ſit aliorum.

Secunda eſt ferè eadem, ſed nõ eſt in eodem loco: In Epinomide talem videtur nobis tradere Dei deſcriptionem .ſ. *Deus eſt bonorum omniũ auctor.* ſi eſt bonorum omnium auctor, prout reuera eſt, eſt etiam prudentiæ, quæ eſt maximum bonum, prout ibi vult concludere; ibi hęc verba leguntur inter Clinin. Athen. & hoſpitem Megillum. *Quem verò Deum perem vobis dicam, etiam ſi abſurdus videbor, & rurſus modo alio non abſurdus: Nam ipſum .ſ. Deum bonorum auctorem, cur non eſt maximi boni? prudẽtia dico cauſam arbitramur?* Ecce quomodo vt bonus per eſſentiã eſt Deus ipſum auctorem omniũ bonorum

Dei ſec. deſcript. ſiue Plat. In Epinom.

per participationem, quæ bona dicuntur iure appellat, appellatur bonus Deus in Timeo his verbis. [In Timeo.] *Dicamus igitur, quam ob cauſam ille rerum auctor generationem, & hoc vniuerſum conſtituit; Bonus erat, bonum autem nulla vnquam de re, inuidia tangitur, ergo cum liuor ab eo alieniſſimus eſſet, omnia ſibi quantum fieri poterant ſimillima fieri voluit.*

[Dei deſcrip. ex verb. in Timeo.] Ex his Plat. verbis, liquidò apparet, ipſum Deum bonum appellare; vnde ex iiſdem, poteſt duplex Dei deſcriptio elici, .ſ. *Deus eſt bonum illud, quod nulla vnquam quapiam de re inuidia tangitur*, & ſic Deus eſt bonũ illud, à quo liuor ẽ alieniſſim⁹.

In eodem lib. ad mundi originem cõcludendã, ad aures proprias volens probare, quod ipſe principium habuit, multas ſuppoſitiones, axiomata multa, & duas adhibet diffinitiones, inquirendo quid eſt, quod eſt ſemper carens generatione: *Quid eſt quod nunquam eſt, ſed ſemper fit*, reſpondent quidam interpretes, quod illud, quod ſemper eſt generatione carens, eſt omne illud, quod eſt ſupra animam; ſupra animam nihil aliud eſt, niſi mens, opifex, mundus intelligibilis; & Deus primus verus, & bon⁹; igitur Deus, Pater mundi intelligibilis, & mentis opificis poteſt ſic deſcribi .ſ. *Deus*, cũ ſit omne id, quod eſt ſupra animam, & ſupra cœlum, Illud, quod eſt ſupra animam, eſt quod intellectu cum ratione percipitur, *eſt ens illud, quod intellectu cum ratione percipitur*, at iſtud ens eſt Deus, igitur Deus poteſt tali modo deſcribi.

[Omnia in 4. grad. diſtinguuntur.] Et quanquam veteres quidam Platonici .ſ. Seuerus, Albinus, & Dercilides, omnia in quatuor diſtinxere gradus .ſ. rerum diuinarum, animaſticarum ſenſibilium, & Materici, & ſolummodò illa diffinitio volũt, quod intelligatur de rebus diuinis, ſub quibus non tantum includitur Deus, primus, vnus, verus, & bonus, ſed etiam mundus intelligibilis, & mens, opifex, tamen primo, & principaliter intelligitur de Deo ſummo, deinde de illis, tanquam de eius prole, quæ haud corruptioni obnoxiæ ſunt. ſecunda verò diffinitio volunt, quod conueniat rebus animaſticis, & earum inferioribus, quæ ſunt ſenſibilia, & Materici.

Ex hoc igitur habemus (vt diximus) hanc Dei deſcriptionem .ſ. quod *Deus* (cum ſit generatione carens) *eſt illud ens, quod intellectione cum ratione percipitur.*

Et ſicut ex his verbis Plat. in Timeo elicitur ſupra deſcriptio, ita etiam ex alijs plurib. locis ab eodem expreſſis, poſſunt aliæ elici deſcriptiones, & præcipuè ex præclariſſimis illis, quę in epiſt. 2. ad Dionyſium leguntur. [Verba Plat. in epiſt. ad Dion.] habet .n. ibi hæc verba noſter Philoſophus: *Dicendum autem tibi per enigmata*; & reddit cauſam. *Vt ſi quid tabellæ, aut terræ, aut mari patiatur, qui legerit non cognoſcat, ſic.n. habet circa omniũ Regem omnia ſunt, & illius gratia omnia, & ille cauſa omnium Pulchrorum*, vnde ex extremis illis verbis talis elicietur deſcriptio .ſ. *Deus eſt cauſa omnium Pulchrorum*, hoc eſt rerum omnium pulchritudine participantium. [Ex ijs eliciſtur deſcript. Dei deſcrip. alia.]

Quod aũt Deus dicatur eſſe pulchrum ipſum, ſic patet, nam ſi eſt omnium Princeps, prout reuera eſt, ipſum vnum, quod patet in Parmenide, in Sophiſta, & in 6. de Rep. & nos demonſtrabimus infra, eſt etiam ipſum Bonum, & ipſum Pulchrum, nam hęc tria ſe habent (vt dicunt Platonici) cũ ipſo Deo, vt ſint de ratione Dei, imò ſint ipſemet Deus.

Pulchrum, quo ad noſtrum modũ intelligendi, ſub bono dicitur collocari, quoniam nil aliud eſt, niſi ſplẽdor boni, & veluti actus quidam ex bono refulgẽs, qui actus in Deo primo, in mente ſecundo, & in alijs rerũ gradibus tertio reperitur. Eſt in Deo primo cauſatiuè, quia eſt idem cum eo res & cauſa aliorum, eſt in mente Dei formaliter, hoc eſt per formas à Deo pendentes, quatenus in æterna idearum ſerie ſplẽdet actus purus, per quem ideę omnes & Boniformes & Pulchriformes nuncupantur, eſt tandem in rebus alijs per participationem, vt alibi, ſit obiter tetigimus.

Hinc

In ſympoſione 2. c. 1. Plat. plu. in locis.

Hinc etiam (teſte Ficino noſtro) in Sympoſio, hic Rex, omnium ſæpè vocatur bonum, pulchrum, & iuſtum; bonum (inquam) vbi creat: pulchrum, vbi allicit; vbi pro merito perficit, cuiuſque iuſtum: adeout non ſolum poſſimus deſcribere Deum, quod eſt bonū bonorum omnium cauſa, pulchrū pulchrorum oīum cauſa, ſed etiam iuſtum iuſtorum oīum cauſa, vnde quot attributa poſſunt dari Deo, & dantur à Platone, tot deſcriptiones poſſint optime elici.

Hæ ſunt deſcriptiones, quæ per attributa abſoluta dantur Deo, ſecundum Philoſophi noſtri Plat. mentem.

Per analogiā, ſiue per Metaphoram, ex analogia deſumptam, itidem ex Plat. doctrina, poſſunt aliæ Dei elici diffinitiones, vt eſt, quod ſit paſtor hominum, quā ex Homero deſumpſit metaphoram (vt ſupra diximus) quam quidem in lib. de legibus cōfirmat tali exemplo: *Quemadmodum beſtiæ multæ ab vna, niſi ſub humano paſtore rectè duci non poſſunt, ita neque homines multi feliciter ab vno quodam Rege, niſi & vnus regatur à Deo, tanquam à paſtore.* Nam regendi facultas non aliundè, quam à Deo habetur, vt ipſemet atteſtari videtur in Theage, & Menone, & alibi. Deus igitur ſic deſcribitur à Platone noſtro. Nunc ad platonicos.

In M. Ficino.

Dei deſc. Platonic.

Platonici inſigniores, eiuſdem doctrinæ fidiſsimi aſſeclæ, ipſum deſcribūt, non recedentes à Præceptoris dogmatibus, & in primis Plotinus, qui inter platonicos omnes, niſi ætate primus, tamen doctrina præcipuus iure exiſtimatur, ſic ipſum Deum deſcribere videtur per totum vnum caput. *Deus eſt principium, ſpecie vacans, non ita quidem, vt redigat forma, ſed potius à quo omnis forma intellectualis exoritur*: & ſubdit paulò infra; *Hoc igitur nullum entium eſt; & entia cuncta nullum, quoniam poſteriora hæc entia ſunt: cuncta verò, quoniam ex ipſo naſcuntur*; ſubdit; *Infinitum ſine magnitudine, & abſq; immenſa magnitudine. Hoc* (ſequitur) *per omnia ſecula, & vbique per vniuerſum regnat, cum ſit infinitus* (ſequitur etiam) *Amorem circa ipſum eſſe infinitum, ac vniuerſi pulchritudinis poteſtatem eſſe, & florem ipſum pulchrum efficientem, pulchritudinem dico.*

Plot. En. 6. l. 7. c. 32.

Dei diffin. Plot.

Hæc Plotini Dei deſcriptio (licet ſatis longa) per totū illud cap. legatur tamen, ſi benè, & attentè cōſideretur, in ſe multa Deo cōuenientia attributa cōtinet, & ideò, vt deſcriptio præclariſſima videatur, reiq. deſcriptæ adeò accōmodata, vt nihil amplius in ea deſiderari poſſit.

Alibi hic Philoſophus tali modo Deū deſcribere videtur interrogāti quid eſt Deus? forſan reſpōdendo; *Tu ergo quæris nihil extra Deū quærito: ſed intra Deum omnia, quæ poſt Deum: ipſum verò dimitte, quod enim extra eſt, ipſe Deus exiſtit.* En. 6 lib. 8. c. 18.

In eodem cap. paulò infra: *Sic itaque ſummum cogita Deum eſſe velut exemplar primum, intellectualis potētiæ circumcurrentis ipſius, tanquam imaginis: Deum inquam velut intellectum in vno vigentem, cuius vigor quaſi multis modis moueatur, atque per multa, & ita illic intellectus euadat: dum tamen Deus ſuper mentem extat, ex ſuaq. potentia generat intellectum.* Hæ ſunt Plotini, magni Platonis aſſeclæ deſcriptiones Dei, ſine alijs, quæ ad eius mentem poſſunt adduci, quas quidem paſſim quiſq; apud ipſum legere poteſt. ſ. quod Deus eſt tanquam indiuiduum immobile; cētrum vniuerſi à quo, & ad quod omnia pendent, tanquam à primo; quod Ficinus declarat; & alibi. Cit. cū eum. [illegible]

En 6. lib. 9. c. 8.

Quod Deus ſit virtutis principiū, exēplar, & ipſa virtus, &c. En. 1. lib. 2. c. 1.

Sed ad alios platonicos accedamus, quorum deſcriptiones adducendæ ſunt à nobis. Alcynous hac eſt vſus deſcriptione de Deo. *Deus eſt cauſa mentis omnibus præſtans, in mente ſemper, vt obiectum agens, totiusq; mentem cæli ducens æternus, ineffabilis, ſeipſo perfectus, nullius egens ſemperq; & vndiq; & abſolutè pfectus diuinitas, ratio eſſentiæ, veritas harmonia, & bonum.*

Alcyn. de doct. Plat. Deſcrip. Alcyn. Doct. Plat.

Proclus hac circumſcriptione Dei eſt vſus, non ex propria ſententia, ſed quatenus ipſe in delubro Mineruæ, ipsā inſcul- Proclus.

In Egip. Hiſtorijs.

ſculptã vidit, *Deus eſt, qui eſt, qui fuit, & qui futurus eſt, & velũ ſuum nemo vnquam reuelabit quem ipſe fructum peperit ſol eſt.*

Speuſippus in Plat. diff.

Speuſippus in Platon. diff. hanc Dei protulit, *& ipſe Deus eſt viuens immortalis, ex ſe ad beatitudinem ſatis eſſentia ſempiterna ipſius boni cauſa.*

Cæterorum Acad. Dei deſcrip.

Cæteri verò Academici nobiliſſimi, Deum circumſcribere non dubitarunt taliter: *Deus eſt ſupra ens, & principium entis, ſuper mentem, & caput eius ſupra intelligibile, & principium illius*; quæ deſcriptio eſt declaranda, ne videatur quibuſdam eſſe abſurda, manca, & imperfecta. Sciendum eſt primum Deum vocari à platonicis Vnum, Verum, & Bonum, & hunc Deum verecundia tacti (vt alias diximus) non audent dicere eſſe ens, ſed

Huius deſcrip declaratio.

ſupereminere, & excellere omnia entia; adducunt rões huius verecundiæ, nam ſicuti vnitas non eſt numerus, ſed principium numerorum, & ſicuti punctus, non eſt quantum, ſed principium omnis quanti, & ſicut lux non eſt calor, neque color, ſed principium caloris, & coloris, ſic ipſum bonum, & vnum non eſt ens, ſed principium omnium entium, & eorũ prima cauſa, & pater, & ſi nõ eſt ens, neque etiam eſt vita, ſed ſupereminens omni vitæ, & principium, & cauſa prima omnis vitæ, neque etiam eſt intellectus, ſed principiũ, & cauſa omnis intellect⁹.

Hinc; quando Deus ab Ariſt. appellatur ens, & à ſuis, hoc non eſt admitẽdum in via Platonica, ſed benè in via Peripathetica, & ẽt Chriſtiana (vt declarabimus in ſequenti libro annotationum) ex his cõcluditur ſuperiorem diff. non eſſe defectuoſam, ſed aptam, atque conuenientem.

Ex Tac. Maz in cõ. Dei deſcrip. Perip. hinc inde ex Ariſtot. illicita.

Peripathetici, & primo eorũ Anteſignanus Ariſt. videntur Deum appellare *Ens primum eſſentia æterna, forma potentiæ, materiæ, magnitudinis, partis, diuiſionis, paſſionis, alterationis expers, per ſe intelligibilis, primum mouens, immobilis, vitæ optima, & iucũdiſſima*; ſed hęc Dei deſcriptio in multis eſt defectuoſa, ſecundum platonicorum mentem, & ratio eorum eſt, quia Deus ad hæc ſe habet eminentiſſimè. Appellant etiam ipſum animal optimum, ſempiternum, & ipſummet æuũ, ſiue æternitatem animal, non quod ſit corpus, quia hoc reijcit 8. Phyſicorum, & 12. Metaphyſicorum, ſed vel per metaphoram, vel quatenus Deus vna cum cœlo, eiq́. aſſiſtentem, largientemq́. vitam pro ſecundo actu, quatenus ei dat motum.

Ariſt. 12. Metaph. tex. 38

Hæ ſunt veterum platonicorum Dei circumſcriptiones, quæ meo iudicio diuinam naturam melius declarant, quam cæteræ aliorum philoſophantium deſcriptiones.

Neoterici horum veſtigia ſequentes, nitũtur etiam Deum deſcribere, vt poſſunt, & præcipuè Marſilius Ficinus, inſignis huius tempeſtatis platonicus, & platonicæ Philoſophiæ præclariſſimus reſtitutor, ſeu melius illuſtrator.

In Compendio Theologiæ platonicæ interrogat. Quid ergo Deus eſt? Reſpondet illicò, *Certè quantum in mentis ipſius ſpeculo refulget ex eo, Deus eſt clariſſima, & certiſſima veritas, omnium fons verorum veriſſima quoq; claritas claritatum; Rurſus. Deus eſt bonitas infinita, quæ dum ſeipſa gaudet, bonis gaudet innumeris, &c.*

Cõ. Theol. c. 8. Dei deſcrip. Ficini.

Iſtæ ſunt Ethnicorum philoſophantium Dei circumſcriptiones (omiſſis innumeris alijs, quę poſſunt adduci, ſicut ab alijs adducuntur) ex hac maxima ſententiarum varietate, vnuſquiſque, quomodo difficillimè poteſt homo, etiam ſummo ingenij acumine pollens, hanc veritatem ſcire diſcat, & cum Plat. noſtro liberè dicat. *Patrem, & opificem mundi inuenire difficile eſt.*

In Timeo.

Si hoc non poſſumus, pro ſtatu iſto planiſſimè intelligere, & ſcire; ſcimus, & intelligimus hoc ſaltem, quod Deus eſt, contra fatuos Atheiſtas, ſcimus inſuper, quod Deus nõ eſt corpus, prout & Stoici, & Epicurei falsò putarunt.

Quod

Quod Deus non eſt Corpus, ſed ſimpliciſſimus actus.

QVod non ſit corpus, omnes philoſophantes, præter ſupra allegatos, vnanimiter conſentiũt, qđ apud ipſos in ſuis ſcriptis liquidò cõſtat.

Quod Deus non eſt corpus, ſed ſimpliciſs. act⁹. 3. de Rep.

Sed Platonici noſtri, & Plato primò pleniſſimè, planiſſimèq. & dicunt, & ꝓbant, cum ipſe ſimpliciſſimus ſit, ſimpliciſsimus quoq; à Platone multoties, & præcipuè in Republica appellatur. Vnde ſi ſimpliciſſimus eſt, ergo purus actus rectè dicitur ſupra omnem eſſentiam, & omnem formam, nam eſſentiæ illæ primæ, in eo non ſunt ſecundum formam, ſed potius ſecundum cauſam, vnde reſtat, quod ſit à primo ad vltimum ſimpliciſſimus, & omninò incorporeus, & immaterialis, quod ex hoc; Plotinus ſuus fideliſſimus probat, *Quia ipſe Deus ipſum vnum, nullam ſpeciem habet*, quod his verbis declarat. *Quidnam igitur eſt ipſum vnum? Quam naturam habet? Sed profectò nil mirum eſt, non eſſe id facilè dictu, quippe cum neq; ens, neq; ſpecies, exprimi facilè poteſt, nempè cognitio noſtra ſpeciebus innititur.*

En. 6. lib. 9. cap. 3. Verba Plot.

Ex his verbis patet, quod Deus, cum ſpecies non habeat, corporeus eſſe non valet, & per conſequens eius natura ſimpliciſſima remanet, adeò vt animus ad eum accedendo, ambiguitate laboret, vt ibi Ficinus animaduertit, cum ſpeciebus, ad cognoſcendum, & intelligendum indigeat, ille autem omninò ſpecie careat, tanquam pœnitus immaterialis.

Fici in arg. Phæd. 1. c. 2.

Alibi hoc idem confirmat M. Ficinus, vbi habet, quod Deus neq; menſuram habet, neq; ſpeciem, quod proprium eſt materialium corporum, cum ſuper ſpecies, atq; formas exiſtat, quæ quidem in eius mente ſimplices poſtea, ſicuti per participationem in materia exiſtunt, immò ipſe intellectus Dei filius, ſeu mens non dicitur habere ſpeciem, ab eſſentia diſtinctam, ſed ipſemet eſſe formarum omnium plenitudo; conſtat Deum non eſſe corpus, ſed eſſe ſimpliciſſimum, & puriſſimum actum, Qui quidem omnes perfectiones in ſe habet, nam ſi eſt bonum (vt iam multoties diximus) eſt quatenus bonum perfectiſſimum, etenim tale dicitur modo cauſæ, non modo formę, vnde omnia cauſata per illius participationem bona dicuntur, ſi bona ſunt, quatenus primam Bonitatem participant, & quod prima Bonitas ſit perfecta, prout eſt etiã omnia cauſata, & bona per participationem, & perfecta ſecundum primi boni perfectionem, dicũtur perfecta. Hinc ipſum in ſe omnes habere perfectiones concluditur.

Deus in ſe omnes perfect. habet.

Ratio.

Sed rectius, in Philębo habetur ſummum bonum eſſe vndequaq; perfectum, nam inter conditiones, quas ipſi attribuunt; hæc eſt prima, vt ſit ſummoperè tale, & ratio eſt, quia nihil ſibi deeſſe videtur; ſecunda conditio eſt, quod ſit ſufficiens, & ratio eſt, quia nihil deeſt illi, quod ipſũ adipiſcitur; tertia quod ſit expetendum, quia in illo, & ex illo eſt, quicquid appeti poteſt. Vnde, quia perfectum ſufficiens, & quia ſufficiens expetendum, & hæc omnia habentur in Philębo, vbi de ſummo bono agit Plato. Si igitur hoc ſummum bonum, quod non eſt abſolutè ſummum bonum, ſed conditionatum, dicitur ſumoperè perfectum, eo quia has tres poſſidet conditiones; multò magis bonum ipſum ſummum abſolutè, quod eſt vnum, illud, de quo in Parmenide agit Plato, dicitur eſſe perfectum, quinimò perfectiſſimum dici debet, cum ab hoc abſolutè Bono, illud cõditionatum emanare dicatur, quemadmodum (dicit Ficinus in argumento) lumen, quod ab ipſo luminis totius fonte dependet.

Qua alia ratione de ipſius dicatur pfectiones oẽs habere. Hoc eſt perfectum.

Ficin. in argum. in Philæbo.

Concl. quod ſummũ bonum abſolute ſit perfectiſs.

In eodẽ argumento in princ.

Hinc rectiſſimè in Phędone, & in Theeteto, dicitur à Platone, ſummum animæ bonum eſſe Dei ipſius ſimilitudinem; hoc eſt, ſummi Dei, quod eſt ſummum, & perfectiſſimum bonum, perfectionem animæ communicatam.

Ex his omnibus ſatis (ni fallor) vnicuiq; conſtare poteſt Deum, omnes per-

illo iniuſti puniuntur ad tempus (vt iam retulimus ſupra ad aures noſtri Philoſ.) ſicut iuſti inſigni præmio decorantur.

Hæc & multa alia verba, in lib. de legibus 10. refert ipſe Plato, quæ quidem de verbo ad verbum enarrare, non eſt noſtra ad præſens intentio, ne legentibus negotium faceſſere videamur; qui cupit ea legere, conſulat eundem Philoſophum, in locis præallegatis: eſt igitur non modò Deus, ſed cunctarum curam habet, & maximè noſtri.

Nec ipſe precibus vllis, orationibus, ſacrificijs, & muneribus impiorũ flectitur (vt alij falsò putarunt) concedentes ipſum, & eſſe, & humana curare, quia per vulgatum dictum omnium Philoſophantium, Deus præter iuſtum non flectitur, quod hic demonſtrare nõ eſt noſtra cogitatio, cum ad rem noſtram non faciat, nam ſolũmodò aperire intendimus, quod Deus eſt ſecundum mentem Plat. prout (niſi nos noſtra ſententia fellat) liquidò ægimus. Reſtat videre ſecũdum eiuſdem Philoſophi intentionem quid Deus ſit.

Quid ſit Deus.

Quid Deus ſit per Plat.

SIcuti naturam Dei, eius eſſentiam, & quidditatem noſſe difficillimum, exiſtimarũt ſanctiſſimi Eccleſiæ Patres, tùm Græci, tùm Latini, ità nullam veram dari poſſe diffinitionem, quę reuera eſſet diffinitio, habens requiſita ad diffinitionem, libera voce dixerunt, & ſcripſerunt. at ſi ijdem lumine fidei pleni, acumine intellectus prędiri, huic indagini vacantes ſedulò, quid eſſet, nequaquam dixerunt, vel dicere potuerũt, hoc ipſum dicere forſan homo hoc lumine deſtitutus, & exigua naturę face illuſtratus tẽtabit audacter? nequaquã; imò modeſtiſſimè in hęc verba prorumpere virũ pietate inſignem audimus, vel potius legimus in Timeo. *Opificem quidem & mundi Patrem inuenire difficile, & eum tam inueneris prædicare, eloqui vulgò impoſſibile eſt*; quę verba ab Hermete ter

In Timeo.

maximo deſumpta eſſe, nõ ignoramus, nam ſic apud ipſum leguntur; *Deum intelligere quidem difficile, eloqui autem impoſſibile*; & licet à quodam vetuſto, & inſigni Patre, ex Gręcis reprehenſione dignus, vt ambitioſus exiſtimetur, tanquã ex negatione hac velit ipſum Deũ noniſſe; non tamen ſic eſt reuera tenendum, nam quòd ipſe non benè interpretatus ſit hęc verba, oſtẽdit alia alterius Patris expoſitio, quę mitius eadem interpretari, & modeſtius declarare videtur; hęc ſuperuacaneum eſſet afferre, adueniamus ad verba Plat. exponẽda.

Gregor. Nazia. in orat. 2. de Theol.

Cyrill. contra Iulian.

Ita verba, ſecundũ Proculi mentem, exponere libet, dicit igitur Plato, *Patrem, ſeu opificẽ mundi inuen. difficile, & cum inueneris in vulgo eloqui impoſſibile eſt*, cur vocetur & Pater, & opifex, ſiue factor, *cauſa hæc eſt* (dicit Proc.) *quia formam mundo indidit, & quatenus Pater vnicas eſſentias & potentias in eo generauit, & quatenus etiã animam in ipſum infudit, & naturam*; proprium enim eſt Patris generare viuentia, nam viuunt omnia, vel per naturam, vel per animam. factor quidem dicitur ea ratione, quam Plato ipſe expoſuit in Carmide, in Sophiſta, & in Sympoſio: his omnib. in locis factorem vocat eum, qui de nõ ente, aliquod ens nouum produxit; itaq; rectè dictus eſt factor, quoniam mundum, qui antea non erat, de nouo produxit.

Proclus in Com. in Timeo.

Deus, quare Pater dicatur.

Deus, quare factor dicatur.

Hęc nomina factoris, & Patris, deſumpſit Plato noſter à Mercurio ter maximo, & ab Orpheo, atq; etiam à Zoroaſtro penes, quos ſæpè hęc leguntur, vt videbimus; ſequitur.

Difficile eſt inuenire. Super quę verba, idem Proclus triplicẽ eſſe inuentionem aſſerit, vna dicitur opinatiua; Secunda, ſcientifica; Tertia, intellectualis, ſiue vnionis; prima eſt ab effectibus ad cauſam; Secunda eſt à cauſa ad effectus; Tertia eſt his longè excellentior, & ex vtraq; poteſt conſtare.

Triplex eſt inuentio.

Prima inuentione, eſt difficile inuenire Patrem, & factorẽ, dicit Proc. nam

ſiā

ſi à poſteriori volumus eſſentiam eius, & potentias inuenire, prius oportet nos naturas omniũ rerum cognoſcere, quas quidem ipſe produxit, hoc eſt cognoſcere omnes conſpicuas mundi partes, & omnes occultas vires, quæ ſunt in eo, ſecundum quas συμπάθεια, & ἀντιπάθεια mundanarum partium exiſtit, cognoſcere ẽt oportet omnes rationes, quibus naturã ipſa vtitur ad res omnes procreandas, & naturas omnium animantiũ, plantarum, lapidum, metallorũ, & animas cunctas. Etenim, qui ſine harum cognitione nititur Patrem, & opificẽ inuenire in vanum videtur tempus conterrere, oportet (dicit iſte) animam noſtrã fieri velut mundum animaſticum, & omnia in ſe comprehendere, ſi eidem, & Patri, & opifici vult ſimilis euadere, & perfecta, nam ſine ſimilitudine, & perfectione non pôt illum attingere; eſt. n. dogma Plat. *Simile ſimili cognoſci, & impuro non poſſe purum tangi.*

In Theaeteto.

Diff. 2. inu. Secunda inuentione etiam, eſt difficile inuenire Patrem, & opificẽm mundi, & admodũ eum cognoſcere, hoc eſt ſciẽtificè, opus. n. eſt altiſſima, & ſynceriſſima contemplatione, quæ paucis quidem hominibus contingit, & non niſi in extrema ſenectute, quando iam anima purgata eſt affectibus omnibus corporeis, & aĩa ipſa eſt veluti à corpore ſegregata.

Diff. 3. inu. Tertia inuentione difficillimum apparet, poſſe quemq. eundem Patrẽ, & Opif. inuenire, quia anima, dum eſt in corpore hoc, dicitur eſſe imperfecta ad mentem Plat. & ſuorum, ſi eſt imperfecta, eſt ex conſequẽti impura, nam quod imperfectum eſt, impurum eſt, idcircò anima noſtra, dum eſt aliqua impuritate, & labe cõtaminata, non poteſt Patri, qui eſt puriſſimus, ſimilis fieri, at ſine ſimilitudine non pôteſt ad illum accedere (vt ſupra ẽt tetigimus) dum non accedit, non poteſt illi familiaris euadere, dũ familiaris non eſt, non poteſt cum eo vniri, & per conſequens non valet inuenire etiam hac tertia inuentione.

Hæc eſt tertia Patris inuentio, quam quidem non adipiſcimur, niſi cum iam perfectiſſima fuerit anima noſtra.

Nec obſtat, quod quotidie de Deo Patre loquamur, necnon de alijs Dijs, & ob id non videatur eſſe difficilis hæc inuentio, quia huic dubitationi ſic occurrit idẽ Proc. in eodem loco, loquimur quidem de Deo, ſed nõ loquimur eius eſſentiam, neq; ob id ſcimus quid ſit Deus, opinatiuè forſan poſſumus aliquid de ipſo dicere: hoc eſt à poſteriori, at ſcientificè, & intellectualiter nequaquam, & ſi hoc modo nõ poteſt Deus percipi, ergo impoſſibile eſt cum alijs ſermone manifeſtari. Vnde à primo ad vltimum, quid ſit Deus per Platonem, reuera ignoramus. Hinc ab illo Ἀνωμαλιν, ideſt quale eſſe poſſit, intelligi non poteſt. A Platon. Deus quid ſit non cognoſ.

Si igitur tantam difficultatẽ in eo inueniendo, & cognoſcendo protulit Plato, quod dicemus ad eius mentem; quid ſit Deus, eſt certè, hæc eſt maxima inter rerum difficultates, prout vno ore fatentur omnes Philoſophi, qui operoſis voluminibus in hũc inquirendo laborarũt hinc (vt iam tetigimus) neque nomen, neq; diffinitionẽ ei, ipſe Philoſophus in Parm. vult adaptari, & ratio eſt, quia In Parm. non eſt in genere, & quò ad quod quid eſt, haud cognoſci poteſt benè, vt quidã ex neotericis Philoſophus animaduertit, poteſt deſcribi, & deſcribitur, & ab antiquis, & ab alijs huius ſæculi philoſophantibus, ſed omnes eorum diffinitiones, ſiue potius deſcriptiones non ſunt per priora finita, & ſimpliciora, ꝑptereaquod non poſſunt dici diffinitiones diffinitiuè, ſed deſcriptiuè, & præſertim per quinq; poteſt Deus deſcribi, vel adumbrari, quæ quidẽ ſunt magnæ conſiderationis meo iudicio (vt optimè ſcribit Frãciſcus Piccolomineus, Præceptor noſter in Philoſophia Peripathetica.

Primò, per attributa quædam abſolutè conuenientia. De rer. diffinitionibus Deus ꝑ hæc quinq; deſcribi pôt.

Secundò, per negationem.

Tertiò, per Analogiam, & metapho-

tam ex Analogia deſumptam.

Quartò, per contradicentia ſine contradictione.

Quintò, per relationem ad opera, eiuſq; munera.

At videamus omnes, & ſingulas has deſcriptiones, à viris iſtis doctiſſimis allatas, & videamus, ſub quo iſtorum mẽbro vnaquęque poſita ſit antequam illam, quæ Platonis eſt afferamus, ac illas, quæ ex Academicis eius ſequacibus depromptæ paſſim leguntur.

Mercurius ter maximus, vir vtiq; admirãdus, ꝑ attributa abſolutiſſima, vult Deum ipſum poſſe deſcribi, ſed deſcriptiones, ex his attributis eliciſ melius explicabuntur, ſi quaſdam cõcluſiones, vel potius dogmata in mediũ adduxerimus,

7. dogm. ex quibus eliciuntur defin. attributales Dei.

hæc autem ſunt. Prima, Deus eſt ante omnia: ſecũda, Deus eſt omnia entia, & nõ entia: tertia, Deus in ſe habet omnia: quarta, Deus potuit oĩa facere: quinta, Deus omnia fecit, & facit: ſexta, Deus omnia conſeruat: ſeptima, Deus omnia ad ſe conuertit. His cõcluſionibus adhibitis ad mentem Hermetis, Deus deſcribitur per vndecim attributa ei cõuenientia, atq; eadem dogmata explicãtia. Prima deſcriptio attributalis eſt, *Deus eſt primus omnium:*

Prima deſcriptio per attributa.

ſtãte hoc, quod ſit ante omnia, nulli dubium eſt, quin omnium primum iure appelletur, cõprobatur autem auctoritate eiuſdem Mercurij in libello, Quod nihil pereat: ita .n. ſcribit. *Primus .n. omniũ reuera eſt ingenitus, & opifex vniuerſorum.*

Lib. quod nihil pereat

Rationẽ afferr dicti, quod primus dicitur abſolutè id, ante quod aliud non eſt, ante Deum nihil eſt, igitur eſt primus omnium.

Hoc probatur validiſſimo argumento ab ipſo; ſi ante Deum aliud eſt, vel potẽtius ipſo Deo eſt, vel par, vel debilius, ſed nihil horum eſt, igitur Deus primus eſt, quod nihil horum ſit, itidem probat ſic, non eſt aliquid eo potẽtius, quod ſupponitur, & poſtea probabitur, quod eſt potentiſſimus entium, non par, quia ſi pares ſunt, ambo erũt prima entia, at hoc non poteſt eſſe, quia in vnoquoq; genere vnũ maximum tantũmodò eſt, ſi inferius fuerit, iam non poteſt dici primum, præterea, qui primum dicit, ponit id ante ſecunda, & tertia, &c.

Secundum attributum, ſiue ſecunda deſcriptio attributalis eſt hæc: *Deus eſt prima cauſa*. quod etiam videtur affirmare Philoſophi omnes cuiuſcunq; ſectę, vt Ariſt. ipſe, qui Deum ſuum illũ primam cauſam appellat, & primum motorem, quod etiã Plato noſter latiſſimè probat, vt videbimus Deo fauente paulò infra, cum eius afferemus Dei deſcriptiones. 2. defin. attrib.

Tertia Dei deſcriptio, per tertium attributum Deo conueniens, eſt talis: *Deus eſt cauſa cauſarum*. Nam prima cauſa eſt vtiq; oĩum cauſarum, & cauſatorum cauſa, quod non abhorruit aſſerere ẽt Ariſt. 3. def. attri.

Quarta deſcriptio Dei attributalis ex Mercurio, eſt huiuſmodi: *Deus eſt cauſa, vt ſit mũdus*. hæc præclariſſima deſcriptio patet apud ipſum Triſmegiſtum, tũm in Pimãdro, tũm in Pupilla, tũm etiam docuit, vt apparet etiam ex quodã fragmẽnto in 1. Dicxotericorum ad filium, mũdum .ſ. fuiſſe productum, & à cauſa fuiſſe productũ; Quinimò in Catholico docet Deum eſſe non lucem, ſed cauſam lucis; non mentem, ſed cauſam mentis; nõ ſpiritum, ſed cauſam ipſius; non animã, ſed cauſam animæ, &c. igitur cum horũ omnium ſit cauſa, Deus erit vniuerſi cauſa, & ſic erit vera hæc deſcriptio ex hoc attributo deſumpta. 4. def. attri.

Quinta deſcriptio attributalis ex eodẽ hæc eſt: *Deus eſt principium omnium rerum*. qui dicit principiũ ex natura relationis, dicit etiam principiatum, nam neq; principium intelligi poteſt, niſi etiam intelligatur id, cuius eſt principiũ, ſunt autem omnia principia tamẽ pręter ipſum principiũ. Vnde ipſemet in Claue habet hæc verba: *Ex vno principio omnia veniũt*. quod etiam noſter Plato affirmat, prout ſuo loco videbimus; imò Ariſt. ipſe 1. de Phyſico auditu, neſcit negare, ſed animosè fatetur enumerans conditiones princi- 5. deſcript. attrib. Mer. 1. Phyſic.

pio-

ſiorum ante principiũ nihil eſſe, & poſt principium eſſe omnia, imò ex principio eſſe omnia, ideo ex hoc rectè concluditur, quod Deus eſt principium omnium rerum ad ſures Mercurij, ſic ipſum attributaliter deſcribentis.

6. deſc. attri. Dei. Sexta deſcriptio ex ſexto attributo deprompta, eſt ferè eadem, quæ ſupra.ſ. quod *Deus eſt principium omnium entium*, quæ deſcriptio liquidò apparet apud ipſum, in eadem Claue, & in libro, qui ſermo ſacer inſcribitur.

7. deſc. attri. Septima eſt talis: *Deus eſt fons omnium entium*: cum autem dicit fons, dicit duo; nempe ipſum eſſe primum, & originem omnium entium, nam ſicut à fonte originantur riuuli, & flumina, & omnes aquæ currentis, ita à Deo profluunt vniuerſa entia, & ſicut fons prior eſt ipſo flumine, ita Deus prior eſt omnib. entibus, tùm ſuperioribus, tùm inferioribus.

8. deſc. attri. Octaua deſcriptio attributalis eſt hæc: *Deus eſt conditor omnium rerum*, quæ eſt ferè eadem cum ſuperioribus, patet hæc apud ipſum in lib. qui Hymnodia dicitur, & clara eſt, nã ſcimus conditorẽ eſſe ante condita, atq; neceſſario ea præcedere.

9. deſc. attri. Nona deſcriptio cum ſuperiorib. concordans, eſt hæc: *Deus eſt opifex, & artifex omnium rerum.* & reperitur luculenter ſcripta ab ipſo in Pimandro, & Cratere, & alibi.

Decima eſt: *Deus eſt factor omniũ.* quæ cum ſuperioribus identificatur, non indiget declaratione, quinimò ex ſe patet concordare cũ Symbolo fidei noſtræ, vt latius in ſeq. libro annotationum videbitur, cum Plat. primò, deinde cæteros cum noſtratibus conferemus.

Vndecima eſt: *Deus eſt Pater omnium*: vocat Patrem (vt in eodem loco patebit) quoniam ipſe Merc. nouit etiam filium, docet hanc in Pimandro, in Catholico, in Cratere, & ſæpè alibi.

Hæ ſunt Dei deſcriptiones ex Merc. quæ per vndecim attributa poſſunt dari, multę etiam aliæ poſſunt adhiberi ſecundum aliorum ſententiam.ſ. quod Deus ſit ens, bonus, pulcher, iuſtus, ſapiens, omnipotens, actus primus, mens prima, ex ſe perfectus, & ſatis, eſſentia ſimpliciſſima, ipſum neceſſe eſſe, ipſum vbique, ipſum vnum, id quod ſolum ex ſe eſt, ſuiq; gratia ſolum eſt, & ſic de ſingulis, quæ omnia fuſius enarrare non oportet.

Quom. de Deus per negat. Per negationem deſcribitur à quibuſdam Deus taliter.ſ. *Deus non eſt corpus, ſed ſupra omnia corpora.* hæc deſcriptio eſt contra Stoicos, qui quidem ponebant ineptè Deũ eſſe corpus, vt aſſerit Laertius, Diogenes. *Deus non eſt elementum, ſed ſupra cuncta elementa.* hæc eſt verum, quia cum ſit cauſa omnium, etiam eorundem elementorum eſt cauſa. *Deus non eſt cœlum, ſed ſupra omne cœlum.* hæc eſt contra Xenocratẽ, qui putabat Deum eſſe cęlum, imò tot Deos reperiri, quot cœli ſunt. *Deus non eſt mundus, ſed cauſa mundi.* hæc eſt vera, quia non eſt hic mundus materialis, licet Archetypus dici poſſit, quatenus mẽs ab ipſo genita ſic appellatur, & mundus intelligibilis idearum plenus, vt infra videbimus. *Deus non eſt anima, ſed cauſa animæ.* Hæc videtur aduerſari Pythagoræ, quo ad primam partem, qui aſſerebat Deum eſſe animam per naturas reſtringentem, & commeantem: hę ſunt Dei deſcriptiones per negationem, quæ etiam per amotionem dicuntur, amouendo ſemper ab ipſo omne id, quod eſt, ad hoc, vt ſimpliciſſimus actus omninò immixtus, & perfectiſſimus remaneat.

Deus, quomodo metaph. & analog. deſcrib. Per analogiam etiam, & metaphoram ſic deſcribitur Deus.ſ. quod ſit *ſphera intellectualis, cuius centrum eſt vbiq; circumferentia nuſquam*, & hæc eſt deſcriptio Mercurij ter maximi; quod ſit eadem ſphera, cuius circuli ſunt, mens, anima, & natura; quod ſit centrum, à quo, & ad quod perinde, ac lineę, ducuntur, & diriguntur omnia. Quod ſit fons bonitatis, pulchritudinis, &c. quod ſit inuiſibilis ſol, lux vera, & prima lux; quod ſit Pater omnium, & Paſtor optimus, via recta, paterfamilias, vita omnium, pelagus immenſus in ſe, fluens mundus eminentiſſimus, incor-

poreus, originalis, intelligibilis, Idealis, & ſimpliciſſimus, &c.

Hæ ſunt deſcriptiones per analogiã, & metaphoram diuerſæ, à diuerſis Philoſophantibus traditæ de Deo.

Dei deſcrip. per contradicentia ſine contradict. datæ. Hic eſt Fráciſc. Piccol. præcept. cõmendãs.

Sequuntur eiuſdẽ Dei deſcriptiones, quæ per contradicẽtia ſine contradictione dantur ab alijs, animaduertendo tamen, dicit Philoſophus quidam inſignis huius tempeſtatis, quod cum Deus præſtet conditionibus cunctorum ea, quæ in alijs inferioribus cõtradictionem includunt, in ipſo eminenter pro ſola cõmuni perfectione ſeorſum ab oppoſitione ſeruantur hinc ſupra contradicentia, Deum eſſe fatentur Peripatheticorũ quamplurimi, Auerrois ſectatores, de mente præceptoris.

Diſp. 10. in ſol. 5. dub.

Vnde hanc viam ſequentes in Deum deſcribendo, dicimus. Deus eſt illud, qđ cum ſit primum, eſt poſtremum; cum ſit maximum, eſt minimum; cum ſit vbique, eſt nullibi; cum ſit ſemper, eſt nuſquam; cum ſit omnia, eſt nihil; cũ ſit terminus, eſt infinitũ; cum ſit expers molis, implet omnia. Vnde ſine vlla dimenſione dicitur latiſſimus, longiſſimus, & profundiſſimus. Videtur ab omnibus, & à nullo; eſt primò, & poſtremò cognitus, eſt omnia ſine numero, vbiq; ſine loco, immenſus ſine extenſione, omnipotens ſine potentia, cum non ſit ens, ſolus eſt ens, &c.

Dei deſcrip. per relat. ad opera ipſius ſic.

Deſcribitur tandem Deus per relationem, ad cuius munera, & opera ſic: Deus eſt origo boni, cum ipſe ſit bonus per eſſentiam: origo veri, cum ipſe ſit veritas: origo pulchri, cum ipſe ſit pulchritudo, ſiue cum ſit ipſum bonum, ipſum verum, ipſum pulchrum, ſupra quod aliud non reperitur, vnde omnia per ipſum talia dicuntur; eſt cauſa tandem, quod omnia ſint, & nõ modò quod ſint, ſed quod benè ſint, quod ſeruentur, & quod operentur, etenim Deus conditionẽ cauſæ adeò ſibi ſeruat, vt ſemper dicatur omniũ cauſa, ſolus cauſa prima. ſ. & immediata, nã cætera ſunt benè cauſę aliquando, ſed effectus etiam reſpectu diuerſorũ dici poſſunt, ſolus autem Deus eſt cauſa, & non eſt effectus, eſt inquam omnium cauſa, & ſolum cauſa, & ſemper cauſa, cætera nequaquam.

Tandem Deus eſt principium, & finis omnium: eſt mundi opifex, eſt mundi vita, &c. Hæc ſunt Dei deſcriptiones, quæ poſſunt dari per attributa, per negationem, per metaphoram, per contradicentia, & per relationem ad opera.

Alij philoſophãtes, prout viribus naturalibus potuerunt, tentarunt Dei alias tradere diffinitiones, quæ reuera deliramenta potius videntur, quam aliud, vnde multæ ex varijs colliguntur ab Auguſtino, Euſebio, & Laertio, ad hoc, vt melius rei difficultas intelligatur. Tot enim Sapientum capita, totq. ſentẽtiæ ab eiſdem prolatæ videntur, quæ omninò rei maximam difficultatem clarè oſtendere apparet.

D. Auguſt. Euſ. Diog. Laert.

Iſtorum deliramẽta paululum adducamus, vt & eorum inſcitiam videamus. Thales Mileſius, inter Græciæ ſapiẽtes primus, Ionicæ Philoſophiæ princeps, aquam finxit rerum omnium initium: Deum verò illam mentem, quæ ex aqua cuncta effecerat. quid autem eſſet iſta mens, quoad ſuum, quòd quid eſt, minimè expreſſit Anaximander natiuos Deos aiebat longis interuallis, orientis, occidentisq., & innumerabiles mundos ponebat. Anaximenes, aerem Deum ſtatuebat, eumque immenſum, & infinitum, gigni; Anaxagoras mentem infinitam Deum aiebat eſſe, quæ indigeſtam molem .ſ. chaum in ordinem redigiſſet, ſed quæ eſſet iſta mens haud enarrauerit; Xenophanes cum mente omnia dixit eſſe Deum. Parmenides commentitium ad inſtar coronæ, quod στεφάνην appellat, dixit Deum eſſe. Prothagoras, quid ſit Deus, ſe ſcire omninò negabat Epicurus Deo impingebat formam hominis. Strato vim diuinam in natura carentem omni ſenſu, & figura, appellabat Deum. Zeno legem naturalẽ. Ariſt. formam Dei, intelligi non poſſe animo

Thal.

Anaximan.

Anaximen.

Parm.

Prothag.

Epicur.

Strat.

Zen.

ſe ſa-

Clea. ſe fatetur Cleantes modò mundũ, modò mentem Deũ eſſe dixit, hęc ſunt commentitia puerilia, quæ quidem finxere veteres de Deo, vt innumeros alios præteream, quorum opiniones recenſere ſuperuacaneum eſſet, qui eas legere cupit ſupracitatos autores præ manibus habere curet.

Ex his tam varijs diuerſorum Philoſophantium ſententijs reuera Dei naturam adeò hominibus occultam, ac latentem eſſe conijcere poſſumus, vt nemo ingenioſus poſſit quamuis ſedula ſpeculatione ipſum, prout eſt intelligere, & per conſequẽs veritatem eiuſdem vulgò eloqui, atq; enarrare. Vnde cum Plat. debemus in hanc ſentẽtiam conuenire .ſ. Deũ inuenire, vel melius Patrem, & opificem difficile eſſe, & inuẽtum in vulgò eloqui impoſſibile, vel vt alio in loco cum Hermog. diſputans, dicit: *Nihil nos de Dijs cognoſcere, neq; eiſdẽ nominibus imponere poſſe.*

Quid igitur dicemus eſſe Deum ad aures Platonis? nõne potuit ipſum deſcribere ſaltem, prout alij fecere? certè Plato perſpicuus perſpicuè de Deo loquitur, & quando eius inuentionem, & enarrationem perdifficilem cenſuit, non ſolum hoc propter rei naturam fatlus eſt (meo iudicio) ſed etiam, quia de re maxima humiliter, non audacter eloqui hoĩes decet.

Deſcribitur Deus igitur à Plat. prout intelligi poteſt, & eius deſcriptiones sũt ferè eædem cum Mercurij ter maximi, & aliorum virorum doctiſſimorum veteris ſapientię deſcriptionibus; Plat. ergò prius (Dei deſcrip. Plat. & ſuorum.) adducere quaſdã duximus, deinde alias interpretum eius, quas quidem ſcitu digniſſimas exiſtimamus.

(Prima deſcriptio. 2. de Rep.) In 2. de Rep. ſiue de iuſto à Plat. deſcribitur Deus, qualis eſt, prout ipſemet ibi fatetur, & dicit: *Deus eſt bonorũ omnium ſolus cauſa, cum ipſe ſit Bonus, & nõ omnium verũ; vt bonus cauſa eſt, ſed earum, quæ benè ſe habent.*

Hęc deſcriptio colligitur ex ijs verbis, quæ in diſputatione Socratis Adimãtis, & aliorum verſatur, & ſunt verba hæc: *Talis quidem, qualis ipſe Deus eſt, ſemper deſcribendus eſt ſiue carminibus, ſiue cantibus, ſiue tragœdia, ita decet. nonnè bonus & ipſe Deus eſt? & ita dicendum procul dubio. atqui nullum bonum noxium eſt? nullumq́ (vt arbitror) quod innoxium eſt; nunquid nocet? nequaquam; quod non nocet, nunquid malum facit? neq; iſtud quidem; quod autem nihil facit, nullius mali eſt cauſa? nullius: item nonne conducibile bonum eſt? prorſusq́: ergo benè, feliciterq́ agẽdi cauſa eſt? eſt; non igitur omnium cauſa, bonum eſt, ſed eorum, quæ ſe habent benè, cauſa verò eorum, quæ malè, nequaquã ſiue eſt omninò, non igitur Deus, cum bonus ſit, omnium cauſa eſt (vt multi dicunt) ſed paucorum quidem hominibus in cauſa eſt, multorũ verò extra cauſam, multò .n. pauciora nobis ſunt bona, quàm mala, & bonorũ quidem ſolus Deus cauſa eſt dicendus.*

Ex hac verborũ ſerie elicitur Dei deſcriptio Platonica .ſ. quod *Deus eſt bonorum omnium ſolus cauſa, cum ipſe ſit bonus, & non omnium cauſa .ſ. malorum, ſed eorum, quæ benè ſe habent.*

Quod Deus ſit cauſa omnium bonorum, non eſt cur dubitari poſſit, cum ipſe ſit fons omnis bonitatis, & ſolus per eſſentiam dicatur bonus, malorũ verò non dicitur reuera cauſa, & ratio eſt, quia malum non eſt à Deo; quomodo hoc ſit verum, ſuo loco, Deo ipſo fauente, videbimus, & longa diſputatione probabimus; hæc eſt prima Dei deſcriptio Platonica. (Malum vt malum non eſt à Deo, quom. ſit bonorum.)

Secunda eſt ferè eadem, ſed nõ eſt in eodem loco: In Epinomide talem videtur nobis tradere Dei deſcriptionem .ſ. *Deus eſt bonorum omniũ auctor.* ſi eſt bonorum omnium auctor, prout reuera eſt, eſt etiam prudentiæ, quæ eſt maximum bonum, prout ibi vult concludere; ibi hęc verba leguntur inter Clinin. Athen. & hoſpitem Megillum. *Quem verò Deum prætem vobis dicam, etiam ſi abſurdus videbor, & rurſus modo alio non abſurdus: Nam ipſum .ſ. Deum bonorum auctorem, cur non eſt maximi boni? prudẽtiæ dico cauſam arbitramur?* Ecce quomodò vt bonus per eſſentiã eſt Deus ipſum auctorem omniũ bonorum (Dei ſec. deſcript. ſap. Plat. In Epinom.)

per

per participationem, quæ bona dicuntur iure appellat, appellatur bonus Deus in Timeo his verbis. *Dicamus igitur, quam ob cauſam ille rerum auctor generationem, & hoc vniuerſum conſtituit; Bonus erat, bonum autem nulla vnquam de re, inuidia tangitur, ergo cum liuor ab eo alieniſſimus eſſet, omnia ſibi quantum fieri poterant ſimilima fieri voluit.*

In Timeo.

Dei deſcrip. ex verb. in Timeo.

Ex his Plat. verbis, liquidò apparet, ipſum Deum bonum appellare; vnde ex iiſdem, poteſt duplex Dei deſcriptio elici. ſ. *Deus eſt bonum illud, quod nulla vnquam quapiam de re inuidia tangitur*; & ſic Deus eſt bonū illud, à quo liuor ē alieniſſim⁹.

In eodem lib. ad mundi originem cōcludendā, ad aures proprias volens probare, quod ipſe principium habuit, multas ſuppoſitiones, axiomata multa, & duas adhibet diffinitiones, inquirendo quid eſt, quod eſt ſemper carens generatione: *Quid eſt quod nunquam eſt, ſed ſemper fit*, reſpondent quidam interpretes, quod illud, quod ſemper eſt generatione carens, eſt omne illud, quod eſt ſupra animam; ſupra animam nihil aliud eſt, niſi mens, opifex, mundus intelligibilis; & Deus primus verus, & bon⁹ igitur Deus, Pater mundi intelligibilis, & mentis opificis poteſt ſic deſcribi. ſ. *Deus*, cū ſit omne id, quod eſt ſupra animam, & ſupra cęlum, illud, quod eſt ſupra animam, eſt quod intellectu cum ratione percipitur, *eſt ens illud, quod intellectu cum ratione percipitur*, at iſtud ens eſt Deus, igitur Deus poteſt tali modo deſcribi.

Omnia in 4. grad. diſtinguuntur.

Et quanquam veteres quidam Platonici. ſ. Seuerus, Albinus, & Dercilides, omnia in quatuor diſtinxere gradus. ſ. rerum diuinarum, animaſtiarum ſenſibilium, & Materiei, & ſolummodò illā diffinitio volūt, quod intelligatur de rebus diuinis, ſub quibus non tantum includitur Deus, primus, vnus, verus, & bonus, ſed etiam mundus intelligibilis, & mens, opifex, tamen primo, & principaliter intelligitur de Deo ſummo, deinde de illis, tanquam de eius prole, quæ haud corruptioni obnoxia ſunt. ſecunda verò diffinitio volunt, quod conueniat rebus animaſticis, & earum inferioribus, quæ ſunt ſenſibilia, & Materiei.

Ex hoc igitur habemus (vt diximus) hanc Dei deſcriptionem. ſ. quod *Deus* (cum ſit generatione carens) *eſt illud ens, quod intellectione cum ratione percipitur.*

Et ſicut ex his verbis Plat. in Timeo elicitur ſupra deſcriptio, ita etiam ex alijs plurib. locis ab eodem expreſſis, poſſunt aliæ elici deſcriptiones, & præcipuè ex pręclariſſimis illis, quę in epiſt. 2. ad Dionyſium leguntur. habet .n. ibi hæc verba noſter Philoſophus: *Dicendum autem tibi per enigmata, & reddit cauſam. Vt ſi quid tabella, aut terra, aut mari patiatur, qui legerit non cognoſcat; ſic .n. habet circa omniū Regem omnia ſunt, & illius gratia omnia, & ille cauſa omnium Pulchrorum*, vnde ex extremis illis verbis talis elicietur deſcriptio. ſ. *Deus eſt cauſa omnium Pulchrorum*, hoc eſt rerum omnium pulchritudine participantium.

Verba Plat. in epiſt. ad Dion.

Ex ijs elicitur deſcript. Dei deſcrip. alia.

Quod aūt Deus dicatur eſſe pulchrum ipſum, ſic patet, nam ſi eſt omnium Princeps, prout reuera eſt, ipſum vnum, quod patet in Parmenide, in Sophiſta, & in 6. de Rep. & nos demonſtrabimus infra, eſt etiam ipſum Bonum, & ipſum Pulchrum, nam hęc tria ſe habent (vt dicunt Platonici) cū ipſo Deo, vt ſint de ratione Dei, imò ſint ipſemet Deus.

Pulchrum, quo ad noſtrum modū intelligendi, ſub bono dicitur collocari, quoniam nil aliud eſt, niſi ſplēdor boni, & veluti actus quidam ex bono refulgēs, qui actus in Deo primo, in mente ſecundo, & in alijs rerū gradibus tertio reperitur. Eſt in Deo primo cauſatiuè, quia eſt idem cum eo res & cauſa aliorum, eſt in mente Dei formaliter, hoc eſt per formas à Deo pendentes, quatenus in æterna idearum ſerie ſplēdet actus purus, per quem ideę omnes & Boniformes & Pulchriformes nuncupantur, eſt tandem in rebus alijs per participationem, vt alibi, ſit obiter tetigimus.

Hinc

In ſympo. oratione 2. c. 1. & alijs plu. in locis.

Hinc etiam (teſte Ficino noſtro) in Sympoſio, hic Rex, omnium ſæpè vocatur bonum, pulchrum, & iuſtum; bonum (inquam) vbi creat: pulchrum, vbi allicit, vbi promerito perficit; cuiuſque iuſtum; adeout non ſolum poſſimus deſcribere Deum, quod eſt bonũ bonorum omnium cauſa, pulchrũ pulchrorum oĩum cauſa, ſed etiam iuſtum iuſtorum oĩum cauſa, vnde quot attributa poſſunt dari Deo, & dantur à Platone, tot deſcriptiones poſſunt optimè elici.

Hæ ſunt deſcriptiones, quæ per attributa abſoluta dantur Deo; ſecundum Philoſophi noſtri Plat. mentem.

Per analogiã, ſiue per Metaphoram, ex analogia deſumptam, itidem ex Plat. doctrina, poſſunt aliæ Dei elici diffinitiones, vt eſt, quod ſit paſtor hominum; quã ex Homero deſumpſit metaphoram (vt ſupra diximus) quam quidem in lib. de legibus cõfirmat tali exemplo: *Quemadmodum beſtiæ multæ ab vno, niſi ſub humano paſtore rectè duci non poſſunt, ita neque homines multi feliciter ab vno quodam Rege, niſi & vnus regatur à Deo, tanquam à paſtore.*

In M. Fic. ar.

Nam regendi facultas non aliundè, quam à Deo habetur, vt ipſemet atteſtari videtur in Theage, & Menone, & alibi. Deus igitur ſic deſcribitur à Platone noſtro. Nunc ad platonicos.

Dei deſc. Platonic.

Platonici inſigniores, eiuſdem doctrinę fidiſsimi aſſeclæ, ipſum deſcribũt, non recedentes à Præceptoris dogmatibus, & in primis Plotinus, qui inter platonicos omnes, niſi ætate primus, tamen doctrina præcipuus iure exiſtimatur, ſit ipſum Deum deſcribere videtur per totum vnum caput.

Plot. En. 6. li. 8. c. 11.

Dei diffin. Plot.

Deus eſt principium, ſpecie vacans, non ita quidem, vt redigat forma, ſed potius à quo omnis forma intellectualis exoritur: & ſubdit paulò infra; *Hoc igitur nullum entium eſt; & entia cuncta nullum, quoniam poſteriora hæc entia ſunt: cuncta verò, quoniam ex ipſo naſcuntur*; ſubdit; *Infinitum ſine magnitudine, & abſq; immenſa magnitudine. Hoc* (ſequitur) *per omnia ſecula, & vbique per vniuerſum regnat, cum ſit infinitus* (ſequitur etiam) *Amorem circa ipſum eſſe infinitum, ac vniuerſæ pulchritudinis poteſtatem eſſe, & florem ipſum pulchrum efficientem, pulchritudinem dici.*

Hæc Plotini Dei deſcriptio (licet ſatis longa) per totũ illud cap. legatur tamen, ſi benè, & attentè cõſideretur, in ſe multa Deo cõuenietia attributa cõtinet, & ideò, vt deſcriptio præclariſſima videatur, reiq. deſcriptæ adeò accõmodata, vt nihil amplius in ea deſiderari poſſit.

En. 6 lib. 8. c. 18.

Alibi hic Philoſophus tali modo Deũ deſcribere videtur interrogãti quid eſt Deus? forſan reſpõdendo; *Tu ergo quæris nihil extra Deũ quærito: ſed intra Deum omnia, quæ poſt Deum: ipſum verò dimitte, quod enim extra eſt; ipſe Deus exiſtit.*

Cit cũ eum tenui.

In eodem cap. paulò infra: *Sic itaque ſummum cogita Deum eſſe velut exemplar primum, intellectualis potẽtiæ circumcurrentis ipſius, tanquam imaginis: Deum inquam velut intellectum in vno vigentem, cuius vigor quaſi multis modis moueatur; atque per multa, & ita illic intellectus euadat; dum tamen Deus ſuper mentem extat; ex ſuaq. potentia generat intellectum.* Hæ ſunt Plotini, magni Platonis aſſeclæ deſcriptiones Dei, ſine alijs, quæ ad eius mentem poſſunt adduci, quas quidem paſſim quilqs apud ipſum legere poteſt. ſ. quod Deus eſt tanquam indiuiduum immobile; cẽtrum vniuerſi à quo, & ad quod omnia pendent, tanquam à primo, quod Ficinus declarat; & alibi.

En. 6. lib. 9. c. 8.

Quod Deus ſit virtutis principiũ, exẽplar, & ipſa virtus, &c.

En. 1. lib. 2. c. 1.

Sed ad alios platonicos accedamus, quorum deſcriptiones adducendæ ſunt à nobis. Alcynous hac eſt vſus deſcriptione de Deo. *Deus eſt cauſa mentis omnibus præſtans, in mente ſemper, vt obiectum agens, totiusq́. mentem cæli ducens æternus, ineffabilis, ſeipſo perfectus, nullius egens ſẽperq́. & vndiq́. & abſolutè pfectus diuinitas, ratio eſſentia, veritas harmonia, & bonum.*

Alcyn. de doct. Plat.

Deſcrip. Alcyn.

Doct. Plat.

Proclus.

Proclus hac circumſcriptione Dei eſt vſus, non ex propria ſententia, ſed quatenus ipſe in delubro Mineruæ, ipsã inſcul-

Quod Deus non eſt corpus, ſed ſimpliciſſimus actus.

QVod non ſit corpus, omnes philoſophantes, præter ſupra allegatos, vnanimiter conſentiũt, qđ apud ipſos in ſuis ſcriptis liquidò cõſtat.

Quod Deus non eſt corpus, ſed ſimpliciſs. act°. 1. de Rep. Sed Platonici noſtri, & Plato primò pleniſſimè, planiſſimèq́. & dicunt, & probanr, cum ipſe ſimpliciſſimus ſit, ſimpliciſsimus quoq; à Platone multoties, & præcipuè in Republica appellatur. Vnde ſi ſimpliciſſimus eſt, ergo purus actus rectè dicitur ſupra omnem eſſentiam, & omnem formam, nam eſſentiæ illæ primæ, in eo non ſunt ſecundum formam, ſed potius ſecundum cauſam, vnde reſtat, quod ſit à primo ad vltimum ſimpliciſſimus, & omninò incorporeus, & immaterialis, quod ex hoc; Plotinus ſuus fideliſſimus probat, *Quia ipſe Deus ipſum vnum, nullam ſpeciem habet*, quod his verbis declarat. *Quidnam igitur eſt ipſum vnum? Quam naturam habet? Sed profectò nil mirum eſt, non eſſe id facilè dictu, quippe cum neq; ens, neq; ſpecies, exprimi facilè poteſt, nempè cognitio noſtra ſpeciebus innititur.* *En 6. lib 9. cap 1. Verba Plot.*

Ex his verbis patet, quod Deus, cum ſpecies non habeat, corporeus eſſe non valet, & per conſequens eius natura ſimpliciſſima remanet, adeò vt animus ad eum accedendo, ambiguitate laborer, vt ibi Ficinus animaduertit, cum ſpeciebus, ad cognoſcendum, & intelligendum indigeat, ille autem omninò ſpecie careat, tanquam pœnitus immaterialis.

xi in arg. ncad 1. c. 2 Alibi hoc idem confirmat M. Ficinus, vbi habet, quod Deus neq; menſuram habet, neq; ſpeciem, quod proprium eſt materialium corporum, cum ſuper ſpecies, atq; formas exiſtat, quæ quidem in eius mente ſimplices poſtea, ſicuti per participationem in materia exiſtunt, immò ipſe intellectus Dei filius, ſeu mens non dicitur habere ſpeciem, ab eſſentia diſtinctam, ſed ipſemet eſſe formarum omnium plenitudo; conſtat Deum non eſſe corpus, ſed eſſe ſimpliciſſimum, & puriſſimum actum, Qui quidem omnes perfectiones in ſe habet, nam ſi eſt bonum (vt iam multoties diximus) eſt quatenus bonum perfectiſſimum, etenim tale dicitur modo cauſæ, non modo formę, vnde omnia cauſata per illius participationem bona dicuntur, ſi bona ſunt, quatenus primam Bonitatem participant, & quod prima Bonitas ſit perfecta, prout eſt etiã omnia cauſata, & bona per participationem, & perfecta ſecundum primi boni perfectionem, dicũtur perfecta. Hinc ipſum in ſe omnes habere perfectiones concluditur. *Deus in ſe omnes perfect. habet.* *Ratio.*

Sed rectius, in Philębo habetur ſummum bonum eſſe vndequaq; perfectum, nam inter conditiones, quas ipſi attribuunt; hæc eſt prima, vt ſit ſummopere tale, & ratio eſt, quia nihil ſibi deeſſe videtur; ſecunda conditio eſt, quod ſit ſufficiens, & ratio eſt, quia nihil deeſt illi, quod ipſũ adipiſcitur; tertia quod ſit expetendum, quia in illo, & ex illo eſt, quicquid appeti poteſt. Vnde, quia perfectum ſufficiens, & quia ſufficiens expetendum, & hæc omnia habentur in Philębo, vbi de ſummo bono agit Plato. Si igitur hoc ſummum bonum, quod non eſt abſolutè ſummum bonum, ſed conditionatum, dicitur ſumopere perfectum, eo quia has tres poſſidet conditiones; multò magis bonum ipſum ſummum abſolutè, quod eſt vnum, illud, de quo in Parmenide agit Plato, dicitur eſſe perfectum, quinimò perfectiſſimum dici debet, cum ab hoc abſolutè Bono, illud cõditionatum emanare dicatur, quemadmodum (dicit Ficinus in argumento) lumen, quod ab ipſo luminis totius fonte dependet. *Qua ratione de ipſius dicatur pfectiones oẽs habere. Hoc eſt perfectum.* *Ficin in argumẽto Philebo.* *Concl. quod ſummũ bonum abſolute ſit perfectiſs.* *In eodẽ argumento in princ.*

Hinc rectiſſimè in Phędone, & in Theeteto, dicitur à Platone, ſummum animæ bonum eſſe Dei ipſius ſimilitudinem; hoc eſt, ſummi Dei, quod eſt ſummum, & perfectiſſimum bonum, perfectionem animæ communicatam.

Ex his omnibus ſatis (ni fallor) vnicuiq; conſtare poteſt Deum, omnes per-

fectiones in ſe habere.

Ex hoc etiam, omnes perfectiones habere, per Platonicos dicitur, quia ipſi Deo attribuitur ratio, & conſilium, per modum ſemper cauſæ intelligatur, nam per hanc (dicunt) veluti vmbram, eminentiam dependentiæ rerum ab eo aliqua ex parte manifeſtamus.

Eidem attribuitur vis, & potentia, immo omnipotentia, per quam omnia poteſt, & hac ratione omnipotens, & immenſus iure dicitur, & ſine vlla contradictione infinitus, ex qua infinitate principium, & finis omnium rerum pari ratione appellatur.

Deus eſt infinitus, quia eſt vbique.

Deus eſt vbique. SI eſt omnipotens, immenſus, & infinitus, prout hæ rationes manifeſtare dicuntur, nullum replet locum, vnde vbiq; dicitur reuera eſſe, quod vbiq; ſit, Enead. 6. l. 5. c. 1. clarè manifeſtat Plotinus ſic: *Vnum quiddam, idemq; numero eſſe ſimul vbiq; totum, communis indicat mentis humanæ conceptio, quando omnes naturali quodam inſtinctu, clamant in vnoquoq; noſtrum eſſe Deum, adeò vt vnus in omnibus idemq; ſit Deus.*

Enead. 6. l. 7. c. 32. Alibi affirmat Deum per omnia ſecula, & vbiq; regnare, & ipſum eſſe immenſum his alijs verbis. Verba Plot. *Præterea, quod dici ſolet per omnia ſecula, per vniuerſumq; vbiq; regnare Deum, neq; ſignificat in eo menſuram, neq; vaſtam rurſus immenſitatem: alioquin quonam pacto reliqua metiretur?*

Ex hac aſſertione dicitur, quod Deus non modò vbiq; ſit, cum vbiq; regnare dicatur, ſed quod ſit æternus, immenſus, infinitus, & immortalis, &c.

Enead. 6. l. 8. c. 15. Alibi fatetur vbiq; Deum eſſe, & nuſquam, his alijs verbis, *quoniam vero fatemur, probabileq; videtur Deum, & vbiq; eſſe & nuſquam, ſi eſt vbiq; eſt etiam alicubi multo magis:* ſed hæc contradictio eſt ſano modo intelligenda, nam ſi intelligitur, quod Deus ſit alicubi, vt corpora, vel formæ corporum, abſurdum eſt, quia Deus hoc modo non circumſcribitur loco, ſi pari ratione intelligitur. Quod Deus ſit alicubi, vt animæ, vel mentes participatæ, pariter eſt falſum, quia his modis nuſquam eſſe dicitur, ſi verò conſideretur, quod ſit alicubi, quia eſt vbiq; vt omnia contineat, & à nullo contineatur, ſic Deus dicitur eſſe vbiq;, alicubi, & nuſquam, eſt igitur vbiq; ergo alicubi, & nullibi, reſpectu diuerſorum, dicitur etiam Deus nō etiam vbiq;, hoc eſt, non eſſe proprium vbiq;, ſed potius ipſum hoc illud eſſe, quod ab omnibus ſolet appellari vbique.

Vbiq; autem dicitur eſſe Deus per præſentiam à Platonicis, vt eſt omnia cognoſcens, per potentiam, vt eſt omnia ſeruans; per eſſentiam, vt res nil aliud ſunt, niſi eius vmbra, & imitatio.

Sed quomodo intelligitur, penes omnes ſapientes, quod Deus eſt in cęlis? intelligitur, vt ab omnibus, omni ex parte ſolutus eſt, hinc cœlum dicitur nobiliſſima Dei ſedes, non modò in cœlo dicitur eſſe, ſed ſuper cœlum ipſum, hinc ſummis laudibus ſuper cœleſtem locum proſequitur Plato in Phędro, & alibi.

Deus igitur eſt vbiq;, & vera remanet ſententia Platonis noſtri. ſ. quod nullo loco circumſcribitur Deus, & hæc eſt ratio potiſſima, quia vbiq; eſt, eo modo, quo diximus, licet nullibi alio ſenſu intelligatur non eſſe item ſupra. Concluſio. In Parmen.

Deus eſt vnus.

SEd iſte Deus eſt ne vnus, vel plures ſunt Dij? cum à Plat. ſæpè ſæpius mentio fiat Deorum plurium? Deus eſt vnus ad aures ipſius Plat. & ſuorū, quod multis in locis affirmat, & pluribus rationibus probat, vt proximè videbimus. Deus eſt vnus.

Vnum eſſe Deum, pro confeſſo habent omnes Philoſophantes, non modò Platonici, ſed omnes cuiuſcunq; ſectę, & precipuè Peripathetici, prout patet apud Ariſt. 8. Phyſ. & 12. Metaph. ante Plat. veteres illi, vnicum eſſe Deum, ſecurè aſſeruerunt. ſ. Zoroaſter, Orphęus, & Mercu- Eſt vnus apud omnes Philoſoph.

cu-

curius Termaximus, ex quibus Plato ipſe, multa Theologica dogmata habuit, & licet aliquando, & frequentiſſimè ab ipſo mentio fiat de pluribus Dijs, hoc, teſte Ficino, de pluribus Dijs, qui Angelici, & cœleſtes dicuntur, de quibus in libro de Angelis latiſſimè dicemus, intelligitur, qui Angelici, & cœleſtes ſunt miniſtri Dei ſummi, & ab eo dependent, & dicuntur Dij non propriè, ſed Metaphoricè potius, vel nuncupatiuè, &c.

Arg. in Cat. tclo.

Deus autem ſummus eſt vnicus, penes cunctos ſapientes (vt diximus) Mercurius Triſmegiſtus, vnum eſſe Deum prædicat ſępè, & repetit, tùm in Pymandro, tùm in Monade, tùm alibi. Zoroaſter in oraculis Caldaicis, Orfeus in Poematibus, quorum omnia loca adducere ſuperuacaneum eſſet, & auctoritatibus confirmare id, quod non modò ipſi, ſed omnes Greci, Latini, & Barbari clamant, & vno ore etiam fatentur. Nec turbent nos poetarum figmenta, quę ſępenumero Deorum multitudinem iactant, quia ſi rectè conſiderentur, ad bonum ſenſum poſſunt vtiq; trahi. Nam tot nomina Deorum ab ipſis inuenta, & excogitata, tot munera vnius Dei nobis indicare nimirum volunt (vt quidam etiam Chriſtiani ſcriptores innuere videntur) dicitur Deus Iuppiter, quaſi iuuans Pater, mundi princeps. dicitur Mercurius eloquentiam tribuens. appellatur Saturnus, hoc eſt mens ſatura in ſe habens omnia, & alijs contemplandi, & intelligendi facultatem dans. dicitur Venus, quatenus pulchritudinem effundit, & venuſtatem affert, & ſic alia nomina aliorum Deorum ei adaptantur ſecundum varia, & diuerſa munera, quæ ei attribuunt Poetæ ipſi, ſed omnia nomina, ſicuti omnia munera, ad vnicum Deum concurrunt, & vni ſolummodò conueniunt Deo. De hoc compendioſum, nec minus vtilem diſcurſum habes apud Ambroſium Saxium in ſuo Crucis Elogio, nuper edito, capite primo.

Hermes Triſmeg.

Zoroaſter.

Lactantius.

Amb. Sax c. 1. pag. 30.

Eſt vnicus Deus igitur etiam apud Platonē, ſicuti apud alios ſupra citatos, & hoc ſecundum eius doctrinam probare nitimur.

Pluribus in locis Plato vnicum videtur Deum nominare, ſed præcipuè in Republica, in Timæo, in Parmenide, & in Sophiſta, necnon etiam in Philebo, in Parmenide, vt ab hoc tanquàm à digniori incipiam, multum laborat circa inquiſitionem iſtius vnius, & iſtud affirmat tādem non modò eſſe, ſed eſſe principiū primum omnium rerum. *Age igitur (inquit) ſi vnum eſt, non vtiq; multa erit ipſum vnum; &c.* ex his, & ex multis alijs verbis, in quibus ſuppoſitiones quaſdam ad iſtud vnum concludendum adhibet, determinat vnum eſſe extra omnia, in omnibus, omniaq; ex illo, per illud, atq; ad illud, & eſſe in triplici ordine ſenſibilium, intelligibilium, & ſupra ſenſibilia, atq; intelligibilia; ſenſibilia ſunt, quæ ſenſibus apparent, & opinione cum ſenſu percipiuntur, & ſunt in continuo fluxu; intelligibilia ſunt ſenſibus incognita, & intellectu cum ratione percipiuntur, & ſemper eodem modo ſe habent; ſuper his autem exiſtens collocatur vnum quoddam principium cauſatiuum, & ſenſuum, & ſenſibilium, & intellectiuum, & intelligibilium, multitudinem in ſe nullam habēs, neq; partes, neq; terminos, igitur infinitum, & ſine figura, & iſtud vnum, bonum, & verum, non eſt aliud niſi vnicus Deus, de quo multa ſupra diximus in cōcluſione, quod Deus ſit, ob id pro eo nunc miſſam faciamus.

6. de Rep.

Quibus in locis accuſat Plato vnū eſſe Deū.

Verba Plat. in Parm.

Probat inſuper Plato in Republica Deum eſſe vnum, etiam rerum omnium principium, ſicut Bonum cauſa eſt intelligibilium, ità ſol cauſa eſt ſenſibilium; at ſol proles eſt ipſius Boni, ergo Bonum cauſa eſt & intelligibilium, & ſolis, & ſēſibilium; at bonum, & vnum quę idem re ſunt, tātummodò vnū ſunt, igitur non ſunt plures Dij, nec per conſequens plura principia.

6. de Rep.

Prob. quod Deus ſit vnū principium.

Quod Bonum, & vnum idem re ſint,

& quod cauſatiuum dicantur eſſe principium, ſupra viſum eſt; ideò ad aliam probationem. In Timęo Bonum appellat Deum. *Bonus erat, & erat Bonum*, & vnum idem re ſunt igitur. In eodem vocat Deum Patrem, Opificem omnium, igitur vnicum exiſtimat eſſe Deum; ibidem dicit expreſsè, Deum omnia ordinaſſe. Verba ſunt, quod Deus (non Dij) illa, cum talia non eſſent, quam pulcherrimè, optimèq; fieri poterat, ordinauit, non ordinarunt, &c. ex iſtis, & multis alijs verbis eodem loci expreſſis habetur, quod vnicum ſtatuit Deum, & non plures, niſi in illo ſenſu, quo ſupra.

Prob. in Timeo.

In Sophiſta etiam, contra eos, qui dicebant, ens eſſe principium, entia plura eſſe oſtēdit, neq; à multitudine incipiendum eſſe entium conſtitutionem, neq; ab vno ente, ſed ab vno, quod ſupra vnum illud ens, & ſupra entia reliqua poſitum eſt, at iſtud omnium principium vnum Deus eſt, igitur Deus vnicus eſt, &c.

Prob. in ſophiſta.

In Philæbo, vnum illud primum ex ſe, non ex nihilo produxiſſe *πέρας*, & *ἀπειρίαν* dicit, hoc eſt terminum, ſiue finem, & infinitatem, quæ duo tanquam duo principia, mixtionis entium omnium, per entia, & corpora permearent in corporibus hiſce completis, finis, & terminus eſt ipſa forma, infinitas verò eſt ipſa materia; at iſta duo deducit ex ipſo vno; ſi omnia ſunt ex his duobus, & hæc duo ex vno; quod vnum eſt Deus rerum omnium principium; igitur ex hoc etiam Deus eſt vnus, & non plures.

Prob in Philebo.

Poteſt iſtis locis aptiſſimè adiungi illud, quod in Epiſtola ad Dionyſiū ſcriptum reliquit, & quod iam attulimus .ſ. quod *circa omnium Regem, omnia ſunt, & illius gratia omnia, &c.* Si eſt omniū Rex, non ſunt plures igitur Reges, ſed vnus, qui eſt Deus, ſi illius gratia ſunt omnia, igitur eſt principium omnium illorum vnicum, igitur Deus eſt vnus, & non plures.

Ex his igitur ſatis probatum remanet, Deum eſſe vnum, ſecundum ipſius Plat. mentem; Huc etiam tēdit intentio illius in Phędro, quando dicit: *Principium ingenitum eſt, ex principio .n. neceſſe eſt fieri omne id, quod fit; ipſum autem ex nullo, ſi .n. ex aliquo, ex alio principio fieret, ex vno principio, &c.* ex hoc deueniendum eſt ad vnum principium, quod eſt primū illud vnum .ſ. Deus vnicus, & verus.

In Phedro.

Hanc veritatem, deſumpſit Plato ex Hermete ipſo, qui in Claue habet hæc verba. *ex vno principio omnia veniunt* .ſ. ex vno illo, quod eſt Deus vnicus.

Mer. Triſm.

Plotinus ijſdem verbis, quibus aſſerit Deum vbiq; eſſe, ijs aſſerit ipſum vnum eſſe; verba, quæ pro prima aſſertione ſupra adduximus, hic libet afferre pro ſecunda. *Vnum quiddam, idemq; numero eſſe ſimul, vbiq; totum communis indicat mentis humanæ conceptio, quando omnes naturali quodam inſtinctu, clamant in vnoquoq; noſtrum eſſe Deum. Adeò vt vnus in omnibus idemq; ſit Deus*, ex his per Plotinum concludimus Deū eſſe vnum; ſicut eſſe vbiq; ijſdem verbis concluſimus.

Deus eſt vnus per Plat.

Verba Plot. Enead. 6 lib. 4. cap. 1.

Omitto Iamblicū, Porphyrium, Proclum, & omnes deniq; aſſerentes, & concludentes Dei vnitatem pluribus in locis, quorum patefacere ſententias minimè par eſt; ne tædio lectores afficiantur, ſufficiant igitur, quæ hucuſq; pro hac enarrauimus, de mente & Platonis, & veterum Platonicorum, de recentioribus aliquid in medium afferre non pigeat.

Theol. Plat. lib. 2. cap. 29

Marſ. Ficin. vtiq. pulcherrimis argumētis cōcludit hanc Dei vnitatem in Theologia Platonica; *Dij plures eſſe non poſſunt* (inquit) *quia nequeunt plura eſſe principia; quoniam multa ſequerentur inconuenientia, ſi duo Dij eſſent, & ambo eſſent principia, nam ſi vnus eſt ſuper aliud, iam non ſunt duo, ſed vnum principium; ſi ſunt æquales aut omninò differunt, aut omninò conueniunt, aut partim ſic, partim non; ſi omninò differunt, non eſſet in mundo concordia, ſi omninò conueniunt, iam non ſunt duo, ſed vnum, ſi tertium admittitur membrum; neutrum illorum erit ſimplex, ſed ex communi natura, vtrum; & proprietate erit compoſitum, quod non eſt dicendum, Deus*

Theol. Plat. lib. 2. cap. 2.

igi-

igitur vnus eſt, & non ſunt plures, ex hac ratione, quam multis alijs ibidem proſequitur verbis.

Ibidem c. 3. In cap. ſequenti, hoc idē probat, quod nullo modo poſſunt eſſe plures Dij quoniam rerum eſſent cauſę infinitæ, &c. igitur non eſt niſi vnus Deus.

Miſtica egip Theolog. Silentio nequaquam præterire libet inſignem demonſtrationem, quam ſcriptam reliquit Auctor miſticę Theologię ſecundum Aegyptios, quæ quidem talis eſt. *Non eſt aliquid in potentia, quin aliud ſit in actu, aliter non exiret de potentia ad actum. Si quidem potentia, quid aliud eſt niſi poſſibilitas actus? non poteſt exiſtere actu ex ſe*

lib 3. cap 3. Solum eſt demonſt. cōmunis quod Deus ſit, q vnus ſit, & qualis. *ipſa, quia non decet, quod aliquid ſit agens ſuæ exiſtentiæ. Agens namq; eſt prius acto. falſum eſt enim aliquid eſſe prius, & poſterius, ſe ipſo, eadem ratione. quare ſi potentia ducatur ad actum, neceſſe eſt aliquid eſſe in actu mero. Quoniam non extat aliquid, à quo actuetur, atq; hoc eſt quid? ens neceſſarium, perpetuum, intranſmutabile, indiminuibile, inalterabile .ſ. Deus vnus, Verus, & Bonus.*

Quomodo dicitur Deus ens, & non ens. Nec turbet nos, quod hoc dicatur ens ab hoc Auctore, quoniā paulò infra ipſum appellat ſupra ens, quia poteſt dici ens eminentiſſimè, & ſupra ipſum eſt eo modo, quò ſupra diximus ad aures Platonicorum.

Deus eſt, & vnus eſt, & qualis eſt. Iſta admirabilis ratio demonſtrata, non ſolum concludit Dei vnitatem, ſed etiam exiſtentiam, & qualitatem, quoniam ipſum non modo manifeſtat eſſe, ſed vnum eſſe, & tale .ſ. Neceſſarium, ſiue neceſſe eſſe, perpetuum, ſiue æternum, intrāſmutabile, quonjā nullum motum, & mutationem ſubijt, vt clarè apparet

In 2. de Rep. apud Plat. in Republica dicentem, *impoſſibile eſt Deum mutare ſe velle, indiminuibile, quoniam ſi non mutatur, vllo modo non mutatur*: neq; ſecundum locum, hoc eſt, ſecundum motum ad vbi, neq; ſecundum formam, neq; ſecundum eſſe magis, & minus tale, ideo recta ratione dicitur, &

Idem 2. de Rep. indiminuibile, & inalterabile. Quod aſſerit idem noſter Plato in loco ſupra citato, non de Deo vno ſolummodò, ſed etiam de alijs Dijs minoribus. *In ſua forma inquiens ſempiterna, & ſimplici perſeuerant Dij omnes.* Si in ſua formæ ſempiterna perſeuerant cæteri Dij, qui dicuntur Dij minores, & ab vno vero Bono dependent, multò magis perſeuerat Deus vnus, &c.

Subſcribit Plotinus huic Dei æternitati, quando Deum neq; incepiſſe, neq; defecturum fatetur, ſed quoniam res clara ſe habet miſſam ideo faciamus. En. 5. cap.

Nam Ficinus manifeſtat, neminem dubitarè debere, ſemper Deum eſſe, quoniam Deus eſt ipſum ſemper, quinimò ſempiternitas ipſa, ſimplex, infinitas, vnius mundi ordinator vnus, à quo ſolo prima ipſa fit vnitas in mundo partium, & totius igitur ex eo vnus eſt Deus, & æternus. Theol. Plat. lib. 2. cap. 5. lib. 4 cap 1.

Poſt horum ſententias, Dei vnitatem concludentium. Phœnix vnica Mirandulana inſurgit, & cōfitetur eandem veritatem pluribus in locis. In Heptap. huiuſcemodi libro de opere ſex dierum, habet hæc verba: *Solus Deus eſt qui à nullo, à quo ſunt omnia, ſimpliciſſima eſſentia, & indiuidua eſt, quicquid habet à ſe habet, eadem re qua eſt, eadem ſapit, eadem vult, eadem Bonus, eadem iuſtus, &c.* hæc omnia concludit, vt Chriſtianus, non modò, ſed etiam, vt Platonicus inſignis, & celeberrimus, in eodem libro, & ipſum, & vnum, & omnipotentem appellat, non modo vnum, ſed vnitatem ipſam alibi. Io. Picus Mirād. de Mundo, de Angelis, cap. 1.

De ente, & vno, non ſolum vnius nomine illum circumſcribit, ſed totius plenitudinem ipſum eſſe ſecurè pronunciat, & ipſum non eſſe ens, ſed ſupra ens, & ente eſſe ſuperius aliquid, & hac ratione, quoniam Deo vnius legitimè datur appellatio. Cap 4 de ent. & vn.

Non eſt amplius immorandum, circa hanc Dei vnitatem, ſolis luce clariorem, non tantum apud iſtos, qui & Chriſtianam Theologiam profitentur, & Chriſticolæ atq; Catholici iure merito appellantur, ſed etiam (vt retulimus) apud cunctas nationes, quod Deus eſt vnus, & Concluſio.

non

non plures ſunt Dij pro confeſſo habeamus ſemper.

Hucuſq; ſedulam operam impendimus in demonſtrando, quod Deus eſt, ſecundum Plat. intentionem, contra hoc impiè negantes, & quid ſit pari ratione tentauimus explicare non ſolum ſecundum eiuſdem intentionem, ſed ſecundum ferè omnium Philoſophãtium placitum, & inuenimus (ni fallor) dubio procul, quod vnus eſt verè, quid verò ſit, non benè propter immenſitatem naturæ ipſius adeò occultæ, vt quiſq; poſſit magis eãdem adumbrare, quam plenè circumſcribere, & rectè definire, adeò vt ipſamet natura diuina poſſit non immeritò dici incõprehenſibilis, & per conſequens inexplicabilis.

Deus eſt incomprehenſibilis, & inexplicabilis.

Deus eſt incõprehenſibilis.

QVod Deus ipſe incomprehenſibilis exiſtat exemplum Hieronis à multis pro hac veritate allatum ſufficere poſſet, & licet à quibuſdam iudicetur, Deus omnium notiſſimus, ex conſequenti etiam dicitur ab eiſdẽ omnium ignotiſſimus: Notiſſimus dicitur ex ſui natura, vel melius notiſſimus ſibi, ignotiſſimus nobis, vel notiſſimus quod ſit, ignotiſſimus quid ſit, ideò ex hac ſecunda ſententia iure incomprehenſibilis dici poteſt.

In Timeo.

Incomprehenſibilis iudicatur à Plat. in illis verbis, *Patrem, & Opificem inuen. difficile,* necnon ex illis, *& inuentum vulgò eloqui impoſs.* inexplicab. hoc idẽ ex eius ſententia, patet in illis, *nihil nos de Dijs cognoſcere, vt incomprehenſibiles.* Neq; eiſdem nomina imponere poſſe, vt inexplicabiles, quæ tamen intelligẽda eſt, commodius de Deo vno, quam de pluribus, nam ſi plures inexplicabiles cenſentur, qui tamen ſunt finiti, & ab eo dependent, multò magis erit incomprehenſib. Deus vnus immenſus omnium effector, & moderator.

In Cratylo.

Quomodo Deus eſt incompreh. & inexpl per Plat.

Concluſio.

In Parmenide.

Vlterius dicitur reuera incomprehenſibilis, & inexplicab. Deus à Plat. eo, quia neq; nomen, vt inexplicabilis, neq; diffinitionem, vt incomprehenſibili ei adaptari poſſe fatetur, non eſt aptus ſermo, qui à corpore procedit ad explicandas incorporeas eſſentias, & multò magis ad explicandum actum illum puriſſimũ, qui eſt Deus Opt. Max. quippè percipi non poteſt ab hominibus, & præcipuè mentis non purgatæ.

Sed rem altius repetendo, perſcrutemur modo, an Plato cum vetuſtis ſapientibus, ex quibus multa in ſuam Philoſophiam trãſtulit, aliquo lumine potuerit Deum ipſum (ſicut vnum cognouit, & prædicauit)ità etiam trinum potuerit cognoſcere?

Quomodo Deus ſit trinus in via Platonica, & vet. ſapientia.

An Deus ſit Trinus in via Platonica.

SVnt qui velint Platonẽ, Trinitatem in Diuinis agnouiſſe, non lumine naturali ſimpliciter, ſed etiam fideĩ, non tamen fidei diuinitus infuſæ, ſed quæ ex aliqua pſuaſione alicuius doctiſſimi viri in animo humano generatur, nam tria ſunt, quæ in animo noſtro generantur, fides, opinio, & ſciẽtia; fides fit perſuadendo, opinio ratiocinando, & ſcientia demonſtrando; fides autem hæc ex veterum perſuaſione, in animo Plat. genita, fuit cauſa, quod aliquo modo Trinitatem agnouerit, licet imperfectè eã explicauerit, ex perſuaſione (inquam) vel melius cognitione, habita à ſcriptis eorum.

Buid. in Eth.

Quæ cognitio dicitur præcedere fidem.

Mer. Triſm. In lib. de intellect. & ſenſ.

Iſtorũ fidem præcedere cognitionem probatus hic non auctoritate ſacrarum litterarũ, ſed auctoritate Mercurij Termaximi, qui in libello de intellectione, & ſenſatione, hæc ſcribit. *Mens verò à ratione ducta, ad veritatem peruenit, quæ omnia cum intellexerit, & conſonantia inuenerit, ijsq; ſermo eſt interpretatus credidit, & pulchrè huic fidei acquieuit, ijs ergo, quæ prædicta de Deo intellexerunt, fide digna ſunt, ijs*

verò

verò, qui non intellexerũt, ſunt incredibilia.

Quibus in verbis clarè docet Mercur. quod cognitionem Dei præcedit fides, & iſta cognitio habetur ab aliquo rationabiliter perſuadẽte aliquid, quod quidem non poſſit eſſe à veritate alienum, prout eſt hoc dogma diuinum .ſ. Deus eſt vnus, & trinus.

Plato ex Cald. & Aegypt. multa tranſtulit.

Plato (vt diximus) multa in ſuã Philoſophiam tranſportauit, quæ in monumentis, tùm Caldæorum, tũ Aegyptiorum ſeruabantur, & hoc præcipuè dogma .ſ. Deus eſt trinus, quod dogma non expreſſum, ſed adumbratum potius legebatur: Vnde etiam hoc myſteriũ ſanctiſſimum in veteri teſtamento potius adumbratũ legitur, quam expreſſum, prout eſt in nouo, vbi hæc veritas manifeſtè apparet.

Priuſquam ergo dogmata Plat. & loca, in quibus trinum Deũ adumbrare videtur adducamus, par eſſe ducimus afferre veterum ſapiẽtum aſſertiones, ex quibus ea deſumpſit, & hoc modo melius comparationẽ faciemus, non modo inter ipſum, & noſtros Theologos, ſed ẽt inter veteres, & noſtra dogmata vera, & à falſitate prorſus aliena, & ſic noſtrum inſtitutum ad votũ adimplebimus, quod eſt in comparatione ponere, non ſolum Platonem, & Platonicos, ſed etiam vniuerſam veterem ſapientiam.

Incipiamus à Zoroaſtro Battrianorũ Rege, qui (vt fertur) magicæ artis extitit inuentor, tanquam à vetuſtiore cæteris, hic in omni ſciẽtiarum genere eruditus, multa millia voluminũ ſcripſit antiquitus, in quibus multa carmine expreſſit, reuera præclara, ſed temporum incuria, iam non extant omnia, niſi quędam parua fragmenta, hinc inde ſparſa à varijs Platonis interpretibus tempeſtiuè allegata, & à Franciſco Patricio præceptore meo in vnũ collecta; Hic (inquam) multa diuinè ſcripſit, & pręcipuè ad diuinam naturam ſpectantia, quæ porrò Trinit. myſteriũ facillimè adumbrare videntur.

Primò Deum, & ipſe principium, & monadem appellat, quæ monas dicitur, & vnitas, & vnum, quod omniũ entium numerum continet in ſe, & ipſum à nullo continetur, & generat oĩa, & illud omninò ingenitũ eſt, & quoniam generat, ideò dicitur Pater, vel paterna monas.

Zoroaſt. de Trinit. quid ſentiat.

Vnde habet hęc verba, *Vbi Paterna monas eſt*, q̃ verba Græcè ſe habent ſic. Ὅπου πατρικὴ μονάς ἐστι. ex his iam habemus Patrem per ipſum, ſi Pater eſt, ergo generat, & quidnam generat illud profectò, quod poſt ipſum natura eſt primũ, & hoc duo dicuntur, nam habet hæc verba: *Protenſa eſt monas, quæ duo generat*, Græcè carmen legitur, Ταναὴ ἐστὶ μονὰς, ἢ δύο γεννᾷ, ſi duo generat protẽſa monas, habet duo, quid erũt? qui numerus ꝓximus ſibi cohęret? Dyas hęc erunt equidẽ, nam ipſemet ait, *Dyas verò, apud hunc ſedes*, quę verba Gręcè leguntur, Δυὰς δὲ παρὰ τῷ δὲ κάθηται. Prima igitur generatio protenſæ monadis eſt, Dyadis, quæ Dyas cum monade faciũt Trinitatem, *vbiq;* (inquit) *ſplendentem:* Nam vbique illam reſplendere affirmat, his verbis illicò: *Toto enim in mundo fulget Trias, cuius monas eſt Princeps*, Græcè ſonant, Παντὶ γὰρ ἐν κόσμῳ λάμπει τριὰς ἧς μονὰς ἀρχή. hæc autem Trias Zoroaſtri videtur quibuſdam Trinitas noſtra adumbrata, vt in ſequenti libro patefaciemus late, huic Triadi, vult cuncta inſeruire, nam alibi manifeſtat his verbis. *Principijs .n. tribus hiſce, accipias ſeruire cuncta*, Græcè ſe habent: Ἀρχαῖς γὰρ τρισὶ ταῖς δὲ νοεῖς δουλεύοντα ἅπαντα. His tribus producendi facultatem oĩum rerũ iure tribuit Caldęus ille Zoroaſt. etenim his ſeruiũt cuncta, quoniam eorũ opera ſunt. Patrem tamen .ſ. monadem vult omnia perficere, nam hæc verba in teſtimoniũ reliquit: *Omnia perficit Pater*, quæ Græcè ſe habẽt, Πάντα ἐξετέλεσε πατήρ. quia Pater eſt omnipotẽs, tamen alibi, ſecundum principium vocat potentiam Patris his verbis; *Neq; in ſua potẽtia clauſit proprium ignem*; Gręcè ſe habẽt, Οὐδ' ἐν ἑῇ δυνάμει κλείσας ἴδιον πῦρ. aliquãdo idem vocat robur Patris, aliquando paternam mentem; cui rerum efficientia

ab

ab codẽ tribuitur: Vnde habet hæc verba: *Omnibus inſeruit vinculum igni graue amoris*, Græcè, Πᾶσιν ἐνέσπειρε δεσμὸν πυριβριθῆ ἔρωτος. Alibi ſecundum eandẽ intentione.n. ait: *Symbola .n. paterna mens, ſeuit per Mundum*, Græcè ſe habẽt, Σύμβολα γὰρ πατρικὸς νόος ἔσπειρε κατὰ κόσμον. hæc de ſecunda Perſona, vel ſecundo principio canit ſapiẽs ille Spiritu quidem diuino afflatus, non minus diuinè de tertio principio, quod mentem vocat ſecundam, itidẽ canit his alijs verbis. *Omnia perfecit Pater, & menti tradidit ſecundæ*, quæ verba Græcè primo leguntur ſic, Πάντα ἐξετέλεσε πατὴρ καὶ νῷ παρέδωκε δευτέρῳ, & hæc ſecunda mens, quæ eſt tertium principium, vocatur terminus Paterni profundi, & totius Trinitatis ſuæ ab eo his verbis: *Eſt.n. terminus Paterni profundi, & fons intellectualium*, quę quidem Græcè ſe habẽt; Ἔστι γὰρ πέρας πατρικοῦ βυθοῦ καὶ πηγὴ τῶν νοερῶν. dicitur hæc forſan ab eo terminus paterni profundi, hoc eſt totius Trinitatis, citra quem non datur extẽnſio perſonalis, ſed ipſa in eodem profundo remanere canit alibi his verbis: *Neq; egreſſa eſt, ſed manſit in paterno profundo*, Gręcè ſonant: Μηδὲ προῆλθεν, ἀλλ᾽ ἔμεινεν ἐν τῷ πατρικῷ βυθῷ. Nec iſta mens ſecũda terminus paternæ profunditatis, caret omni efficiendi vi, ſed eidem ab eo tribuitur rerum efficiẽtia his alijs verbis, quibus ipſam factorem vocat. *Et factor, qui à ſe operans, fabricat mundũ, qui ex mente exilijt primus*, Græcè leguntur: Καὶ ὁ ποιητής, ὃς αὐτουργῶν τεκταίνεται τὸν κόσμον, ὃς ἐκ νόου ἔκθορε πρῶτος & hanc ſuiſſe itidem mũdi empyrei factricem, ait alibi verba ſũt: *Mentis .n. mens eſt ea, quæ mundi artifex eſt ignei*, Græcè ſic ſonant: Νοῦ γὰρ νοῦς ἐστιν, ὁ κόσμου τεχνίτης πυρίου. hæc autem mens cum ex prima mente exierit, iure meritò appellatur mens mentis.

Hęc ſunt igitur, quæ ex varijs fragmẽtis colligi poſſunt de mente iſtius antiquiſſimi Sapientis circa Trinitatem, hæc ſunt, quæ ſparſa leguntur apud varios Platonicos obiter ab eis collecta, nempè apud Pſellum, Proculum, & Damaſium, quæ qui vult legere, & cõſiderare poteſt, & in eis grauiſſimis ſententijs admirari myſterium Trinitatis admirandum, non ſecũdum Chriſtianam veritatem expreſſum, ſed admirabiliter adumbratũ. Nunc videamus quid de hac ſentiat Hermes Triſmegiſtus, qui Mercurius vulgò nuncupatur, in ſuis ſcriptis.

Mercurius Termaximus itidem videtur hoc exprimere myſteriũ, nam ipſum de his tribus (licet perobſcurè) pluribus in locis feciſſe mentionem patet, iam ſupra vidimus in Dei diffinitionib. per vndecim attributa datis de mente ipſius, multoties Deum Patrem, & Opificẽ eum vocaſſe.ſ. in Pimandro, in Catholico, & in Cratere, & ſępè alibi. Cur autem dicat Patrem, ratio eſſe poteſt vnicuiq; nota, quia nouit Filium. eſt igitur primo Pater per ipſum, quem vocat mentem alibi, & in hoc differt, & à Zoroaſtre, & à cõmuni Platonicorum ſchola: Dicit.n. *mens verò Pater Deus*, Gręcè ſtant, ὁ δὲ νοῦς πατὴρ θεός. Alibi vocat ipſum, & Dominum, & Patrem, Deum fontem, vitam, potentiam, lucem, mentem, & ſpiritum; In quibus verbis, non modo fit mentio ipſius Patris, ſed etiam & Filij, & ipſius Spiritus; verba in Gręco codice leguntur ſic: Πάντων γὰρ κύριος, καὶ θεὸς, καὶ πηγὴ, καὶ ζωὴ, καὶ δύναμις, καὶ φῶς, καὶ νοῦς, καὶ πνεῦμα. Harũ itidem meminit in his verbis, quę à noſtris afferuntur; Monas monadem gignit, & in ſe ſuũ reflectit amorem. prima Mens Pater, ſecunda Filius, am. Spiritus ſanctus.

Hęc ſunt verba expreſſa ipſius Mercurij, quib⁹ videtur adumbrare omnes tres Trinitatis hypoſtaſes. Alibi conſtituit eaſdem his verbis: *Vna ſola fuit lux intellectualis* ſ. *Pater ante lucem intellectualem* .i. ante lucem ſecundam .ſ. Filium, paulò infra, *nihil aliud fuit huius vnio, quam ſpiritus omnia continens* .ſ. ſpiritus, tertia hypoſtaſis vocat filium ſibi verbũ his verbis ex mente prima .ſ. Patre, quem vocat ipſe ſolus mentem lucidum verbum filium Dei, quæ omnia; ſic ſuo idiomate leguntur: Ἐκ μὲν ὁ ἐν φωτὶ νοερὸν προ μητὶς νοερου. καὶ-

νοῦς

νοῦς ὁ τοῦ θεοῦ. καὶ οὐδὲν ἕτερον ἦν ἢ τούτου ἑνότης, ὁ πνεῦμα πάντα περιέχον, &c. multa, quod filius mens ſecunda appelletur ab eo ſic exprimitur, Ὁ δὲ ἐκ νοὸς φωτεινὸς λόγος, υἱὸς θεοῦ. Hoc verbum Dei filius mens ſecunda, ab eodem minime diſtare, his alijs verbis commemorat. Non.n. diſtant a ſe inuicem horũ vnio eſt vita grȩcè ſic leguntur. Οὐ γὰρ διΐστανται ἀπ᾽ ἀλλήλων· ἕνωσις γὰρ τούτων ἡ ζωή.

Hȩc ſunt pauca ex multis, quȩ pro confeſſione Trinitatis dici poſſunt ad aures iſtius ſapientis, omiſſis innumeris alijs locis, quȩ poſſent colligi pro eadem ex eius ſcriptis. In quibus non tantum Patris, Filij, & Spiritus mentio fit, ſed etiam expreſſio liquidò apparet, quomodò hȩ tres hypoſtaſes omnia opera ad extra ex nihilo in lucem produxere.

Habet.n. ad hoc propoſitum hȩc verba: *exilijt ſtatim ex deorſum latis elementis, Dei verbum, in purum naturæ opificium, & vnit ſe opifici menti, conſubſtantialis .n. erat.* in grȩco autem exemplari leguntur. Ἐξεπήδησεν εὐθὺς ἐκ τῶν κατωφερῶν στοιχείων ὁ τοῦ θεοῦ λόγος εἰς τὸ καθαρὸν τῆς φύσεως δημιούργημα, καὶ ἡνώθη τῷ δημιουργῷ νῷ· ὁμοούσιος γὰρ ἦν.

Hic fit mentio de Deo primo, deinde de Verbo eius filio, poſtremò de mente Opifici, cui vnitur Verbum, ad Opificium vniuerſum procreandum, quod quidem menti conſubſtantiale affirmat, vnde ſi eſt per ipſum tale menti, & à Patre non diſtat (vt iam faſſus eſt) reſtat, quod cum Patre, & cum mente opifice ſit vnitum, vt vnuſquiſq; poteſt iudicare.

Magis explicitè pronunciat, mentem opificem procreaſſe mundum, quãdo dicit. Opifex.ſ. mens. Condidit rectores quoſdam ſeptem, qui circulis continent ſenſibilem mundum, hoc eſt ſeptem planetas vniuerſi Rectores, eo modo, quo ſunt; Græcè verba ſic habent: δημιουργὸς διοικητὰς τινὰς ἑπτὰ, ἐν κύκλοις περιέχοντας τὸν αἰσθητὸν κόσμον.

Non tamen iſtã mentem ſine ipſo verbo voluit eundem cõdidiſſe, quinimò fatetur cum verbo id feciſſe, quando dicit: Opifex verò mens, cum verbo, quæ continet circulos. Græcè, Ὁ δὲ δημιουργὸς νοῦς, σὺν τῷ λόγῳ, περιέχων τοὺς κύκλους.

Non totum ſine verbo id totum factũ eſt, ſed ipſemet verbo aſſignatur mundi fabrica ab ipſo Merc. quando ait: *Natura intellectualis verbi natura eſt generatrix, & conditrix,* Græcè leguntur, φύσις τοῦ νοεροῦ αὐτοῦ λόγου, φύσις ἐστὶ γεννητική, καὶ δημιουργική.

Nec vereri debet, quod etiam Patrem haud fecerit conditorem omnium, nam clarè dicit. Vniuerſum mundũ fecit conditor Pater, nõ manibus, ſed verbo, Grȩcè, Τὸν πάντα κόσμον ἐποίησεν ὁ δημιουργὸς, ὁ πατὴρ οὐ χερσὶν, ἀλλὰ λόγῳ.

Hæc omnia dicit Merc. Termax. quãdo vel ſpiritu diuino afflatus, vel ab aliquo ſibi myſterium Trinitatis reuelatum edoctus, alios edocere voluit. Mitto quomodo hæc non vna vice, ſed ſæpè ſæpius pronunciauit pluribus in locis, quæ hic adducere ſuperuacaneum exiſtimauimus nos, qui breuitati, quam poſſumus, vacamus; qui vult hæc, & alia in fontem reſpicere, eius ſcripta præ manibus aſſumat, digna quidem omni maiori admiratione, admirabitur nimirum hominem Ethnicum talia pronunciaſſe, incognita prorſus Hebræis etiam, & ſolummodò ſanctis Patribus prius reuelata, deinde à Chriſto Domino prolata. D. Auguſtinus Eccleſiæ lumen maximum, teſtimonium clarum affert iſtius ſapientis, & cum eo Cyrillus Alex. quando ſecurè affirmant multa, hunc ſcripſiſſe, diuino ſpiritu correptum. Sicuti alij Zoroaſtro ſacrificanti, aſſerunt multa Deos dictaſſe circa hoc myſterium (vt ſupra viſum eſt) & hæc reuelata, metro; & carmine ab eo fuiſſe decantata, eadem ratione affirmat, quæ omnia poſtea ex Caldaico idiomate, verſa fuere à Iuliano quodam Caldȩo in Græcũ, vt teſtis eſt Damaſcius Plotinus excellentiſſimus, qui multa collegit hincinde, & ex eiſdem ſua ſcripta exornauit, & eorum auctoritate multa cõfirmauit, & tandem promulgauit.

Non minoris admirationis circa hoc myſterium videtur eſſe Orphæi poema, Quid Orphæus ſentiat de Trinitate.

M quod-

quoddam excellentiſſimum, in quo has tres hypoſtaſes ipſum tanquam tria principia, vniuerſum conſtituiſſe apparet, & Deos ipſos à primordio mundi generaſſe, quæ dogmata ab Aegyptijs, illum arripuiſſe, memoria conſtat, atq; eundemmet in Græciam aſportaſſe, ac metrice decantaſſe. Poema hoc appellatur noſtra lingua, ſermo ſacer, & comprehendit vigintiquatuor libros, mundi (vt diximus) & Deorum generationem, & partium eius, & iſtam generationem ab his tribus pendere planiſſimè demonſtrauit, ſiue melius cecinit tribus nominibus eoſdem appellauit.

Primum, & ſummum Deum vocauit *Phanneta*, ſecundum *Vranum*, tertium vocauit ſuo idiomate *Eronum*. Primum eſt Deus Opt. Max. per ipſum. Secũdum eſt mens à primo genità, quæ dicitur mundus Idealis. Tertium eſt mens opifex. Primum dicitur alio modo Phannes. Secundum dicitur Cœlius. Tertium dicitur Saturnus. Primum, propoſitione quadam reſpondet ſummo bono Platonico. Secũdum, Filio eius. ſ. menti, vel mundo Angelico, & Ideali. Tertium, menti opifici, nam Orphęus hoc dogmate imbutus ab Aegyptijs (vt diximus) in Græciam trãſportauit, & ab eo Plato. Primò, deinde alijs poſt ipſum hauſere, vnde non eſt mirum ſi hoc dogma, Platonico conforme videtur eſſe.

Primum dicitur Phannes, quia ſummus, & ſuprẽmus, eo quia eſt prima cauſa, primum verum, primũ Bonum, & primum vnum. Secundum dicitur Cœlius, & Vranus, qui mundus eſt Idealis à primo bono vero, & vno genitus, in ſe continens omnes rerum omnium Ideas, omnes eſſentias, & omnes vitas (vt videbimus infra cum Platonis ſententiam circa hoc afferemus.) Tertium dicitur primò, non Saturnus, ſed cronum, ſiue cronos, à quo poſtea deriuari videtur hoc nomen Saturnus, dicitur cronos, quaſi κόρος νοῦς. hoc eſt ſatura mens; Latini alludẽtes ad hanc ethymologiã, nomen Saturni confixerunt, ex dimidio latinum, & dimidio græcum. Satur. n. latinũ nomen eſt, nus νοῦς verò Græcum, & ſignificat mentem, & intellectum, atque inde compoſitum eſt Saturnus, quaſi ſatura mens, vel ſatur intellectus, eo quod mens illa opifex ſatura fuerit omnibus notionibus, & Ideis in mundi productione, hęc Orphęus circa hoc myſterium adumbratę Trinitatis. Videamus modo quid Plato in primis, deinde quid ſui aſſeclę circa hoc myſterium afferant, qui quidem, vt in reliquis Plat. dogmatibus ferè ſemper, vel plerũque ſunt cõcordes, in hac vna re maximè videntur eſſe diſcordes, quę reuera diſcordia prouenit à rei maxima difficultate.

Platonis doctrina circa myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis.

PLato, ſummæ pietatis ſanè gnarus, hoc dogma, tanquam pium, & reuera admirabile in ſuam trãſumpſit Philoſophiam, & ipſum adeò ampliauit, vt verè dici poſſit inter omnes philoſophantes melius cęteris, & anterioribus, & coętaneis, & poſterioribus veritatis ſcopum attigiſſe, non tamen ad plenum hoc perfeciſſe fatemur, quinimò cum doctiſſimo Beſſarione, & cũ erudiſſimo Iacobo Mazonio, necnon cum nobiliſſimo, & pariter diſertiſſimo Steuco, pronũciamus Platonem circa hoc myſterium, multa fuiſſe locutũ a Chriſtiana veritate prorſus aliena, & in huius ſenſum explicandum, à recta intellectione cecidiſſe.

Platonis circa Trinitatẽ opinio.

In calum. Plat.

In Comp. Plat. & Ariſt.

De perenni Phil.

Sunt tamen qui putent ſecus eſſe; hi nimis ad amorem Plat. currentes in manifeſtum errorem videntur incidere (pro vt facilè patebit diſcurrendo.)

Prima Diuinæ Naturæ ſubſtantia, ſecundum Platonis ſententiam.

VIdeamus quibus in locis, & quibus verbis Plato mentionem faciat de his tribus Diuinis ſubſtantijs. Vidimus ſatis ſuperq; Deum eſſe, contra aliud te-

nen-

In Par. m 6. de Rep. uentes ſecundum Platonis placitum eundem inet vnum eſſe, ad quem vnum duabus aditi vijs demonſtrauimus .ſ. via remotionis, ſiue negationis, de qua in Parmenide; & via relationis, ſiue comparationis, de qua in Republica, & ex his vidimus illum in eodem Parm. appellari vnum, in Republica, verò Bonum, quod vnum, & Bonum idem eſt, licet ratione ſola differant, & noſtro intelligendi modo, illud vnum dicitur abſolute Bonum, ſicuti conditionatum illud dicitur, de quo Lib. 6. de Rep. in Philebo agit, iſtud, & Vnum, & Bonum difficillimè cognoſcitur, prout ipſe Plato atteſtari in Republica videtur, attamen ipſum primum omnium entium, Principium affirmat eſſe ingenitum, quia ſupra ſe non habet cauſam ſuæ generationis, ideò æternum, quia nunquam incepit eſſe, nullum habēs principium, quia ipſum iam primum, & principiū omnium non eſſet; a nulla cauſa dependens, quia iam eo modo non eſſet tale vnum, non vnitate numerali, ſed eminētiæ, ſummum bonum, quia ſupra ſe non habet aliud, cum per eſſentiam dicatur tale, neq; à ſe productum, quia nullum ſe ipſum generare poteſt, neq; ab alio, multò minus, quia ſupra ſe non habet, quod poſſit aliquid producere omni ente, & omni mēte, tandem ſuperius eminētiſſimè ad omnia, & inferiora ſe habens, & iſtud vnum, & iſtud Bonum, quod Deus nimiū eſt, dicitur etiam omnium Pater, vt iā vidimus.

Appellat ipſum Patrem in Timeo, in illis verbis, quę paulò antè citauimus .ſ. *Patrem, & Opificem eius difficile eſt &c.* appellat iridem in Epiſtola ad tres amicos Epiſt. 6. in illis verbis .ſ. *Ducis, & cauſæ Patrem Dominum*: in Republica appellat eundem Patrem, his verbis: *Dic age. Patrem verò poſtea declarabis, ſi Pater eſt*, prout eſt dubio procul, eſt alicuius Pater, nam Pater, habet relationem ad Filium, nam Pater, & Filius ſunt correlatiua à natura, vt habet Ariſt. in prędic. cap. de Ad aliquid.

Habemus igitur iā per ipſum, Patrem, inquiramus modo eius Filium. Pater iſte (quod etiam ſic vocatur à Zoroaſtre, & Mercurio) eſt illud neceſſariū, quod omninò eſſe ante omnia ſenſere ante Platonem, Anaxagoras, Heraclitus, Pythagoras, Permenides, Empedocles, & etiam Ariſt. qui ſtatuit vnum debere eſſe principium, iſte eſt (inquam) qui habet Filium, quod taliter poteſt probari. 12. Metaph. Primum nulli dubium eſt, quod eſt perfectiſſimum, ſi perfectiſſimum eſt, omnes perfectiones habet, ſi oēs perfectiones habet, neceſſariò ex ſe, genuiſſe aliquem, nam ſi non genuiſſet, iam perfectionem non haberet, & potentiam haberet fruſtraneam, nam ſi omnipotens eſt, & hanc potētiam in actum non deducit, iam illa potentia eſt fruſtra, neceſſariò igitur genuit, abſq; vllo voluntatis, aut naturę ſuę motu; q̄d genuit? Filium, intellectum .ſ. diuinum, ſiue mentem, ſiue mundum intellectualem, ſiue mundū Idealem, ſiue mundum Archetypum, qua quidem genituræ ratione, ipſe vocatur iure optimo Pater, vt iam viſum eſt.

Habemus hucuſq; & Patrē, & Filium per noſtrum Philoſophum, Patrem probauimus auctoritate ipſius dicti Deū, Filium ratione inuenimus eſſe illius, remanet quod etiā auctoritate probemus eiuſdem Patrem, Filium habere.

Secunda diuina natura ſubſtantia, ſecundum Platonis ſent.

Pater eſt vnū (vt vidimus) & Bonum, quod quidem bonum his oſtendit Plato verbis habere Filium, in lib. de Republica 6. *Cæterum, ò viri fælices, quod ipſū bonum ſit in præſentia dimittamus.* hæc dicit 6. de Rep. cum iam de Patre ipſo mentionem habuiſſet. *Eſt.n.* (ſic ſequitur) *vt mihi videtur præſentem ſupra contemplationem. Quis autem appareat boni ipſius Filius, quiſque ſimillimus ei ſit; ſi vobis placet dicam; ſin minus dimittam. Dic age Patrem verò poſtea declarabis.* In his verbis præſupponit hîc Philoſophus, quod filius boni ſit, nam ſi vult eius naturā aperire, pro certo tenet

ipſum reperiri. Paulò infra ſequitur declarando, quæ promiſit. ſ. & boni filium, & quem ei ſimillimum eſſe dicatur, & affert ſimilitudinem de Sole, & eius lumine, quę peroptimè facit ad eius intentionem manifeſtandam.

Viſus (inquit) *ſol non eſt, neq; oculus, cui ineſt viſus ſol eſt; non certè, ſed ex omnibus ſenſuum organis, id maximè ſolis particeps: multum ſanè. Non ne, & vis, quam habet ex ſole infuſam ſeruatur? Prorſus. Quin etiam ſol viſus non eſt: cauſa verò ipſius eſt; ab eo perſpicitur. Sic planè.* ex hac ſimilitudine deinde manifeſtat his verbis, Boni filium.

Hunc me vocare Boni filium dicito, quem ipſum Bonum in hac ſecum ſimilitudine, genuit comparatione conſimilem. Vbi ſit, ſiſtendo ſemper in comparatione; vt quemadmodum ipſum in loco intelligibili ad intellectum, & ea, quæ intelliguntur ſe habet, ſic, & in loco viſibili. ſ. ſol ad viſum, ſe habet, & ad ea, quæ videntur. ſequitur paulò infra cōcludendo. *Illud igitur, p veritatem illis, quæ intelligūtur, præbet, & intelligendi vim, ad intelligendum porrigit, Boni Ideam eſſe dicito ſcientiæ, & veritatis, quæ per intellectum percipitur cauſam.* ſequitur in ſimilitudine ſiſtendo, & iſtius veritatis concluſionem abſoluit. *Iſtā planius eius imaginem contemplare. Quomodo? ſolem quidem dices, vt arbitror ijs, quæ videntur, non modo videndi præbere poteſt, verumetiam generationem, augumētum, nutritionem: cum ipſe tamen generatio non ſit, quò .n. pacto? atq; ita dicas Bonum ijs, quæ cognoſcuntur, dare non modò, vt cognoſcantur; ſed eſſe inſuper, & eſſentiam elargiri, cum ipſum eſſentia non ſit, ſed ſuprà eſſentiam dignitate ipſam, & potentia ſuperans.*

Hæc ſunt, quę pro confirmatione filij, ſummi Boni. ſ. Dei Patris, à Platone in Republica afferuntur, quæ quidem verba ſunt maximæ conſiderationis, circa hoc myſterium; prout affirmat Beſſario Cardinalis aduerſus Trapezuntium, qui hæc eadem ſecundum propriam verſionem & interpretationem illic recenſere videtur, nos autem Ficini verſionem ſecuti ſumus, quæ licet in verbis aliqualiter diuerſa appareat, ſenſu tamen & re ipſa, cum ea conuenit.

Lib. 2. in calum. c. 4.

Alibi hunc Boni filium appellat verbum, ad exemplum Mercurij primo, & D. Ioannis noſtri poſtea, in Epinomide, vbi habet hæc verba: *Facile conſpiciuntur; his honores reddamus. ſ. Dijs, non alij annum, alij menſem, alij nullam ſortem, nullumq; tempus, in quo circulum ſuum percurrerit: mundum, ornatumq; vnum perficiens. Quem ratio omnium diuiniſſima, viſibilem ſtatuit hunc vir fœlix primum ſummoperè admiretur: deinde cupiditate ardeat, ea diſcendi, quæcumque à natura mortali percipi poſſunt: ſic arbitratus optimè, atq; fœliciſſimè ſe victurum; & cum deceſſerit, ad congrua virtuti loca venturū eſt.*

Hæc ratio ſumitur pro verbo in iſtis verbis, nam λογὸν legitur in græco Plat. textu, quod verbum interpretatur Beſſario, & iurè meritò, λογὸν etiā legitur apud D. Ioannem. Ioan. c. 1.

Beſſario melius (iudicio meo) vertit, dum dicit ſuauī ſtylo: *Honorem exhibeamus omnibus ſydereis Dijs, nec huic annum, illi menſem, cæteris autem nec regionem ullam, nec tempus ſtatuamus, quò ſuum orbem perluſtrent: circumeundo mundum, quem Dei Verbum viſibilem fecit, hoc fælix quiſq; primum admiratur, poſtea amore incenditur ad intelligendum, quantumuis humani ingenij attingere poteſt; exiſtimans futurum, vt hoc modo, & vitam agere optimam, ac fæliciſſimam poſſit, & poſt mortem loca petere, quæ virtuti parata ſunt:*

Hæc interpretatio Beſſarionis, & verbis, & ſenſui Plat. magis videtur conſona, nam ratio græcè διάνοια potius dicitur quam λόγος ideo interpretari debebat, & ipſe λογὸν verbum, & non rationem in expoſitione epiſt. 6. tamen verbum, & rationem appellat, his verbis: *Ratio diuiniſſima, ſiue diuiniſſimum verbum.*

Ecce igitur quam concinnè Plato de hoc diuino Verbo, Dei altiſſimi filio, ſummi Boni prole loquitur.

In Epiſtola 6. ad 3. amicos, ſic de eodem verbo, quod tamen verbum minimè, ſed Ducē appellat, loquitur noſter Philo- Epiſt. 6. in fine.

lo-

Ioſophus; verba ſunt: *& Deum Ducem omnium, & eorum, quæ ſunt, & eorum, quæ futura ſunt, & Ducis, & cauſæ Patrem Dominum aſſeuerantes.* In his verbis clariſſima fit mẽtio primo Patris ipſius, deinde filij .ſ. Ducis, quẽ porrò hoc nomine ibi placuit vocare, hac ratione forſan motus, quoniam cum ſit mens prima imparticipata, aliarum mentium eſt tanquam Dux, participatarum, & cauſæ .ſ. animæ mundi, quæ eſt tertia, & his tribus ſubſtantijs; hunc ex-

In expoſit. epiſt. 6.

ponit aliter Ficinus locum, nam animam mundi non cauſam, ſed Ducem appellat, mentem autem cauſam, & non Ducem, ſed quoquo modo exponatur, ſemper remanet clarum ibidem Platonem, harum trium ſubſtantiarum mentionem facere, quod eſt ad præſens noſtrum probandi, ex illius auctoritate inſtitutum, quod (ni fallor) perfecimus; in ſequenti libro diligentiori calculo examinabimus, hæc, & alia circa hanc veritatem, & quod magis ei conſonum videtur acceptabimus.

Fauet tamen Ficini expoſitioni (vt hic etiam aliquid dicamus ad vlteriorem do-

Tex. in Timæo.

ctrinam dandam) illud, quod in Timæo legitur .ſ. quid autem gignitur neceſſariò ab aliqua cauſa gignitur, expoſitores plerique ſuper hunc Textum, pro cauſa intelligunt, mentem Opificem, Boni filium, qui reſpiciens in ſemetipſum vniuerſum optima ratione fabrefecit, ſed ſit quomodocunque ſemper remanet ab auctoritate Platonis probatum (vt diximus) quod tres ſubſtantiæ ibi ſint, de quibus clara ab eodem fiet mentio ſecundum propoſitam inquiſitionem.

In Phedone extat locus inſignis, non ſolum confirmans hanc expoſitionem, ſed etiam declarans Platonis mentem, circa aſſertionem iſtius ſecundæ ſubſtantiæ .ſ. mentis diuinæ, ibi ſecundum occaſionem in diſputando oblatam, Adducitur Opinio Anaxagoræ, aſſerentis, mentem omnia exornare, cui videtur adſtipulari Plato, & ipſam appellare cauſam his verbis. *Verum cum audiſſem aliquãdo ex libro* (vt ille aiebat) *Anaxagoræ legentem, quendam hanc Anaxagoræ ipſius ſententiam, videlicet mentem omnia exornare, omnium cauſam eſſe, hoc vtique cauſæ genere, magnopere ſum delectatus, exiſtimans quodãmodo conſentaneum, mentem eſſe omnium cauſam putabã, ſi id ità eſſet, vt mens omnia exornaret, ſingula per hanc, ita eſſe diſpoſita, vt optimè diſponi poterant.*

In his verbis habemus primo mentem dici à Platone cauſam .ſ. non modo omnia producentem, ſed etiam exornantem, prout ante ipſum tenuit, & ſcripſit Anaxagoras, Philoſophorum vetuſtiſſimus, & non iniuria.

Sed hoc nomen cauſa præciſè conuenire menti nequaquam aſtruimus, ſecundum Plat. doctrinam, quinimò hoc nomen primo dicitur, & melius conuenire Patri Deo .ſ. ſummo Opt. Max. prout ex quibuſdam verbis in Phelebo expreſſis,

In Phelebo.

liquidò cõſtare poteſt, ſunt .n. verba. *Mea verò petitioni reſponſum porrigit, quod mens eſt progenies quædam eius cauſæ, quæ cauſa dicitur omnium*: hæc cauſa dicitur Bonũ ipſum, Deus ſummus, qui reuera cauſa, & melius, quoniam omnia producentia, & producta, ſecundum eſſe cauſale dicũtur ab eo dependere; Anima etiã dicitur cauſa, adeò vt & Pater Bonum ipſum, & Filius, mens ipſa, & anima mundi dicuntur cauſæ, ſed diuerſa ratione, vt alibi patefaciemus.

In Phelebo.

In eodem lib. iſtã mentem Dei filiam, vocat intellectum, Regem cœli, & terræ, ſecundum placitum veterum ſapientum, qui (vt ipſe dicit) extollẽtes ſeſe, hoc aſſerẽtes fortè rectè loquuntur, verba ſunt: *Facilè tamen, omnes ſiquidem ſapientes, ita extollentes ſeſe conſentiunt intellectũ eſſe cæli, & terræ nobis regem, ac fortè rectè loquuntur.* paulò infra hoc idẽ probat Soc. Protarcho ſecum diſputanti, his alijs verbis: *Vtrum ò Protarche dicendum eſt, vniuerſum hoc agi ab irrationali quadam, temerariaque, & fortuita poteſtate? An contra, quemadmodum maiores noſtri ſenſerunt, ordine quodam mentis, & ſapientiæ mirabilis gubernari?*

Ecce quomodo dicitur etiam hæc mẽs Dei filia, intellectus, & Rex vniuerſorũ, quin-

quinimò dicitur ſapientia; ſed cuiuſnam ſapientia? Patris omninò; prout latius alibi dicemus, felicibus auſpicijs.

Hoc nomen, ſapiẽtia, ob id in eodem Philebo dicitur omnium præſtantiſſimũ; quod ſic nõ diceretur, ſi forſan intelligeretur de ſapientia humana, igitur eſt intelligendum de ſapientia diuina: vnde in 5. de Rep. dicitur ſapiẽtia ſumma, & non immeritò: ſic vocatur præterea hęc mens filia Dei, Veritas, nam ſi Pater eſt illud vnum, quod dicitur & Bonum, & Verum, ab eo, tanquam ab vno, generatur vnitas imparticipata.ſ. mens ipſa, & à Bono prima Bonitas primi entis.ſ. filius mentis, & poſtremò ab eodem prima veritas, quæ eſt dubiò procul mens filia Dei ſummi, Vnius, Boni, & Veri.

Verborum Plat. explanatio. Nec turbet nos, quòd Plato in eodem Philebo in fine habeat hæc verba. *Mens autem, aut idem, quod veritas eſt, aut omniũ certè ſimillima, atq. veriſſima:* quoniam illa ſimilitudo nõ eſt comparatiua, ſed identica. Etenim Platonici omnes vno ore conclamant, Deum eſſe primum verum, igitur mens filia prima veritas, Dux omnium, ex Plat. ſent. de leg. Dial. 5. & alibi, Bonorum, nam ibidem hæc verba leguntur: *Veritas profectò, & Dijs, & hominibus Dux eſt omnium Bonorum:* ſi Dijs ſ. minoribus eſt talis, multò magis menti primæ Dei ſummi filiæ eadem vocabitur.

In Cratylo differẽs de iuſto, poſt multa verba concludit iuſtum dici illam mentem, cuius meminit Anaxagoras ex vetuſtiſs. Philoſophis; verba ſunt: *Percontanti mihi itaq; quid ille ſentiret, ipſum ait ignem iuſtum exiſtere, neq. id cognitu facile. Quare alius inquit, nõ ignem ipſum, ſed potius ipſum innatum igni calorem. Alius hæc omnia pro nihilo habet. Eſſe n. iuſtum Mentem illam, quam ſtatuit Anaxagoras, Dominam certè illam, ſuapte natura, nec alicui mixtã, exornare omnia inquit, per omnia penetrantem.*

In his manifeſtat Plato mentem, non modò omnia exornare, & penetrare cum Anaxagora, ſed etiam ipſum Iuſtum eandem eſſe; ſed quænã (vt diximus) eſt iſta Anaxagoræ mens? certè illa, quæ eſt filia Dei ſummi, primi, vnius, veri, & boni ſecundum ipſum.

Hæc ſunt igitur, quæ dici poſſunt ex conſenſu Plat. circa iſtam mentem, iſtum intellectum, Boni filium, qui alio nomine apud Plat. & ſequaces appellatur primũ ens, primum verum, primum vniuerſum, & primus mundus, primũ (inquam) ens, Summa dictorum. quia ante illum nullũ eſt ens, ſolus n. Pater ſummus Deus eſt ante ipſum, ſed non dicitur ens (vt iam vidimus) ſed cauſa omnium entium: ſolus Filius iſte dicitur primũ ens, & cum tale ſit, dicitur etiam primum verum, & ratio eſt, quia ſemper eſt ens, non autem ſicut iſta nostratia, quæ aliquando ſunt, aliquando non ſunt, ſed ſemper eſt id, quod eſt, & ideò ratione recta appellatur verũ ens, appellatur quoq. primũ Vniuerſum. i. primus mundus; quia in ipſo ſunt omnia vera entia: vera autem entia sũt ipſę Ideę, & ideò vocatur etiam mundus Idealis.

Mundus Idealis (inquam) non abſq. ratione, quoniã cõprehendit in ſe Ideas, quę vera entia nuncupantur à Platonicis, nec officit auctoritas Ariſt. in hac re, qui nititur (ſed perperã) euertere has Ideas, Ariſt. dicta cõtra Ideas à Platonicis deridentur. & ex profeſſo deſtruere pluribus in locis ſuę Philoſophiæ non rationibus, & argumentationibus ſolidis, ſed cauilloſis, & inanibus verbis, quę ab omnibus Platonicis, & a magna ſuorum interpretum caterua non ſolum exploduntur, ſed etiam irridentur, tanquam mera ſophiſmata.

Nam hoc dogma de Ideis veriſſimum eſſe vno ore fatetur omnes vniuerſi ſapientes vetuſtiſſimi; & ob id non fuit inuentũ, & excogitatum à Plat. (vt falsò aſſerit Ariſt.) nec primus eos induxit ipſe, vt multi Idearũ doctrina ante Plat. etiam ex noſtratibus tenuere; ſed Idearũ mentio facta eſt prius à Timęo Locro, ab Archita Tarẽtino, à Brutino in fragmentis quibuſdam, quæ adhuc extant. Hi nimirum tres diſcipuli fuere Pythagorę, qui multis annis Plat. præceſſit. Ante Pythagoram vixit Orpheus multis ſęculis, & hic quoq. in Poematibus ſuis docuit Ideas

eſſe.

eſſe. Ante Orphęum idem dogma docuerunt Aegyptij ſapientes, quorum Principis Mercurij Triſmegiſti, aliquot libelli adhuc extant, in quibus clara Idearum doctrina facilè conſpicitur; Ante Aegyptios Caldæi; quorum caput fuit Zoroaſter, cuius reliquias ſatis multas hac tempeſtate collegit Fräciſcus Patricius, pręceptor meus in hac Platonica doctrina, in quibus Idearũ perſpicua apparet mentio, vocatq. eas ſuo quodã nomine Tingas, quę vox gręca eſt ea carmina ex Caldæo ſermone verſa fuerunt in Græcum à Iuliano, quodam Caldæo, tempore Antonini Imperatoris. Hebræi quoque (ſicuti atteſtatur Philo Iudæorum doctiſſimus) Ideas agnouerunt, itaq. ſi auctoritate ſola in hoc dogmate, pugnãdum eſſet contra Ariſtotilem, qui eas (vt dixi) cauilloſè oppugnat, proculdubio victoria ſtaret pro Academicis, propterea quod, & Pythagoræ ſchola, & Orphica, & Aegyptiaca, necnon Caldaica, Hebraicaq. longa Peripatetica antiquiores, & ſapientiores pro eis pugnarent.

Ariſtoteles, vale.

Itaq; mundus hic Idealis, dicitur mundus, non ſinę ratione, quã omniũ Idearũ eſt plenitudo; Idea à Platonicis, & præſertim à Proclo inter Platonicos celeberrimo, qui loquitur ad mentem Zenocratis, & Alcinoi, *eſt exemplar æternum eorum, quæ ſecundum naturam fiunt*, cui diffinitioni à Franciſco Piccolomineo huius tempeſtatis Philoſopho pręſtantiſſimo pro exacta declaratione, hæc alia connectuntur verba *in mente diuina poſitum, per quod cuncta ab Opifice primo emanantia ei offeruntur, & ad extra producuntur*; diciturq; exemplar, vt refertur ad mundum hunc ſenſibilem, dicitur intellectio, & intelligibile, quatenus refertur ad mentem diuinam, dicitur etiam eſſentia conſiderata in ſeipſa, dicuntur ſpecies, & formæ rerum materialium, non tamen ſeiunctæ à corporibus per ſe, & ſeorſum à mente diuina, habentes vires tùm intelligendi, tùm generandi, vt perperam ſenſere nonnulli opinioni Ariſt. adhærentes, qui hanc fuiſſe ſententiam Platonis, cum eo veram fateri non dubitarunt, vt fuit D. Thomas, & eius præceptor Albertus, re, & cognomento Magnus, quos ſequitur, & ipſius Platonis ille calumniator, qui à Beſſarione doctiſſimo fuit, vt huius doctrinę ignarus, ſubtiliſſimis argumentis reprobatus. Quod hæc ſententia non ſit Platonis circa Ideas, & quod labantur, id aſſerentes; patet ex his, quę ſcripta reliquit ipſe, tùm in Timeo, tùm in Rep. in Timeo, dùm affirmat mundi Opificem, imitatum fuiſſe ſempiternum exemplar Opificis, exemplum reuera in mente ipſius reperitur, itidem mundũ hũc ſenſibilẽ affirmat vnum eſſe vna mente, vna aĩa contẽtum, omnia continentem, quia ad vnius ſimilitudinem factũ, & formatũ (vt conſpicuè videbimus in libro de mundi productione) id autem vnum, omnia comprehendens, eminenter ad cuius exẽplum, eſt iſte formatus, dubio procul eſt mundus Idealis, in prima imparticipata mente refulgens, quare, &c. in Rep. apertè ait Ideam Boni regnare in mundo intelligibili, vnde ex his conijcere debemus, hanc fuiſſe veram Plat. ſent. circa Idearũ naturam, non aũt illam primam, quæ ſi eſſet, iure eſſet impugnata, & reprobata ab Ariſt. & eum ſequẽtibus. Nec officit, quod dicatur ab eo quandoque formæ puræ, & ſeiunctæ, quia intelligitur non ſeparatæ à diuina Mente illa, ſed à corporeis, & materialibus rebus, & ſunt in ea, non vt accidentia in ſubiecto, nec, vt formę in forma altera, ſed ſunt ipſa mẽtis diuinę eſſentia, vt cuncta repreſentans, vt nata imitari, & vt includens cętera omnia, tanquam cauſa diuina, & exemplaris, quinimò efficiens, & finalis (vt ſuo loco longè, lateq. videbimus.) Non differunt in hac diuina mente Ideæ re, & ſubſtantia ab ipſa, & ad ſe inuicem, ſed in ea idẽtificantur ſubiecto, inter ſe autem ratione, & formaliter diſtinguuntur, ità vt vna verè negetur de altera, vt Idea hominis de ipſo equo, &c. hęc eſt natura, & conditio mundi iſtius Idealis, qui dicitur ẽt mundus intelligibilis.

Mundus Idealis.

Deffinitio Ideæ.

Suſtinent, Peripatetici

7. Rep.

Plat. vera ſẽt. de Ideis.

ſẽſus Theolog. de ideis

Dia

Mun. ius intelligib. ſis, quare ſic dictus.

Dicitur etiam mundus intelligibilis, ad differentiam mundi iſtius ſenſibilis, & corporei, nam ſicut hic ſenſu cōprehenditur, ità ille non niſi intellectu percipitur, atq; hac vna ratione dicitur mundus intelligibilis: dicitur etiam ſecunda ratione, mundus intelligibilis, eo quòd omnes intellectus in ſe comprehendat, etiam intellectus animarum omnium, nam quia animæ noſtræ intellectum percipiunt, à Plotino dicuntur habitatores mundi intelligibilis, mundus quoq; dicitur (vt hoc etiam intelligatur) quoniam in ſe comprehendit omnes eſſentias, omnia entia, omnes formas, omnes vitas, omnes intellectus, non aliter, quam hic Corporeus mundus comprehendit in ſe omnia corpora, omnes corporeas formas, & omnia corporea accidentia, præter quæ nihil eſt in hoc mundo, ſed maxima tamen eſt differentia inter entia hæc corporalia, & entia illa mundi intelligibilis, nam illa ſunt ſine materia; iſta materialia; illa incorporea, iſta corporea; illa ſimplicia, iſta compoſita ex materia, & forma; illa in ſtatu; iſta in motu; illa in perpetua eſſentia, iſta in continua generatione; illa inalterabilia, iſta alterabilia, & continuè alterantur; illa incorruptibilia, iſta corruptibilia; illa immortalia, iſta mortalia; illa ſincera, iſta inquinata ſordibus materiæ; illa ſemper entia, iſta ferè non entia, nam modo ſunt, modo non ſunt, illa in vita, iſta in morte; illa tādem exemplaria, iſta imagines, hæc igitur eſt conditio, & natura mundi intelligibilis filij Dei. Tres alij ſunt mundi apud Plat. ſ. mundus animalis, natura vniuerſalis, & mundus hic materialis, de quibus ſuis locis latiſſimè pertractabimus (fauente Deo) modò hæc pauca ſufficiant.

Diffinitia inter entia mundi intelligib. & ſenſib.

Remanet declarare, tertiam ſubſtantiam huius diuinæ Trinitatis, ſecundum Plat. doctrinam, de qua etiam aliquid hucuſq; tetigimus obiter (vt viſum eſt.)

Tertia Diuinæ naturę ſubſtantia ſecundum Platonem.

Tertia Trinitatis Plat. ſubſtant.

HVius Triadis, tertiam ſubſtantiam, commemorat Plato tribus in locis præcipuè, prout nouerim, quæ loca non omnia afferunt omnes, qui huius comparationis laborem moliri ſtuduerunt, ego verò omnia pro viribus ad vberiorem, & clariorem doctrinam dandam, circa hoc nobiliſſimum, & pariter diuiniſſimum myſterium adducere nitar. In Philebo, quem ſupra ſæpè citauimus, fatetur Plato mentem, de qua modo egimus, non eſſe fine anima, quinimò apertè dicit, in Iouis natura, hoc eſt in Patris natura, Regiā animam, Regiamq; mentem ineſſe, his nimirum verbis. *Quamobrem rationem illam vlterius proſequentes, licebit aſſerere ea, quæ ſæpenumero diximus infinitum, prorſus in hoc vniuerſo conſiſtere, ſufficientemq; terminum, cauſamq; illis haud ignobilem, ſemper adeſſe ornantem, diſponentemq; horas, & menſes, & annos, mentem, & ſapientiam meritò nuncupatam:* Ecce mentio iam facta cauſæ vniuerſalis. ſ. Dei Boni, & filiæ mentis, quam vocat, & meritò, ſapientiam proſequitur. *Sapientia verò, atq; mens abſq; Anima nunquam fuit.* Nunquam certè (inquit Protarchus) *ergo Soc. in Iouis ipſius natura Regiam animam, Regiamq; mentem ineſſe, propter vim cauſæ confiteberis;* & in alijs item alia pulchra, vt illorum cuiq; dici placet. Soc.

Quid clarius dici poteſt, & de cauſa. ſ. Patre, & de Mente, ſapientiaq;, quæ eadem eſt, & de anima ipſa, prole mentis (vt apparet?) vocat Regiam mentem, & Regiam animā, & non ſine ratione. Nam.

In Epiſtola longa, ad Dionyſium Syracuſanum, ipſum Patrem itidem vocat Regem, dum tres Reges conſtituit, primum ſ. Patrem, qui recta ratione poteſt dici Rex Regum, ſecundum filium, qui itidem iure appellatur Rex (vt proximè videbimus) tertium animam mundi, quæ & ipſa non immeritò poteſt dici Rex, ſed verba adducamus ad maiorem expreſſionem Platonicæ ſententiæ, circa hanc veritatem, verba ſunt illa, quæ ſecundum aliam intentionem ſupra allata ſunt. ſ. *circa omnium Regem cuncta ſunt: ipſius gratia omnia, ipſe pulchrorum cauſa omnium; circa*

fe-

ſecundum ſecunda, tertia circa tertium. Humanus animus affectat, qualia illa ſint intelligere, aſpiciens in ea, quæ ſibi cognata ſunt. *Quorum nihil, &c.* Vbi tranſlatio Ficini habet *Pulchrorum omnium*; interpretatio Beſſarionis dicit: *Bonorum omnium.* ſed hoc non eſt ad præſens à nobis ſpeculandum, ſufficit videre ex vtriuſq; verſione, Platonis mētionem trium Regum, qui ſine vlla dubitatione ſunt Pater Bonum, filius mens, & anima mundi, exponamus primo ſecundum Ficini placitum, verba hæc deinde ſecundum noſtrum ſenſum aliquid dicemus quinimò ſecundum veritatem ipſam.

Verborum Platonis. Ficini expoſitio.

In huius argumento Epiſtolæ ſic exponit M. Ficinus: *Circa omnium Regem cuncta ſunt* .i. circa ipſum Bonum, quod reuera dicitur omnium Rex, cum ſit prima cauſa, *cuncta ſunt.* ſ. Ideæ, & per ipſas Ideas, *Omnia circa ſecundum, ſecunda* .i. circa mentem, intellectum, & verbum, ſunt rationes, quæ ſequuntur Ideas; *Circa tertium verò, tertia* .i. circa animam mundi ſunt formæ. In his verbis dicit Ficinus etiam Deum dici à Platone, cauſam omnium, non ſine ratione, Bonorum & Pulchrorum, nam vbi dicit *circa*, vult quod Deus dicatur exemplaris cauſa, vbi ait, eius gratia finalis, vbi dicit, *ipſe eſt cauſa pulchrorum omnium, ſine Bonorum* cauſa efficiēs, ſed parum ad præſens nobis refert hæc recenſere, iā Deum ſuprà, & cauſam, & Principium fecimus, ad aures Platonis, quinimò ex eo etiam, & Mentem, & Animam principia, & cauſas ſtatuimus, & loca adduximus, videamus an alio modo hæc verba poſſint exponi.

Expoſitio horum verborum auctoris.

Circa omnium Regem omnia ſunt, ideſt circa primum, Vnum, Bonum, & Verum, ſunt cuncta ad ipſum inferiora, cum ipſa ab eo dicantur eſſe ſecūdum dependentiam Cauſalem, nam primum ens, prima Mens imparticipata, quicquid habet in ſe, ſecundum tale eſſe ab illo dicitur habere tamquam à cauſa originali, licet ipſa à ſe etiam dicatur aliqua habere (vt proximè videbimus) igitur dicitur ſic, cauſa bonū ipſum, Rex ipſe primus pulchrorum omnium, & Bonorum, nam Bonitates, & pulchritudines, quę reperiuntur, in eſſentijs, in entibus, in vitis, in formis, & in intellectibus, quibus omnes dicuntur, & Boniformes, & pulchriformes, ab ipſo dicuntur habere ſecundum præfatam emanationem, ideò hac de re dicitur & primus Rex, & Bonorum, & pulch. omnium cauſa primaria, omnium excellentiſſima. Adiungitur, quod Bonum eſt, omnium centrum, mens eſt immobilis circulus à centro pēdens, in quo omnia ſunt .ſ. Ideæ, eſſentiæ, vitæ, &c. igitur circa ipſum omnia ſunt, *ſecundum circa ſecunda* .i. mens, intellectus, filius Dei, qui & ipſe appellatur Rex, & Dominus entium, ſecundum eſſe formale, *circa ſecunda* .i. ea, quæ vocat Ideas, & cætera exiſtentia in ipſo filio, eſſentias .ſ. incorporeas, & cætera quæ diximus.

Tertium circa tertia, hoc eſt anima mundi, quæ ideò dicitur circa tertia eſſe, eo quod ſit mens, opifex, quæ hunc corporeum mūdum produxit omnium formarum plenum, &c. & hæc eſt altera expoſitio, à Ficino tamen parum diſtans; ex his habemus, non modò mentionem à Platone factam horum trium Regum .ſ. harum trium ſubſtantiarum, ſed etiam verborum interpretationem.

Epiſt. Plat. 6.

In eadem Epiſtola, quæ eſt in ordine ſexta, à nobis paulò ſupra citata, vidimus explicitam mentionem primo Patris, ſecundo Filij, tertio animę mundi, in illis verbis, quę ſecundum Ficini interpretationem ſonant, teſtando Deum omnium rerum Ducem, pręſentium, & futurarum, ac Ducis, & cauſę Patrem Dominum, vbi cognoſcimus Deū Patrem, & Dominum, dici Ducem, & cauſam, & Mentem, & Animam mundi, in quibus quidem vbi Ficinus vertit, & Ducis, & cauſę, Patrem Dominum, Beſſario dicit Principem; & Principis, Opificiſq; cauſę Patrem, & Dominum, &c. quę nimirum verba, licet ſenſu conueniant, nobis

tamen placuit hic iterum adducere, non ſolum in confirmatione confeſſionis Platonicæ harum trium ſubſtantiarum diuinarum, ſed ad maiorē nominum earum expreſſionem, quibus quidem appellantur, nam iure dicuntur Reges, quia omnia regunt, & adminiſtrant, ibi Epiſtola ſexta. Hic dicuntur Duces, quia omnia ducunt, & dirigunt, dicuntur Principes optima ratione, quia ſunt prima omnium Principia, & omnibus deniq; rebus præſunt, & præſident.

Ex Platonis myſt. Trin. adumbratū, nō benè declaratum.

Hæc ſunt deniq; pauca, quæ ex innumeris colligi poſſent circa veritatem myſterij huius diuiniſſimi, non tamen verè, ac plenè declarati, ſecundum veritatem indubitatam, ex reuelatione habitam, à Chriſti Dei filij prædicatione, ſed planè adumbrati à Platone, reuera Philoſophātium Patre, eximia pietate viro. Remanet videndum modò quid ſentiat circa hoc idem, & dicat tota eius præclariſſima ſchola, quę nimirum fatetur myſterium huius Triadis in diuinis Principijs, ſed non benè ſentiunt de quibuſdam circa ipſum poſtea exiſtētibus, fatentur numerum perſonarum, ſed non eodem modo conſentiunt circa eas, quę rei difficultas (vt iam diximus) prouenit à ſublimitate tanti myſterij, quod non poteſt faciliter attingere, nec ad plenum, humana ratio, lumine ſimpliciter naturali inueſtigare; nam ſi Theologi noſtrates, tantoperè laborant, & deſudant, non circa numerum in diuinis, nō circa dogmata Patribus reuelata, & à Domino noſtro prędicata, ſed circa multa in eodem myſterio conſiderata, quid facerent carnales homines, & puri Philoſophi, omni ſupernaturali adiuuamine deſtituti? & tamen pro ſua quoq; capacitate nituntur aliquid dicere à Chriſtiana veritate, non idcircò, multū alienum, ſequendo ea quę à Magiſtro Platone habuerunt, & ex eius ſcriptis didicerunt.

Plot. de Trinit.

Plotinus in eius familia prǣſtantiſſimus, integrum compoſuit volumen, in quo hanc materiam planiſſimè, & pleniſſimè declarauit, quod quidem inſcribitur ſecundum Ficini tranſlationem, de tribus principalibus ſubſtantijs, ſeu melius, ſecundum Beſſarionis verſionem, de tribus perſonis more noſtrorū Theologorum, nam Grǣcè hypoſtaſis ſonat, non ſubſtātiam, vt Ficinus vult, ſed perſonā, vt Beſſario declarat, quinimò omnes Eccleſię Doctores Latini; At videamus, quam dignè ſublimitate mentis has demonſtret Plotinus eo loci.

Ennead. 5. lib. 1.

Plotini ſententia circa Naturam diuinam.

IN primis, Dei ipſius naturam quęrentibus, & eum inuocantibus, videtur inſinuare, quomodo ipſum, non oratione vocali, ad aures ſpectante, valeant mortales attingere, ſed animo, ſiue intellectu ſe ipſum ad illum voti gratia impenſiſſimè reuocante, eundem poſſint capere (ſi ſolus tamē animus ad ſolum voto, & precatione accedet) cōcludit ipſum poſſe reperiri hoc modo, illud vnū, quod eſt ſuper omnia, in omnibus, & omnia ab ipſo, & eſt illud primum ab ipſo diffinitum, & declaratum ſatis ſupra; & his ferè vtitur verbis, quę ſe habēt tanquam pia quędam oratio ad illud deprecandum, quod animo humano vim, & facultatem concedat, vt quod non poteſt ratione, & viribus naturalibus valeat eius auxilio obtinere. ſ. ipſum attingendi in eodem cap. nititur tamē via motus illum indagare, ac adinuenire, quod à nobis explicabitur alibi.

Ennead. 5. lib. 1.

Præparatio animi ex Plot. ad n. Deū inuen.

Prima Perſona in Diu. ſecundum Plot.

SIt igitur primo Primum, & ſummum Bonum, & verum, & Vnum, Principium omnium Deus ſummus, per Plotinum, cuius ſupra multas deſcriptiones attulit, qui ſine vlla voluntatis proprię alteratione, & mutatione, ac etiam ſine naturę detrimento, & motu generat aliud, tanquam fęcundus, & ex ſe perfe-

Ennead. 5 cap. 6.

ctiſſimus, facit primo mentionem de ipſa prima (vt ordine procedamus) in eodem libro Plot. his verbis. *Affectat autem iterum intelligere, quod etiam inter antiquos ſapientes eſt diuulgatum, quonam pacto, ex vno, ſcilicet Deo exiſtente tali, quale dicimus vnum ipſum exiſtere* (.ſ. Deum primũ) *habuerit, vnumquodq; ſubſtantiam, ſiue multi, ſiue duitas, ſiue numerus, &c.* ex is facillimè intelligitur; non ſolum Deum primum appellari vnum illud, quod recta ratione Deus Pater eſt, ſed etiam omnia ab illo, tanquam à primo rerum principio dependentiam habere, Deum igitur Patrem habemus, iam ex his, & ex innumeris alijs locis, ſed nunquid per ſeipſum eſt otioſus, quo ad actionem? vel melius ſterilis, quo ad generationẽ? nequaquã (dicit) nam præſupponit ipſum poſſe generare, tanquam omnes perfectiones in ſe habentem, his verbis. *Quod inde igitur gignitur dicendum eſt ſuperiore non agitato gigni, alioquin ſi moto illo aliquid generetur, certè id, quod gignitur non ſecundum, ſed tertium erit ab illo poſt motum.* ex his verbis liquidò patet, ipſum eſſe generatiuum, & eſſe tale, ſine vlla ſui alteratione, & diminutione, & paſſione, nam ſubiungit: *Quamobrem neceſſarium eſt, cum illud ſit prorſus immobile, ſi quid poſt ipſum naſcitur id profectò illo, neq: annuente, neque voluntate determinente, neq; vllo pacto commoto ſubſiſtere?* Nullum igitur patitur motum, nullam alterationem in generando Deus primus bonum vnum, verum, & pater nullam mutationem admittit, ſed tãquam ſtabile, & immobile generat ad inſtar Solis lumen ſempiternum, & indeficiens, quod eſt (vt proximè videbimus) diuinus intellectus, prout videtur confirmare, his alijs verbis paulò infra. *Quonam igitur pacto, quidaè nobis eſt, circa illud ſtabile cogitandũ? lumen vndique circumfuſum ex ipſo dependens, ex ipſo (inquã) penitus quieſcente; ſeu fulgorem circa ſolem, quaſi circumcurrẽtem ex ipſo ſemper manente, progenitum.* Confirmat Patris iſtius, & fœcunditatem, & generatiuitatem ex hoc, quia omnia inferiora ad ipſum & per ipſum facta ſunt generatiua, his alijs verbis. *Iam verò res omnes quatenus naturaliter perſeuerãt, ex ipſa ſui eſſentia, præſenteq; virtute neceſſarium, circa ſe foras naturam producunt, ab ipſis dependentem, quę quidem imago ſit velut exemplaris .ſ. virtutis illius, vnde manauit.* Exemplum in confirmationem, luculẽtiſſimum affert, dum ſequitur. *Ignis quidem ex ſe foras emittit calorem, nix quoq; frigus non intrinſecus tantum cohibet, ſed & alijs exhibet: præcipuè verò id res odorata teſtantur.* his nimirum exemplis, & Patris fœcunditatem, & emanationẽ eius filij ab ipſo manifeſtat.

Nota duitatē pro dualitate.

Verb. tex.

Secunda Perſona in diuinis, ſecundum Plotini ſententiam.

SEd quidnam eſt iſtud ad hoc perfectiſſimus genitum? quod cum ſemper ſit, ſemper etiam generatur; nam ipſemet dicit paulò infrà, quod autẽ ſemper eſt perfectiſſimum, ſemper generat, dicamus nos ſemper eſt Deus Pater, ergo ſemper generat. Quiſnam modo eſt iſte à tanto genitore genitus? ſed tamen ſecundum eius aſſertionem, eſt genitus genitore minor in eodem loco (vt manifeſtare nobis continget in ſequẽti libro) nam habet hæc verba ibi expreſſa, *& ſempiternum minus autem genitum genitore,* eſt certè diuinus intellectus primũ ens, prima mens imparticipata, primus mũdus, qui dicitur idealis, & manifeſtatur ex ipſo, his alijs verbis ordine poſitis. *Quid nã igitur de perfectiſſimo eſt dicendum? Nunquid nihil procedit ab eo? An potius ab eo prodeunt, quæ omnium maxima ſunt poſt ipſum? maximum verò poſt ipſum eſt intellectus, atq; ſecundum.*

Ecce ergo generatio diuini intellectus .ſ. Dei ipſius primi Patris, ecce Filius, qui inſpicit in Patrem genitus, eo quia illo indiget, tanquam ſuo principio, primo productore, & ipſe nequaquam eo indiget, quod explicat his alijs verbis. *Inſpicit .n. intellectus illud, ſoloq; illo indiget; illud*

verò primum hoc minimè indiget. Sequitur explicando rationem huius aſſertionis; *Oportet profectò, quod ſit ab eo, quod eſt mente melius, eſt eſſe mentem, melius verò primum, quæ ſunt eſt intellectus, quoniam aliæ ſunt poſt ipſum.*

Hæc eſt ſempiterna filij generatio, ex qua iam habemus genitorem, & genitum, hoc eſt Patrem, & Filium, duas huius Triadis perſonas, hæc ſecunda perſona eſt illa, quæ (vt ſupra ennarrauimus) alijs nominibus etiam appellatur .ſ. Primus mundus, Primum ens, Prima mens Idearum plena, eſſentiarum referta, vitarum fons; ſed ſufficiũt quæ ad propoſitũ diximus de ea, quando eandem ſecũdum Plat. mentem declarauimus; hanc in hoc. cap. Plot. appellat Dei imaginem, Dei verbum, ſicut etiam ſibi complacet animam poſtea appellare mentis verbum, ad confirmationem, hæc verba in calce ſeptimi cap. huiuſce Enead. clara leguntur: *Iam verò, & anima mentis eſt verbum, & actus quidē, ſicut Mens eſt Dei Verbũ, &c.*

Alibi etiam appellat eundem intellectum, imaginem Dei, hoc modo .ſ. infra:

Cap. 7. eiuſdem Enead.

Imaginē verò illius dicimus eſſe intellectum: Oportet .n. apertius explicare. Primo quidem oportere, id genitum eſſe, ſeruariq; multa in ſe genitoris, ſimilitudinemq; talem fermè ad ipſum habere, qualem lumen habet ad ſolem, genitoremq; illum non eſſe mentem.

Summa dictorum.

Ex his verbis colligimus, Verbum ſiue mentem, ſiue intellectũ eſſe Dei ſummi imaginem; habemus idem deriuari ab ipſo, vt a ſole lumen, habemus tandem Deum ſupremum .ſ. genitorem non eſſe mentem, quod debet intelligi (vt multoties tetigimus) modo eminẽtiſſimo; nam Deus non eſt, nec mens, nec intellectus, nec ens, ſed eminentiſſimè ſe habens ſupra mentem, intellectum, & ens.

Mentem puriſſimam infra eandem appellat, omnium perfectionũ plenam, & cauſam reddit, hoc modo. *Hic igitur huius generis intellectus, puriſſimè mentis appellatione dignus, non aliunde, quam a primo principio, naſci eſt iudicandus, atque hunc iam genitum cũcta ſecum ſimul entia genuiſſe vniuerſam pulchritudinem Idearum, intelligibiles Deos omnes.*

Iſta puriſſima mens (inquit hic Philoſophus) habet ortum a Primo; & cum eo omnia tùm ſuperiora, tùm inferiora genuit, ſuperiora .ſ. inuiſibiles poteſtates, inferiora hoc eſt omnia corruptibilia, & generabilia.

Hucuſq; (ni fallor) ſecundum Plotini ſententiam habemus duas diuinas hypoſtaſes, ſiue perſonas, Patrem .ſ. & Filium, remanet tertium declarare, & demonſtrare, vt pleniſſimam habeamus cognitionem huiuſce Triadis, ſecundum Placitum tanti viri.

Tertia Perſona in diuinis ſecundum ſententiam Plot.

Tertia ſubſtantia, ſiue perſona ſecundũ Plot. Quo ad tertiam emanationem, & ſubſtantiam tãtum; non quo ad modum.

IN eiuſdem cap. quaſi poſtrema parte, oſtẽdit clarè tertiam diuinarum perſonarum ſubſtantiam, hiſce verbis. *Animam .n. generat intellectus (inquam) perfectus exiſtens. Quando .n. perfectus ſit, oportet & generare, potentiamq; tantam non eſſe ſterilem, ſed hic quoq; quod gignitur genitore melius eſſe nõ poterat.* animam vniuerſi appellat hanc tertiam Triadis diuinæ perſonam, ab intellectu D. emanantem, ſicut intellectus ipſe dicitur immediatè emanare à Primo .ſ. vero Vno, & Bono, quę tamen eſt circa Primum, ſed non immediatè (vt in ſequenti libro manifeſtabitur) Nam circa omnium Regem omnia ſunt, vt ex Platonis ſententia ſupra declaratum eſt, cui adſtipulatur Plotinus aſſecla fidelis Cap. viij. huius Eneadis Quintæ. Cap. 8.

Cap. 10. eiuſdem Enead. concludit, has tres hypoſtaſes, iam ſufficienter declaraſſe, & probaſſe, his alijs verbis. *Iam verò demonſtratum eſt, oportere ſuper ens .ſ. intellectum eſſe Vnum, quale deſiderabat ratio demonſtrare, quantum .ſ. de rebus talibus demõſtrari poſſit: eſſe autem poſt ipſum vnum ens; atq; intellectũ tertio deniq; loco naturam animæ;* & hæc tria eſſe in nobis, ſecũdum

Cap. 10. Enead. quintæ.

tamen veſtigium) de hinc patefacit, vt lib. eodem ſequenti patebit.

Concluſi. Concluſio eſt tandem, quod has tres perſonas in diuinis, & cognoſcit, cum Plat. præceptore, & probauit, prout humana ratio poteſt probare ea, quæ ſunt ſenſibus occulta. Ipſum vnum, quod eſt omnia (vt ipſe confirmat libro ſequenti) à quo origi natur filius eius .ſ. diuinus intellectus, Anima vniuerſi, quæ eſt poſtrema harum trium ſubſtantia ab ipſo intellectu genita. Primum non ens, ſed cauſa omnis entis, &c. quæ ſup. tetigimus, in declaratione mundi Idealis, ſecundum eſt ens perfectiſſimum in ſe habẽs omnium principia, omnes eſſentias, & omnes vitas continens, tertium pariter eſt ens ab Intellectu autẽ dependens, vniuerſum viuificans, & mouens, ità vt omnia inferiora ad ipſum .ſ. natura vniuerſalis, & ſenſibilia, ab eo dicantur habere eſſe immediatè.

Lib. 2. Ennead. quintæ.

Reſtat modo aliorum opiniones Platonicorum adducere, circa hoc nobiliſſimum myſterium, & ordine procedere, ſecundũ quod Platonici ordinantur poſt Plotinum, quinimò poſt Ammonium Saccum, eius præceptorem immediatum, à quo fluxere, & prodiere, tot inſignes Philoſophi, hoc negotium pertractãtes.

Ammonius iſte Saccus, Patria Alexandrinus, ſic dictus eſt à Sacco ipſo ferendo, nam Iuuenis Baiulus erat, & ex Baiulo (quẽ reliquit) Philoſophus adeò inſignis effectus eſt, vt aliquandò homines, animam Platonis putarent in eius corpus tranſmigraſſe, multos hic peperit Philoſophos diuinos, & Theologos, vt Origenem, inter Græcos celeberrimum, & Plotinum inſignem hunc Platonicum ex Plot. prodijt Porphyrius, ex Porphyrio Iamblicus, ex Iamblico Sirianus, ex Siriano Proclus, ex Proclo Hermias, ex Hermia Damaſcius, ex Damaſcio Priſcianus Lidius; qui Platonici ſic diſpoſiti, & ordinati, hoc diuinum pertractarunt myſterium, & nobis eorum ſententias hic afferre placet; & non ſolum horum, qui ſunt ſic ſubordinati, ſed etiam aliorum ſolidæ doctrinæ virorum, vt Amellij, Numellij, Theodori, & aliorũ.

Platonicorum progenies.

Porphyrius Plotini diſcipulus, ita piè locutus eſt circa hoc myſterium, vt parum diſcrepare à noſtratũ dogmatibus videatur, vnde doctiſſimi in Theologia noſtra, & præſertim Cyrillus aduerſus Iulianum, eius ſententiam, reuera aureã, afferre in confirmationem veritatis, non dubitarũt. Verba hęc apud ipſum leguntur lib. 4. de Hiſtoria Philoſophi, quæ de verbo ad verbum (vt aiunt) fuere deſumpta à pluribus, ad affirmandam rei veritatem, & pręcipuè à doctiſſimo Beſſarione, & à Reuerendiſſimo Auguſtino Eugubino, de Perenni Philoſophia, qui loquitur prius de ſummo Bono multa, deinde ſic proſequitur. *Ab hoc autem ſummo Bono, ratione quadam hominibus incognita, genitam mentem tradit Plato; nam de ipſa loquitur ſecundum Plat. placitum, quę prorſus per ſe ipſam exiſtat, in qua videlicet ſint vera res, & omnis rerum ſubſtantia, quod à primo, pulchrũ & per ſe pulchrũ ſit, habeatq; ſpeciem pulchritudinis. Proceſſit autem ante ſecula, vel ęternitatem, ab auctore Deo promanans, per ſe genita exiſtens, & per ſe Pater. Neq; .n. illo mouente ſe ad generationem huius proceſſus fuit, ſed iſte progrediente per ſe generabiliter, vel ex ſua generatione à Deo: & progrediente, non à principio aliquo temporali; nec dum .n. tempus erat, ſed neq; creato tempore, præ illa eſt aliquod tempus, ſemper enim eſt carens tempore, & ſola æterna Mens, ſicut autem Deus ille Primus Vnus, & ſingularis ſemper eſt, licet ab ipſo facta fuerint omnia, eo quod cum his, connum erari, & in eodem loco, quem habet ſubſtantia ſua, ea poni non poſſint: ſic, & Mens ſempiterna ſola, & ſine tempore: & creatis his, quæ ſunt in tempore ipſum tempus eſt permanens in Vnitate ſuæ ſubſtantiæ.* Hæc ex Porphyrio, qui ad aures Platonis, & Magiſtri Plot. locutus eſt, hauriuntur in citato loco. Quæ verba ex codice Græco ſic tranſlata leguntur apud Eugubinũ. Textus Græcus incipit, [illegible] &c.

Porphyrius circa diu. nat. quid ſentiat.

In lib. Plat. lib. 2 cap. 4. lib. 3 ca. 15.

Vi-

ipſum reperiri. Paulò infra ſequitur declarando, quæ promiſit .ſ. & boni filium, & quem ei ſimillimum eſſe dicatur, & affert ſimilitudinem de Sole, & eius lumine, quę peroptimè facit ad eius intentionem manifeſtandum.

Viſus (inquit) *ſol non eſt, neq; oculus, cui ineſt viſus ſol eſt; non certè, ſed ex omnibus ſenſuum organis, id maximè ſolis particeps: multum ſanè. Non ne, & vis, quam habet ex ſole inf ſam ſeruatur? Prorſus. Quin etiam ſol viſus non eſt: cauſa verò ipſius eſt; ab eo proſpicitur. Sic planè.* ex hac ſimilitudine deinde manifeſtat his verbis, Boni filium.

Hunc me vocare Boni filium dicito, quem ipſum Bonum in hac ſecum ſimilitudine, genuit comparatione conſimilem. Vbi ſit, ſiſtendo ſemper in comparatione; vt quemadmodum ipſum in loco intelligibili ad intellectum, & ea, quæ intelliguntur ſe habet, ſic, & in loco viſibili .ſ. ſol ad viſum, ſe habet, & ad ea, quæ videntur. ſequitur paulò infra cōcludendo. *Illud igitur, p veritatem illis, quæ intelligūtur, prębet, & intelligendi vim, ad intelligendum porrigit; Boni Ideam eſſe dicito ſcientiæ, & veritatis, quæ per intellectum percipitur cauſam.* ſequitur in ſimilitudine ſiſtendo, & iſtius veritatis concluſionem abſoluit. *Iſtā planius eius imaginem contemplare. Quomodo? ſolem quidem dices, vt arbitror ijs, quæ videntur, non modo videndi præbere poteſt, verum etiam generationem, augumentum, nutritionem: cum ipſe tamen generatio non ſit, quò .n. pacto? atq; ita dicas Bonum ijs, quæ cognoſcuntur, dare non modò, vt cognoſcantur; ſed eſſe inſuper, & eſſentiam elargiri, cum ipſum eſſentia non ſit, ſed ſupra eſſentiam dignitate ipſam, & potentia ſuperans.*

Hæc ſunt, quę pro confirmatione filij, ſummi Boni .ſ. Dei Patris, à Platone in Republica afferuntur, quæ quidem verba ſunt maximæ conſiderationis, circa hoc myſterium; prout affirmat Beſſario Cardinalis aduerſus Trapezuntium, qui hæc eadem ſecundum propriam verſionem & interpretationem illic recenſere videtur, nos autem Ficini verſionem ſecuti ſumus, quæ licet in verbis aliqualiter diuerſa appareat, ſenſu tamen & re ipſa, cum ea conuenit.

Lib. 2. in calum. c. 4.

Alibi hunc Boni filium appellat verbum, ad exemplum Mercurij primo, & D. Ioannis noſtri poſtea, in Epinomide, vbi habet hæc verba: *Facile conſpiciuntur; his honores reddamus .ſ. Dijs, non alij annum, alij menſem, alij nullam ſortem, nullumq; tempus, in quo circulum ſuum percurrens mundum, ornatumq; vnum perficiens. Quem ratio omnium diuiniſſima; viſibilem ſtatuit hunc vir fœlix primum ſummoperè admiretur: deinde cupiditate ardeat, ea diſcendi, quæcumque à natura mortali percipi poſſunt: ſic arbitratus optimè, atq; feliciſſimè ſe victurum; & cum deceſſerit, ad congrua virtuti loca venturū eſt.*

Hæc ratio ſumitur pro verbo in iſtis verbis, nam λογὸν legitur in græco Plat. textu, quod verbum interpretatur Beſſario, & iurè meritò, λογὸν etiā legitur apud D. Ioannem. Ioan. c. 1.

Beſſario melius (iudicio meo) vertit, dum dicit ſuaui ſtylo: *Honorem exhibeamus omnibus ſydereis Dijs, nec huic annum, illi menſem, cæteris autem nec regionem vllam, nec tempus ſtatuamus, quò ſuum orbem perluſtrent: circumeundo mundum, quem Dei Verbum viſibilem fecit, hoc felix quiſq; primum admiratur, poſtea amore incenditur ad intelligendum, quantumuis humani ingenij attingere poteſt; exiſtimans futurum, vt hoc modo, & vitam agere optimam, ac feliciſſimam poſſit; & poſt mortem loca petere, quæ virtuti parata ſunt.*

Hæc interpretatio Beſſarionis, & verbis, & ſenſui Plat. magis videtur conſona, nam ratio græcè διάνοια potius dicitur quam λόγος ideo interpretari debebat, & ipſe λογὸν verbum, & non rationem in expoſitione epiſt. 6. tamen verbum, & rationem appellat, his verbis: *Ratio diuiniſſima, ſiue diuiniſſimum verbum.*

Ecce igitur quam concinnè Plato de hoc diuino Verbo, Dei altiſſimi filio, ſummi Boni prole loquitur.

In Epiſtola 6. ad 3. amicos, ſic de eodem verbo, quod tamen verbum minimè, ſed Ducē appellat, loquitur noſter Philo- Epiſt. 6. in fine.

loſophus; verba ſunt: *& Deum Ducem omnium, & eorum, quæ ſunt, & eorum, quæ futura ſunt, & Ducis, & cauſæ Patrem Dominum adiurantes.* In his verbis clariſſima fit mẽtio primo Patris ipſius, deinde filij .ſ. Ducis, quẽ porrò hoc nomine ibi placuit vocare, hac ratione forſan motus, quoniam cum ſit mens prima imparticipata, aliarum mentium eſt tanquam Dux, participatarum, & cauſæ .ſ. animæ mundi, quę eſt tertia, & his tribus ſubſtantijs; hunc exponit aliter Ficinus locum; nam animam mundi non cauſam, ſed Ducem appellat, mentem autem cauſam, & non Ducem, ſed quoquo modo exponatur, ſemper remanet clarum ibidem Platonem, harum trium ſubſtantiarum mentionem facere, quod eſt ad præſens noſtrum probandi, ex illius auctoritate inſtitutum, quod (ni fallor) perfecimus; in ſequenti libro diligentiori calculo examinabimus, hæc, & alia circa hanc veritatem, & quod magis ei conſonum videtur acceptabimus.

In expoſit. epiſt. 6.

Fauet tamen Ficini expoſitioni (vt hic etiam aliquid dicamus ad vlteriorem doctrinam dandam) illud, quod in Timeo legitur .ſ. quid autem gignitur neceſſariò ab aliqua cauſa gignitur, expoſitores plerique ſuper hunc Textum, pro cauſa intelligunt, mentem Opificem, Boni filium, qui reſpiciens in ſemetipſum vniuerſum optima ratione fabrefecit, ſed ſit quomodocunque ſemper remanet ab auctoritate Platonis probatum (vt diximus) quod tres ſubſtantiæ, ibi ſint; de quibus clara ab eodem fiet mentio ſecundum propoſitam inquiſitionem.

Tex. in Timeo.

In Phedone extat locus inſignis, non ſolum confirmans hanc expoſitionem, ſed etiam declarans Platonis mentem, circa aſſertionem iſtius ſecundæ ſubſtantiæ, ſ. mentis diuinæ, Ibi ſecundum occaſionem in diſputando oblatam, Adducitur Opinio Anaxagoræ, aſſerentis, mentem omnia exornare, cui videtur adſtipulari Plato, & ipſam appellare cauſam his verbis. *Verum enim audiſſem aliquãdo ex libro* (vt ille aiebat) *Anaxagoræ legentem, quendam hanc Anaxagoræ ipſius ſententiam, videlicet mentem omnia exornare, omnium cauſam eſſe, hoc vtique; cauſæ genere, magnopere ſum delectatus, exiſtimans quodãmodo conſentaneum, mentem eſſe omnium cauſam putabã, ſi id ita eſſet, vt mens omnia exornaret; ſingula per hanc, ita eſſe diſpoſita, vt optimè diſponi potuerant.*

In his verbis habemus primo mentem dici à Platone cauſam .ſ. non, modo omnia producentem, ſed etiam exornantem, prout ante ipſum tenuit, & ſcripſit Anaxagoras, Philoſophorum vetuſtiſſimus, & non iniuria.

Sed hoc nomen cauſa preciſè conuenire menti nequaquam aſtruimus, ſecundum Plat. doctrinam, quinimmò hoc nomen primo dicitur, & melius conuenire Patri Deo .ſ. ſummo Opt. Max. prout ex quibuſdam verbis in Phelebo expreſſis, liquidò cõſtare poteſt, ſunt .n. verba. *Mea verò petitioni reſponſum porrigit, quod mens eſt progenies quædam eius cauſæ, quæ cauſa dicitur omnium:* hæc cauſa dicitur Bonũ ipſum, Deus ſummus, qui reuera cauſa, & melius, quoniam omnia producentia, & producta, ſecundum eſſe cauſale dicũtur ab eo dependere; Anima etiã dicitur cauſa, adeò vt & Pater Bonum ipſum, & Filius, mens ipſa, & anima mundi dicuntur cauſæ, ſed diuerſa ratione, vt alibi patefaciemus.

In Phelebo.

In eodem lib, iſtã mentem Dei filiam, vocat intellectum, Regem cœli, & terræ, ſecundum placitum veterum ſapientum, qui (vt ipſe dicit) extollẽtes ſe ſe, hoc aſſerẽtes fortè rectè loquuntur, verba ſunt: *Facilè tamen, omnes ſiquidem ſapientes, ita extollentes ſeſe conſentiunt intellectũ eſſe cœli, & terræ nobis regem, ac fortè rectè loquuntur.* paulò infra hoc idẽ probat Soc. Protarcho ſecum diſputanti, his alijs verbis: *Vtrum ò Protarche dicendum eſt, vniuerſum hoc agi ab irrationali quadam, temerariaque, & fortuita poteſtate? An contra, quemadmodum maiores noſtri ſenſerunt, ordine quodam mentis, & ſapientiæ mirabilis gubernari?*

In Phelebo.

Ecce quomodo dicitur etiam hęc mẽs Dei filia, intellectus, & Rex vniuerſorũ,

quin-

quinimò dicitur ſapientia; ſed cuiuſnam ſapientia? Patris omninò; prout latius alibi dicemus, felicibus auſpicijs.

Hoc nomen, ſapiẽtia, ob id in eodem Philebo dicitur omnium preſtantiſſimũ; quod ſic nõ diceretur, ſi forſan intelligeretur de ſapientia humana, igitur eſt intelligendum de ſapientia diuina: vnde in 5. de Rep. dicitur ſapiẽtia ſumma, & non immeritò: ſic vocitur præterea hęc mens filia Dei, Veritas, nam ſi Pater eſt illud vnum, quod dicitur & Bonum, & Verum, ab eo, tanquam ab vno, generatur vnitas imparticipata.ſ.mens ipſa, & à Bono prima Bonitas primi entis.ſ.filius mentis, & poſtremò ab eodem prima veritas, quæ eſt dubiò procul mens filia Dei ſummi, Vnius, Boni, & Veri.

Verborum Plat. explanatio.

Nec turbet nos, quòd Plato in eodem Philebo in fine habeat hæc verba. *Mens autem, aut idem, quod veritas eſt, aut omniũ certè ſimillima, atq. veriſſima.* quoniam illa ſimilitudo nõ eſt comparatiua, ſed identica. Etenim Platonici omnes vno ore conclamant, Deum eſſe primum verum, igitur mens filia prima veritas, Dux omnium, ex Plat. ſent. de leg. Dial. 5. & alibi, Bonorum, nam ibidem hæc verba leguntur: *Veritas profectò, & Dijs, & hominibus Dux eſt omnium Bonorum.* ſi Dijs.ſ.minoribus eſt talis, multò magis menti primæ Dei ſummi filiæ eadem vocabitur.

In Cratylo diſſerẽs de iuſto, poſt multa verba concludit iuſtum dici illam mentem, cuius meminit Anaxagoras ex vetuſtiſs. Philoſophis; verba ſunt: *Percontanti mihi itaq; quid illi ſentirẽt, ipſum ait ignem iuſtum exiſtere, neq. id cognitu facile. Quare alius inquit, nõ ignem ipſum, ſed potius ipſum innatum igni calorem. Alius hæc omnia pro nihilo habet. Eſſe n. iuſtum Mentem illam, quam induxit Anaxagoras, Dominam certè illam ſuapte natura, nec alicui mixtã, exornare omnia inquit, per omnia penetrantem.*

In his manifeſtat Plato mentem, non modò omnia exornare, & penetrare cum Anaxagora, ſed etiam ipſum Iuſtum eandem eſſe; ſed quænã (vt diximus) eſt iſta Anazagoræ mens? certè illa, quæ eſt filia Dei ſummi, primi vnius veri, & boni ſecundum ipſum.

Summa dictorum.

Hęc ſunt igitur, quæ dici poſſunt ex conſenſu Plat. circa iſtam mentem, iſtum intellectum, Boni filium, qui alio nomine apud Plat. & ſequaces appellatur primũ ens, primum verum, primum vniuerſum, & primus mundus, primũ (inquam) ens, quia ante illum nullũ eſt ens, ſolus n. Pater ſummus Deus eſt ante ipſum, ſed non dicitur ens (vt iã vidimus) ſed cauſa omnium entium ſolus Filius iſte dicitur primũ ens, & cum tale ſit, dicitur etiam primum verum & rationale, quia ſemper eſt ens, non autem ſicut iſta noſtratia, quæ aliquando ſunt, aliquando non ſunt, ſed ſemper eſt id, quod eſt, & ideò ratione recta appellatur verũ ens, appellatur quoq. primũ Vniuerſum.i. primus mundus, quia in ipſo ſunt omnia vera entia: vera autem entia sũt ipſę Ideę, & ideò vocatur etiam mundus Idealis.

Mundus Idealis (inquam) non abſq. ratione, quoniã cõprehendit in ſe Ideas, quę vera entia nuncupantur à Platonicis, nec officit auctoritas Ariſt. in hac re, qui nititur (ſed perperã) euertere has Ideas, & ex profeſſo deſtruere pluribus in locis ſuę Philoſophiæ non rationibus, & argumentationibus ſolidis, ſed cauilloſis, & inanibus verbis, quę ab omnibus Platonicis, & à magna ſuorum interpretum caterua non ſolum exploduntur, ſed etiam irridentur, tanquam mera ſophiſmata.

Ariſt. ſich cõtra Ideas à Platonis deſideratum.

Nam hoc dogma de Ideis veriſſimum eſſe vno ore fatẽtur omnes vniuerſi ſapientes vetuſtiſſimi, & ob id non fuit inuentũ, & excogitatum à Plat. (vt falsò aſſerit Ariſt.) nec primus eos induxit ipſe, vt multi etiam ex noſtratibus tenuere, ſed Idearũ mentio facta eſt prius à Timęo Locro, ab Archita Tarẽtino, à Brutino in fragmentis quibuſdam, quæ adhuc extant. Hi nimirum tres diſcipuli fuere Pythagorę, qui multis annis Plat. pręceſſere. Ante Pythagoram vixit Orpheus multis ſęculis, & hic quoq. in Poematibus ſuis docuit Ideas eſſe.

Idearũ doctrina ante Plat.

eſſe. Ante Orphęum idem dogma docuerunt Aegyptij ſapientes, quorum Principis Mercurij Triſmegiſti, aliquot libelli adhuc extant, in quibus clara Idearum doctrina facilè conſpicitur; Ante Aegyptios Caldæi; quorum caput fuit Zoroaſter, cuius reliquias ſatis multas hac tempeſtate collegit Fräciſcus Patricius, pręceptor meus in hac Platonica doctrina, in quibus Idearũ perſpicua apparet mentio, vocatq. eas ſuo quodã nomine Tingas; quę vox gręca eſt ea carmina ex Caldæo ſermone verſa fuerunt in Græcum à Iuliano, quodam Caldæo, tempore Antonini Imperatoris. Hebræi quoque (ſicuti atteſtatur Philo Iudæorum doctiſſimus) Ideas agnouerunt, itaq. ſi auctoritate ſola in hoc dogmate, pugnãdum eſſet contra Ariſtotilem, qui eas (vt dixi) cauilloſè oppugnat, proculdubio victoria ſtaret pro Academicis, propterea quod, & Pythagoræ ſchola, & Orphica, & Aegyptiaca, necnon Caldaica, Hebraicaq. longa Peripatetica antiquiores, & ſapientiores pro eis pugnarent.

Ariſtoteles, vale.

Mundus Idealis.

Itaq; mundus hic Idealis, dicitur mundus, non ſine ratione, quã omniũ Idearũ eſt plenitudo; Idea à Platonicis, & præſertim à Proclo inter Platonicos celeberrimò, qui loquitur ad mentem Zenocratis, & Alcinoi, *eſt exemplar æternum eorum, quæ ſecundum naturam ſiunt*, cui diffinitioni à Franciſco Piccolomineo huius tempeſtatis Philoſopho pręſtantiſſimo pro exacta declaratione, hæc alia connectuntur verba: *in mente diuina poſitum, per quod cuncta ab Opifice primo emanantia ei offeruntur, & ad extra producuntur*; dicitur iure exemplar, vt refertur ad mundum hunc ſenſibilem, dicitur intellectio, & intelligibile, quatenus refertur ad mentem diuinam, dicitur etiam eſſentia conſiderata in ſeipſa, dicuntur ſpecies, & formæ rerum materialium, non tamen ſeiunctæ à corporibus per ſe, & ſeorſum à mente diuina, habentes vires tùm intelligendi, tùm generandi, vt perperam ſenſere nonnulli opinioni Ariſt. adhærentes, qui hanc fuiſſe

Deffinitio Ideæ.

ſententiam Platonis, cum eo veram fateri non dubitarunt, vt fuit D. Thomas, & eius præceptor Albertus, re, & cognomento Magnus, quos ſequitur, & ipſius Platonis ille calumniator, qui à Beſſarione doctiſſimo fuit, vt huius doctrinę ignarus, ſubtiliſſimis argumentis reprobatus. Quod hæc ſententia non ſit Platonis circa Ideas, & quod labantur, id aſſerentes; patet ex his, quę ſcripta reliquit ipſe, tùm in Timeo, tùm in Rep. in Timeo, dùm affirmat mundi Opificem, imitatum fuiſſe ſempiternum exemplar Opificis, exemplum reuera in mente ipſius reperitur, itidem mundũ hũc ſenſibilẽ affirmat vnum eſſe vna mente, vna aĩa contẽtum, omnia continentem, quia ad vnius ſimilitudinem factũ, & formatũ (vt conſpicuè videbimus in libro de mundi productione) id autem vnum, omnia comprehendens, eminenter ad cuius exẽplum, eſt iſte formatus, dubio procul eſt mundus Idealis, in prima impatticipata mente refulgens, quare, &c. in Rep. apertè ait Ideam Boni regnare in mundo intelligibili, vnde ex his conijcere debemus, hanc fuiſſe veram Plat. ſent. circa Idearũ naturam, non aũt illam primam, quæ ſi eſſet, iure eſſet impugnata, & reprobata ab Ariſt. & eum ſequẽtibus. Nec officit, quod dicatur ab eo quandoque formæ puræ, & ſeiunctæ, quia intelligitur non ſeparatæ à diuina Mente illa, ſed à corporeis, & materialibus rebus, & ſunt in ea, non vt accidentia in ſubiecto; nec, vt formę in forma altera, ſed ſunt ipſa mẽtis diuinę eſſentia, vt cuncta repreſentans, vt nata imitari, & vt includens cętera omnia, tanquam cauſa diuina, & exemplaris, quinimò efficiens, & finalis (vt ſuo loco longè, latèq. videbimus.) Non differunt in hac diuina mente Ideæ re, & ſubſtantia ab ipſa, & ad ſe inuicem, ſed in ea idẽtificantur ſubiecto, inter ſe autem ratione, & formaliter diſtinguuntur, ità vt vna verè negetur de altera, vt Idea hominis de ipſo equo, &c. hęc eſt natura, & conditio mundi iſtius Idealis, qui dicitur ẽt mundus intelligibilis.

Suſtinere, Peripatetici

7. Rep.

Plat. vera ſẽt. de Ideis.

ſẽſus Theolog. de ideis

Dia

Mundus intelligibilis, quare ſic dictus.

Dicitur etiam mundus intelligibilis, ad differentiam mundi iſtius ſenſibilis, & corporei, nam ſicut hic ſenſu cõprehenditur, ità ille non niſi intellectu percipitur, atq; hac vna ratione dicitur mundus intelligibilis: dicitur etiam ſecunda ratione, mundus intelligibilis, eo quòd omnes intellectus in ſe comprehendat, etiam intellectus animarum omnium, nam quia animæ noſtræ intellectum percipiunt, à Plotino dicuntur habitatores mundi intelligibilis, mundus quoq; dicitur (vt hoc etiam intelligatur) quoniam in ſe comprehendit omnes eſſentias, omnia entia, omnes formas, omnes vitas, omnes intellectus, non aliter, quam hic Corporeus mundus comprehendit in ſe omnia corpora, omnes corporeas formas, & omnia corporea accidentia, præter quæ nihil eſt in hoc mundo, ſed maxima tamen eſt differentia inter entia hæc corporalia, & entia illa mundi intelligibilis, nam illa ſunt ſine materia; iſta materialia; illa incorporea, iſta corporea; illa ſimplicia, iſta compoſita ex materia, & forma; illa in ſtatu; iſta in motu; illa in perpetua eſſentia, iſta in continua generatione; illa inalterabilia, iſta alterabilia, & continuè alterantur; illa incorruptibilia, iſta corruptibilia; illa immortalia, iſta mortalia; illa ſincera, iſta inquinata ſordibus materiæ; illa ſemper entia, iſta ferè non entia, nam modo ſunt, modo non ſunt, illa in vita, iſta in morte; illa tãdem exemplaria, iſta imagines, hæc igitur eſt conditio, & natura mundi intelligibilis filij Dei. Tres alij ſunt mundi apud Plat. ſ. mundus animalis, natura vniuerſalis, & mundus hic materialis, de quibus ſuis locis latiſſimè pertractabimus (fauente Deo) modò hęc pauca ſufficiant.

Diffinitio inter entia mundi intelligib. & ſenſib.

Remanet declarare, tertiam ſubſtantiam huius diuinæ Trinitatis, ſecundum Plat. doctrinam, de qua etiam aliquid hucuſq; tetigimus obiter (vt viſum eſt.)

Tertia Diuinæ naturę ſubſtantia ſecundum Platonem.

Tertia Triadis Plat. ſubſtant.

HVius Triadis, tertiam ſubſtantiam, commemorat Plato tribus in locis præcipuè, prout nouerim, quæ loca non omnia afferunt omnes, qui huius comparationis laborem moliri ſtuduerunt, ego verò omnia pro viribus ad vberiorem, & clariorem doctrinam dandam, circa hoc nobiliſſimum, & pariter diuiniſſimum myſterium adducere nitar. In Philebo, quem ſupra ſæpè citauimus, fatetur Plato mentem, de qua modo egimus, non eſſe ſine anima, quinimò apertè dicit, in Iouis natura, hoc eſt in Patris natura, Regiã animam, Regiamq; mentem ineſſe, his nimirum verbis. *Quamobrem rationem illam vlterius proſequentes, licebit aſſerere ea, quæ ſæpenumero diximus infinitum, prorſus in hoc vniuerſo conſiſtere; ſufficientemq; terminum, cauſamq; illis haud ignobilem, ſemper adeſſe ornantem, diſponentemq; horas, & menſes, & annos, mentem, & ſapientiam meritò nuncupatam.* Ecce mentio iam facta cauſæ vniuerſalis. ſ. Dei Boni, & filiæ mentis, quam vocat, & meritò, ſapientiam proſequitur. *Sapientia verò, atq; mens abſq; Anima nunquam fuit. Nunquam certè* (inquit Protarchus) *ergo Soc. in Iouis ipſius natura Regiam animam, Regiamq; mentem ineſſe, propter vim cauſæ confiteberis*; & in alijs item alia pulchra, vt illorum cuiq; dici placet. Quid clarius dici poteſt, & de cauſa. ſ. Patre, & de Mente, ſapientiaq;, quæ eadem eſt, & de anima ipſa, prole mentis (vt apparet?) vocat Regiam mentem, & Regiam animã, & non ſine ratione. Nam.

Soc.

In Epiſtola longa, ad Dionyſium Syracuſanum, ipſum Patrem itidem vocat Regem, dum tres Reges conſtituit, primum. ſ. Patrem, qui rectà ratione poteſt dici Rex Regum, ſecundum filium, qui itidem iure appellatur Rex (vt proximè videbimus) tertium animam mundi, quæ & ipſa non immeritò poteſt dici Rex, ſed verba adducamus ad maiorem expreſſionem Platonicæ ſententiæ, circa hanc veritatem, verba ſunt illa, quæ ſecundum aliam intentionem ſupra allata ſunt. ſ. *circa omnium Regem cuncta ſunt: ipſius gratia omnia, ipſe pulchrorum cauſa omnium; circa*

ſe-

ſecundum ſecunda, tertia circa tertium. Humanus animus affectat, qualia illa ſint intelligere, aſpiciens in ea, quæ ſibi cognata ſunt. *Quorum nihil, &c.* Vbi tranſlatio Ficini habet *Pulchrorum omnium*, interpretatio Beſſarionis dicit: *Bonorum omnium.* ſed hoc non eſt ad præſens à nobis ſpeculandum, ſufficit videre ex vtriuſq; verſione, Platonis mētionem trium Regum, qui ſine vlla dubitatione ſunt Pater Bonum, filius mens, & anima mundi, exponamus primo ſecundum Ficini placitum, verba hæc deinde ſecundum noſtrum ſenſum aliquid dicemus quinimò ſecundum veritatem ipſam.

Verborum Platonis. Ficini expoſitio. In huius argumento Epiſtolæ ſic exponit M. Ficinus: *Circa omnium Regem cuncta ſunt*, i. circa ipſum Bonum, quod ſcuera dicitur omnium Rex, cum ſit prima cauſa, *cuncta ſunt.* ſ. Ideæ, & per ipſas Ideas, *Omnia circa ſecundum, ſecunda*.i. circa mentem, intellectum, & verbum, ſunt rationes, quæ ſequntur Ideas: *Circa tertium verò, tertia*.i. circa animam mundi ſunt formæ. In his verbis elicit Ficinus etiam Deum dici à Platone, cauſam omnium, non ſine ratione, Bonorum & Pulchrorum, nam vbi dicit *circa*, vult quod Deus dicatur exemplaris cauſa, vbi ait, eius gratia finalis, vbi dicit, *ipſe eſt cauſa pulchrorum omnium, ſiue Bonorum* cauſa efficiēs, ſed parum ad præſens nobis refert hæc recenſere, iā Deum ſupra, & cauſam, & Principium fecimus, ad aures Platonis, quinimò ex eo etiam, & Mentem, & Animam principia, & cauſas ſtatuimus, & loca adduximus, videamus an alio modo hæc verba poſſint exponi.

Expoſitio horum verborum auctoris. *Circa omnium Regem omnia ſunt*, ideſt circa primum, Vnum, Bonum, & Verum, ſunt cuncta ad ipſum inferiora, cum ipſa ab eo dicantur eſſe ſecūdum dependentiam Cauſalem, nam primum ens, prima Mens imparticipata, quicquid habet in ſe, ſecundum tale eſſe ab illo dicitur habere tamquam à cauſa originali, licet ipſa à ſe etiam dicatur aliqua habere (vt proximè videbimus) igitur dicitur ſic, cauſa bonū ipſum, Rex ipſe primus pulchrorum omnium, & Bonorum, nam Bonitates, & pulchritudines, quę reperiuntur, in eſſentijs, in entibus, in vitis, in formis, & in intellectibus, quibus omnes dicuntur, & Boniformes, & pulchriformes, ab ipſo dicuntur habere ſecundum præfatam emanationem, ideò hac de re dicitur & primus Rex, & Bonorum, & pulch. omnium cauſa primaria, omnium excellentiſſima. Adiungitur, quod Bonum eſt, omnium centrum, mens eſt immobilis circulus à centro pēdens, in quo omnia ſunt .ſ. Ideæ, eſſentiæ, vitæ, &c. igitur circa ipſum omnia ſunt, *ſecundum circa ſecunda*.i. mens, intellectus, filius Dei, qui & ipſe appellatur Rex, & Dominus entium, ſecundum eſſe formale, *circa ſecunda*.i. ea, quæ vocat Ideas, & cætera exiſtentia in ipſo filio, eſſentias .ſ. incorporeas, & cætera quæ diximus. *Tertium circa tertia*, hoc eſt anima mundi, quæ ideò dicitur circa tertia eſſe, eo quod ſit mens, opifex, quæ hunc corporeum mūdum produxit omnium formarum plenum, &c. & hæc eſt altera expoſitio, à Ficino tamen parum diſtans; ex his habemus, non modò mentionem à Platone factam horum trium Regum .ſ. harum trium ſubſtantiarum, ſed etiam verborum interpretationem.

In eadem Epiſtola, quæ eſt in ordine ſexta, à nobis paulò ſupra citata, vidimus explicitam mentionem primo Patris, ſecundo Filij, tertio animę mūndi, in illis verbis, quę ſecundum Ficini interpretationem ſonant, teſtando Deum omnium rerum Ducem, pręſentium, & futurarum, ac Ducis, & cauſę Patrem Dominum, vbi cognoſcimus Deū Patrem, & Dominum, dici Ducem, & cauſam, & Mentem, & Animam mundi, in quibus quidem vbi Ficinus vertit, & Ducis, & cauſę, Patrem Dominum, Beſſario dicit Principem; & Principis; Opificiſq; cauſę Patrem, & Dominum, &c. quę nimirum verba, licēt ſenſu conueniant, nobis Epiſt. Plat. 6.

tamen placuit hîc iterum adducere, non ſolum in confirmatione confeſſionis Platonicæ harum trium ſubſtantiarum diuinarum, ſed ad maiorē nominum earum expreſſionem, quibus quidem appellantur, nam iure dicuntur Reges, quia omnia regunt, & adminiſtrant, ibi Epiſtola ſexta. Hic dicuntur Duces, quia omnia ducunt, & dirigunt, dicuntur Principes optima ratione, quia ſunt prima omnium Principia, & omnibus deniq; rebus præſunt, & præſident.

Ex Platonis myſt. Trin. adumbratū, nō benè declaratum.

Hæc ſunt deniq; pauca, quæ ex innumeris colligi poſſent circa veritatem myſterij huius diuiniſſimi, non tamen verè, ac plenè declarati, ſecundum veritatem indubitatam, ex reuelatione habitam, à Chriſti Dei filij prædicatione, ſed planè adumbrati à Platone, reuera Philoſophātium Patre, eximia pietate viro. Remânet videndum modò quid ſentiat circa hoc idem, & dicat tota eius prēclariſſima ſchola, quē nimirum fatetur myſterium huius Triadis in diuinis Principijs, ſed non benè ſentiunt de quibuſdam circa ipſum poſtea exiſtētibus, fatentur numerum perſonarum, ſed non eodem modo conſentiunt circa eas, quē rei difficultas (vt iam diximus) prouenit à ſublimitate tanti myſterij, quod non poteſt faciliter attingere, nec ad plenum, humana ratio, lumine ſimpliciter naturali inueſtigare; nam ſi Theologi noſtrates, tantoperè laborant, & deſudant, non circa numerum in diuinis, nō circa dogmata Patribus reuelata, & à Domino noſtro prēdicata, ſed circa multa in eodem myſterio conſiderata, quid facerent carnales homines, & puri Philoſophi, omni ſupernaturali adiuuamine deſtituti? & tamen pro ſua quoq; capacitate nituntur aliquid dicere à Chriſtiana veritate, non idcircò, multū alienum, ſequendo ea quē à Magiſtro Platone habuerunt, & ex eius ſcriptis didicerunt.

Plot. de Trinit.

Plotinus in eius familia prēſtantiſſimus, integrum compoſuit volumen, in quo hanc materiam planiſſimè, & pleniſſimè declarauit, quod quidem inſcribitur ſecundum Ficini tranſlationem, de tribus principalibus ſubſtantijs, ſeu melius, ſecundum Beſſarionis verſionem, de tribus perſonis more noſtrorū Theologorum, nam Grēcè hypoſtaſis ſonat, non ſubſtātiam, vt Ficinus vult, ſed perſonā, vt Beſſario declarat, quinimò omnes Eccleſię Doctores Latini; At videamus, quam dignè ſublimitate mentis has demonſtret Plotinus eo loci.

Enead. 5. lib. 1.

Plotini ſententia circa Naturam diuinam.

Enead. 5. lib. 1.

IN primis, Dei ipſius naturam quērentibus, & eum inuocantibus, videtur inſinuare, quomodo ipſum, non oratione vocali, ad aures ſpectante, valeant mortales attingere, ſed animo, ſiue intellectu ſe ipſum ad illum voti gratia impenſiſſimè reuocante, eundem poſſint capere (ſi ſolus tamē animus ad ſolum voto, & precatione accedet) cōcludit ipſum poſſe reperiri hoc modo, illud vnū, quod eſt ſuper omnia, in omnibus, & omnia ab ipſo, & eſt illud primum ab ipſo diffinitum, & declaratum ſatis ſupra; & his ferè vtitur verbis, quē ſe habēt tanquam pia quēdam oratio ad illud deprecandum, quod animo humano vim, & facultatem concedat, vt quod non poteſt ratione, & viribus naturalibus valeat eius auxilio obtinere. ſ. ipſum attingendi in eodem cap. nititur tamē via motus illum indagare, ac adinuenire, quod à nobis explicabitur alibi.

Preparatio animi ex Plot. ad u. Deū inuen.

Prima Perſona in Diu. ſecundum Plot.

SIt igitur primo Primum, & ſummum Bonum, & verum, & Vnum, Principium omnium Deus ſummus, per Plotinum, cuius ſupra multas deſcriptiones attulit, qui ſine vlla voluntatis proprię alteratione, & mutatione, ac etiam ſine naturę detrimento, & motu generat aliud, tanquam fœcundus, & ex ſe perfe-

Enead. 5 cap. 6.

ctiſ-

ctiſſimus; facit primo mentionem de ipſa prima (vt ordine procedamus) in eodem libro Plot. his verbis. *Affectat autem iterum intelligere, quod etiam inter antiquos ſapientes eſt diuulgatum, quonam pacto, ex vno, ſcilicet Deo exiſtente tali, quale dicimus vnum ipſum exiſtere* (.ſ. Deum primũ) *habuerit, vnumquodq; ſubſtantiam, ſiue multi, ſiue duitas, ſiue numerus, &c.* ex is facillimè intelligitur; non ſolum Deum primum appellari vnum illud, quod recta ratione Deus Pater eſt, ſed etiam omnia ab illo, tanquam à primo rerum principio dependentiam habere, Deum igitur Patrem habemus, iam ex his, & ex innumeris alijs locis, ſed nunquid per ſeipſum eſt otioſus, quo ad actionem? vel melius ſterilis, quo ad generationẽ? nequaquã (dicit) nam præſupponit ipſum poſſe generare, tanquam omnes perfectiones in ſe habentem, his verbis. *Quod inde igitur gignitur dicendum eſt ſuperiore non agitato gigni, alioquin ſi moto illo aliquid generetur, certè id, quod gignitur non ſecundum, ſed tertium erit ab illo poſt motum.* ex his verbis liquidò patet, ipſum eſſe generatiuum, & eſſe tale, ſine vlla ſui alteratione, & diminutione, & paſſione, nam ſubiungit *Quamobrem neceſſarium eſt, cum illud ſit prorſus immobile, ſi quid poſt ipſum naſcitur id profecto illo, neq; annuente, neque voluntate decernente, neq; vllo pacto commoto ſubſiſtere?* Nullum igitur patitur motum, nullam alterationem in generando Deus primus bonum vnum, verum, & pater nullam mutationem admittit, ſed tãquam ſtabile, & immobile generat ad inſtar Solis lumen ſempiternum, & indeficiens, quod eſt (vt proximè videbimus) diuinus intellectus, prout videtur confirmare, his alijs verbis pauld infra. *Quonam igitur pacto, quidnè nobis eſt, circa illud ſtabile cogitandũ? lumen vndique circumfuſum ex ipſo dependens, ex ipſo (inquã) penitus quieſcente; ſeu fulgorem circa ſolem, quaſi circumcurrẽtem ex ipſo ſemper manente, progenitum.* Confirmat Patris iſtius, & fœcunditatem, & generatiuitatem ex hoc, quia omnia inferiora ad ipſum & per ipſum facta ſunt generatiua, his alijs verbis. *Iam verò res omnes quatenus naturaliter perſeuerãt, ex ipſa ſui eſſentia, præſenteq; virtute neceſſarium, circa ſe foras naturam producunt, ab ipſis dependentem, quę quidem imago ſit velut exemplaris .ſ. virtutis illius, vnde manauit.* Exemplum in confirmationem, luculẽtiſſimum affert, dum ſequitur. *Ignis quidem ex ſe foras emittit calorem, nix quoq; frigus non intrinſecus tantum cohibet, ſed & alijs exhibet: præcipuè verò id res odoratæ teſtantur.* his nimirum exemplis, & Patris fœcunditatem, & emanationẽ eius filij ab ipſo manifeſtat.

Nota duitatẽ pro dualitate.

Verb. tex.

Secunda Perſona in diuinis, ſecundum Plotini ſententiam.

SEd quidnam eſt iſtud ad hoc perfectiſſimus genitum? quod cum ſemper ſit, ſemper etiam generatur; nam ipſemet dicit paulò infrà, quod autẽ ſemper eſt perfectiſſimum, ſemper generat, dicamus nos ſemper eſt Deus Pater, ergo ſemper generat. Quiſnam modo eſt iſte à tanto genitore genitus? ſed tamen ſecundum eius aſſertionem, eſt genitus genitore minor in eodem loco (vt manifeſtare nobis continget in ſequẽti libro) nam habet hæc verba ibi expreſſa, *& ſempiternum minus autem genitum genitore*, eſt certè diuinus intellectus primũ ens, prima mens imparticipata, primus mũdus, qui dicitur idealis, & manifeſtatur ex ipſo, his alijs verbis ordine poſitis. *Quidnã igitur de perfectiſſimo eſt dicendum? Nunquid nihil procedit ab eo? An potius ab eo prodeunt, quæ omnium maxima ſunt poſt ipſum? maximum verò poſt ipſum eſt intellectus, atq; ſecundum.*

Ecce ergo generatio diuini intellectus .ſ. Dei ipſius primi Patris, ecce Filius, qui inſpicit in Patrem genitus, eo quia illo indiget, tanquam ſuo principio, primo productore, & ipſe nequaquam eo indiget, quod explicat his alijs verbis. *Inſpicit .n. intellectus illud, ſoloq; illo indiget; illud*

verò primum hoc minimè indiget. Sequitur explicando rationem huius aſſertionis; *Oportet profectò, quod ſit ab eo, quod eſt mente melius, eſſe mentem; melius verò omnium, quæ ſunt eſt intellectus, quoniam aliæ ſunt poſt ipſum.*

Hæc eſt ſempiterna filij generatio, ex qua iam habemus genitorem, & genitum, hoc eſt Patrem, & Filium, duas huius Triadis perſonas; hæc ſecunda perſona eſt illa, quę (vt ſupra ennarrauimus) alijs nominibus etiam appellatur .ſ. Primus mundus, Primum ens, Prima mens Idearum plena, eſſentiarum referta, vitarum fons; ſed ſufficiũt quæ ad propoſitũ diximus de ea, quando eandem ſecũdum Plat. mentem declarauimus, hanc in hoc cap. Plot. appellat Dei imaginem, Dei verbum, ſicut etiam ſibi complacet animam poſtea appellare mentis verbum, ad confirmationem, hæc verba in calce ſeptimi cap. huiuſce Enead. clara leguntur: *Iam verò, & anima mentis eſt verbum, & actus quidẽ, ſicut Mens eſt Dei Verbũ, &c.*

Cap. 7. eiuſdem Enead. Alibi etiam appellat eundem intellectum, imaginem Dei, hoc modo .ſ. infra: *Imaginẽ verò illius dicimus eſſe intellectum: Oportet .n. apertius explicare. Primo quidem oportere, id genitum eſſe, ſeruariq; multa in ſe genitoris, ſimilitudinemq; talem fermè ad ipſum habere, qualem lumen habet ad ſolem, genitoremq; illum non eſſe mentem.*

Summa dictorum. Ex his verbis colligimus, Verbum ſiue mentem, ſiue intellectũ eſſe Dei ſummi imaginem; habemus idem deriuari ab ipſo, vt à ſole lumen, habemus tandem Deum ſupremum .ſ. genitorem non eſſe mentem, quod debet intelligi (vt multoties tetigimus) modo eminẽtiſſimo; nam Deus non eſt, nec mens, nec intellectus, nec ens, ſed eminentiſſimè ſe habens ſupra mentem, intellectum, & ens.

Mentem puriſſimam infra eandem appellat, omnium perfectionũ plenam, & cauſam reddit, hoc modo: *Hic igitur huius generis intellectus, puriſſimè mentis appellatione dignus, non aliunde, quam a primo principio, naſci eſt iudicandus, atque hunc iam genitum cũcta ſecum ſimul entia genuiſſe vniuerſam pulchritudinem Idearum, intelligibiles Deos omnes.*

Iſta puriſſima mens (inquit hic Philoſophus) habet ortum a Primo; & cum eo omnia tùm ſuperiora, tùm inferiora genuit, ſuperiora .ſ. inuiſibiles poteſtates, inferiora hoc eſt omnia corruptibilia, & generabilia.

Hucuſq; (ni fallor) ſecundum Plotini ſententiam habemus duas diuinas hypoſtaſes, ſiue perſonas, Patrem .ſ. & Filium, remanet tertium declarare, & demonſtrare, vt pleniſſimam habeamus cognitionem huiuſce Triadis, ſecundum Placitum tanti viri.

Tertia Perſona in diuinis ſecundum ſententiam Plot.

Tertia ſubſtantia, ſiue perſona ſecundũ Plot. Quo ad tertiam emanationem, & ſubſtantiam tãtum; non quo ad modum.

IN eiuſdem cap. quaſi poſtrema parte, oſtẽdit clarè tertiam diuinarum perſonarum ſubſtantiam, hiſce verbis. *Animum .n. generat intellectus (inquam) perfectus exiſtens. Quando .n. perfectus ſit, oportet & generare, potentiamq; tantam non eſſe ſterilem, ſed hic quoq; quod gignitur genitore melius eſſe nõ poterat.* animam vniuerſi appellat hanc tertiam Triadis diuinæ perſonam, ab intellectu D. emanantem, ſicut intellectus ipſe dicitur immediatè emanare à Primo .ſ. vero Vno, & Bono, quę tamen eſt circa Primum, ſed non immediatè (vt in ſequenti libro manifeſtabitur) Nam circa omnium Regem omnia ſunt, vt ex Platonis ſententia ſupra declaratum eſt, cui adſtipulatur Plotinus aſſecla fidelis Cap. viij. huius Eneadis Quintæ. Cap. 8.

Cap. 10. Enead. quintæ. Cap. 10. eiuſdem Enead. concludit, has tres hypoſtaſes, iam ſufficienter declaraſſe, & probaſſe, his alijs verbis. *Iam verò demonſtratum eſt, oportere ſuper ens .ſ. intellectum eſſe Vnum, quale deſiderabat ratio demonſtrare, quantum .ſ. de rebus talibus demõſtrari poſſit: eſſe autem poſt ipſum vnum ens; atq; intellectũ tertio deniq; loco naturam animæ;* & hæc tria eſſe in nobis ſecũdum

ta-

tamen veſtigium) de hinc patefacit, vt lib. eodem ſequenti patebit.

Concluſio. Concluſio eſt tandem, quod has tres perſonas in diuinis, & cognoſcit, cum Plat. præceptore, & probauit, prout humana ratio poteſt probare ea, quæ ſunt ſenſibus occulta. Ipſum vnum, quod eſt omnia (vt ipſe confirmat libro ſequenti) à quo originatur filius eius .ſ. diuinus intellectus, Anima vniuerſi, quæ eſt poſtrema harum trium ſubſtantia ab ipſo intellectu genita. Primum non ens, ſed cauſa omnis entis, &c. quæ ſup. tetigimus, in declaratione mundi Idealis, ſecundum eſt ens perfectiſſimum in ſe habẽs omnium principia, omnes eſſentias, & omnes vitas continens, tertium pariter eſt ens ab Intellectu autẽ dependens, vniuerſum viuificans, & mouens, ità vt omnia inferiora ad ipſum .ſ. natura vniuerſalis, & ſenſibilia, ab eo dicantur habere eſſe immediatè.

Lib. 5. Ennead quintæ.

Reſtat modo aliorum opiniones Platonicorum adducere, circa hoc nobiliſſimum myſterium, & ordine procedere, ſecundũ quod Platonici ordinantur poſt Plotinum, quinimò poſt Ammonium Saccum, eius præceptorem immediatum, à quo fluxere, & prodiere, tot inſignes Philoſophi, hoc negotium pertractãtes.

Ammonius iſte Saccus, Patria Alexandrinus, ſic dictus eſt à Sacco ipſo ferendo, nam iuuenis Baiulus erat, & ex Baiulo (quẽ reliquit) Philoſophus adeò inſignis effectus eſt, vt aliquandò homines, animam Platonis putarent in eius corpus tranſmigraſſe, multos hic peperit Philoſophos diuinos, & Theologos, vt Origenem, inter Græcos celeberrimum, & Plotinum inſignem hunc Platonicum ex Plot. prodijt Porphyrius, ex Porphyrio Iamblicus, ex Iamblico Sirianus, ex Siriano Proclus, ex Proclo Hermias, ex Hermia Damaſcius, ex Damaſcio Priſcianus Lidius; qui Platonici ſic diſpoſiti, & ordinati, hoc diuinum pertractarunt myſterium, & nobis eorum ſentẽtias hic afferre placet, & non ſolum

Platonicorum progenies.

horum, qui ſunt ſic ſubordinati, ſed etiam aliorum ſolidæ doctrinæ virorum, vt Amellij, Numellij, Theodori, & aliorũ.

Porphyrius Plotini diſcipulus, ita piè locutus eſt circa hoc myſterium, vt parum diſcrepare à noſtrarũ dogmatibus videatur, vnde doctiſſimi in Theologia noſtra, & præſertim Cyrillus aduerſus Iulianum, eius ſentẽtiam, reuera auream, afferre in confirmationem veritatis, non dubitarit. Verba hęc apud ipſum leguntur lib. 4. de Hiſtoria Philoſophi, quæ de verbo ad verbum (vt aiunt) fuere deſumpta a pluribus, ad affirmandam rei veritatem, & pręcipuè à doctiſſimo Beſſarione, & a Reuerendiſſimo Auguſtino Eugubino, de Perenni Philoſophia, qui loquitur prius de ſummo Bono multa, deinde ſic proſequitur. *Ab hoc autem ſummo Bono, ratione quadam hominibus incognita, genitam mentem tradit Plato; nam de ipſa loquitur ſecundum Plat. placitum, quæ prorſus per ſe ipſam exiſtat, in qua videlicet ſunt veræ res, & omnis rerum ſubſtantia, quod à primo pulchrũ & per ſe pulchrũ ſit, habeatq; ſpeciem pulchritudinis. Proceſſit autem ante ſecula, vel æternitatem, ab auctore Deo promanans, per ſe genita exiſtens, & per ſe Pater. Neq; .n. illo mouente ſe ad generationem huius proceſſus fuit, ſed iſte progrediente per ſe generabiliter, vel ex ſua generatione à Deo: & progrediente, non à principio aliquo temporali; nec dum .n. tempus erat, ſed neq; creato tempore, pro illa eſt aliquod tempus, ſemper enim eſt carens tempore, & ſola æterna Mens, ſicut autem Deus ille Primus Vnus, & ſingularis ſemper eſt, licet ab ipſo facta fuerint omnia, eo quod cum his, connumerari, & in eodem loco, quem habet ſubſtantia ſua, eo poni non poſſint: ſic, & Mens ſempiterna ſola, & ſine tempore: & creatis his, quæ ſunt in tempore ipſum tempus eſt permanens in Vnitate ſua ſubſtantia.* Hæc ex Porphyrio, qui ad aures Platonis, & Magiſtri Plot. locutus eſt, hauriuntur in citato loco. Quæ verba ex codice Græco ſic tranſlata leguntur apud Eugubinũ. Textus Græcus incipit, [illegible] &c.

Porphyrius circa diu. nat. quid ſentiat.

In lib. Plat. lib. 2 cap. 4. lib. 1 ca. 15.

Vi-

Vide Eugub. de perenni Philoſophia, lib. 1. cap. 15.

Quis non admirabitur huius Philoſophi doctrinam explicitam, de tribus Perſonis in diuinis? ſecundum ſuorum Præcep. mentem, in qua liquidò patet mentionem clariſſimam eundem facere, Patris primò, mentis ab eo genitæ ſecundò, & quoniam ab eiſdẽ diſcors nequaquam fuit, alibi Animam Vniuerſi poſuit tertiam huius Triadis ſubſtantiam. Primum Deum ipſum ſupremũ Bonum appellat, ſecundum creatorem .ſ. mentem, tertium animam mundi, ad quam tanquam ad terminum, & non citra, vult diuinitatis rationem procedere. Hæc breuiter de Porphyrij intentione, circa hoc diuinum myſterium ſint dicta.

Lib. de trib. princ. auctore [illegible] hierarchis.

Iamblici opin. circa diuinã trinitatem conueniet cũ ſuperiori, vt infra pat.

Poſt Porphyrium ſequeretur ordine Iamblicus eius diſcipulus, ſed quoniam parum videtur diſcors à ſuo præceptore (prout patebit) ideo ratio poſcit, vt aliorum intentum circa hoc negotium, qui illa ætate, ſi non doctrina præcelſere adducamus, ideò quid ſentiat Amelius condiſcipulus Plotini videamus.

Amelij ſentẽ. circa diuinã nãm

Amelius, qui eodem vſus eſt præceptore, quo quidem vſi ſunt Plotinus & Origenes .ſ. Amonio Sacco, Philoſopho ſuæ tempeſtatis Platonico inſigni, ſuam fert ſententiam, adeò claram, circa huius myſterij naturam, vt à Doctiſſimis viris iure iudicetur, & præſertim à doctiſſimo Beſſarione, omni ex parte ferè cum noſtratibus concors; nam Diui Ioãnis noſtri aſſertioni adſtipulatur, & eius ſcriptum ſummoperè commendat his verbis, licet eundẽ Barbarum appellet. *Atq; hoc erat illud verbum, per quod ea, quæ facta ſunt fiebant (loquendo de mente, ſiue intellectu Dei ſummi primi, Boni filio) cum tamen ſemper eſſent, quemadmodum Heraclitus voluit, & per Iouem Barbarus ille cenſet in ordine, dignitateq; principij conſtitutum apud Deum eſſe, & per ipſum omnia facta eſſe, & in ipſo quod factum eſt viuum, & vitam, & ens fuiſſe, &c.*

In cal. Plat. lib. 2. cap. 4.

Si tantus vir laudibus extollit ea, quæ à noſtro diuiniſſimo Vate dicta fuere, tanquã in ſpiritu veritatis prolata; Quid dicemus de eo, niſi quod & veritatem myſterij agnouerit, & optima ratione clariſſimis verbis expreſſerit?

Sed magis explicata mẽtis de eodem Myſterio ſanctiſſimo apud ipſum habetur, dum & Patrem commemorat, & Filium, & tertiam ſubſtantiam .ſ. Spiritum ſanctum, in quadam expoſitione verborum Platonis .ſ. circa omnium Regem omnia ſunt, &c. nam ita loquitur ibi Plato (vt ſcimus) Amelius verò exponit, quę expoſitio affertur à Doctiſſimo Proclo, in Commentario Timei Plat. in quo videtur inquirere, quiſnam ſit mundi factor, & Opifex, & in eo quærendo, examinat ferè omnes veterũ Platonicorum opiniones, qui ſunt forſan octo, qui quidem, vt in reliquis Plat. dogmatibus ferè ſemper, vel plerunq; ſint concordes, in hac vna re maximè videntur eſſe diſcordes, dicit ibi Amelius, quod iſti tres Reges Plat. ſunt tres Opifices vniuerſi, tres intellectus, & tres ſubſtantiæ reuera diuinæ. Primum Regem .ſ. Deum, primum Bonum, & verum, appellat *exiſtentem*, & hic eſt Deus Pater, qui reuera exiſtit, & nullum motum, & mutationem admittit (vt ſcimus) Secundum appellat *habentem*, eoquod habet in ſe oẽs Ideas, omnes eſſentias, & deniq; omnes perfectiones, vti iam ſæpè ſæpius commemorauimus. Tertium deniq; vocat *videntem*, eoquod videt omnia, quæ ſunt in verbo, & in intellectu habente, & ſecundum ea diſponit omnia mundana, & hi tres Reges reſpondent, primus Patri, ſecundus Filio, tertius animæ, quomodo autem reſpondeant (non tamen plenè) Trinitati Chriſtianę, videbimus poſtea, hæc ſufficiant pro opinione Amelij circa hanc veritatem.

Tres perſonæ ab Amelio quomodo appellantur, & quare.

Numelius, ſiue Numerius (vt dicunt aliqui) Philoſophus ingens Pythagoricus, necnon Platonicus, hanc veritatem mirificè ſua doctrina comprobauit, dum tres celebrat Deos, quorum primum expreſ-

Numenij opinio circa Trinit.

preſ-

preſsè vocat *Patrem*, ſecundum vocat *Factorem*, tertium facit *Mundum ipſum*, primum (ſecūdum ipſum) eſt Deus primus, in ſe ſubſiſtens ſimplex ſibi ipſi omni ex parte ſemper copulatiuus, qui diſiungi, diuidiq; non poteſt; ſecundus autem Deus, & Tertius vnus eſt; ſed hęrens materiæ, quæ binaria, extremā vnit; ipſeq; ab ea ſecatur dicit tātus vir, & proſequitur enarrando, Deum primum minimè creare decens eſt, & ratio eſt, quia Creatoris Dei .ſ. mundi intelligibiles, Patrem eſſe primum Deum putandum eſt: hæc, & multa alia dicit ad hoc diuinum myſterium pertinentia, Numelij Pythag. ſent. Numelius Pythagoricus, quinimò in hac parte magnus Platonicus, dum hominibus videtur inſinuare, quod qui volūt, de Deo cognitionem habere Primo, & ſecundo ordine diſtribuere, quæ oportet, & pro hac exacta cognitione diuinum auxilium implorare.

Harpocrat. ſent. Iſtius viri doctrinam, ſecutus eſt Harpocratio, quidam non ignotus Platonicus, qui hoc myſterium declarare intendens, multā ſcitu digna expreſſit, quę tamen nihil, vel parum differunt à ſuperiori doctrina Numelij, & ideò miſſa facimus nunc, ne videamus in vanum conterere tempus.

Attici ſent. Huius Pręceptor Atticus, nobilis Platonicus, has tres ſubſtātias, & cognouit, & docuit vti Platonis aſſecla, ſed in hoc errauit, ſapiētum iudicio, quia Opificem vniuerſi, Primum appellauit, ſed quomodo poſſit ſaluari eius poſitio, infra patebit in ſequenti lib. &c. quoniam non eſt noſtra modò intētio, errores demonſtrare, & diſſonantiam, non ſolum inter ipſos, ſed etiam inter eoſdem, & noſtrates Theologos circa tantum myſterium, ſed ſolūmodo enarrare eorū opiniones, circa numerum, & ordinem in diuinis, in quibus vnanimiter, & pari aſſenſu, huc uſq; videntur cōuenire, & eadem ſentire.

Sed quid nobis dicere par eſt de hac diuina Triade, ex mente Iamblici; Porphyrij diſcipuli, Philoſophi adeò magni, vt à Proclo, & à poſterioribus Platonicis, nunquam fuerit nominatus ſine hoc titulo diuinus, quaſi contenderet de dignitate, & diuinitate, cum Platone ipſo, auctore huius diuinæ Philoſophiæ? nil aliud, cum eandem ſententiam, probet ſui præceptoris, licet poſtea diſcors ab eo appareat in alijs; conuenit cum eo in conſtitutione trium ſubſtantiarum diuinarum, ſtatuit Primo Patrem ſummum .ſ. Bonum Primum, & verum, & vnum; ſecundo mundum intelligibilem; tertio Animā vniuerſi, ſed diſcrepat ab eo poſtea, dum Opificem huius mundi, non vult eſſe animam mundi, prout aſſerebat Porphyrius, ſed vniuerſum mundum intelligibilem, quæ ſententia, in quo ſenſu, vt vera affirmari poſſit, infra in libro Annot. & Compar. patebit; hæc igitur quo ad ſententiam Iamblici, quam Proclus videtur afferre cum cæteris in ſupra citato Comment. in Timeo Plat. quod qui videre cupit, præmanibus ſummat.

Theodorus quidam, alius Platonicus, non ignobilis, circa hoc myſterium, & ipſe multa dicere videtur, quæ tamen nequaquam differūt ab Amellij ſententia, quinimò cum eo, adeò cōuenire conſtat, vt vna & eadem ſententia videatur eſſe iſtius, & illius hic à Patria cognomen habuit. Vnde dictus eſt Aſineus; hæc ait circa hoc myſterium (teſte Proclo) in eodem Com. Tim. Plat. *Primum .ſ. Deus, primus, Pater vocatur, mens ſubſtantialis, & eſt prima ſubſtantia in diuinis, quæ dicitur exiſtens penes Amelium, ſecunda .ſ. mundus intelligibilis, dicitur ſubſtantia mentalis, quę eſt illa, quæ dicitur habens ab eodem; tertia dicitur fons animarum, & eſt tertia ſubſtantia, quæ ab eodem Amelio dicitur videns; quæ omnes ſubſtantiæ, ſecundum iſtius Philoſophi placitum conſtituunt Triadem in diuinis; primum appellat indiuiduum; ſecūdum, per cuncta diſtributum; tertium, qui facit per omnia, ſiue per ſingula diſtributionem.* Hæc Theodorus Aſineus, prout vnicuiq; innoteſcere poteſt apud Proclum, in præcitato loco, cuius monumentum, adhuc legitur Typis expreſſum in Gręco idiomate, non

Theodori Aſinei ſent. circa Myſt. Trinitatis.

au-

autē in latinū hucuſq; (quod ego ſciam) redactum, nos verò noluimus Græca referre verba gratia breuitatis, ne prolixitas ſermonis tædio afficiat lectores, ſed aſſumptam proſequamur intentionem.

Syriani opinio, circa Myſt. trinit. Sanctiſſ.

Syrianus, cognomento magnus, Procli præceptor, optimè etiam videtur ſentire de hoc ſacratiſſimo myſterio, nam hunc ordinem in diuinis ſtatuere videtur, ſupra omnia cauſam primā ponit. ſ. Bonum ipſum, deinde mūdum Idealem; tertio loco mentem, quam appellat Opificem fundamento innixus forſan tali, quia Plato in Timeo, Opificem, ait cauſam fuiſſe generationis, & huius vniuerſi, vniuerſum autem. ſ. corporeum, quod quidem non ſolum corpora continet, & corporum qualitates, ſed etiam & animas omnes, quæ vitam, & motum illi, & partibus eius cunctis præbent, & naturas etiam, quæ motuum, & generationum ſunt cauſæ, ſi horum tantūmodo cauſa eſt Opifex, neceſſe eſt, eum non eſſe primum Bonum, & mundum Idealem, quę hanc vtiq; mentem produxerunt, hæc eſt igitur ſententia Syriani magni Platonici, Procli præceptoris, quomodo autem hic diſcordare videatur à Plotino, & à cæteris, & cum eo Proclus diſcipulus, videbimus in ſequenti libro, pro nunc hæc ſufficiant.

Procli celeberr. Plat opin. circa Myſt. Sanctiſs. Trinit.

Proclus hanc ſententiam, maximè probare videtur, in Com. Timei Platonis, vbi reiectis ſuperioribus opinionib. circa tertiam ſubſtantiam, vbi alij faciunt animam eandem, ipſe cum ſuo præceptore, facit mentē Opificem, ſed in Theologia Platonica aliter ſentire demōſtrat. Hic librum reuera aureum compoſuit in ſex partes, ſiue lib. diſtinctum, qui nondum, neq; impreſſus, neq; latinitati donatus, ad manus legentium peruenit, in quo exponēdo verba Plat. Epiſtolæ magnę ad Diony. cōcludit tres illos Reges, de quibus ſupra tria principia, & tres primas cauſas eſſe cæterorum, Primum, & ſupremum appellat *Vnitatem* additam arcanam maximam, ſecundum appellat *Mentem* ipſam, tertium *Animam mundi*, & cæteri Platonici, mentem illam eſſe cauſam animarum omnium, quinimò, Corporum omnium concludit, & iure (ſecundum tamen ſuam, & ſuorum doctrinam) Hæc eſt mens Procli, excellentiſſimi Platonici.

Hermię ſe. circa idem Myſt. & de eo Damaſij, & Priſciani Lydij, coincidit cū Pro. & Syr.

Poſt Proclum Hermias, ſecutus eſt, inſignis, etiam Platonicus, & poſt hunc Damaſcius (vti retulimus) & poſt Damaſciū, Priſcianus Lydius, qui omnes Platonici, cum in omnibus, concordés appareant cum Proclo, & Syriano, ideò ſtatuimus eorum verba nequaquam hic referre, cum ſint eadem ſenſu, & re cum ſuperioribus opinionibus tantorum virorum.

Reſtat concludere, Platonem, & Platonicos ferè omnes, Deum etiam cognouiſſe trinum (licet diuerſo, ac vario modo) quam noſtrates Theologi faciant, quæ ſit eorum, & conuenientia, & diſſonantia (quæ tamen in multis eſt magna) videbimus clarè in inferiori lib. Annot. & Compar.

Ordo trium ſubſt. in diuinis.

Videamus modo, quem ordinem habeant in diuinis hæ tres Hypoſtaſes, vel ſubſtantiæ ſecundum Plat. & quomodo in eiſdem reperitur, non modo ordo, ſed etiam generatio. Primum omnium entium principium eſt Bonum (vt diximus) ingeneratum omninò, inprincipiatum, & independens, quod & Vnum, & ſummum Verum appellatur à Plat. neq; à ſe productum, quia nemo producit ſe ipſum (vt notum eſt) neq; ab alio ſuperiore, quia ſupra ſe nil aliud eſt, quoniam iam nō eſſet Primum cum omni mente, & omni ente ſuperius exiſtat, & ſit omnium caput.

Poſt ipſum ſequitur ordine (vt millies iam oſtenſum eſt) Primum ens, Prima mens, mundus intelligibilis, ſiue Idealis, ſed eſt ne ipſe genitus? maximè, quoniā eſt productus à Primo. ſ. Deo, qua vnum,

non

non tamen excluditur, quod non ſit productus à ſe, qua ens, & mens, & ordo naturæ ſecundæ, poſt hæc, & dignitate, & ordine vniuerſi. Anima ponitur producta, & ipſa à primo Deo ſummo, qua vnum aliquo modo, ac etiam à primo ente, qua mẽs; ſed qua per ſe nobilis etiam à ſe ipſa dicitur producta; hæc eſt æterna generatio in diuinis ſecundum Plat. & Platonicorum Placita in multis à noſtra Trinitate aliena, & etiam in multis alijs conformis, vt videbimus.

Primum omninò eſt immultiplicabile, eo quia ſi poſſet multiplicari ſecũdum eſſe proprium, iam nõ eſſet primum. Hic ab æterno, vt perfectiſſimum perfectiſſimam genuit ſubſtãtiam, ſiue creaturam, citra quam nõ datur alia perfectior, maior, neq; æquales habẽs, hæc non tamen eſt multiplicabilis per eſſentiam, vt forſan putarunt quidam ex Platonicis, aſtruentes inter Deum primum, & animam rationalem eſſe multitudinem ſubſtantiarum intellectualium, & intelligib. ſed benè eſt multiplicata, per num. Idearum, ideò qua vnum iure dicitur à perfectiſſimo perfectiſſima emanare ſecũdum eſſe cauſatiuum, à ſe autem ſecundum eſſe formale, tertia à Primo ſecũdum idem eſſe cauſæ habet ortum à Primo; ſecundum eſſe rationale à ſecunda, vt eſt mens rationum plena, à ſe autem ſecundum eſſe nobile, eo quia dicitur, & non iniuria principium omnium motionum, horum non eſt vnica eſſentia, qua indiſtincta dicantur, ſed plures ſunt ſubſtantię, & eſſentiæ tamen à prima dependentes eo modo, quo ſupra, à qua & ſecunda, & tertia re, & ſubſtantia diſtinguuntur ſecundum plures, & non ignobiles Platonicos .ſ. Plot. Porph. Num. & alios; & ſi quis rationem pro hac veritate quæreret, hanc promptè afferunt .ſ. quod in mente compoſitio ſit, & multitudo, vnio, modus materiæ, & ſimilia, eſt compoſitio ex eſſentia, & eſſe, eſt multitudo Idearum, &c. eſt vnio, quia vnicus eſt intellectus; eſt modus materiæ, hoc eſt ſimilitudo quædam, licet remota, & hæc à natura diuina, multum aliena apparent, vnde hac ratione omninò diſtincta ab ea reputantur.

Progenies primæ cauſæ eſt mens (dicit Plato) ſummũ Bonũ procreauit, mentem confirmat, ſed ſecundum illum modum generationis, quo ſupra; nam ſi ſecus eſſet non faceret, ſiue nõ poneret varios rerum gradus .ſ. intelligib. rationalium, & ſenſibilium, qui gradus rerum reſpiciunt ea tria, & his tribus reſpondere optimè videtur. In Phileb. 7. de Rep.

Hæc eſt ſeries in diuinis, ſecundum Plat. & Platonicos veteres, & præſtantes; hæc eſt natura Dei, ſecundum Plat. & ſuos, hoc modo cognouit Plato Deum eſſe trinum, vel ſecundum aliorum traditiones enarrauit, vel ſecundum proprium ſenſum excogitauit, non autem ſecundum veritatem Chriſtianam, quæ diuina reuelatione, & non ratione humana nititur, reſtat videre; an ſit aliqđ nomen Dei proprium ſecũdum eundem, & poſtea finem imponere huic lib. & Compar. & Annot. referre deindè ſecundum primam noſtram intentionem, quæ eſt iſta.

Quomodo Deus ſit nominabilis ſecundum ſent. Plat.

SEd prima facie nobis ſe ſe offert, nõ parua difficultas etiam in hoc, quomodo .ſ. Dei nomina ſint, vel melius, de Deo nomina, vt penitus incognito, poſſimus nos mortales proferre ſecũdum noſtri Philoſophi proprium, nam ipſemet clara voce, & expreſſis verbis, in Parmenide (vt viſum eſt) Dei non eſſe nomen, nec diffinitionem aſtruit, in Timeo Opificem, & Patrem inuenire difficile exiſtimat, ſed difficillimum poſtea iam aliquo modo inuentum, prædicare, ſiue in vulgum eundem efferre, quinimò impoſſibile putat; alibi tamen præſupponit Deum poſſe aliquo nomine, ſiue aliquibus nominibus vocari, nam Dei no- In Parmeni de. In Timeo.

mina prima, atq; ſynceriſſima apud cœleſtes mētes eſſe adiudicat, à quibus quidem, expreſſius concipitur Dei natura, & eſſentia, ſecūda purioribus Dæmonibus;
In Argum. in Cratij. tertia verò animis hominis (vt Ficinus etiam, vir ingenio admodum ſolus, adnotauit) & vt loca Plat. adducam in quibus ſit clara de Dei nominibus mentio, incipiam ab exclamatione, quam, quaſi diuino furore correptus, Socrates in
In Philebo. Philebo protulit, quæ eſt talis. *Reuerentia mihi ſemper erga Deorum nomina, non humana quædam formido eſt, ſed maximum quemq; timorem exuperat.* In Phedro ſe ipſum expians, in Amorem Dei Nomen diſputando, fortè fortuna deliquiſſe, pu-
11. de leg. tat, idem Socrates, 11. de leg. acrè reprehendit, & valdè obiurgat eos, qui praua quadam conſuetudine, Deorum nomina mendacio, & periurio inquinare audent, ſacrilegos eoſdem vocans, quinimò iubens eos à quolibet iure cœdi, & eum, qui præſens non punierit, tanquam legum proditorem vult haberi, & ea ratione poſſe condemnari, pleno ore clamitat, & licet plures commemorat Deos: Vnicum tamen iam ſtatuit, & in Parmenide, & in Timeo Deum, cæteros autem cœleſtes, & Angelicos illius adminiſtratores appellat, de quibus ſuis locis.

Sed quid dicemus ad tā manifeſtam Plat. contradictionem? Dei nomen, è medio tollit in ſupra citatis locis, & eiuſdem præſupponit nomen in alijs itidem allegatis?

Ego quibuſdam fundamētis innixus, hanc tollere difficultatem conabor pro virili parte, ac remis, veliſq; (vt adagiò circūferri ſolet) fundamēta ſint hæc; difficillimè reperitur quid ſit Deus, & non ſolum per Platonicos, ſed etiam per omnes Philoſophos cuiuſcunq; ſectæ, quid ſit .ſ. quo id quid rei, quoad eſſentialia, itidem difficillimè reperitur vbi ſit, quia nuſquam eſt, quod nullius vel ſubiecti, vel loci limite terminatur, itidem difficillimè reperitur vbi non ſit, quia in omnibus eſt, illud, in quo ſunt, per quod fiunt, per quod ſeruātur quælibet, vbiq; vnde Deus dicitur adeò eſſe in omnibus, quia cuncta in eo ſunt, quæ niſi eſſent in eo, eſſent nuſquam, & omninò non eſſent, vnde etiam Deus dicitur & maximè latere, & maximè patere (vt iam ſupra notauimus) dicitur & omnium ignotiſſimus, & omnium notiſſimus; ignotiſſimus nobis, eo quia non poſſumus, niſi per eius operationes, vel per effectus illum agnoſcere, ideò nec etiam ſecundum veram appellationem, eundem explicare; ideò hac ratione, dicitur non poſſe nominari, explicari, & diffiniri in Parmenide, ideò dicitur non poſſe niſi magna difficultate inueniri in Timeo, & impoſſibile vulgaribus explicari. Dicitur è contra, maximè patere, & eſſe omniū notiſſimus, hoc eſt in ſe, vel ex ſui natura, eo quia ab intellectu ſibi proportionato, ſicut ſyncerè cognoſcitur, ita ſyncerè explicatur, &
hoc eſt, quod vult dicere noſter Philoſo- Plato.
phus, quando vult, quod Dei eſſentia, & natura à Cœleſtibus mentibus, poſſit ſyncere, & capi, & explicari, & nominari, deinde à purioribus Dæmonibus, & deniq; à purgatiſſimis hominum animis, & hoc eſt, quod poſſumus concludere tādem, quod ſicut difficillimè inuenitur, quid ſit, & vbi ſit Deus; ita difficillimè, eidem nomen adaptatur; & quia contra per effectus eundem agnoſcimus, & vbi ſit agnoſcimus quia eſt vbiq; ideò eidem nomen adaptamus, prout cognoſcimus, & ſic in vno ſenſu haud nominari poteſt Deus, in alio autem vtiq; nominari poteſt. Nominari poteſt *Vnum* in Parm. quia ibidem neceſſariò Vnum eſſe concluditur, ex ſuppoſitionibus, & demonſtratur, Nominari poteſt *Bonum* in Rep. quia eſt eſſentialiter talis, & *Verum*, quia eſt eſſentialiter, & nō participatiuè Verum, quinimò adeò primum Verum, primum Bonum, primum Vnum eſt, vt non poſſit eſſe quod talis nō ſit, & taliter non nominetur à mortalibus, & ſunt multa alia nomina Dei apud Platonicos, ſicut eſt, quod appelletur menſura, nam om-

nia metitur Deus tanquam principium omnium, & etiam dicatur terminus, vel finis, quoniam omnia ab illo habent initium, & ad illum tanquam in finem terminare dicuntur, quæ doctrina in Philebo patet.

Appellatur pręterea Deus ab illis ſuimet Princeps, quoniam cum ſit in omnibus, & omnia ab illo, & in eſſe, & in conſeruari conſiſtant, dici poteſt ſuimet Princeps, hoc eſt ſuarum rerum, quas & produxit, & perfecit, & nunc conſeruat, Opifex perfectus, & ſeruator æternus, & immortalis.

Appellatur inſuper perſpicaciſſima veritas, eo quia nulla labe mendacij eſt inquinatus, poteſt eadem ratione dici verſa vice veriſſima perſpicacia, ſiue perſpectio. Appellatur etiam metaphoricè lux ſe ipſam videns, quia dum cuncta videt in eis videt ſeipſum, quia adeſt in omnibus (vt diximus) dicitur viſus ſe ipſo lucens, fons luminis. Actus purus, peruigil, atq; perpetuus, qui ex ſe, in ſe, & circa ſe, ponitur Deus, dicitur Græcè θεὸς, & hoc nomen, quam ſæpiſſimè habemus apud Platonem, innumeris in locis, quod quatuor clauditur litteris, ſicuti etiam penes cunctas nationes videri poteſt, nam quod Græci θεὸς appellãt quatuor litteris, latini Deus quatuor itidem litteris dicunt. Aegyptij Tæut. Perſæ Syrè. Magi Orſi. Arabes Alla. Saraceni Abdi; & tandem Hæbrei, Adonai, quod quidem obſeruatum eſt à Ficino; ſemper nomina hæc quatuor claudi litteris non ſine myſterio, quia Deus per quatuor gradus omnia diſponit. ſ. eſſentia, eſſe, virtute, & actione, &c. M. Ficinus A g. in Cratyllo.

Dicitur Deus (vt tandem concludam omnia) & θεὸς eiſdem ſignificationibus ſecundum ethimologiam, quas in calce ſuperioris libri attulimus, etiam ſecundum Platonem, & Platonicos, quas quidem, hic referre ſuperuacaneum eſt, ideò finem tandem imponamus huic libro, in quo (ni fallor) ſatis, & abundè de hac diuina, & ardua materia egimus, remanet eandem in comparationem adducere, quæ maximè ſunt notanda ideò fœlicibus auſpicijs, ſequentem librum aggrediamur.

Finis Tertij Libri.

CHRISTIANÆ THEOLOGIAE

Cum Platonica Comparationis.

LIBER QVARTVS.

In quo fit abſolutiſſima comparatio partium vtriuſque Theologiæ circa Diuinam naturam.

P.1.Summę q.2.art.3.

EX ſuperioribus libris facilè colligitur, Deus reperiri neceſſariò, iſs vijs, quibus vtitur D.Thomas ad hoc probandum p. 1. Summæ q.2.art.3.& primo via motus.

10. de leg.

Via motus inquam probatur à Platone, ante Ariſt. 10. de leg. vt ibi patet, & nos comprobauimus ſuperiori libro.

8. Phyſ. 12. Metaph.

Via motus probatur ab Ariſt. 8. Phyſicorum, & 12. D. Philoſophiæ, vbi de primo motore, tanquam de prima cauſa ex profeſſo tractat, quæ eſt Deus ſecundum eiuſdem Doctrinam.

Diff inter Ariſt.& Plat de prima cauſa .ſ. de Deo.

Sed magna eſt differẽtia inter ipſum, & Præceptorem, de hac prima cauſa, de hoc primo motore, nanq; Platonici Primum Deum noluint eſſe ens, intellectum, & vitam, ſed ſupereminere omne ens, omnem intellectum, & omnem vitam, tanquam principium, & cauſam entium. Sed Ariſt.& cum eo tota Schola Peripatetica, affirmat primam cauſam eſſe ens, intellectum, & vitam. At non ſiſtamus in comparatione Platonicæ, & Ariſtotelicæ Theologiæ, cum non ſit hæc noſtra primaria intentio, ſed in comparatione Platonicæ, & Chriſtianæ ex profeſſo, cæterarum verò obiter, & per accidens.

D.Thomas vt ſupra.

Probat Theologus noſter .ſ. D.Thomas, vt ſupra, Deum eſſe ratione cauſæ efficientis (vt ibi patet) .ſ. in primo libro, hoc idem probat Plato in Theeteto (vt patet) per verba expreſſa illius, q̃ fuere à nobis allata in veritatis confirmationẽ.

D.Thomas vt ſupra.

Probat Theologus noſter .i. Angelicus Doctor, Deum eſſe ratione neceſſarij, vbi ſupra, probat & Plato multis in locis hoc idem, ſed præſertim in Theologia Aegyptiorum.

10. de leg.

Probat idem Doctor Sanctus, Deum eſſe via ordinis, hoc idem oſtẽdit Plato, vt vidimus 10. de leg. vbi ſatis longa verborum ſerie, innuit mundum eſſe pulcherrimum, & per conſequens ordinatiſſimum, vt patet in Timeo, vbi ex inordinata iactatione Deum eundem in ordinem redigiſſe fatetur, & iam ſcimus mundi pulchritudinem, conſtare ſecundum noſtrates Theologos, & præſertim ſecundum D. Auguſt. de Ciuitate Dei, ex modo, ſpecie, & ordine.

D.Thomas qui ſupra.

Probat demũ Angelicus Doctor noſter, Deum eſſe ratione gubernationis, ſiue regiminis mundi vniuerſi.

In Timæo de M. Plat. de Re.

Probat idem Plato, vt declarauimus de leg. 4. probat (inquam) in Timeo, & in libro de Regno, vbi non ſolum eundem mundum gubernare, ſed etiam opportunè rebus cũctis prouidere demõſtrat.

Vbi ſupra.

His quinq; vijs probat Plato Deum eſſe contra negantes, quibus itidem vtitur S. Doct. ad id probandum, & videri poteſt (vt iam tactum eſt) 1. p. Summæ q. 2. art. 3. quas quidem vias à Philoſophis, & præſertim à Platone illũ deſumpſiſſe, tenendum eſt.

D.Th. P. 1. q. 2. art. 3.

In Timeo. In Rep.

Probat Thē. ſanctus ipſum eſſe, ratione bonitatis, quia ſi cuncta ab eo creata ſũt valdè bona (vt patet 1. Geneſis) ſunt bona in virtute primi Boni. i. Dei, qui eſt Bonus per eſſentiam, & in hoc etiam non diſcrepant Plato, & Platonici, à veritate noſtræ Theologiæ.

Et in Parm.

Probat itidem Plato in Parm. Deum eſſe ratione vnitatis, eo quia omnes vnitates ad vnum rediguntur; quam veritatem non negant, qui omnia ad vnum ordinari, & reduci vno ore fatẽtur omnes, & pręſertim D. Auguſt. de Ciuitate Dei, & alibi.

Reſtat (ni fallor) ex his probatum, in vtraq; Theologia, quod Deus ſit, contra id negantes Atheiſtas.

Eſt nihilominus animaduertendum corrolariè, quod non abſolutè negarunt Deos eſſe Dyagoras, Euemetrus, Nicanor, & alij, quos Deos negaſſę Gentilitas tenet, quoniam Deos veros minimè eos negaſſe, ſed fictitios, & mẽdaces deffendere conantur probatiſſimi quidem Patres noſtri, vt ex Gręcis Clemens Alexandrinus in Protreptico; ex latinis verò Auguſt. de Ciuitate Dei, lib. 6. (vt alibi tactum eſt) ſed illi damnandi ſunt, qui omnino è medio tollere Deum conati ſunt, vt fuere inimici Dei Iſrael, vt puta Nabuchodonoſor, Senecarib, & multi alij de quibus conqueritur Pſaltes, dicens: *Dixit inſipiens in corde ſuo non eſt De⁹*, hoc eſt, *non eſt Deus in Iſrael*.

Lib. 6. de Ciuit. Dei.

Volunt Theologi omnes (nemine diſcrepante) Deum ita eſſe, vt extra ipſum nihil ſit, ita habere eſſe nequaquam deſficere poteſt, ſemper fuiſſe, ſemper eſſe, & ſemper fore; adeout ipſe ſolus dicatur eſſe abſolutè, cætera autem per dependentiam ab eo, & ſit (aſſertore D. Auguſt. 5. de Ciuit. Dei, ſine qualitate Bonus, ſine quantitate Magnus, ſine ſitu præſens; ſine habitu cognoſcens, ſine loco vbiq;, & ſine tempore ſempiternus.

D. Aug lib. 6. de Ciuit. Dei.

Sic ait Plato, & cum eo Platonici omnes, Deum. ſ. primo ſimpliciter eſſe, nunquam fieri, ſemper eodem modo ſeruari, cætera verò nequaquam, quoniam habent eſſe, vel per emanationem ab eo, vt æterna. ſ. Ideæ, intelligentiæ, &c. vel per generationem, vt ſunt caduca, & corruptibilia, quæ non dicuntur eſſe, ſed fieri, & ſic peroptimè in hac parte communicant Platonici, & Chriſtiani, vt in ſuperioribus.

In Timeo & alibi.

Theologi putant Deum eſſe, per ſe notum eſſe, & hoc à poſteriori, hoc idem fatentur Platonici omnes, qui volunt ipſum maximè ſit patere, ſicuti maximè latet à priori maximè (inquam) patet, per creaturas, quæ ſunt effectus Dei, maximè verò latet, per eſſentiam, quę infinita eſt; vnde etiam in hac parte concordes iure cenſendi ſunt.

Primo ſent. diſt. 1. q. 2.

Deus apud Theologos noſtros eſt cognoſcibilis, ſub ratione entis, at non talis entis præcisè. i. ſub ratione Deitatis, & ſuæ ſingularis eſſentię, & diſtinct pro ſtatu iſto, quod eſt dicere ſecundũ ſuam rationem formalem.

Primo ſent. diſt. 39.

Deus apud Platonicos eſt cognoſcibilis ſub ratione vnitatis, veritatis, & Bonitatis, ſed non ita diſtinctè, vt ſub ſua ſingulari natura formaliter concipiatur; quod eſt dicere in ratione entitatiua; tamen eminentiſſimè concipitur, non autem ſub diſtincta forma, quoniam excedit eius cognitio, vires intellectus noſtri, ſed eiſdem Platonicis non eſt præcisè ens, ſed cauſa omnium entium (quod ſuo loco oſtenſum eſt) & in hac quippè vltima parte non communicant.

D. Thom. p. 1. q. 85. art. 6.

Scot 1. ſent. diſt. 3. q. 3.

Deus penes noſtrates Theologos, ſolumodo cognoſcitur per creaturas, quæ ſunt veluti ſcala, quæ ducit mentes ad illum; Vnde Paulus. *Inuiſibilia Dei, &c.*

1. ſent. diſt. 3. q. 3.

D. Paul. Rom. 1.

Deus, ſic etiam cognoſcitur apud Platonicos, nam intellectus, dũ ab hac pul-

Plat. in Sympoſio.

In Phedro.

chri-

In Hyppia maiori & alibi. chritudine materiali, quæ eſt radius diuinæ, & Idealis pulchritudinis eleuatur, ſcandit ad illam, quæ nil aliud eſt, quam Deus, qui ſicut eſt primum Vnum, primum Verum, & primum Bonum, ita eſt primum pulchrum; à primo ad vltimum Conclusio. concluditur, quod Deus eſt ſecundum vtramq; Theologiam, & quod etiam in hac parte peroptimè apparent concordes, videamus an communicent in eiuſdem quidditate.

Quid Deus ſit, in vtraque via comparatio.

QVid Deus ſit quidditatiuè, ſecundum veram diffinitionem minimè cognoſci poteſt, & ratio eſt, quoniam Deus non eſt in genere prædicamentali, licet à Gregorio Ariminēſi, col-
1. ſent. 1. ſent dist. 8 q 3. & cō. ma gētiles. locetur in prędicamento; Doctor Angelicus, & Subtilis cōcordant in hoc, quod omnia ſint in prædicamento, præter ipſum Deum; & hoc idem fatentur Aſſeclæ, vtriuſq; Scholæ, quorum rationes hic afferre ſuperuacaneum putamus, at cum huiuſmodi ſic ſe habeant, igitur diffiniri non poteſt vera diffinitione, & vn-
D. Thom. 1 p. ſummę q 13. art. 12. dequaq; conditionata, namq; non cognoſcitur à nobis, niſi negatiuè, hoc eſt via remotionis, dicendo Deum non eſſe lapidem, lignum, &c. ſed quid eminentius, & præſtantius; quid autem præcisè ſit ſecundum talem eminentiam, & præſtantiam, omninò ignoratur. Vnde & minimè diffinitur, quod autem non cognoſcatur Deus niſi ſic, & ob id, quod non poſſit diffiniri, confirmatur auctori-
D. Dyon. de cœleſti Hierarchia. tate D. Dionyſij Areopagitę, qui ait, negationes de Deo eſſe veras, affirmationes verò incōpactas, & eſt veriſſimum, quoniam viator non poteſt habere affirmationes exprimentes quidditatem rei, ſed tantum communes, & vniuerſales.
1. ſent. diſt. 3 q. Et licet Scotus velit, quod poſſimus cognoſcere Deum etiam affirmatiuè, hoc eſt, quod valeat viator habere aliquem conceptum, in quo per ſe, & quidditatiuè concipiatur Deus, ex hoc quod concipiantur eius proprietates attributales, tamen cum hæc perceptio ſit improportionata noſtræ capacitati ex naturæ imbecillitate, quia ipſe eſt infinitus, nos autem finiti, finiti autem ad infinitum nulla ſit proportio, ob id nō valemus ipſum taliter cognoſcere, vt verè eundem diffinire poſſimus.

Nec valet, quod ſit primum cognitum à nobis, quoniam eſt tale primitate perfectionis, in quantum eſt primum in entitate, & ob id in cognoſcibilitate, vniuerſali confuſa, & non diſtincta, ita & taliter, quod poſſit reuera diffiniri à primo ad extremum. Eadem diſt.

Poteſt quidem deſcribi, prout deſcribitur à Patribus noſtris, vt viſum eſt, lib. primo, nec non à Platonicis, vt ſimiliter patet lib. 2.

Deſcribitur ab Anſelmo, quod ſit illud, quo nihil maius excogitari poteſt: illud .ſ. Bonum, à quo omnia, tanquam à fonte riuuli emanare dicuntur. In Proſol.

Sic itidem Plato, qui ait Deum eſſe omnium Bonorum, prima cauſa, & ſolum cauſa, cum ipſe ſit Bonus per eſſentiam. 2. de Rep.

Deſcribitur à D. Auguſ. quod ſit principium naturæ, veritas doctrinæ, fœlicitas vitæ, quia eſt natura naturans, eſt ſolus veritas, & humanæ fœlicitatis obiectum, eo quia nihil verum, nihil ſyncerum inuenit intellectus in vniuerſo præter ipſum Deum. Auguſt. de Ciuitate, & de Trinitate.

In hoc pari modo cōcordat cum Platone, qui primum Verum, Bonum, & Vnum, vult eſſe omnium rerum principium, & finem, quinimò vltimum obiectum, in quo acquieſcit mens humana, vt ſuo loco videbimus. In Philebo & in Parm.

Deſcribitur ab Athanaſio, quod ſit eſſentia ſine cauſa, & omnium eſſentiarum ſuperſubſtantialis cauſa, nam ſine cauſa eſt eſſentia Dei dubio procul, quoniam ſi haberet cauſam, iam nō eſſet primum verum, & ſic non eſſet Deus. Lib. de diff.

Concordat cum eo Plato, Mercur. & co-

In Parmenid. tota vetus ſapientia, qui iure fatentur Deum eſſe primum in entibus, & ante primum nihil eſſe ponendum, ſed poſt primum omnia, quæ ab ipſo per emanationem videntur fluere.

Deus tandem deſcribitur hac ratione ab innumeris Patribus, & Theologis, & præſertim à D. Auguſt. quæ omnes deſcriptiones, coincidunt cum illis quæ ab Ethnicis dantur .ſ. Mercurio, Platone, & alijs vt patet lib. 3. nempè q̃ Deus ſit.

Primus omnium.
Prima cauſa.
Cauſa cauſarum.
Cauſa mundi.
Principium omnium rerum.
Omnium entium fons.
Conditor vniuerſi, & Opifex, ſiue artifex.
Demum Pater omnium.

Quæ omnes Dei proprietates attributales, ab omnibus Theologis noſtris nō iniuria admittuntur tanquam veræ, & omninò indubitatę, quoniam ſi Deo nequaquam hæ conuenire dicerentur, iam recta ratione nō appellaretur Deus, nam ſi conuenirent ſuperiori, ipſe non eſſet De⁹, ſed ille ſuperior, & ſic daretur Deus Deo inferior, vel Deus ſupra Deū quod eſt omninò falſum, & abſurdum.

Super Gen. Eſt primus omnium apud noſtrates Theologos, quoniā (teſte Auguſt.) non erat mundus, non erat Angelus, non erat homo, & tamen erat Deus, in ſua eſſentia, & potentia, ſic Plato in Parmenide, & alibi.

In Parme. In Pimandro & alibi. Eſt Primus omnium apud Platonem, Mercurium, & totam vetuſtam ſapientiam, quoniam producens erat latens, in ſua æternitate, antequam fieret patens in ſua producibilitate.

Ariſt. 8. Phys. & 12. Met. Eſt prima cauſa, quoniam ſicuti Philoſophi omnes vnanimi conſenſu non poſuerunt proceſſus in infinitum, in cauſis eſſentialiter ſubordinatis, ita & Theologi omnes, nullo diſſentiente. *1. ſent.*

Seſſio 34. In Pimand. In Parmen. Eſt cauſa cauſarū, hac ratione vtriſq; .ſ. Philoſophis, & Theologis, & ob id primaria mundi cauſa, ſic Orpheo, Mercurio, & Platoni communi.

In Timeo. In Pimand. & alibi. Eſt demum principium omnium rerum hac eadem ratione, omnium entium fons, Conditor, Opifex, & Pater, vt ſatis abundè in ſuperioribus libris viſum eſt.

In Pimand. In Timeo, & alibi. Dicitur itidem Bonus Deus per eſſentiam iuxta illud: *Bonus es tu, & in bonitate tua doce me iuſtificationes tuas*, apud noſtrates; dicitur itidem talis apud Mercurium, & Platonem, iuxta illud, *Bonus erat, & quod Bonum eſt, nunquam aliqua de re inuidia tangitur.*

Dicitur demum iuſtus, ſapiens, omnipotens, actus primus, &c. quod patet in omnibus libris tum veteris, tum noui teſtamenti, ſic itidem appellatur à Mercurio, Platone, & Aſſeclis vbique.

Nō eſt contradic inter noſtros, & ethnicos de Dei diff. Concluſiones notabiles. Concludamus, quod in Dei deſcriptionibus, vel ſint per attributa, vel per negationem, vel per Analogiam, & metaphoram, vel per contradicentiam ſine cōtradictione, vel per relationem, quod nulla ſit controuerſia inter Mercurium, Platonem, & Theologos noſtros.

P. 1. q. 3. a. 1. Concludamus, Deum nō eſſe corpus, ſed ſimpliciſſimum actum, cum D. Thoma, & cæteris poſitiuis, & Scholaſticis Theologis.

In Rep. Aeneid. 6. Hoc idem affirmemus cum Platone, & cum fidiſſimo Aſſecla Plotino.

Nec eſt alteri componibilis, cum omnibus ſectis, quorumcūq; Philoſophantium, nec non cum Scholis noſtrorum Theologorum: forſan dubitari poſſet de ſecta Stoicorum, qui Deum (ſed perperam) fecerunt corporeum.

P. 1. q. 8. art. 1. & 2. Cōcludamus, quod ſit vbiq;, quoniā ſine loci occupatione, omnia implet, D. Thoma aſſertore, cum omnibus Scholaſticis, quibus aſſentit Plotinus, qui conſpicuè eandem protulit ſententiam, vt viſum eſt lib. 2. longa verborum ſerie. *Aeneid. 6. lib. 5. cap. 5. Plat. in Parm. Orpheus, & Merc.*

Concludamus, cum eiſdem Theologis, & Philoſophis, quod non ſit mutabilis, neq; voluntate, neq; eſſentia, cum ſit purus actus abſq; alteratione, & mixtione alicuius potentiæ. D. Thomas, & Plotinus ibidem.

Concludamus tandem, quod omnes per-

perfectiones habeat, nulli viciſſitudini ſubiaceat, æternitate gaudeat,&c. quæ omnia non audent negare Philoſophi cuiuſcunq; ſectæ, nec Theologi cuiuſcunq; Religionis.

Quod Deus eſt vnus in vtraque via comparatio.

QVanquam Deus ſit inexplicabilis à nobis, vt 2. & 3. lib. probauimus, ad aures noſtratium Theologorum. ſ. Dionyſij. Damaſ. & Tertulliani, inter poſitiuos, D. Thomæ, D. Bonauent. Scotiq. inter Scholaſticos, necnon Platonis, & Platonicorum, attamen viribus ſupernaturalibus iſti, naturalibus verò illi eundem vnicum eſſe prædicare potuerunt, vt cum his omnibus cõſentit D. Auguſt. de Trinit. qui & ipſe clariſſimè hoc idem demonſtrat; eſt inexplicabilis (inquam) quoniam incomprehenſibilis, eſt talis, quia nõ eſt in genere, nam ſolũmodò ſua eſſentia conſtat (vt ibi fusè diximus) eſt huiuſmodi, ſecundũ Philoſophos, & præſertim ſm̃ Plat. quia ipsũ inuenire, quouis modo, quauis inuentione, nõ poteſt intellectus noſter, & ſi fortè fortuna, aliquo modo inueniat, vulgò eloqui, eſt omninò impoſſibile, vt patet in ſuperioribus libris; ſicuti igitur à poſteriori cognoſcitur, ita & à poſteriori vnicum eſſe concluditur.

De Myſt. Theol. c. 1. De fide orthodoxa. De Trin. D. Auguſt. P. 1. Com. q. 3. art. 8. 1. ſent. q. 2. art. 2. Bonau. 1. ſent. diſt. 2. q. 3. Scoti.

Eſt vnicus, per D. Thom. quoniam eſt ſimpliciſſimũ ens, quia eſt infinitæ perfectionis, & ob id haud multiplicabilis.

Vt ſup. p. 1. q. 13. art 3.

Eſt vnicus, per D. Bonauet. pari modo, non ſolum quia ſimpliciſſimus, ſed etiam, quia eſt omnipotentiſſimus, & ſimpliciter ſummus, &c.

1. ſent. q. 1. art. 1.

Eſt vnicus, per Doct. ſubtilem, rõne infiniti intellectus, & infinitæ volũtatis.

2. ſent. diſt. 2. q. 3.

His nimirũ rõnibus ſolidiſſimis concludunt tanti Patres vnitatem Dei, his, & ſimilibus, concluditur etiam hęc indubitata vnitas, à vetuſtiſſimis Theologis, Mercurio. ſ. Zoroaſtro, Orphęo, & Platone, necnon à cæteris cuiuſcunq; ſectæ Philoſophis.

Mercurius in Pimandro, & in Monade ait, *Deus verus eſt, vnus autem nomine, eſt in. qui eſt ſine nomine*; Dẽo igitur nomẽ non eſt, quia ſolus, nec opus eſt proprio vocabulo, niſi cũ diſcrimine exigit multitudo, &c.

In Monade, & in Pimandro.

Orphęus ſic ait, de vnitate Dei, *Omnium genitor eſt principium Deus, eſt & finis vnus.*

In Hymno. cia.

Zoroaſter ſic canit, de Dei vnitate, *Deus incorruptibilium primus, ſempiternus, & vnus eſt.*

In tra. Cald.

Plato in Timeo, & alibi cęlum vnum, & Deum vnũ eſſe ait, vt alibi oſtensũ eſt. ſ. 6. de Rep. in Parmenide, in Sophiſta, in Philebo, in Rep. ratione Boni, in Parmenide ratione vnius, in Sophiſta ratione principij, in Philebo ratione pariter primi, ſicut etiam in Phedro.

Timeo.

Hæc doctrina ſingularis vnius Dei, deſumpſiſſe Platonem (dicunt nõ ignobiles doctores) à Mercurio Termaximo, qui in Cla. vt dictum eſt, habet hęc verba; *ex vno principio omnia veniunt, hoc eſt ex vno Deo, & non ex pluribus.*

Deus eſt vnus per Plotinum, qui ait expreſſe, *vnum quidem, Deum idemq; numero eſſe ſimul vbiq; totum.*

Enn. 6. lib. 4. cap. 1.

Deus eſt vnus per Iamblicum, cuius hæc verba leguntur, *itaq; quod interrogaſti primum, hoc audi primum ante res eas, quæ reuera ſunt, & ante vniuerſorum primordia eſt Deus vnus.*

De miſt. Aegypt. lib. 8. cap. 2.

Deus eſt vnus per Porphyrium, cuius verba ſunt, *primus Deus eſt incorporeus, immobilis, & vnus.*

De abſtin. lib. 2.

Deus eſt vnus per Proculum pluribus in locis, ſed præſertim in lib. ſuæ Theologiæ Platonicæ, qui liber non eſt latinitate donatus, neq; impreſſus, quod ego ſciam.

Deus eſt vnus, per auctorem Theologiæ Aegyptiæ, qui oſtendit eius vnitatem per exiſtentiam actus meri, vt patet lib. 2. huius voluminis.

lib. 3. cap. 2.

Deus eſt vnus per Marſiliũ Ficinum, nec non per Ioanem Piccum Mirandulanum, qui vnanimiter, & pari voto, con-

Theol. Plat. lib. 2. cap. 2. de Mundo Angelico cap. 5.

clu-

cludunt vnitatem Dei ad aures non ſolum Platonis, ſed vniuerſę veteris Theologiæ, vt patet lib. 2.

Concluſio. Concludamus igitur Deum eſſe vnicum, tum apud noſtrates, tum apud Antiquos, & priſcos Theologos, & licet diuersè appareant rationes hāc vnitatem demonſtrantes, tamen ſenſu, & re concludunt eandem abſq; vlla dubitatione, nam longum eſſet oēs ſentētias tot virorum adducere, tot carmina Orphei, Arati, Eucillidis, Cæcilij, & Omerij afferre pro confirmatione iſtius veritatis, & eo magis, quod in fine iſtius voluminis, hęc Dei proprietas, & ſingularitas, prout canunt iſti Poetæ Græci, & Latini, in ſpeciali libro ſunt à nobis afferenda, prouteruitur ex varijs Patribus tum Antiquis, tum neotericis, prout ibi patebit.

Videamus modo, quod ſicuti concordāt noſtrates, & ipſi in Dei vnitate, conueniant etiam in Trinitate ſanctiſſima, vel ſicuti vnum cum noſtris concludunt Deum, ſic Trinum eundem agnoſcant, & quomodo.

Quomodo Deus eſt trinus in vtraq; via comparatio.

Errauerunt Ethn circa principaliora in myſt. Trinit. exiſtentia. ETnici Philoſophi, vt ſolum lumine naturæ præditi, ſed fidei vndequaque deſtituti, nihil certum, nihil verum de myſterio Trinitatis prodire potuere, ſed tantum illud adumbrare valuerunt, errare eoſdem conſtat, in hoc ſacratiſſimo myſterio, quoniam per propriam nequaquam perſonarum conſtitutionem, determinare potuere. ſ. per relationes, & per originis ſigna, hoc eſt paternitatem, filiationem, & proceſſionem, ſed dumtaxat per eiſdem appropriata, hoc eſt per attributa eſſētialia; aliquid quaſi ſub numero innuere eorū fuit poteſtas, quod quidē nō modo negatur à noſtris Theologis, ſed multa etiam cum admiratione

De Ciuitate Dei lib. 2. conſiderantur à D. Auguſt. & à Cyrillo Alexandrino, vt diximus ſupra lib. 2. nec non à multis.

De antiqu. Philoſoph. D. Thomas hoc ſecurè fatetur dicens, quod antiqui Philoſophi, & ſi diuina perſonarum myſteria per propria, quæ ſunt Paternitas, Filiatio, & Proceſſio minimè cognouere, quibuſdam tamē eſſentialibus attributis, quæ perſonis appro-

Sententia D. Thom. priata ſunt, proinde atq; potentia Patri, ſapientia Filio, Bonitas Spiritui ſancto contribuitur: conſtat eoſdem cognouiſſe, quare nos iure optimo concludimus, quod à primo ad vltimū hoc myſterium ſolū adumbrare potuerunt, & inter hos.

1. Zoroaſter Rex Battrianorum, in oraculis Caldaicis.

2. Mercurius in Pimandro, in Aſclep. & alibi.

3. Orphæus, in Serm. ſac. &c.

4. Plato, quem ſecuti ſunt multi eius interpretes, vt patet in Timeo, hoc eſt in Commentario Procli ſuper eū; at hos ponamus in comparationē cum noſtris, ad hoc, vt hæc veritas eluceſcat.

D. Thomas. *Deus eſt Vnus ratione eſſentia, quæ ſe habet vt forma, & eſt Trinus* 1. p. q. 39 art. 2. *in perſonis, quæ ſe habent, vt formam habentes, & non eſt repugnantia, quoniam vnitas, & pluralitas in diuinis conſideratur, ſecundum diuerſos reſpectus; vnitas, vt tota eſſentia, pluralitas ſecundum notionalia. Quare, &c.*

D. Bonauentura. *Deus eſt Vnus in eſſentia, & eſt trinus in perſonis; nec eſt repu-* 1. ſent. q. 2 *gnantia, quoniam eſſentia, qua Deus eſt vnus, habet in ſe tanquam eſſentiale ſummam bonitatem, cuius eſt proprium ſe ſe communicare. Quare, &c.*

Scotus. *Deus eſt Vnus penes eſſentiam;* 1. ſent diſt. 2. q. 4. *eſt trinus penes perſonas; nec eſt repugnantia. Quoniam diuina eſſentia, eſt ſimpliciſſima, eſt illimitata, eſt perfectio ſimpliciter, & vt talis dicitur ſine contradictione, ipſam poſſe eſſe communicabilē, & ob id in pluribus ſuppoſitis, eſt vnus, & non plures, quia cum comprehendat in ſe totam perfectionem eſſendi, ſi eſſent plures ratione eſſentiæ; nullus illorum totam perfectionem comprehenderet, ſunt plures ratione perſonarum, quia non implicat contradictionem ratione communicabilitatis, vt patet*

de anima, &c. hæc Theologi noſtri pro abſoluta probatione, quomodo natura diuina ſit vna, & plures .i. vna eſſentia, & plures perſonæ.

In Oraculis Caldaicis. Zoroaſter ait, q. Deus eſt vnus, quoniam eſt *Monas*, quæ dicitur vnitas, & vnum, ſed quia hæc protenditur, ex hac nimirum protenſione generatur *Dyas*, quę cum ipſa Monade generat Triadem, quæ ex eius ſententia vbiq; apparet reſplendere; *Monas* hæc ab eodem appellatur Pater, ſiue paterna *Monas*, cui omnia inſeruire dicuntur. *Dyas* appellatur potentia Patris, ab eodem, robur Patris, mens Paterna, cui rerum omnium productio iure attribuitur, tertiā huius Triadis ſubſtantiam vocat etiam ſecundam mentem, principium rerum, necnon & terminus vocatur Paterni profundi, hoc eſt totius Trinitatis, quæ remanet in eo, nec alio diffunditur, niſi quatenus operando ad extra producibilia producit, quia & ipſa producit, cum prima Monade, & cum Dyade vniuerſum mundum, non ſolum hunc materialem, ſed etiam mundum Empyreum.

Ex his ſententijs Zoroaſtri circa hoc ſacratiſſimum myſterium multa (ni fallor) colliguntur veritati Trinitatis noſtræ ferè conformia, ſaltem adumbratè.

1. Quod Deus ſit monas.
2. Quod hæc monas ſit generatiua.
3. Quod dicatur mens Paterna.
4. Quod protenſa generet Dyadem.
5. Quod cū Dyade generet Triadem.
6. Quod Trias ſit principium, & terminus profundi Paterni.
7. Quod vbiq; reſplendeat.
8. Quod demum cum Dyade, & Triade produxerit mundum empyreum, & noſtrum.

Quæ omnia minimè negari poſſe in noſtra Theologia, putamus cum multis Patribus Orthodoxis, & præſertim cum D. Auguſt. de Trinitate in multis locis.

Ab hac igitur, tanquam à poſtrema, incipiam in comparationem ponere prædicta cum noſtris dogmatibus.

Etenim Pater, Verbo mediante, vniuerſum creauit, iuxta illud Pſal. *Verbo Domini cæli firmati ſunt*; Pater cum Spiritu ſancto etiam omnia produxit; vnde ſequitur, *& Spiritu oris eius, oīs virtus eorum.*

Præterea rerum omnium productio oſt opus ad extra, quod indiuiſim conuenit Patri, Filio, & Spiritui ſancto, iuxta illud: *Opera Trinitatis ad extra ſunt indiuiſa.* Damaſc. & Auguſt.

Vbiq; reſplendent hæc opera harum trium perſonarum, quoniam vbiq; Trinitatis veſtigium conſpicitur, vbiq; excellentiſſimi operis ratio apparet, in Cęlo, in terra, & ſub terra, quod manifeſtatur exemplo.

In vniuerſi machina apparet { Figura. Crux. Motus.

In ſpiritibus ſuper Cęlum hæc reperiuntur { Subſtantia. Virtus. Actio.

In Hierarchijs cęleſtibus ter triplicatis Angelorum Ordo, vt lib. de Angelis oſtenſum eſt.

In omni compoſito naturali

Materia.	Numerus.	Potentia.
Forma. vel	Pondus. vel	Ordo.
Virtus.	Menſura.	Vtilitas.

In homine { Memoria. Intellectus. Voluntas.

In omnium ſcientiarū orbe { Diuina. Naturalis. Moralis.

Sed de his veſtigijs pro nunc hæc dicta ſufficiant, infra latiſſimè in vnaquaq; re etiam minimas hæc inueniemus.

Hęc igitur, quę pro nunc vbiq; reſplendere videntur, quæ cunctis huius Triadis videntur repreſentare inſignia, minimè diſcrepare videntur.

Præterea quod hæc Trias ſit principium cum Dyade, & terminus paterni profundi, in hoc nimirum ſenſu intelligatur, quod .ſ. ſit principium indiuiſum, vt ſupra, & terminus quo ad Originis ſigna; nam in primo ſigno Pater generat filium

filium, vnde eſt genitor, ſed nō genitus: in ſecundo filius eſt genitus, & nō generans, & ſpirat cum Patre Spiritum S. qui eſt ſpiratus, & non ſpirans, & quoniam vltra non progreditur harum productionum ratio, idcircò dicitur iure in hoc ſenſu terminus, &c.

Præterea dicitur generare cum Dyade Triadem, hæc videtur eſſe ſpiratio actiua, communis vtriq; per modum voluntatis procedens.

Præterea quod protenſa Monas, generet Dyadem, hæc poteſt videri æterna illa filij generatio, quæ eſt à memoria fœcunda Patris, quę dicitur iure fieri per modum intellectus, & hac de cauſa dicitur etiā Mens Paterna; ꝙ poſtea ſit generatiua, ex antedictis conſpicuè apparet.

Demum quod Deus ſit *Monas*, ſic patet, hoc eſt, quod ſit talis ratione vnitatis eſſentiæ communis tribus communitate eſſentiali, & prædicationis.

Hęc ſint dicta pro comparatione Caldaicæ huius Theologiæ iſtius ſapientis Zoroaſtri, qui fuit magicę artis inuentor, non ſuperſtitioſæ, & vanæ, sed veræ, & diuinæ.

In Pimand. Mercurius Termaximus, clarioribus verbis, vt patet 2. lib. huius Triadis naturam, explicare videtur .ſ. Patrem, quem vocat *Dominum, Fontem, Vitam, Potentiam, Lucem, Mentem, & Spiritum*, hinc inde. (In Catholico.)

In Cratere. Sed, vt ex multis pauca perſtringam, eius verba adducam, in quibus expreſſam habemus, trium perſonarum mentionem; Quinimò Filij ex Patre ortum, & Spiritus ſancti ex vtroq; admirandam proceſſionem.

In Pimand. In Pimandro ait. *Mens autem Deus vtriuſq; ſexus, fecunditate pleniſſimus, vitæ, & lux cum verbo ſuo, mentem alteram opificem peperit, &c.*

Hic Dei Patris, patet explicita mētio. *Qui appellatur mens prima.*

Hic Filij æterna emanatio ab eo. *Qui appellatur mens ſecunda, &c.*

Hic Spiritus ab vtroq; mira proceſſio. *Qui appellatur vtriuſq; ab eo vnio, & nexus.*

Alibi concludit, hanc Opificem mentem, ſimul cum verbo, omnia condidiſſe, iuxta illud Pſal. ſuperius allegatum; *Verbo Domini Cæli firmati ſunt, & Spiritu oris eius, &c.* nam explicitè ait, ſeptem rectores ambo creaſſe .ſ. ſeptem Planetas. (Deꝰ omnia cōdidit medio. Verbo.)

Alibi dicit Deum mūdum condidiſſe, non manibus, ſed verbo, quoniam abſq; verbo nihil factum eſt, iuxta illud, *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.* Quid amplius dicendum eſt? Quid conformius huic ſacratiſſimo myſterio noſtro? (Hęc vberius patebūt infra, cum de mundi ſua creatione agemus.)

Eſſe haſce hypoſtaſes eiuſdem naturę, etiam ſecurè fatetur alibi. Quare concludere poſſumus, hūc virum ferè in omnibus circa hoc myſterium concordare, & circa eſſentiam, & circa perſonas nobiſcum. (Concluſio)

Alibi reperitur expreſsè decantatum ab eo: *Monas monadem gignit, & ſuum in ſe reflectit amorem*, hoc eſt vnus Pater, gignit vnum Filium, & ambo Spiritū ſanctum ſpirant, ſecundum communem expoſitionem, vt patet alibi.

Orphæus hunc numerum in diuinis cum ſuperioribus pariter excogitauit, ac ſuauiſſimis carminibus decātauit in Thomate Sacro.

Tribus hac rerum creationem, & originem tribuere videtur, eoſdemq; miro ordine diſpoſuiſſe cōſtat; Primus eſt *Phaneta*.i. Deus Primus, Optimus Maximus, qui Pater iure appellatur, & *Phanes* alio vocabulo; Secundus *Vranum*.i. Mens à primo genita .i. à Patre, quæ & Cœlius appellatur; Tertia *Cronum*.i. Mens Opifex, quæ & Saturnus nuncupatur.

Sed quoniam iſte parum diſtare à ſuperioribus videtur, quinimò cum eiſdem conuenire, idcircò itidem nobiſcum, cum ijs aliquo modo concordare dicamus.

Phaneta, ſeu *Phanes*; ſi eſt Pater, ergo habet filium, ſed quem nam? *Vranum*, quæ eſt ſecunda ſubſtantia, prima mens, quæ & Cęlius, vt viſum eſt, nuncupatur, huic ſequitur mens alia, Opifex, quæ *Cronum*, & *Saturnus* dicitur ab vtraq. depen-

dens, hæc doctrina parum differt à Platonica (vt proximè videbimus) hæc itidem Orphæus Maximus, & Poeta, & Vates, alia appellatione nuncupauit Iouem vnum, & tres: vnum (inquam) in eſſentia, tres in ſubſtantia; vnum, vt eſt primum principium, qui cum cæteris eſt medium, & finis totius vniuerſi, & in hoc ferè concordat, non ſolum cum noſtris, ſed etiam cum Pythagoricis, qui omnium Trinitatem eſſe menſuram, iure poſuerunt.

Sed iam ad Platonis comparationem cum Patribus noſtris Orthodoxis, circa hoc myſterium accedamus. Nos perſpicuè vidimus 3. lib. eius mentem, videlicet quomodo primum Deum, primam ſubſtantiam in Diuinis appellet primum Verum, primum Bonum, & primum Vnum, de quibus præſertim ſermonem ſatis longum habet in Rep. & in Parmenide; vidimus quomodo hæc prima ſubſtantia, etiam appelletur Pater, & ratio iſtius appellationis in hoc conſiſtit, quoniam habet filium, dicunt præſtantiſſimi interpretes, dicitur Pater, quoniam dum continet in ſe omnes perfectiones, hac non dicitur carere, ſ. fœcunditate, cuius omnes res mundi, & illius præſertim videntur eſſe præditæ, ſi fœcunditate gaudet, ne ſit fruſtra, aliud generat, & quid?

- Diuinum intellectum,
- Primam mentem imparticipatam,
- Primum mundum Archetypum,
- Primum Boni filium,
- Aeternam Dei rationem,
- Aeternum eiuſdem verbum,
- Sapientiam Dei Diuinam.

His omnibus nimirũ nominibus hinc inde appellatur à Platone ſecunda Diuinę Triadis perſona, appellatur primo diuinus intellectus, quoniam ab ipſo primo perfectiſſimo perfectiſſimus generatur incorporeus, vnicus, ſine vlla paritatis ratione, quoniam iam non eſſet perfectiſſimus ſecundum doctrinam Plotini, & multorum aliorum Platonicorum.

Secũda hu. ius Triadis ſubſt. Plat. Diuinus intellectus inquam appellatur, ſecunda Triadis ſubſtantia, quoniam Plato, & ſequaces, non audent Patrem, qui eſt prima ſubſtantia appellare intellectum, ſed dicũt supereminere oẽm intellectum, & eſſe cauſam originalem Primi intellectus, igitur iure dicitur filius hac ratione, vt ſuo loco latius diximus.

Dicitur intellectus in diuinis filius, æterni Patris, apud noſtros, & præſertim apud D. Auguſt. qui expreſsè dicit, quòd *intellectus diuinus*, i. Dei Filius, *eſt ars plena omnium rerum, omnium rationum*. 6. de Trinit.

Item dicit, quod intellectus diuinus, qui eſt ſapientia Patris, habet infinitos Theſauros rerum intelligibilium, & producibilium, i. theſauros omniũ Idearum. De Ciuit. Dei lib. 11.

Dicitur eadem ratione mens diuina, in vtraq; via in Platonica filius Dei, mens imparticipata, in ſe continens rationes omnes, & Ideas omnium rerum producendarum, quæ alio nomine, vt patuit 3. lib. appellatur idealis mundus, & intelligibilis in doctrina Platonis.

In noſtra Theologia omnia, quę ſunt in verbo, dicuntur eſſe in mente diuina, quæ eadẽ eſt cum ipſo re, vt iure ab omnibus admittitur.

Quantum ad Ideas, ſciẽdum eſt, quod variè videtur vagari opiniones circa intentionem Platonis de ipſis (vt tactum eſt ſuperiori libro) ſed maior pars Academicorum concludit, quod ſint formæ æternæ, & immobiles in diuina mente, & non omninò ſimplices notiones, nec eſſentiæ verè à materia, quauis ſeparatæ per ſe exiſtentes, & hęc opinio tanquam magis vera non ſolum tenetur à multis Philoſophis illius ſectæ, vt videri poteſt apud Macrobium, De ſomno Scipionis, ſed etiam confirmatur à præſtantiſſimis Theologis, vt ab Auguſtino, Dionyſio, & à multis alijs Patribus, quibus aſſentiũt Scholaſtici multi, vt Alexand. Alenſis, Franciſcus Mayronis, Ricardus de Mediauilla, & deniq; omnes alij Theologia celeberrimi viri, quare hic concludere poſſumus nullam eſſe diſcrepãtiam circa hanc materiam inter noſtros Doct. & Platonicos. Lib. quæſt. 83. P. 1. 8. quæſt. 36. 1. ſent. diſt. 47. diſt. 36.

Sunt inquam formæ æternæ in illa prima mente diuina imparticipata, quæ *Noim* ſolet appellari, & ſic allucinantur contrarias tenentes opiniones, ſequaces Ariſt. qui contrarium tanquam errorem impingunt Platoni, quem quidem Ariſt. cum ſuis, optima ratione, impugnat Euſtratius in Ethicis, dicens; *Aliud ſentiebat Plato, aliud euertit Ariſt. circa Ideas, & Bonum Ideale, dum Plato vult illud eſſe felicitatis humanæ obiectum*. i. Deum, nam ipſe aſſerebat Platonẽ voluiſſe tale obiectum eſſe quodam ſeparatum, & tales Ideas, quod eſſet erroneum credere.

Sunt tamen quidam, qui volunt Ariſt. Ideas non abſolutè negaſſe, dum ait 2. Phyſic. eaſdem formas quaſdam eſſe, à quibus cæteræ formæ omnes oriantur.

Hac authoritate putãt vetuſti Philoſophi ipſum à Platone Præceptore, aut nihil, aut parum diſſentire; hoc idem auſus eſt affirmare Boetius inter latinos, cui aſſentire Ioannes Picus Mirandulanus, & cum eo multi videntur.

Sed ſi quis perquireret ſunt ne ita in mẽte diuina prima, imparticipata ſolum, & non in ipſo primo Deo, Bono, Vero, & Vno? Reſpõdetur, qđ ſunt in primo ſecũdum eſſe cauſale, & ſecundũ vnicum modum eſſendi; in mente verò prima ſecundum eſſe formale, & plures, ſicut poſtea in Ideatis ſecundum eſſe participatum, ſed de his eſſendi modis latiſſimè infra.

Dicitur hæc ſecunda diuinæ Triadis ſubſtantia, in Platonica Theologia, primus mundus Archetypus, ad cuius ſimilitudinem hunc materialem mundum creauit Deus. *In Timæo.*

Dicitur etiam in Theologia noſtra mundus, quoniam omnes rationes, omnes notiones rerum omnium, quinimò, & mundi ipſius, erant in eo, antequam per creationem haberent exordium. *Auguſt. ſuper Gen.*

Dicitur prima Boni ſummè filia à Platonicis, quoniam à primo Bono vero, & vno, habet immediatam originem, vt diximus.

Dicitur Boni ipſius primi filia etiam à noſtris, quoniam Deum per eſſentiam eſſe Bonum iure fatentur, ſicuti cætera per participationem nuncupãtur Bona; Vnde ſi Bonus eſt Deus, bona eſt ex conſequenti eius diuina proles, quæ eſt eſt ſecunda perſona, igitur dicitur iure Boni filia. *In Rep.*

Dicitur diuina ratio in via Platonica, quoniam nihil eſt factum in vniuerſo, quod nõ ſit optima ratione conſtitutum, quæ ratio eſt illa idealis forma, ad quam omne quod factũ eſt, ad ſimilitudinem, vt latè videbimus in libro de mundi productione, factum eſt.

Dicitur hac eadem ratione hæc ſecunda ſubſtantia, ratio diuina, in via noſtra; quoniam mundus hic creatus verbo, ſecũdum quod in ipſo erat ad intra, ad extra, ab eo productus eſt; ad intra inquam .i. ſecundum quod erat in eo exemplar, & forma iſtius mundi producendi, productus eſt. *Aug. ſuper Gen. ad literam.*

Dicitur Verbum Patris, apud illos, quo omnia producta ſunt mediante, vt pcipuè videbimus, & latiſſimè ſuo loco. *In Timæo, Plat. & Mercur.*

Dicitur Verbum à noſtris, per quod *Omnia facta ſunt, & ſine ipſo factũ eſt nihil.* *Ioan. 1.*

Dicitur demum Sapientia à Platone, quâ gubernat Deus vniuerſum, & prudentia vtitur, ac prouidentia omnium rerum, non ſolum diuinarum, ſed etiam rerum inferiorum .i. ſapientia diuinæ mentis. *5. de Rep. & in Philebo.*

Dicitur Sapientia Patris, à noſtratib. innumeris in locis, vt *omnia in ſapientia creauit Deus: omnia in ſapientia feciſti, cęlũ, terram, &c.* quibus aſſertionibus concluditur, quod in hac ſecunda Triadis diuina perſona, mirificè concordant, & communicant Platonici, & noſtri, & ſic quo ad hanc partem nulla eſt diſcrepantia inter ipſos. *Auguſt. & alij.*

Dicitur etiam hæc ſubſtantia cauſa, Rex, & Dux, in vtraq; via, quoniam omnia produxit, & omnia ducit, cauſa efficiens, exemplaris, & finalis (vt videbimus in mundi productione) Rex, quoniã ſum- *In epiſt. 6.*

ſumma prouidentia cuncta regit, propterea optimè gubernat, & diſponit. Dux, quia omnia ad optimũ finem ducit, & dirigit.

Tertia ſubſtan. Plat. Tertiam etiam Plato ponit ſubſtantiam in diuinis, cuius meminit tribus in locis (vt ſupra lib. 3. oſtenſum eſt) & eandem varijs nominibus appellat .ſ.

Animam mundi.
Regem vniuerſi.
Ducem omnium.
Cauſam totius.

Hęc nomina tertię huius Triadis ſubſtantiæ, à Platone ſic facilè probantur, & eidem conuenire demonſtrant, ita

Anima mũdi dicitur, quoniam ſecundum eius doctrinam mundum totum viuificat, vel vitam omnibus eius partibus tribuit.

Phil. Ioan. In hac reuera parte Plato pugnat cum noſtris, quoniã hoc nomine minimè vocatur hæc ſubſtantia apud ipſos, ſed ſpiritus, qui totum mundum replet, quia vbiq; ſuam vim diuinam ſpirat.

Dicitur Rex, & ipſa, ſicuti etiam Rex dicuntur & Pater, & Filius, ſed diuerſa ratione. Rex primus eſt circa Ideas in mente, ſecundus eſt circa rationes in anima, tertius verò, qui eſt iſte, eſt circa formas in natura, ſiue rerum omnium naturalium; in hoc diſcordant noſtri, & Platonici, quia Rex non dicitur (quod ego ſciam) hæc tertia ſubſtãtia apud noſtros, ſed benè poteſt hoc nomen ei conuenire, Grecè ὁμοούσιος. cum & ipſa indiſtinctè, cum Patre, & Filio, vt eis conſubſtãtialis, ſicut omnia ad extra fecit, & facit, ita rexit, & regit.

Poteſt hac de cauſa etiam appellari Dux, & pari ratione cauſa, quia cum prima, & ſecunda, produxit, & producit in ſuperioribus vſq; ad hæc inferiora, & ſic, licet quò ad hæc nomina non dicantur concordare, nihilominus concordare videntur in re.

Ex Plotino etiam, vt viſum eſt ſuperiori libro, eruitur Dei vnitas, & Trinitas, vnum, inquam, quod dicitur, & iure, Deus Pater, qui huiuſmodi nomẽ habet, eo quia habet etiam potẽtiam generandi alium, ideò generat, & quem nam generat? filium .i. Diuinum intellectum, qui dicitur ſemper ab eo generari, quoniam ipſe generãs ſemper eſt perfectus; hic appellatur à Plotino varijs nominibus .ſ. Aenead. 5. cap. 6.

Intellectus diuinus.
Mens Diuina.
Verbum æternum.
Imago Dei.

Hiſce reuera nominibus appellant etiam noſtrates; & Patrem, & Filium in diuinis, vt conſpicuè ſupra oſtenſum eſt.

Imago etiã iure appellatur filius Dei, ſicuti nos eundem nominamus, vt facilè eruitur ex D. Paulo, cui aſſentiunt, & optimo iure omnes Patres, & præſertim D. Auguſt. de Trinitate, & alibi.

Iſte intellectus perfectus, ita exiſtens, Aenead. 5. cap. 6. generat animam vniuerſi, quę ſecundum ipſum eſt tertia huius Triadis ſubſtãtia, enimuerò ſicut cognouit cum Præceptore Platone, has tres hypoſtaſes in diuinis, ita cum eo, quo ad numerum communicat, licet poſtea pugnet, quo ad cætera, vt infra latè videbimus.

Porphyrius eiuſdẽ diſcipulus, harum De Hiſtor. Philoſophiæ. meminit trium perſpicuè (vt ſupra citato loco viſum eſt) Patris primò generantis, mentis ſecundò genitæ ab eo, animæ demum vniuerſi, & in hoc non videtur eſſe diſcors, neq; à Platone, neq; à Plotino Præceptore, idcircò cum noſtris concordat in numero, pugnat verò in cęteris, vt videbimus.

Primus ab eo dicitur ſupremũ bonum.
Secundus, Creator totius.
Tertius, Anima vniuerſi.

Nec citra has tres ſubſtantias in diuinis procedit diuina emanatio, ſecundum mentem iſtius Philoſophi.

Amellius itidem tres ſtatuit cum Præceptore, in diuinis ſubſtantias .ſ. Primum Citatur à Proclo in Com. in Timæo. Deum ſummũ, quem vocat Regem cum Platone in Epiſtola, & *Exiſtentem*.

Secundum Verbum, quem vocat ſecundum Regem, & *Habentem*.

Tertium Animam vniuerſi, quam vocat *Videntem*.

Con-

J: expoſit. epiſt. Plat. 6.

Concordat nobiſcum itidem, non ſolum in numero ſubſtantiarum, ſed etiam in conditione earum, ſummus Deus dicitur & iure Rex primus, & eſt Pater, ſecundus Rex eſt Verbum, de quo commendat D.Io. noſtrum, tertius verò Rex eſt aĩa, quæ ſummi debet in ſenſu, vt ſup.

Numelius, ſiue Numenius tres itidem ponit ſubſtantias in diuinis. ſ.

Patrem Primum.

Factorem Secundum.

Mundum ipſum Tertium.

Concordat nobiſcum in hac prima diuina perſona, ſed in his duabus diſcordat, quoniam vnam eſſe determinat, & vult eaſdem inhærere materię, quod falſum eſt.

Ex relatio ne Procli in Com.

Primum. ſ. Patrem nequaquam creare fatetur, ſed filium ſolummodò, & in hoc conſpicuè allucinantur, quoniam in noſtra Sacra Theologia, opus creationis eſt opus ad extra, quod indiuiſim conuenit Patri, Filio, & Spiritui ſancto.

Hanc doctrinam ſequitur Harpocratio, ex relatione Procli in Comm. Tim. qui etiam cum eo in hoc errare videtur.

Atticus etiam (referente Proclo) in eodem Com. tres ponit ſubſtantias in diuina natura. ſ.

Patrem, quem vocat Creatorem, & Opificem.

Mentem primam.

Animam vniuerſi.

Et in his concordat cum ſuperioribus Platonicis, & cum noſtris in numero, in cæteris autem nequaquam, cum Platonicis, cum noſtris autẽ vtiq; vt videbimus.

Hic nimirum errare videtur in via Platonica, quoniam nullo modo volunt, primam ſubſtantiam habere vim productiuam creandi mundum materialem, ſed ſolummodò mundum Archetypum.

Iuxta ord. ſ. Patrum eorum.

In via verò noſtra in hac parte minimè errare videtur, quoniam creandi facultas primò conuenit Patri, poſtea cęteris, vt opus ad extra, vnde in Symbolo legitur in principio. *Credo in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem Cæli, & terræ.*

Iamblicus Porphyrij diſcipulus, non apparet diſcors à Platone ipſo in poſitione harum trium ſubſtantiarum, nam cum eo, cũ Plotino, & cum Præceptore ponit.

Primò, Patrem ſummum. ſ. Bonum, Verum, & Vnum.

Secundò, Mundum Intelligibilem, vel Archetypum.

Tertiò, Animam vniuerſi.

Vnde, ſicuti videtur conuenire cum ſuis in hoc, cum noſtris etiam haud videtur diſcors, in numero, à Porphyrio verò, immediato Præceptore, duntaxat diſſentire videtur in tertia Hypoſtaſi, nam huius mundi, cauſam Opificem, non vult eſſe animam cum eo, ſed vniuerſum mundum Archetypũ, ſeu intelligibilem, quod non eſt inficiandum, cum reuera ſaltem dicatur cauſa exemplaris, ad cuius ſimilitudinem, & formam mens Opifex hunc fabrefecit mundum (vt ſuo loco videbimus) vnde cum noſtris concordat in numero, in cæteris autem diſcordat, quemadmodum ſui ſequaces.

Theodorus Aſineus, ſicut concordat cum Amelio in hac parte, ita nobiſcum cum eodem concordare videtur, vt ſupra viſum eſt.

Syrianus magnus, Procli Præceptor, tres cum cæteris ſtatuit ſubſtantias in diuina natura, quas quidem ſic ordine diſponere videtur.

Primam, Bonum appellat, & cauſam primam.

2. Mundum Idealem cum alijs.

3. Mentem, quam appellat Opificem.

Et in hac diſcordat à Plotino, & à cæteris, vt ſupra, qui tertiam ſubſtantiam ponunt in diuinis animam mundi, neq; nobiſcum hic in hac parte concordare videtur, & ratio eſt, quoniam licet Spiritus ſãctus noſter cum Patre, & Filio Opificium mundi creauerit, vt eſt opus ad extra, nihilominus præciſè, non dicitur mens Opifex. i. ſola vniuerſi creatrix, Patrem. ſ. & Filium excludendo, à quibus per ſpirationem procedere, & emanare non dubitamus.

In Hyppia maiori & alibi. chritudine materiali, quæ eſt radius diuinæ, & Idealis pulchritudinis eleuatur, ſcandit ad illam, quæ nil aliud eſt, quam Deus, qui ſicut eſt primum Vnum, primum Verum, & primum Bonum, ita eſt primum pulchrum; à primo ad vltimum Concluſio. concluditur, quod Deus eſt ſecundum vtramq; Theologiam, & quod etiam in hac parte peroptimè apparent concordes, videamus an communicent in eiuſdem quidditate.

Quid Deus ſit, in vtraque via comparatio.

QVid Deus ſit quidditatiuè, ſecundum veram diffinitionem minimè cognoſci poteſt, & ratio eſt, quoniam Deus non eſt in genere prædica- 1. ſent. 1. ſent. diſt. 8 q 3. & contra gentiles. mentali, licet à Gregorio Ariminēſi, collocetur in prędicamento; Doctor Angelicus, & Subtilis cōcordant in hoc, quod omnia ſint in prædicamento, præter ipſum Deum; & hoc idem fatentur Aſſeclæ, vtriuſq; Scholæ, quorum rationes hic afferre ſuperuacaneum putamus, at cum huiuſmodi ſic ſe habeant, igitur diffiniri non poteſt vera diffinitione, & vn- D. Thom. p. ſummę q 12. art. 12. dequaq; conditionata, namq; non cognoſcitur à nobis, niſi negatiuè, hoc eſt, via remotionis, dicendo Deum non eſſe lapidem, lignum, &c. ſed quid eminentius, & præſtantius; quid autem præciſè ſit ſecundum talem eminentiam, & præſtantiam, omninò ignoratur. Vnde & minimè diffinitur, quod autem non cognoſcatur Deus niſi ſic, & ob id, quod non poſſit diffiniri, confirmatur auctori- D. Dyon. de cœleſti Hierarchia. tate D. Dionyſij Areopagitę, qui ait, negationes de Deo eſſe veras, affirmationes verò incōpactas, & eſt veriſſimum, quoniam viator non poteſt habere affirmationes exprimentes quidditatem rei, ſed tantum communes, & vniuerſales.

1. ſent. diſt. 3. q. 4. Et licet Scotus velit, quod poſſimus cognoſcere Deum etiam affirmatiuè, hoc eſt, quod valeat viator habere aliquem conceptum, in quo per ſe, & quidditatiuè concipiatur Deus, ex hoc quod concipiantur eius proprietates attributales, tamen cum hæc perceptio ſit improportionata noſtræ capacitati ex naturæ imbecillitate, quia ipſe eſt infinitus, nos autem finiti, finiti autem ad infinitum nulla ſit proportio, ob id nō valemus ipſum taliter cognoſcere, vt verè eundem diffinire poſſimus.

Nec valet, quod ſit primum cognitum Eadem diſt. à nobis, quoniam eſt tale primitate perfectionis, in quantum eſt primum in entitate, & ob id in cognoſcibilitate, vniuerſali confuſa, & non diſtincta, ita & taliter, quod poſſit reuera diffiniri à primo ad extremum.

Poteſt quidem deſcribi, prout deſcribitur à Patribus noſtris, vt viſum eſt, lib. primo, nec non à Platonicis, vt ſimiliter patet lib. 2.

Deſcribitur ab Anſelmo, quod ſit il- In Proſol. lud, quo nihil maius excogitari poteſt: illud .ſ. Bonum, à quo omnia, tanquam à fonte riuuli emanare dicuntur.

Sic itidem Plato, qui ait Deum eſſe 2. de Rep. omnium Bonorum, prima cauſa, & ſolum cauſa, cum ipſe ſit Bonus per eſſentiam.

Deſcribitur à D. Auguſ. quod ſit prin- Auguſt. de Ciuitate, & de Trinitate. cipium naturæ, veritas doctrinæ, fœlicitas vitæ, quia eſt natura naturans, eſt ſolus veritas, & humanæ fœlicitatis obiectum, eo quia nihil verum, nihil ſyncerum inuenit intellectus in vniuerſo præter ipſum Deum.

In hoc pari modo cōcordat cum Pla- In Philebo & in Parm. tone, qui primum Verum, Bonum, & Vnum, vult eſſe omnium rerum principium, & finem, quinimò vltimum obiectum, in quo acquieſcit mens humana, vt ſuo loco videbimus.

Deſcribitur ab Athanaſio, quod ſit Lib. de diff. eſſentia ſine cauſa, & omnium eſſentiarum ſuperſubſtantialis cauſa, nam ſine cauſa eſt eſſentia Dei dubio procul, quoniam ſi haberet cauſam, iam nō eſſet primum verum, & ſic non eſſet Deus.

Concordat cum eo Plato, Mercur. &

In Parmenid.

tota vetus ſapientia, qui iure fatentur Deum eſſe primum in entibus, & ante primum nihil eſſe ponendùm, ſed poſt primum omnia, quæ ab ipſo per emanationem videntur fluere.

Deus tandem deſcribitur hac ratione ab innúmeris Patribus, & Theologis, & præſertim à D. Auguſt. quæ omnes deſcriptiones, coincidunt cum illis quæ ab Ethnicis dantur .ſ. Mercurio, Platone, & alijs vt patet lib. 3. nempè q Deus ſit.

Primus omnium.
Prima cauſa.
Cauſa cauſarum.
Cauſa mundi.
Principium omnium rerum.
Omnium entium fons.
Conditor vniuerſi, & Opifex, ſiue artifex.
Demum Pater omnium.

Quæ omnes Dei proprietates attributales, ab omnibus Theologis noſtris nõ iniuria admittuntur tanquam veræ, & omninò indubitatę, quoniam ſi Deo nequaquam hæ conuenire dicerentur, iam recta ratione nõ appellaretur Deus, nam ſi conuenirent ſuperiori, ipſe non eſſet De⁹, ſed ille ſuperior, & ſic daretur Deus Deo inferior, vel Deus ſupra Deũ quod eſt omninò falſum, & abſurdum.

Super Gen.

Eſt primus omnium apud noſtrates Theologos, quoniã (teſte Auguſt.) non erat mundus, non erat Angelus, non erat homo, & tamen erat Deus, in ſua eſſentia, & potentia, ſic Plato in Parmenide, & alibi.

In Parm. In Pimandro & alibi.

Eſt Primus omnium apud Platonem, Mercurium, & totam vetuſtam ſapientiam, quoniam producens erat latens, in ſua æternitate, antequam fieret patens in ſua producibilitate.

Ariſt. 8. Phy. & 12. Met. 1. ſent.

Eſt prima cauſa, quoniam ſicuti Philoſophi omnes vnanimi conſenſu non poſuerunt proceſſus in infinitum, in cauſis eſſentialiter ſubordinatis, ita & Theologi omnes, nullo diſſentiente.

In Pimand. In Parmen.

Eſt cauſa cauſarũ, hac ratione vtriſq; .ſ. Philoſophis, & Theologis; & ob id primaria mundi cauſa; ſic Orphęo, Mercurio, & Platoni communi.

In Timeo. In Pimand. & alibi.

Eſt demum principium omnium rerum hac eadem ratione, omnium entium fons, Conditor, Opifex, & Pater, vt ſatis abundò in ſuperioribus libris viſum eſt.

In Pimand. In Timeo, & alibi.

Dicitur itidem Bonus Deus per eſſentiam iuxta illud: *Bonus es tu, & in bonitate tua doce me iuſtificationes tuas*, apud noſtrates; dicitur itidem talis apud Mercurium, & Platonem, iuxta illud, *Bonus erat, & quod Bonum eſt, nunquam aliqua de re inuidia tangitur.*

Dicitur demum iuſtus, ſapiens, omnipotens, actus primus, &c. quod patet in omnibus libris tum veteris, tum noui teſtamenti, ſic itidem appellatur à Mercurio, Platone, & Aſſeclis vbique.

Nõ eſt contradic inter noſtros, & ethnicos de Dei diff Concluſiones notabiles.

Concludamus, quod in Dei deſcriptionibus, vel ſint per attributa, vel per negationem, vel per Analogiam, & metaphoram, vel per contradicentiam ſine cõtradictione, vel per relationem, quod nulla ſit controuerſia inter Mercurium, Platonem, & Theologos noſtros.

P. 1. q. 3. a. 1.

Concludamus, Deum nõ eſſe corpus, ſed ſimpliciſſimum actum, cum D. Thoma, & cæteris poſitiuis, & Scholaſticis Theologis.

In Rep. Aeneid. 6.

Hoc idem affirmemus cum Platone, & cum fidiſſimo Aſſecla Plotino.

Nec eſt alteri componibilis, cum omnibus ſectis, quorumcũq; Philoſophantium, nec non cum Scholis noſtrorum Theologorum: forſan dubitari poſſet de ſecta Stoicorum, qui Deum (ſed perperam) fecerunt corporeum.

P. 1. q. 8. art. 1. & 2.

Cõcludamus, quod ſit vbiq;, quoniã ſine loci ocupatione, omnia implet, D. Thoma aſſertore, cum omnibus Scholaſticis, quibus aſsentit Plotinus, qui conſpicuè eandem protulit ſententiam, vt viſum eſt lib. 2. longa verborum ſerie.

Aeneid. 6. lib. 5. cap. 5. Plat in Par. Orphęus, & Merc.

Concludamus, cum eiſdem Theologis, & Philoſophis, quod non ſit mutabilis, neq; voluntate, neq; eſsentia, cum ſit purus actus abſq; alteratione, & mixtione alicuius potentiæ. D. Thomas, & Plotinus ibidem.

Concludamus tandem, quod omnes

per-

perfectiones habeat, nulli viciſſitudini ſubiaceat, æternitate gaudeat,&c. quæ omnia non audent negare Philoſophi cuiuſcunq; ſectæ, nec Theologi cuiuſcunq; Religionis.

Quod Deus eſt vnus in vtraque via comparatio.

QVanquam Deus ſit inexplicabilis à nobis, vt 2. & 3. lib. probauimus, ad aures noſtratium Theologorum. ſ. Dionyſij. Damaſ. & Tertulliani, inter poſitiuos, D. Thomæ, D. Bonauent. Scotiq. inter Scholaſticos, necnon Platonis, & Platonicorum, attamen viribus ſupernaturalibus iſti, naturalibus verò illi eundem vnicum eſſe prædicare potuerunt, vt cum his omnibus cõſentit D. Auguſt. de Trinit. qui & ipſe clariſſimè hoc idem demonſtrat; eſt inexplicabilis (inquam) quoniam incomprehenſibilis, eſt talis, quia nõ eſt in genere, nam ſolũmodò ſua eſſentia conſtat (vt ibi ſuſè diximus) eſt huiuſmodi, ſecundũ Philoſophos, & præſertim ſm̃ Plat. quia ipſũ inuenire, quouis modo, quauis inuẽtione, nõ poteſt intellectus noſter, & ſi fortè fortuna, aliquo modo inueniat, vulgò eloqui, eſt omninò impoſſibile, vt patet in ſuperioribus libris; ſicuti igitur à poſteriori cognoſcitur, ita & à poſteriori vnicum eſſe concluditur.

De Myſt. Theol. c. 1. De fide orthodoxa. De Trin. D. Auguſt. P. 1. Com. 1. art. 3. 1 ſent. q. 1. art. 3. Bonau. 1. ſent. diſt. 2. q. 3. Scoti.

Eſt vnicus, per D. Thom. quoniam eſt ſimpliciſſimũ ens, quia eſt infinitæ pfectionis, & ob id haud multiplicabilis.

Vt ſup. p. 1. q. 11. art. 3.

Eſt vnicus, per D. Bonauet. pari modo, non ſolum quia ſimpliciſſimus, ſed etiam, quia eſt omnipotentiſſimus, & ſimpliciter ſummus, &c.

1 ſent. q. 1. art. 1.

Eſt vnicus, per Doct. ſubtilem, rõne infiniti intellectus, & infinitæ volũtatis.

2. ſent. diſt. 8. q. 3.

His nimirũ rõnibus ſolidiſſimis concludunt tanti Patres vnitatem Dei, his, & ſimilibus, concluditur etiam hęc indubitata vnitas, à vetuſtiſſimis Theologis, Mercurio. ſ. Zoroaſtro, Orphęo, & Platone, necnon à cæteris cuiuſcunq; ſectæ Philoſophis.

Mercurius in Pimandro, & in Monade ait, *Deus verus eſt, vnus autem nomine, eſt.n. qui eſt ſine nomine*; Dẽo igitur nomẽ non eſt, quia ſolus, nec opus eſt proprio vocabulo, niſi cũ diſcrimine exigit multitudo, &c.

In Monade, & in Pimandro.

Orpheus ſic ait, de vnitate Dei, *Omnium genitor eſt principium Deus, eſt & finis vnus.*

In Hym. 1. cit.

Zoroaſter ſic canit, de Dei vnitate, *Deus incorruptibilium primus, ſempiternus, & vnus eſt.*

In trac. Cald.

Plato in Timeo, & alibi cęlum vnum, & Deum vnũ eſſe ait, vt alibi oſtenſũ eſt. ſ. 6. de Rep. in Parmenide, in Sophiſta, in Philebo, in Rep. ratione Boni, in Parmenide ratione vnius; in Sophiſta ratione principij, in Philebo ratione pariter primi, ſicut etiam in Phedro.

Timeo

Hæc doctrina ſingularis vnius Dei, deſumpſiſſe Platonem (dicunt nõ ignobiles doctores) à Mercurio Termaximo, qui in Cla. vt dictum eſt, habet hęc verba; *ex vno principio omnia veniunt, hoc eſt ex vno Deo, & non ex pluribus.*

Deus eſt vnus per Plotinum, qui ait expreſſe, *vnum quidem, Deum idemq; numero eſſe ſimul vbiq; totum.*

Aenn. 6. lib. 4. cap. 1.

Deus eſt vnus per Iamblicum, cuius hæc verba leguntur, *itaq; quod interrogaſti primum, hoc audi primum ante res eas, quæ reuera ſunt, & ante vniuerſorum primordia eſt Deus vnus.*

De miſt. Aegypt. lib. 8. cap. 2.

Deus eſt vnus per Porphyrium, cuius verba ſunt, *primus Deus eſt incorporeus, immobilis, & vnus.*

De abſtin. lib. 2.

Deus eſt vnus per Proculum pluribꝰ in locis, ſed præſertim in lib. ſuæ Theologiæ Platonicæ, qui liber non eſt latinitate donatus, neq; impreſſus, quod ego ſciam.

Deus eſt vnus, per auctorem Theologiæ Aegyptiæ, qui oſtendit eius vnitatem per exiſtentiam actus meri, vt patet lib. 2. huius voluminis.

lib. 3. cap. 12

Deus eſt vnus per Marſiliũ Ficinum, necnon per Ioanem Piccum Mirandulanum, qui vnanimiter, & pari voto, con-

Theol. Plat. lib. 2. cap. 2. de Mundo Angelico cap. 5.

cludunt vnitatem Dei ad aures non ſolum Platonis, ſed vniuerſę veteris Theologiæ, vt patet lib. 2.

Concluſio. Concludamus igitur Deum eſſe vnicum, tum apud noſtrates, tum apud Antiquos, & priſcos Theologos, & licet diuersè appareant rationes hãc vnitatem demonſtrantes, tamen ſenſu, & re concludunt eandem abſq; vlla dubitatione, nam longum eſſet oẽs ſentẽtias tot virorum adducere, tot carmina Orphei, Arati, Eucillidis, Cæcilij, & Omerij afferre pro confirmatione iſtius veritatis, & eo magis, quod in fine iſtius voluminis, hęc Dei proprietas, & ſingularitas, prout canunt iſti Poetæ Græci, & Latini, in ſpeciali libro ſunt à nobis afferenda, prouenituṙ ex varijs Patribus tum Antiquis, tum neotericis, prout ibi patebit.

Videamus modo, quod ſicuti concordãt noſtrates, & ipſi in Dei vnitate, conueniant etiam in Trinitate ſanctiſſima, vel ſicuti vnum cum noſtris concludunt Deum, ſic Trinum eundem agnoſcant, & quomodo.

Quomodo Deus eſt trinus in vtraq; via comparatio.

Errauerunt Ethn. circa principaliora in myſt. Trinit. exiſtentia.

ETHNICI Philoſophi, vt ſolum lumine naturæ prædíti, ſed fidei vndequaque deſtituti, nihil certum, nihil verum de myſterio Trinitatis prodire potuere, ſed tantum illud adumbrare valuerunt; errare eoſdem conſtat, in hoc ſacratiſſimo myſterio, quoniam per propriam nequaquam perſonarum conſtitutionem, determinare potuere. ſ. per relationes, & per originis ſigna, hoc eſt paternitatem, filiationem, & proceſſionem, ſed dumtaxat per eiſdem appropriata, hoc eſt per attributa eſsẽtialia, aliquid quaſi ſub numero innuere eorũ fuit poteſtas, quod quidẽ nõ modo negatur à noſtris Theologis, ſed multa etiam cum admiratione

De Ciuitate Dei lib. 2. conſiderantur à D. Auguſt. & à Cyrillo Alexandrino, vt diximus ſupra lib. 2. nec non à multis.

De antiqu. Philoſoph. D. Thomas hoc ſecurè fatetur dicens, quod antiqui Philoſophi, & ſi diuinarum perſonarum myſteria per propria, quæ ſunt Paternitas, Filiatio, & Proceſſio minimè cognouere, quibuſdam tamẽ eſſentialibus attributis, quæ perſonis appropriata ſunt, proinde atq; potentia Patri, ſapientia Filio, Bonitas Spiritui ſancto contribuitur: conſtat eoſdem cognouiſſe, quare nos iure optimo concludimus, quod à primo ad vltimũ hoc myſterium ſolũ adumbrare potuerunt, & inter hos. Sententia D. Thom.

1. Zoroaſter Rex Battrianorum, in oraculis Caldaicis.

2. Mercurius in Pimandro, in Aſclep. & alibi.

3. Orphæus, in Serm. ſac. &c.

4. Plato, quem ſecuti ſunt multi eius interpretes, vt patet in Timeo, hoc eſt in Commentario Procli ſuper eum; at hos ponamus in comparationẽ cum noſtris, ad hoc, vt hæc veritas eluceſcat.

D. Thomas. *Deus eſt Vnus ratione eſſentiæ, quæ ſe habet vt forma, & eſt Trinus in perſonis, quæ ſe habent, vt formam habentes, & non eſt repugnantia, quoniam vnitas, & pluralitas in diuinis conſideratur, ſecundum diuerſos reſpectus; vnitas, vt tota eſſentia, pluralitas ſecundum notionalia. Quare, &c.* 1. p. q. 39 art. 2.

D. Bonauentura. *Deus eſt Vnus in eſſentia, & eſt trinus in perſonis; nec eſt repugnantia, quoniam eſſentia, qua Deus eſt vnus, habet in ſe tanquam eſſentiale ſummam bonitatem, cuius eſt proprium ſe ſe communicare. Quare, &c.* 1. ſent. q. 2

Scotus. *Deus eſt Vnus penes eſſentiam; eſt trinus penes perſonas; nec eſt repugnantia. Quoniam diuina eſſentia, eſt ſimpliciſſima, eſt illimitata, eſt perfectio ſimpliciter, & vt talis dicitur ſine contradictione, ipſam poſſe eſſe communicabilẽ, & ob id in pluribus ſuppoſitis, eſt vnus, & non plures, quia cum comprehendat in ſe totam perfectionem eſſendi, ſi eſſent plures ratione eſſentiæ; nullus illorum totam perfectionem comprehenderet, ſunt plures ratione perſonarum, quia non implicat contradictionem ratione communicabilitatis, vt patet* 1. ſent. diſt. 2. q. 4.

 de

de anima, &c. hæc Theologi noſtri pro abſoluta probatione, quomodo natura diuina ſit vna, & plures .i. vna eſſentia, & plures perſonæ.

In Oraculis Caldaicis. Zoroaſter air, qđ Deus eſt vnus, quoniam eſt *Monas*, quæ dicitur vnitas, & vnum, ſed quia hæc protenditur, ex hac nimirum protenſione generatur *Dyas*, quę cum ipſa Monade generat Triadem, quæ ex eius ſententia vbiq; apparet reſplendere; *Monas* hæc ab eodem appellatur Pater, ſiue paterna *Monas*, cui omnia inſeruire dicuntur. *Dyas* appellatur potentia Patris, ab eodem, robur Patris, mens Paterna, cui rerum omnium productio iure attribuitur, tertiã huius Triadis ſubſtantiam vocat etiam ſecundam mentem, principium rerum, necnon & terminus vocatur Paterni profundi, hoc eſt totius Trinitatis, quæ remanet in eo, nec alio diffunditur, niſi quatenus operando ad extra producibilia producit, quia & ipſa producit, cum prima Monade, & cum Dyade vniuerſum mundum, non ſolum hunc materialem, ſed etiam mundum Empyreum.

Ex his ſententijs Zoroaſtri circa hoc ſacratiſſimum myſterium multa (ni fallor) colliguntur veritati Trinitatis noſtræ ferè conformia, ſaltem adumbratè.

1. Quod Deus ſit monas.
2. Quod hæc monas ſit generatiua.
3. Quod dicatur mens Paterna.
4. Quod protenſa generet Dyadem.
5. Quod cũ Dyade generet Triadem.
6. Quod Trias ſit principium, & terminus profundi Paterni.
7. Quod vbiq; reſplendeat.
8. Quod demum cum Dyade, & Triade produxerit mundum empyreum, & noſtrum.

Quæ omnia minimè negari poſſe in noſtra Theologia, putamus cum multis Patribus Orthodoxis, & præſertim cum D. Auguſt. de Trinitate in multis locis.

Ab hac igitur, tanquam à poſtrema, incipiam in comparationem ponere prędicta cum noſtris dogmatibus.

Etenim Pater, Verbo mediante, vniuerſum creauit, iuxta illud Pſal. *Verbo Domini cæli firmati ſunt*; Pater cum Spiritu ſancto etiam omnia produxit; vnde ſequitur, *& Spiritu oris eius, oĩs virtus eorum.*

Præterea rerum omnium productio eſt opus ad extra, quod indiuiſim conuenit Patri, Filio, & Spiritui ſancto, iuxta illud: *Opera Trinitatis ad extra ſunt indiuiſa*. Damaſc. & Auguſt.

Vbiq; reſplendent hæc opera harum trium perſonarum, quoniam vbiq; Trinitatis veſtigium conſpicitur, vbiq; excellentiſſimi operis ratio apparet, in Cęlo, in terra, & ſub terra, quod manifeſtatur exemplo.

In vniuerſi machina apparet { Figura. Crux. Motus.

In ſpiritibus ſuper Cęlum hæc reperiuntur { Subſtantia. Virtus. Actio.

In Hierarchijs cęleſtibus ter triplicatis Angelorum Ordo, vt lib. de Angelis oſtenſum eſt.

In omni compoſito naturali

Materia.	Numerus.	Potentia.
Forma. vel {	Pondus. vel {	Ordo.
Virtus.	Menſura.	Vtilitas.

In homine { Memoria. Intellectus. Voluntas.

In omnium ſcientiarũ orbe { Diuina. Naturalis. Moralis.

Sed de his veſtigijs pro nunc hæc dicta ſufficiant, infra latiſſimè in vnaquaq; re etiam minimas hæc inueniemus.

Hęc igitur, quę pro nunc vbiq. reſplendere videntur, quæ cunctis huius Triadis videntur repreſentare inſignia, minimè diſcrepare videntur.

Præterea quod hæc Trias ſit principium cum Dyade, & terminus paterni profundi, in hoc nimirum ſenſu intelligatur, quod .ſ. ſit principium indiuiſum, vt ſupra, & terminus quo ad Originis ſigna; nam in primo ſigno Pater generat filium

filium, vnde eſt genitor, ſed nõ genitus: in ſecundo filius eſt genitus, & nõ generans, & ſpirat cum Patre Spiritum S. qui eſt ſpiratus, & non ſpirans, & quoniam vltra non progreditur harum productionum ratio, idcircò dicitur iure in hoc ſenſu terminus, &c.

Præterea dicitur generare cum Dyade Triadem, hæc videtur eſſe ſpiratio actiua, communis vtriq; per modum voluntatis procedens.

Præterea quod protenſa Monas, generet Dyadem, hæc poteſt videri æterna illa filij generatio, quæ eſt à memoria fœcunda Patris, quę dicitur iure fieri per modum intellectus, & hac de cauſa dicitur etiã Mens Paterna; q̃ poſtea ſit generatiua, ex ante dictis conſpicuè apparet.

Demum quod Deus ſit *Monas*, ſic patet, hoc eſt, quod ſit talis ratione vnitatis eſſentiæ communis tribus communitate eſſentiali, & prædicationis.

Hę ſint dicta pro comparatione Caldaicæ huius Theologiæ iſtius ſapientis Zoroaſtri, qui fuit magicę artis inuentor, non ſuperſtitioſæ, & vanæ, ſed veræ, & diuinæ.

In Pimand. Mercurius Termaximus, clarioribus verbis, vt patet 2. lib. huius Triadis naturam, explicare videtur. ſ. Patrem, quem vocat *Dominum, Fontem, Vitam, Potentiam, Lucem, Mentem, & Spiritum*, hinc inde. In Catholico.

In Crater. Sed, vt ex multis pauca perſtringam, eius verba adducam, in quibus expreſſam habemus, trium perſonarum mentionem, Quinimò Filij ex Patre ortum, & Spiritus ſancti ex vtroq; admirandam proceſſionem.

In Pimand. In Pimandro ait. *Mens autem Deus vtriuſq; ſexus, fecunditate pleniſſimus, vitæ, & lux cum verbo ſuo, mentem alteram opificem peperit, &c.*

Hic Dei Patris, patet explicita mẽtio. *Qui appellatur mens prima.*

Hic Filij æterna emanatio ab eo. *Qui appellatur mens ſecunda, &c.*

Hic Spiritus ab vtroq; mira proceſſio. *Qui appellatur vtriuſq; ab eo vnio, & nexus.*

Alibi concludit, hanc Opificem mentem, ſimul cum verbo, omnia condidiſſe, iuxta illud Pſal. ſuperius allegatum; *Verbo Domini Cœli firmati ſunt, & Spiritu oris eius, &c.* nam explicitè ait, ſeptem rectores ambo creaſſe. ſ. ſeptem Planetas. De° omnia cõdidit medio. Verbo.

Alibi dicit Deum mũdum condidiſſe, non manibus, ſed verbo, quoniam abſq; verbo nihil factum eſt, iuxta illud, *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.* Quid amplius dicendum eſt? Quid conformius huic ſacratiſſimo myſterio noſtro? Hęc vberius patebũt infra, cum de mundi ſua creatione agemus.

Eſſe haſce hypoſtaſes eiuſdem naturę, etiam ſecurè fatetur alibi. Quare concludere poſſumus, hũc virum ferè in omnibus circa hoc myſterium concordare, & circa eſſentiam, & circa perſonas nobiſcum. Concluſio

Alibi reperitur expreſsè decantatum ab eo: *Monas monadem gignit, & ſuum in ſe reflectit amorem*, hoc eſt vnus Pater, gignit vnum Filium, & ambo Spiritũ ſanctum ſpirant, ſecundum communem expoſitionem, vt patet alibi.

Orphæus hunc numerum in diuinis cum ſuperioribus pariter excogitauit, ac ſuauiſſimis carminibus decãtauit in Themate Sacro.

Tribus hac rerum creationem, & originem tribuere videtur, eoſdemq; miro ordine diſpoſuiſſe cõſtat; Primus eſt *Phaneta*. i. Deus Primus, Optimus Maximus, qui Pater iure appellatur, & *Phanes* alio vocabulo; Secundus *Vranum*. i. Mens à primo genita. i. à Patre, quæ & Cœlius appellatur; Tertia *Cronum*. i. Mens Opifex, quæ & Saturnus nuncupatur.

Sed quoniam iſte parum diſtare à ſuperioribus videtur, quinimò cum eiſdem conuenire, idcircò itidem nobiſcum, cum ijs aliquo modo concordare dicamus.

Phaneta, ſeu *Phanes*, ſi eſt Pater, ergo habet filium, ſed quem nam? *Vranum*, quæ eſt ſecunda ſubſtantia, prima mens, quæ & Cęlius, vt viſum eſt, nuncupatur, huic ſequitur mens alia, Opifex, quæ *Cronum*, & *Saturnus* dicitur ab vtraq. depen-

P 2 dens,

dens, hæc doctrina parum differt à Platonica (vt proximè videbimus) hæc itidem Orphæus Maximus, & Poeta, & Vates, alia appellatione nuncupauit Iouem vnum, & tres: vnum (inquam) in eſſentia, tres in ſubſtantia; vnum, vt eſt primum principium, qui cum cæteris eſt medium, & finis totius vniuerſi, & in hoc ferè concordat, non ſolum cum noſtris, ſed etiam cum Pythagoricis, qui omnium Trinitatem eſſe menſuram iure poſuerunt.

Sed iam ad Platonis comparationem cum Patribus noſtris Orthodoxis, circa hoc myſterium accedamus: Nos perſpicuè vidimus 3. lib. eius mentem, videlicet quomodo primum Deum, primam ſubſtantiam in Diuinis appellet primum Verum, primum Bonum, & primum Vnum, de quibus præſertim ſermonem ſatis longum habet in Rep. & in Parmenide; vidimus quomodo hæc prima ſubſtantia, etiam appelletur Pater, & ratio iſtius appellationis in hoc conſiſtit, quoniam habet filium, dicunt præſtantiſſimi interpretes, dicitur Pater, quoniam dum continet in ſe omnes perfectiones, hæc non dicitur carere, ſ. fœcunditate, cuius omnes res mundi, & illius præſertim videntur eſſe prædictæ, ſi fœcunditate gaudet, ne ſit fruſtra; aliud generat, & quid?

Diuinum intellectum,
Primam mentem imparticipatam,
Primum mundum Archetypum,
Primum Boni filium,
Aeternam Dei rationem,
Aeternum eiuſdem verbum,
Sapientiam Dei Diuinam,

His omnibus nimirũ nominibus hinc inde appellatur à Platone ſecunda Diuinæ Triadis perſona, appellatur primo diuinus intellectus, quoniam ab ipſo primo perfectiſſimo perfectiſſimus generatur incorporeus, vnicus, ſine vlla paritatis ratione, quoniam iam non eſſet perfectiſſimus ſecundum doctrinam Plotini, & multorum aliorum Platonicorum.

Secũda huius Triadis ſubſt. Plat. Diuinus intellectus inquam appellatur, ſecunda Triadis ſubſtantia, quoniam Plato, & ſequaces, non audent Patrem, qui eſt prima ſubſtantia appellare intellectum, ſed dicũt ſupereminere oẽm intellectum, & eſſe cauſam originalem Primi intellectus, igitur iure dicitur filius hac ratione, vt ſuo loco latius diximus.

Dicitur intellectus in diuinis filius, æterni Patris, apud noſtros, & præſertim apud D. Auguſt. qui expreſsè dicit, quod *intellectus diuinus*, i. Dei Filius, *eſt ars plena omnium rerum, omnium rationum.* 6. de Trinit.

Item dicit, quod intellectus diuinus, qui eſt ſapientia Patris, habet infinitos Theſauros rerum intelligibilium, & producibilium, i. theſauros omniũ Idearum. De Ciuit. Dei lib. 11.

Dicitur eadem ratione mens diuina, in vtraque via in Platonica filius Dei, mens imparticipata, in ſe continens rationes omnes, & Ideas omnium rerum producendarum, quæ alio nomine, vt patuit 3. lib. appellatur Idealis mundus, & intelligibilis in doctrina Platonis.

In noſtra Theologia omnia, quæ ſunt in verbo, dicuntur eſſe in mente diuina, quæ eadẽ eſt cum ipſo re, vt iure ab omnibus admittitur.

Quantum ad Ideas, ſciẽdum eſt, quod variè videtur vagari opiniones circa intentionem Platonis de ipſis (vt tactum eſt ſuperiori libro) ſed maior pars Academicorum concludit, quod ſint formæ æternæ, & immobiles in diuina mente, & non omninò ſimplices notiones, nec eſſentiæ verè à materia, quauis ſeparatæ per ſe exiſtentes, & hæc opinio tanquam magis vera non ſolum tenetur à multis Philoſophis illius ſectæ, vt videri poteſt apud Macrobium, De ſomno Scipionis, ſed etiam confirmatur à præſtantiſſimis Theologis, vt ab Auguſtino, Dionyſio, & à multis alijs Patribus, quibus aſſentiũt Scholaſtici multi, vt Alexand. Alenſis, Franciſcus Mayronis, Ricardus de Mediauilla, & deniq; omnes alij Theologia celeberrimi viri, quare hic concludere poſſumus nullam eſſe diſcrepãtiam circa hanc materiam inter noſtros Doct. & Platonicos. Lib. quæſt. 83. P. 1. S. quæſt. 36. 1. ſent. q. 47. diſt. 36.

Sunt

Sunt inquam formæ æternæ in illa prima mente diuina imparticipata, quæ *Noim* ſolet appellari, & ſic allucinantur contrarias tenentes opiniones, ſequaces Ariſt. qui contrarium tanquam errorem impingunt Platoni, quem quidem Ariſt. cum ſuis, optima ratione, impugnat Euſtratius in Ethicis, dicens; *Aliud ſentiebat Plato, aliud euertit Ariſt. circa Ideas, & Bonum Ideale, dum Plato vult illud eſſe fœlicitatis humanæ obiectum* .i. Deum, nam ipſe aſſerebat Platonē voluiſſe tale obiectum eſſe quodam ſeparatum, & tales Ideas, quod eſſet erroneum credere.

Sunt tamen quidam, qui volunt Ariſt. Ideas non abſolutè negaſſe, dum ait 2. Phyſic. eaſdem formas quaſdam eſſe, à quibus cæteræ formæ omnes oriantur.

Hac authoritate putāt vetuſti Philoſophi ipſum à Platone Præceptore, aut nihil, aut parum diſſentire; hoc idem auſus eſt affirmare Boetius inter latinos, cui aſſentire Ioannes Picus Mirandulanus, & cum eo multi videntur.

Sed ſi quis perquireret ſunt ne ita in mēte diuina prima, imparticipata ſolum, & non in ipſo primo Deo, Bono, Vero, & Vno? Reſpōdetur, qđ ſunt in primo ſecūdum eſſe cauſale, & ſecundū vnicum modum eſſendi; in mente verò prima ſecundum eſſe formale, & plures, ſicut poſtea in Ideatis ſecundum eſſe participatum, ſed de his eſſendi modis latiſſimè infra.

In Timeo. Dicitur hæc ſecunda diuinæ Triadis ſubſtantia, in Platonica Theologia, primus mundus Archetypus, ad cuius ſimilitudinem hunc materialem mundum creauit Deus.

Auguſt. ſuper Gen. Dicitur etiam in Theologia noſtra mundus, quoniam omnes rationes, omnes notiones rerum omnium, quinimò, & mundi ipſius, erant in eo, antequam per creationem haberent exordium.

Dicitur prima Boni ſummè filia à Platonicis, quoniam à primo Bono vero, & vno, habet immediatam originem, vt diximus.

Dicitur Boni ipſius primi filia etiam à noſtris, quoniam Deum per eſſentiam eſſe Bonum iure fatentur, ſicuti cætera per participationem nuncupātur Bona; Vnde ſi Bonus eſt Deus, bona eſt ex conſequenti eius diuina proles, quæ eſt eſt ſecunda perſona, igitur dicitur iure Boni filia. In Rep.

Dicitur diuina ratio in via Platonica, quoniam nihil eſt factum in vniuerſo, quod nō ſit optima ratione conſtitutum, quæ ratio eſt illa idealis forma, ad quam omne quod factū eſt, ad ſimilitudinem, vt latè videbimus in libro de mundi productione, factum eſt.

Dicitur hæc eadem ratione hæc ſecunda ſubſtantia, ratio diuina, in via noſtra; quoniam mundus hic creatus verbo, ſecūdum quod in ipſo erat ad intra, ad extra, ab eo productus eſt; ad intra inquam .i. ſecundum quod erat in eo exemplar, & forma iſtius mundi producendi, productus eſt. Aug. ſuper Gen. ad literam.

Dicitur Verbum Patris, apud illos, quo omnia producta ſunt mediante, vt pcipuè videbimus, & latiſſimè ſuo loco. In Timeo. Plat. & Mercur.

Dicitur Verbum à noſtris, per quod *Omnia facta ſunt, & ſine ipſo factū eſt nihil.* Ioan. 1.

Dicitur demum Sapiētia à Platone, qua gubernat Deus vniuerſum, & prudentia vtitur, ac prouidentia omnium rerum, non ſolum diuinarum, ſed etiam rerum inferiorum .i. ſapientia diuinæ mentis. 5. de Rep. & in Philebo.

Dicitur Sapientia Patris, à noſtratib. innumeris in locis, vt *omnia in ſapientia creauit Deus; omnia in ſapientia feciſti, cœlū, terram, &c.* quibus aſſertionibus concluditur, quod in hac ſecunda Triadis diuina perſona, mirificè concordant, & communicant Platonici, & noſtri, & ſic quo ad hanc partem nulla eſt diſcrepantia inter ipſos. Auguſt. & alij.

Dicitur etiam hæc ſubſtantia cauſa, Rex, & Dux, in vtraq; via, quoniam omnia produxit, & omnia ducit, cauſa efficiens, exemplaris, & finalis (vt videbimus in mundi productione) Rex, quoniā ſum- In epiſt. 6.

ſumma prouidentia cuncta regit, perop-timè gubernat, & diſponit. Dux, quia omnia ad optimũ finem ducit, & dirigit.

Pſal.

Tertiam etiam Plato ponit ſubſtantiam in diuinis, cuius meminit tribus in locis (vt ſupra lib. 3. oſtenſum eſt) & eandem varijs nominibus appellat .ſ.

Tertia ſubſtan. Plat.

Animam mundi.

Regem vniuerſi.

Ducem omnium.

Cauſam totius.

Hęc nomina tertię huius Triadis ſubſtantiæ, à Platone ſic facilè probantur, & eidem conuenire demonſtrant, ita

Anima mũdi dicitur, quoniam ſecundum eius doctrinam mundum totum viuificat, vel vitam omnibus eius partibus tribuit.

In hac reuera parte Plato pugnat cum noſtris, quoniã hoc nomine minimè vocatur hæc ſubſtantia apud ipſos, ſed ſpiritus, qui totum mundum replet, quia vbiq; ſuam vim diuinam ſpirat.

Pſal. Ioan.

Dicitur Rex, & ipſa, ſicuti etiam Rex dicuntur & Pater, & Filius, ſed diuerſa ratione. Rex primus eſt circa Ideas in mente, ſecundus eſt circa rationes in anima, tertius verò, qui eſt iſte, eſt circa formas in natura, ſiue rerum omnium naturalium; in hoc diſcordant noſtri, & Platonici, quia Rex non dicitur (quod ego ſciam) hæc tertia ſubſtãtia apud noſtros, ſed benè poteſt hoc nomen ei conuenire, cum & ipſa indiſtinctè, cum Patre, & Filio, vt eis conſubſtãtialis, ſicut omnia ad extra fecit, & facit, ita rexit, & regit.

Grecè opuſculo.

Poteſt hac de cauſa etiam appellari Dux, & pari ratione cauſa, quia cum prima, & ſecunda, produxit, & producit in ſuperioribus vſq; ad hæc inferiora, & ſic, licet quò ad hæc nomina non dicantur concordare, nihilominus concordare videntur in re.

Ex Plotino etiam, vt viſum eſt ſuperiori libro, eruitur Dei vnitas, & Trinitas, vnum, inquam, quod dicitur, & iure, Deus Pater, qui huiuſmodi nomẽ habet, eo quia habet etiam potẽtiam generandi alium, ideò generat, & quem nam generat? filium .i. Diuinum intellectum, qui dicitur ſemper ab eo generari, quoniam ipſe generãs ſemper eſt perfectus; hic appellatur à Plotino varijs nominibus .ſ.

Aenead. 5. cap. 6.

Intellectus diuinus.

Mens Diuina.

Verbum æternum.

Imago Dei.

Hiſce reuera nominibus appellant etiam noſtrates; & Patrem, & Filium in diuinis, vt conſpicuè ſupra oſtenſum eſt.

Imago etiã iure appellatur filius Dei, ſicuti nos eundem nominamus, vt facilè eruitur ex D. Paulo, cui aſſentiunt, & optimo iure omnes Patres, & præſertim D. Auguſt. de Trinitate, & alibi.

Iſte intellectus perfectus, ita exiſtens, generat animam vniuerſi, quę ſecundum ipſum eſt tertia huius Triadis ſubſtãtia; enimuerò ſicut cognouit cum Præceptore Platone, has tres hypoſtaſes in diuinis, ita cum eo, quo ad numerum communicat, licet poſtea pugnet, quo ad cætera, vt infra latè videbimus.

Aenead. 5. cap. 6.

Porphyrius eiuſdẽ diſcipulus, harum meminit trium perſpicuè (vt ſupra citato loco viſum eſt) Patris primò generantis, mentis ſecundò genitæ ab eo, animæ demum vniuerſi, & in hoc non videtur eſſe diſcors, neq; à Platone, neq; à Plotino Præceptore, idcircò cum noſtris concordat in numero, pugnat verò in cęteris, vt videbimus.

De Hiſtor. Philoſophiæ.

Primus ab eo dicitur ſupremũ bonum.

Secundus, Creator totius.

Tertius, Anima vniuerſi.

Nec citra has tres ſubſtantias in diuinis procedit diuina emanatio, ſecundum mentem iſtius Philoſophi.

Amellius itidem tres ſtatuit cum Præceptore, in diuinis ſubſtantias .ſ. Primum Deum ſummũ, quem vocat Regem cum Platone in Epiſtola, & *Exiſtentem.*

Citatur à Proclo in Com. in Timæo.

Secundum Verbum, quem vocat ſecundum Regem, & *Habentem.*

Tertium Animam vniuerſi, quam vocat *Videntem.*

Ir. expoſit. epiſt. Plat. 6. Concordat nobiſcum itidem, non ſolum in numero ſubſtantiarum, ſed etiam in conditione earum, ſummus Deus dicitur & iure Rex primus, & eſt Pater, ſecundus Rex eſt Verbum, de quo commendat D. Io. noſtrum, tertius verò Rex eſt aīa, quæ ſummi debet in ſenſu, vt ſup.

Numelius, ſiue Numenius tres itidem ponit ſubſtantias in diuinis .ſ.

Patrem Primum.

Factorem Secundum.

Mundum ipſum Tertium.

Concordat nobiſcum in hac prima diuina perſona, ſed in his duabus diſcordat, quoniam vnam eſſe determinat, & vult eaſdem inhærere materię, quod falſum eſt.

Ex relatione Procli in Com. Primum .ſ. Patrem nequaquam creare fatetur, ſed filium ſolummodò, & in hoc conſpicuè allucinantur, quoniam in noſtra Sacra Theologia, opus creationis eſt opus ad extra, quod indiuiſim conuenit Patri, Filio, & Spiritui ſancto.

Hanc doctrinam ſequitur Harpocratio, ex relatione Procli in Comm. Tim. qui etiam cum eo in hoc errare videtur.

Atticus etiam (referente Proclo) in eodem Com. tres ponit ſubſtantias in diuina natura .ſ.

Patrem, quem vocat Creatorem, & Opificem.

Mentem primam.

Animam vniuerſi.

Et in his concordat cum ſuperioribus Platonicis, & cum noſtris in numero, in cæteris autem nequaquam, cum Platonicis, cum noſtris autē vtiq; vt videbimus.

Hic nimirum errare videtur in via Platonica, quoniam nullo modo volunt, primam ſubſtantiam habere vim productiuam creandi mundum materialem, ſed ſolummodò mundum Archetypum.

Iuxta ord. Graecorum orig. In via verò noſtra in hac parte minimè errare videtur, quoniam creandi facultas primo conuenit Patri, poſtea cęteris, vt opus ad extra, vnde in Symbolo legitur in principio. *Credo in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem Cœli, & terræ.*

Iamblicus Porphyrij diſcipulus, non apparet diſcors à Platone ipſo in poſitione harum trium ſubſtantiarum, nam cum eo, cū Plotino, & cum Præceptore ponit.

Primò, Patrem ſummum .ſ. Bonum, Verum, & Vnum.

Secundò, Mundum Intelligibilem, vel Archetypum.

Tertiò, Animam vniuerſi.

Vnde, ſicuti videtur conuenire cum ſuis in hoc, cum noſtris etiam haud videtur diſcors, in numero, à Porphyrio verò, immediato Præceptore, dumtaxat diſſentire videtur in tertia Hypoſtaſi, nam huius mundi, cauſam Opificem, non vult eſſe animam cum eo, ſed vniuerſum mundum Archetypū, ſeu intelligibilem, quod non eſt inficiandum, cum reuera ſaltem dicatur cauſa exemplaris, ad cuius ſimilitudinem, & formam mens Opifex hunc fabrefecit mundum (vt ſuo loco videbimus) vnde cum noſtris concordat in numero, in cæteris autem diſcordat, quemadmodum ſui ſequaces.

Theodorus Aſineus, ſicut concordat cum Amelio in hac parte, ita nobiſcum cum eodem concordare videtur, vt ſupra viſum eſt.

Syrianus magnus, Procli Præceptor, tres cum cæteris ſtatuit ſubſtantias in diuina natura, quas quidem ſic ordine diſponere videtur.

Primam, Bonum appellat, & cauſam primam.

2. Mundum Idealem cum alijs.

3. Mentem, quam appellat Opificem.

Et in hac diſcordat à Plotino, & à cæteris, vt ſupra, qui tertiam ſubſtantiam ponunt in diuinis animam mundi, neq; nobiſcum hic in hac parte concordare videtur, & ratio eſt, quoniam licet Spiritus ſāctus noſter cum Patre, & Filio Opificium mundi creauerit, vt eſt opus ad extra, nihilominus præciſè, non dicitur mens Opifex .i. ſola vniuerſi creatrix, Patrem .ſ. & Filium excludendo, à quibus per ſpirationem procedere, & emanare non dubitamus.

Huic aſſertioni adſtipulatur Proclus diſcipulus, in cortice Timei Platonis, licet ſecus teneat in Theologia Platonica, quæ eſt opus, neq; in latinum redactum, neq; impreſſum, exponendo verba Platonis Epiſtolę magnę.ſ.tres Reges, quorum primum vocat Vnitatem maximam, ſecundum mentem impartitam, tertiam demùm mũdi animam, quam tamen poſitionem magis conſonam, in quibuſdam noſtræ veritati cenſemus.

Nam vnitas illa, quæ *Monas* à Zoroaſtro, necnon à Mercurio appellatur, dicitur de Deo ipſo, & de Patre; mens verò, quæ ab eo eſt genita, immediatè dicitur & mens, & intellectus diuinus (vt viſum eſt) & ſine repugnantia in vtraq; via, idcircò in hoc cõcordant, quo verò ad animam mundi nequaquam.

Huic opinioni aſſentiunt omnes poſteriores Platonici, poſt Proclum.ſ. Hermias, Damaſcius, Priſcianus Lidius, & alij, quorum placita hic referre ſuperuacaneum eſt, cum & ipſi hęc aſſerẽtes, concordent cum eo in hac ſecũda poſitione.

Hoc modo tota vetus ſapientia, poſtquam Deum vnum concluſit, ſic & eundem Trinum putauit, & ante Platonem, & poſt ipſum.

An harum trium perſonarum ſit vna eſſentia, vt noſtra fatetur Theologia, vel tres eſſentiæ?

An tres hypoſtaſ. Plat. ſint vna eſſentia.

SEd iam videndum eſt, ſicuti in numero, harum trium ſubſtantiarum concordant, & in quibuſdam nominibus, & proprietatibus earumdem, in cęteris conueniat .i. an ſit harum vna eſſentia, & natura, in via Ethnica, ſicuti & in Chriſtiana veritate.

Proclus tenet, quod primus intellectus, primum ens, & prima vita, ſit triplex ſubſtantia, tripliciter diuiſa, quarum prima dicatur mens prima, ſecunda ens primum, tertia prima vita, quæ tria in vnum conuenire in tantum dicantur, in quantum ad inuicem habeant originalem dependentiam à Deo primo, ſed nequaquam vnicam, indiuiſam, & diſſociatam dicant eſſentiam, adeò quod tres, & non vnam ſolam, videtur ponere in diuina hac ſubſtantia Proclus eſſentias.

Hanc verò à Plotino vnam eſſe perhibetur ad aures ſui Præceptoris, quæ primum ens, primus intellectus, & prima mens imparticipata dicitur, à Patre tantum, & ab anima mundi, eſſentia differens, adeò quod ſecundum Proclum, non ſolum tres eſſentiæ, ſed quinque in diuinis enumerari poſſent, ſecundum verò Plotini ſententiam, tres dumtaxat, cuius opinionem ſequi videtur maxima turba Platonicorum, & propterea recedere à veritate Chriſtiana, quæ vnicam in diuinis, & optimo iure ponit, & non tres eſſentias.

6. de Rep.

Vnde in hac parte, quæ eſt principaliſſima, minimè cũ noſtris aſſentire vidẽtur, & ob id allucinantur, quoniam noſtrates *Trinitatem in vnitate, & vnitatem in Trinitate venerantur*; iuxta illud Symboli Athanaſij, hoc eſt Trinitatem perſonarum in vnitate eſſentiæ, & vnitatem eſſentiæ in Trinitate perſonarum; nam alia eſt perſona Patris, non alia eſſentia, & ſic de alijs, ſecus autem in hac Theologia Ethnica, in qua ſicut plures perſonæ, ita plures eſſentiæ earum & re, & ratione differentes, ſecundum eorum communem opinionem, qui hanc materiam ſerio pertractarunt, enumerantur.

Diſcordant in partitione eſſentiæ.

Athanaſ. in ſymb.

Sed videamus, pro clariori veritatis ratione, quomodo in hac diuina natura, iſtæ tres perſonæ ſe habeant ad intra, & ad extra.

Vidimus iam Deum ipſum Trinum, non ſolum ſecundum Platonis mentem, ſed etiam ſecundum intentionem antiquorum.ſ. Zoroaſtri, Mercurij, & Orphei, qui ipſum Platonem ętate pręceſſere, ſaltem ſecũdum aliquam ſympathiam, ideò hęc infra notata inquiramus itidẽ, ſecundum communem omnium illorum ſent.

Videamus, inquam, an ſint conſubſtantiales, in vtraq; via, increatæ, & eadem

dem ratione æternæ, æquales in potentia, ſiue omnipotentia, an ſeipſas aliquo modo producentes, & quomodo Ideæ ſint in Deo, & in prima mente imparticipata; demum qualiter attributa in Deo exiſtant, ſecundum quandam ſimpliciſſimam vnitatem; ad extra itidem inquiremus, an productio illius primæ ſubſtãtiæ ſit poſſibilis ſimpliciter, & de facto, & ſecundum quam potẽtiam à noſtris Doctoribus, & præſertim D. Thoma, Scoto, Durando, Aureolo, & ab alijs poſſibilis iudicetur, an dehinc produxerint indiſtinctè omnia ad extra .ſ. mundum totum à principio eiuſdem, vel cætera in eo .i. partes, vel potentia productionis ſit vnius, & non alterius ad extra, &c.

Hæc materia productionis ad extra ſuo loco contractatur .ſ. infra lib. de mundi productione.

Hæc, inquam, ordine reſoluto inquirenda, & abſoluenda ſunt, ad hoc vt appareat comparando, quomodo, & diſtent à veritate noſtræ Theologiæ, & eidem, adhærere aliquabiter dicantur.

Ad primam inquiſitionem pro Zoroaſtro dicendum eſt, quod poſſunt videri iſtæ hypoſtaſes conſubſtantiales, *namque (ait) eius mens Paterna dicitur Filius à Patre, non factus, ſed genitus, eo quia vocatur mens per ſe genita dualitatem faciens, quæ apud Deum manet, & quieſcit, quæ cum Patre producit aliam mentem artificem mundi ignei, quæ demum non eſt progreſſa, ſed manet in æterna profunditate, & in adito ſecundum ſilentium Deo nutritum.*

His verbis Poeticè prolatis, nil aliud infert, iudicio meo, quam tertiam illam perſonam, quę dicitur mens Opifex, non diſceſſiſſe ab eo .i. à Patre, & Filio, ſed in paterno profundo mãſiſſe, hoc eſt in eadẽ eſſentia cum ipſis, à qua, non licet humanę menti ingredi, eo qđ ſilentio quodã diuino, res eſſet ineffabilis, qđ nil aliud eſt, hoc manere in paterno profundo, vt iam dictum eſt, quam Spiritũ ſanctum eſſe, & Patre, & paternæ menti .i. filio conſubſtantialem.

Perſonæ diuinæ videntur eſſe conſubſtantiales ſecundum doctrinam Zoroaſtri.

Filius dicitur patris mens genita, apud noſtros, iuxta illud Symboli *genitum non factum*, quem etiam vocat lumen intellectuale, iuxta illud, *lumen de lumine.*

Ex his nimirum apparet, quod ſecundum iſtum ſapientem conſubſtantiales, tres iſtæ hypoſtaſes, ſalua ſẽper Chriſtiana veritate, videri poſſint.

Mercurius poteſt & ipſe videri eſſe eiuſdem ſententię, dum ait, in Pimandro, quod *mens lucida* .i. verbum, Filius Dei, *quæ eſt vita, & lux exiſtens, verbo parturit aliam mentem Opificem, quæ non diſtantà ſe ipſis.* Vnde ex his verbis vltimis videtur velle dicere verbum hoc non diſtare ab alijs, ſed eſſe eiuſdem eſſentię, & ſubſtantiæ, quoniam ſubinfert, mentem hanc Opificem eſſe vnitam verbo Dei, & rationem reddit, quoniam ſunt *ὁμούσιοι* .i. conſubſtantiales, quam vocem, nos apud noſtros, & Patres, & Scholaſticos Doctores, ſepiſſimè legimus, de his tribus, nam ipſi hac voce in codicibus Græcis, frequentiſſimè vtuntur.

Perſonæ in diuinis poſſunt etiam videri conſubſtãtiales ſecundum Mercurium.

Alibi hanc tertiam perſonam vocat Deum ignem, & ſpiritum, quæ cum alijs duobus fabrefecit ſeptẽ alios quoſdam, cum iam feciſſet mentionem, primo de Patre, ſecundo de verbo, ſiue de mente, cũ quibus ſubſtantialiter vnitus, ad extra produxit cuncta.

Orpheus de hac ſubſtantialitate, nil aliud profert in ſermone ſacro, diſcipulum alloquẽs, niſi quod Deus in verbum Diuinum eius filium reſpiciens, ei adhæret, hoc eſt per naturam, eſſentiam & ſubſtantiam, & non ſolum per voluntatem, quæ eſt vna in tribus forſan diceret, qui vellent Orpheum hanc proferre conſubſtantialitatem, ſecus autem, qui oppoſitam tenerent ſententiam.

Orpheus videri poteſt eſſe eiuſdem ſententiæ.

Plato verò, licet faciat mentionem de tribus (vt iam millies oſtenſum eſt) .ſ. de primo Deo, vero, bono, & vno, & de Filio, quem vocat modò mundum intelligibilem, & Idealem, modò mentem, Verbum, Sapientiam, Regem, & Ducem, tamen non reperitur locus, in quo faciat Deo primo ipſum conſubſtantialem, cum tertia Triadis hypoſtaſi .i. anima vniuerſi, ſecundum ipſum.

Platonis ſententia circa conſubſtantialitatem in diuinis.

Q Ex-

Lib.3.cap.1 Extat quidā locus in Theologia Aegyptia, quę ſi non ab eo ſcriptis mandata tenetur, eiuſdem nihilominus voce prolata exiſtimatur, quod Tres vult indiſſociabili actu omnia procreaſſe, & præſertim ſecundam, & tertiam hypoſtaſim, vnde hæc in eadem patent verba.

Verba tex. *Quare dicimus intellectum, a Deo primum eſſe genitum, atq; rebus alijs procreandis eſſe præpoſitum? procreant autem Deus Opifex intellectum per medium verbum, quoniam inter illum, & intellectum medium aliud nullum intercesſit, quod cum intellectu conficiendi haberet vim.*

Ex quibus ſanè verbis quidam audent dicere illum hanc ſubſtantialitatem tacitè ſaltem approbaſſe, cum ſimul indiſtinctam habeant producēdi facultatem, ſed aliorum iudicio allucinantur, quoniam Hæc auctoritas nō concludit p Plat. tametſi ſecundum hanc ſententiam exprimatur productio, tertię perſonæ .ſ. intellectus ab vtroq; non ob id innuitur, quod ſit producta, quemadmodū Spiritus ſanctus noſter .ſ. per ſpirationem actiuam, ſed per nouam creationem, quam noſtri iure optimo oderunt ponere in diuinis, & quod diſſociata operatione ad extra, omnia procreauerint, & ob hoc, quod cōſubſtātiales, & coęquales ſint in vna natura, & eſſentia.

Non eſt cō ſubſt. in diuinis ſecūdū Plat. Stantibus igitur allegatis, fateri cogimur in diuinis non eſſe ponendam conſubſtantialitatem ad aures Platonis, hoc eſt intra ipſam Trinitatem ſanctiſſimam, & ob id in hac parte à noſtris ipſum diſcordare tenemus, qui vnam *vſian*.i. ſubſtantiam ponunt, & tres hypoſtaſes.

Nec poteſt etiam concedi in eius doctrina, quod poſſit filius generari à Patre extra Trinitatis limina verè, & realiter, vel ſimpliciter, prout de rato, & pro confeſſo habent Plato, & eius Principales aſſeclæ, nempè Plotinus, Iamblicus, & alij, Nec datur extra ipſam filiatio. qui vnam creaturam infra Deum vnum ponunt ab eo genitam perfectiſſimam, & vndequaq; completam habētem omnem entitatiuam plenitudinem, qua maior immediatè ſub Deo nequit, nō modò intelligi, ſed nec cogitari ab intellectu humano, hoc nimirum fundamento moti, quod in quocunq; genere inuenitur aliquod imperfectū, in eodem genere pręexiſtere debet aliquod abſolutè perfectū, propterea cum in genere intelligibilium inueniantur animæ noſtræ, adeò imperfectæ vt à ſenſibus habeant, & eruant intelligendi, & cognoſcendi principium, quoniam pro ſtatu iſto, *omnis noſtra cognitio habet ortum à ſenſibus* (aſſertore Philoſopho lib. de anima 2.) inueniatur etiam quidam intellectus participatus .i. contractus ad aliquā ſpeciem intelligibilem, qui non ſit abſq; aliqua imperfectione, vt hic noſter; idcircò debeat inueniri intellectus quidam vndecunq; perfectus, & iſte eſt hæc creatura perfectiſſima.

Sed hæc ratio, pace Platonis, & ſuorum, nullius ponderis eſſe exiſtimatur, Plat. fundamen. nullius eſt momenti. nulliuſq; momenti, quoniam non ſufficienter probat, vt ait Mazonius in præludijs, ſed ſolum infert, quod vbicunque datur aliqua natura diſtinguibilis p plures modos, aut differentias eſſentiales, neceſſe eſt, ſi inueniatur ſecūdum imperfectiorem modum, aut differentiam, quę priuationem naturā induat, quod etiam inueniatur ſecundum perfectiorem modum, & differentiam, quæ ad imperfectiorem relata, ſit tanquam habitus ad priuationem comparatus, vnde non poterat Plato concludere ſimpliciter, & de facto dari intellectum, & ens quoddam, in quo omnes entis, & intellectus modi, aut differentiæ eſſentiales, cum plenitudine cōtinerentur, & ſic deceptus eſt circa hanc creaturam ad extra genitam, &c.

D. Thomas tandem hanc materiam pertractando, diſtinguit gradus rerum à D.Tho pri. p.q.50.ar.1 ſpecialibus modis habendi eoſdem; vult, quod ratione gradus rerum, poſſit dari creatura perfectiſſima, in genere factibi- D.Tho pri. p.q.50.ar.1 lium, quo ad ſubſtantiam facti, ſed ratione modi faciendi hoc tenet impoſſibile, adeò quod de potentia logica ſolummodò concedit, ſecus autem minimè.

Sed Scotus ſubtilium Princeps, & cum

co

1. ſent. & Quolib. eo Aureolus, & Durandus, oppoſitam habent ſententiam, & vnanimi conſenſu volunt, quod Deus creaturam quandam efficere potuiſſet, & ratione gradus, & ratione modi faciendi, adeò perfectam, vt nulla perfectior poſſet inueniri, ac fieri à Deo; lõgum eſſet rationes afferre iſtorum excellentiſſimorum virorum, quibus vnuſquiſq; quærit ſuam corroborare opinionem, & quia non ſumus in comparatione Thomiſticæ, & Scoticæ doctrinæ, ſed potius Chriſtianæ, & Platonicæ; idcircò hæc miſſa facimus tanquam parum negotio noſtro pertinentia.

Concluſio. Iſtorum igitur ſentẽtijs ſic, ſed habentibus, concludere poſſumus Platonem in hac parte à noſtris in quibuſdam diſſentire, in quibuſdam alijs concordare non diſſentit, primo ab opinione D. Thomæ in hoc, quia & pœnes gradus, & pœnes modum faciendi putat hanc poſſe dari creaturam ſimpliciter, & abſolutè, & nulla ſit repugnantia ex parte Dei, & ex parte eiuſdem, quoniam ſanctus Doctor, aliqualiter admittit huius pfectiſſimę creaturæ productionem, diſſentit à Scoto, & ab alijs, vt ſupra, quoniam ipſi de facto illius creationem non admittunt, ſed de poſſibili dumtaxat, ipſe verò Plato, & de facto, & de poſſibili conſentire videtur. (1. ſent. diſt. 8. q. 7.)

Lib. 1. Ene-ad. 5. Ex ſententia Plotini eruitur, quod iſtę tres hypoſtaſes ſint conſubſtãtiales, tum quia prima, ſecundam generat generatione æterna, non autem facit, quoniam qui facit, per motum facit, dicunt multi fautores illius ſentẽtiæ Plotini, at in hac generatione nullus eſt motus, & nulla mora; quare, &c. tum quia hæc generatio ſecundum eius mentem, cum ſit emanatio eſt abſq; vlla alteratione ad inſtar ſolis, qui emittit ex ſe radios, nil ipſe alteratus, at radij ſunt de ſubſtantia ſolis, quare, &c. ſic etiam dici poteſt de lumine eiuſdem, quod formaliter identificatur ipſi ſoli, ſaltem ſe totis ſubiectiuè; & tñ emanat ab ipſo, vt lumen de lumine.

Lib. 1. Ene-ad. 5. Si hæc eſſet firma, & conſtans ſententia Plotini, videretur veritati noſtrę quaſi conformis, ſed quia diſcors manifeſtè apparet alibi; idcircò tenemus illos allucinari, qui in hoc conantur defendere eiuſdem opinionẽ; apparet diſcors, dum ait, lumen genitum a primo, eſſe eo minus, quod eſt pœnitus abſurdum, cum diuinæ Hypoſtaſes, ſint in noſtra Theologia coæquales, hinc igitur conijcitur Plotinum ſibimet aduerſari, cum minoritas filij, quo ad Patrem dicat inæqualitatem, & inconſubſtantialitatẽ, nec concluderet dicere, quod Saluator apud Io: dicat, *Pater maior me eſt*, quoniam hoc eſt inquãtum eſt homo, ſed non inquantum Deus, quia vt patet in Symbolo Athanaſij, *eſt æqualis Patri ſecundũ diuinitatem, minor verò ſecundum humanitatem.* (Ioan. c. 14.)

Dubitatio. Sed quomodo poteſt eſſe concors, vnquam Plotinus ex prædictis noſtræ veritati, ſi librum totum, vbi hæc ex profeſſo tractat, inſcripſit de tribus principalibus ſubſtantijs; nam ſi ſunt tres ſubſtantiæ, igitur tres eſſentiæ, igitur non ſunt conſubſtantiales, & per conſequens labitur Plotinus.

Reſponſio pro Plot. Reſponderent forſan Tutores Plotini, quod inſcripſit de tribus hypoſtaſibus, & non ſubſtãtijs, quoniam ſubſtantia melius *Vſia* ſonat, quam hypoſtaſis, hypoſtaſis verò melius perſona, quã ſubſtãtia, at quoniã ſunt tres perſonæ, ideò tres hypoſtaſes, ſed nõ tres eſſentiæ, & ſic poſſet ſaluari Plotini poſitio, dicendo, ꝙ liber inſcribitur de tribus perſonis, & nõ eſſentijs, vel ſubſtantijs, ſicuti noſtri ſacri DD. vnanimi affirmant cõſenſu, & ſic ab ijs minimè diſcrepare videtur in hac re.

Reprob. reſponſio Plot. & iure. Sed futilis, & vana eſt reuera reſponſio, quæ ſtante minoritate, vt ſupra, non poteſt rectè ſaluari, quia ratio minoritatis in ſua poſitione, non conſiſtit in humanitate, ſicuti in noſtra, ſed in diuinitate illius eminentiſſimæ naturæ.

Cæteri Platonici poſt Plotinum, ferè eiuſdem videntur eſſe ſententiæ, vtpotè, qui ab eiuſdem ſchola emanarunt, vel melius ab Amonio Sacco eius excellentiſſimo Præceptore.

Prima Creatura Platonica eſt increata.

Proſequamur cętera, dubitatur an ſint increatæ, cum apud Plotinum, & ſequaces, primum ens, prima mens, primus intellectus appelletur Dei, creatura ſummi. Reſpondetur, quod licet creatura nuncupetur, quæ ſonat productum ex nihilo, nihilominus dicitur huius productio æterna, & ex hoc iure dicuntur æternæ, quia ab ęterno Opifice ſummo Deo ſunt productæ; nam productio eſt quid commune, qđ ſolet vſurpari modò pro creatione, modò pro generatione, tum æterna, tum temporaria.

Aeterna, vt etiá anima mundi.

Vnde, hoc admiſſo tanquam verò, in hac via admitti debet per conſequens, quod ſit increata, & eadem ratione æterna à parte ante, & à parte poſt, & quod in hac re minimè diſcrepet à noſtra veritate, quæ vult, quod Filius in diuinis ſit increatus, & æternus, ſicuti eſt Pater, & Spiritus ſanctus, licet poſtea valdè differant, quoniam perſonæ in noſtra Trinitate ſunt tales vt vnum, in eſſentia, ſubſtantia, & Deitate; in Platonica verò, vt tres; nam in noſtra ſunt, & tres increati, & tres æterni, ratione perſonarum, ſed vnus ratione eſſentiæ, increatus, & immenſus, vt patet in Symbolo, vel ratione Deitatis vnius, & ſubſtantiæ.

An ſint omnipotens.

Quæramus modò an ſint omnipotentes, ſeu ęquales in potẽtia, hypoſtaſes hæ in vtraq; via in noſtra non eſt cur dubitetur, quoniam tres omnes dicuntur omnipotẽtes, iuxta illud eiuſdem Symboli; *Omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus ſanctus, & tamen non tres omnipotẽtes, ſed vnus omnipotẽs*, & in hac non dicuntur tales, vt tres diſtinctæ, ſed vt vnum vnitate eſſentiæ, quoniam in eodem dicuntur, *non tamen tres omnipotentes, ſed vnus omnipotens*, hoc eſt, vt in vna Deitatis eſſentia concurrunt.

Solus Pater eſt omnipotens, ſecundum Proclũ in Tim.

In Platonica è contrario: non .n. dicuntur omnipotentes, neq; quatenus in vna conueniant eſſentia, quia dicuntur, ſecũdum hanc diuerſificari, neq; inquantum diſtinctè, quoniam ſolum, prima .ſ. Pater dicitur à Platone omnipotens in Timeo, cæteræ autem nequaquam. Dicitur primus omnipotens, quia producere potuit, primo mundum intelligibilem, & Idealem, materiã primam, ex qua poſtea à mẽte opifice reſpiciẽte ipſum pulcherrimũ, potuit hic noſter mũdus materialis produci, vt ſuo loco latè videbimus.

Dicitur ſecundum eiuſdem Platonis mentem, quinimò ſecundum Procli interpretationem in eodem Timeo ſolus Pater omnipotens ſimpliciter, iſte autem non ſic, ſed ferè omnipotens, hoc eſt reſpectu rerum corporearum à ſe productarum, vnde ſtantibus prædictis nequaquam cum noſtris conuenire dicuntur.

Pulchra inquiſitio, & reſponſio.

Si quis poſtea perquireret, cur ſolus, Deus primus, Optimus, Maximus, eſt Omnipotens, filius autem minimè, & cum eo mens Opifex? Reſponderi poſſet, quod ſolus primus eſt vigoris, & virtutis infinitæ, quia extra ſe haud communicat hanc infinitatem, quæ ex ſui natura eſt incommunicabilis; reſtat, quod ſolum prima, & non ſecunda, neq; tertia perſona in diuinis ſit omnipotens, & ſic cum non ſint æquales in potentia, ſecundum hanc viam minimè cum noſtris conueniũt, qui vnam hypoſtaſim alia potentiorem eſſe obnixè negant.

Ad confirmandam hanc Platonicam poſitionem facit illud Procli in elementis Theologicis ſaltis vulgatum Axioma .ſ. *omne productiuum alterius, præſtantius eſt natura producti*, at quia in hac Trinitate Platonica primus producit, ſecũdum eadẽ productione, de qua ſupra, quare, &c.

Per actum dicẽdi non intelligendi in via Scot.

Inquiramus an producant aliquo modò ſe ipſas? in noſtra via ſatis liquet vnã producere aliá, ſcilicet Patrem per actum intellectus producere Filiũ ſuum, & ambo per actum voluntatis Spiritum ſanctum, quæ dicuntur productiones ad intra .ſ. generatio prima, ſpiratio ſecunda, quæ vt eſt vtriuſq; dicitur actiua, vt autem eſt producti dicitur paſſiua.

In via verò Platonica, non ſic res ſe habet, quoniam primus omnium eſt independens, & ingenitus, neq; à ſe, neq;

ab alio productus, quia à nullo habet eſſendi principium, quoniam ſemper fuit, ſemper eſt, & ſemper erit, quamobrem nulla vi productiua, neq; intra ſe, neque extra ſe, poteſt cenſeri productus.

Filius verò primum ens, prima mens, primus mundus intelligibilis, & idealis dicitur productus à primo, qua vnum à ſe vero, qua ens, & mens, quare in hac ſecunda productione præſertim diſcordat à noſtris.

Anima vniuerſalis, tertia iſtius Triadis Platonis ſubſtantia, eſt producta à primo, qua vnum, à ſecunda, qua mens, à ſe verò, qua per ſe mobilis, & in hoc, vt apparet cuilibet contemplanti, diſcordat à veritate noſtræ Theologiæ.

Iſtarum productionum modos, & rationes, nunquam legimus in codieib. antiquorum Patrum, neq; apud Scholaſticos, quare iudicamus, quantum ad hoc, & iure, maximam eſſe diſſonantiam inter illos, & noſtros, concordat in vno duntaxat. ſ. in prima perſona, quæ ab omnib. vtriuſq; Theologiæ coryphæis tenetur, & non iniuria improducta, & indepédés. ſ. Pater, qui *à nullo eſt factus, nec creatus, nec genitus*, vt ſonat in Symbolo.

Iam in progreſſu vidimus, quomodo ſe habeant ad extra in vtraq; via, ſecundum intentionem & noſtrorum, & Platonicorum, iam videndum eſt, quomodo Ideæ reperiantur in prima huius Triadis diuinæ perſonæ, & an diſcordent ad inuicem noſtri Theologi, & Platonici.

Sic igitur facilè, & reſolutè hoc elucescere poteſt Deus, qui eſt primũ Verum, Bonum, & Vnum, non habet ex parte ſua effectus ſuos diſtinctos, ſed ex parte ipſorum effectuum, & repreſentatorum.

Quoniam vt eſt actus perfectiſſimus, omnia vniciſſimè præhabens, vnicam rerum formam, & ideam poſſidet: hinc dicuntur ideæ in eo habere eſſe vnicum, & cauſale, & hoc exẽplo de Sole conſpicuè manifeſtari poteſt, qui vnicũ viuificum, & prolificum calorem habet virtualiter in eo exiſtentem, nihilominus eo mediãte varij rerum effectus reſultant, qui in ipſo non habent diſtincta fundamẽta ſuarum ſimilitudinum, ſed per eundem calorem omnib. rebus reſpondet à ſe diuerſimodè cauſatis, non minus, ac ſi ſingulorũ proprium fundamentum haberet, & ſic vnica idea rerum in Deo primo ponitur à Platonicis, & in hac parte nequaquam dicuntur pugnare cum noſtris.

In prima verò mente imparticipata, quæ eſt ſecunda in diuinis perſona, non vnica, ſed multitudo idearum reponitur, quia rerum repreſentatarũ diſtinctio ex ipſa pendet repreſentante, quę in ſe multarum rerũ continet formas, & ideas, quę iure in ea habere eſſe formale dicitur, ſicut in ideatis participatum. exemplo itidem manifeſtari poteſt in ſpeculo, in quo quidem quælibet ſpecies nobis obiecta repreſentat, aliquid diſtinctũ ab alia ſpecie in eodem ſpeculo obiecta, & ſic iure dicitur multitudo idearũ reperiri in prima mẽte producta in via Platonicorum, quos quidem minimè diſſentire à doctrina vera noſtrorum. Tenemus, quod auctoritate D. Dionyſij confirmari poteſt, D. Dion. qui mentem primam, quam Angelicam appellat, ſpeculum etiam cõſueuit nominare 4. cap. de diu. nominibus, & Plotinus eũ eo eadem rõne eam ſpeculum vaſum appellat, de dubijs animæ lib. 1.

Nec minus diſſentiũt in attributorum quandam ſimpliciſſimam vnitatem exiſtentem in Deo, prout colligitur etiã ex doctrina D. Tho. nam in Deo ratio formalis ſapientiæ, aut iuſtitiæ, aut alterius P. 1. quæſt. 13. art. 5. attributi, non eſt ſapientiæ, aut iuſtitiæ, aut alterius attributi propria, ſed eſt propria ſuperioris rei .i. Deitatis, ita quod res, quæ eſt ſapientia, & res, quæ eſt iuſtitia in rebus productis, in Deo trãſeunt in rem ſuperioris ordinis .i. in Deitatem ipſam, ob quam formalis ratio ſapientię, & iuſtitiæ coincidunt in vnam rationem formalem ſuperioris ordinis. ſ. in rationẽ propriam Deitatis, quæ quamuis ſit ratio formalis, vna numero eminenter tamen vtranq; rationem, necnon & alias

reli-

reliquorum attributorum continet.

Ex his nimirum liquidò apparet, quomodo alia eſt ratio ſapientię Diuinę, alia verò ſapientię createę, ſiue productæ, quapropter nomen non eſt illis commune, ſecūdum vnam rationē, dumtaxat, quod exemplo facilè declarari poteſt, vt ſi quis inquireret, quis eſt homo, quatenus ſapiens? Reſpondebitur, quod eſt ordinatiuus, vel aliquid huiuſmodi; ſi verò quęratur, quid eſt Deus, quatenus ſapiēs? Reſpondendum eſt, quod aliquid eminenter præbens in ſe eſſe ordinatiuum, vnde ex ijs conijcitur, quod ratio ſapientiæ in homine, eſt ſolum ipſa, in Deo verò ipſa, & alias, ſiue ſe, & alias eminenter continens, & in hoc etiam communicant noſtrates, & Platonici.

Reſtat (ni fallor) clarū, & perſpicuum, quomodo dogmata vtriuſq; Theologiæ, de Deo, & in quibus conueniant, & in quibus diſſentiant.

Antequam adducamus cautiones, quibus vti debēt Chriſtianę Theologię ſtudioſi, ne in perniitioſos incidant errores, legendo ſcripta Ethnicorum circa hanc materiam, in comparationem ponamus, & cum illis breuiter, & reſolutè ipſum Ariſtotelem, qui de Deo, & ipſe multa ſcripſit, & hæc periculoſa etiam, ne ducant in errores eoſdem veræ Theologiæ ſequaces, videamus, inquam, Ariſt. ſententiam circa Deum ipſum, quoniam videbimus per conſequens, quis propius, Plato, an ipſe, accedat lumine naturæ, ad firmam veritatem noſtræ doctrinæ, & ex his videbimus, quomodo vtriuſq; dogmata ſint cautè à Chriſticolis legēda, quoniam non eſt dubium, quin ipſe dixerit de Deo multa varijs in locis, & pręſertim in Phyſicis, Metaphyſicis, Ethicis, & alibi, quod. ſ. *Deus ſit primum ens, prima cauſa, eſſentia ſempiterna, forma ſimpliciſſima, materiæ expers, potentiæ, magnitudinis, molis, partis, diuiſionis, paſſionis, & alterationis, per ſe intelligibilis, primum mouens, vita optima, & iucundiſſima*, vt lib. 3. etiam diximus, diffinitionem eius afferendo, hæc igitur in comparationem ponamus, vt veritas noſtræ ſacræ doctrinæ magis elucеſcat.

Quid Ariſt. ſumari de Deo dicat.

Theologiæ noſtræ, atq; totius veteris ſapientiæ, & præſertim cum Platone, & Ariſtotile de Deo breuis, & reſoluta comparatio, ex qua perſpicuè conijcitur. Quis ex his duobus Philoſophiæ Choriphæis, Chriſtianæ veritati propiùs Philoſophando accedat.

DIcit Chriſticola, DEVS EST, & hoc fatetur, quoniam ipſe Moyſi de ſe dixit, EGO SVM, QVI SVM. Exod. 3.

Dicit Plato, *Deus eſt*, & hoc probat, vt ſupra patet lib. 3. vt videri poteſt 5. de leg. in Parmenide, & alibi, quod etiam faſſi ſunt veteres illi Zoroaſter, Hermes, Orphæus, & tota vetuſta ſapientia Philoſophorum, & Poetarum. In locis, vt ſupra.

Dicit Ariſt. *Deus eſt*, & hoc probat 8. Phyſ. quaſi coactus, & 12. Metaph. & alibi, & in hac vnitate non diſcordat à noſtris, & à Præceptore, niſi in modo eſſendi, vt videbimus diſcurrendo. De primo motore, & prima cauſa.

Dicit Chriſticola. *Deus eſt vnus*, & hoc probat auctoritate ſacræ Script. dicentis; *Audi Iſrael, Deus tuus vnus eſt.* Deuter. 6. 32.

Dicit Plato. *Deus eſt vnus*, & cum eo tota antiqua ſapientum caterua, vt probatum eſt 3. lib. auctoritate eiuſdem in Parmenide, in Sophiſta, & 6. de Rep.

Dicit Ariſt. *Deus eſt vnus*, quoniam eſt vnus primus motor, qui appellatur Deus, de quo egimus, vt ſupra. Hunc primum Motorem cōcludit Philoſophus 8. Phyſicorum, & 12. Metaphyſices, quem quidē determinat pulcherrimo Homeri carmine. ſ. οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω, εἷς βασιλεύς. Illiad. 2

Dicit Chriſticola: *Deus eſt omnipotens*, quoniam omnia poteſt, & potuit creare mundum ex nihilo, vt patet in Symbolo. *Credo in Deum Patrem omnipotentem Creatorem cæli, & terræ.*

Dicit Plato, & vniuerſa antiqua ſapiētia, Hermes nēpè, & alij, *Deus eſt oīpotens.* In Pimand. In Timeo, &c.

Dicit

Dicit Ariſt. *Deus nõ eſt omnipotens*, quia nihil allud poteſt, niſi mouere primum cœlum, quoniam eſt primus motor eiuſdem. Hæc poſitio iure reprobatur à Platonicis, qui primum illum motorem appellant animam illius orbis, Deum verò aiũt ſupereminere, vt alibi vidimus, multis gradibus illud cœlum.

Ait Chriſticola: *Deus eſt ſapientiſſimus*, quinimò ſapientia ipſa, vt vidimus.

Ait Plato, & tota illa vetuſta ſapientum turba, *Deus eſt ſapientiſſimus, & ipſamet ſapientia*, quoniam omnia nouit, & in ſe ipſo, & extra ſe ipſum.

12. Metaph. Ait Ariſt. *Deus nõ eſt ſapientia*, quoniam in eo falsò ait, cadit ignorantia omnium particularium. Hæc poſitio nititur verbis ipſius Ariſt. in Metaph. vbi ait: *Bonum eſſe ipſum Deum, aliqua ignorare*, & ignorantiam hanc tribuit perfectioni ipſius Dei, tanquam ignorantia poſſit eſſe aliqua perfectio. Super qua re Auerroes magnos tollit clamores, & eum ſecuti interpretes multi, qui dicunt cum eo, quod vileſceret D. Intellectus, ſi pilos, & vngues, & canos, ac huiuſmodi cognoſceret, & hęc eſt eorum futilis quidem ratio, quę apud noſtros, & apud Platonicos eſt nullius momenti, cum clarè Saluator noſter dicat: *Veſtri capilli capitis omnes numerati ſunt*. & Plato: *Omnium rerum etiam minimarum curã gerit Deus*, in qua re conformes apparent noſtri, & Platonici, cum Peripateticis verò maximè diſcordes.

Dicit Chriſticola: *Deus eſt ſimpliciſſimus, actus puriſſimus, & vndequaque immaterialis*. Auguſt. & omnes Scholaſtici.

De Trin. Ait Plato in hoc, ſicut in cæteris veterem ſapiẽtiam ſequens, *Deus eſt ſimpliciſſimus*, 1. de Rep. & alibi.

3 ſen. diſt. 1. q. 1.

Ait Ariſt. Deus eſt animal ζῶον, quod

12. Metaph. nullo modo poteſt cenſeri ſimplicitate ſumma refertum, ex hoc ſequitur, quod cum ſit reuera ſimpliciſſimus, ſit etiam incorporeus, quod fatetur Chriſticola, dum ſimpliciſſimum eundem facit ſpiritum, vnde Io. in Epiſtola, *Deus ſpiritus eſt*, & cum hac vera ſententia concordat Plato, qui ait: *Deum ſupereminere omnia corpora*, q̃ proprietas, paſſim approbatur ab omnibus vetuſtiſſimis Theologis Zoroaſtro .ſ. Mercurio, & à cæteris pluribus in locis, & preſertim ab ipſo Platone in Sophiſta, in Parmenide, & in Timeo; Ariſt. verò cum non explicitè hoc declaret, & ſolummodo dicat, quod Deus eſt alligatus primo orbi, & in ſummo ipſius ſedet, videtur velle ipſum eſſe animam illius Orbis, quod eſt manifeſtè falſum, quia Deus nõ eſt anima, ſed ſupereminet omnem animam, & omnem mentem, poteſt tamen cenſeri ſine materia per ſe, vt dicunt ſui ſequaces, & per conſequens incorporeus eſſe, quod quidẽ à veritate nõ diſcrepat.

Deus eſt æternus, ait Chriſticola, & eſt ratio, quoniam æternitas in Deo, eſt modus quidam intrinſecus, qui intrinſecè eſſentiam diuinam modificat, Scoto teſte, in quolib. & alibi, & omnes id affirmant. & Scholaſtici.

Deus eſt etiam æternus in via Platonica, pluribus in locis, & cum hac concordat tota vetuſta ſapientia, & omnes Philoſophantes cuiuſcunq; ſectę, minimè diſcrepante.

Deus eſt æternus, ait Ariſt. quoniam 2. de cœlo
præſidet mundo in ſupremo loco, qui tex 17.
mundus eſt, cum eo æternus, quinimò eius operatio eſt immortalitas, itidẽ Deo motum ineſſe ſempiternum neceſſe eſt, alibi Deus ſemper manet.

Deus eſt Bonus, ait Chriſticola, & per eſſentiam dicitur eſſe talis, quoniam inferiora ad ipſum dicuntur bona per participationem, vnde Pſal. *Bonus es tu, & in* Pſal. 118.
bonitate tua, &c.

Ait Plato, Deus eſt Bonus, quinimò & ipſum bonum, & bonum eſt ipſemet Deus in Timeo, vbi ait: *Bonus erat, & quod bonum eſt, nulla aliqua de re inuidia tangitur*.

Deus deſideratur vt Bonum, ait Ariſt. 12. Metaph.
& ex hoc quidam conijcere audent, qui- cap. 9.
nimò, & affirmare, quod Ariſt. velit Deũ minimè eſſe per eſſentiam Bonum, & non reuera bonum, ſed apparens, nam ipſemet in Eth. duplex facit Bonum ſcilicet

Ve-

verum, & apparens, & vtrunq; ab hominibus deſideratur, aliquando verum, aliquando apparens, ſi primum intelligit Philoſophus optimè dicit, & concordat nobiſcum, & cum Præceptore, ſi ſecundum, malè; quinimò impiè, & diſcordat, ſed reuera conijci poteſt illum intelligere primum, & nõ ſecundum, & ſic decipiuntur, contrarium affirmantes.

Defenditur Ariſt.

Deus eſt vbiq; ait Chriſticola, quo ad loci occupationem, quia vbiq; reuera eſt per eſſentiam, potentiã, & preſentiam.

Deus eſt vbiq; ait Plato cum tota vetuſta ſapientia Ethnicorum, non ratione loci, ſed ratione eiuſdẽ eſſentiæ, & virtutis, nam Deus eſt omnia (aſſertore Mercurio) omnia in ſe habẽs, omnia, inquam, non modò, quæ ſunt, ſed etiam, quę non ſunt, nam ait in Pimandro, & alibi: *Deus ea, quæ ſunt manifeſtauit, & quæ non ſunt in ſe habet, & poſtea, quando ſibi placuerit in lucem proferre, atq; ita euadit omnipotens.*

De cœlo, vt ſupra.

Deo omnes ſupremum locum tribuunt (ait Ariſt.) quę ſententia videtur eſſe anceps, & dubia, propterea quod, Deus vt eſt incorporeus, apud omnes Sectas, ita nullũ occupat locum, vel in ſupremo, vel in medio, vel in infimo; quidam expoſitores, vt Auerroes, & Alexander cum multis, trahunt hanc ſententiam ad virtutem, & ad potentiam, quæ in ſupremo cœlo maximè viget, eo quod velociſſimè omnium moueatur, & vigore ſuo trahit ſecum cœlorum reliquos inferiores orbes, vnde ſi id concedatur, non videtur poſſe dogma illud famoſum, quod multi expoſitores aſſerunt conſiſtere .ſ. Deum eſſe infiniti vigoris; propterea quod, ſi vigor eius terminatur in attractione orbium, vſq; ad Lunam, ibi eius vigor finitur, ſi finitur infinitus nõ eſt, igitur hoc dogma eſt inconſtans, & propterea à noſtro, & à Platonico valdè diſcordans.

Auer. & Alexand. & ſeq.

Deus eſt trinus, tandem dicit Chriſticola, ſicuti eſt vnus; ſed vnus in eſſentia, & trinus in perſonis, quod probat, 2. lib. auctoritate non ſolum Euangelica, ſed rationibus ſolidiſſimis, excellentiſſimorum Theologorum D. Thomæ, D. Bonauenturæ, & Scoti, ſubtilium Principis, ſed hic modò intẽdimus diffusè eandem confirmare alijs rationibus ſignis, & auctoritatibus.

Quomodo, vel quibus rationibus probetur Deus eſſe trinus à Chriſticolis Doct.

SVpra eodem libro, per Epitomen, totam materiam pertractauimus, ſecũdũm mentem illorum, hic modo eandem reaſſumere, & declarare, ſecundum quod paſſim Theologi omnes eam exponunt, & preſertim Scotus, & Scotiſtę in animo eſt, & poſtea ſignis, & auctoritatib. vtriuſq; teſtamenti eandem aperire.

Rationibus ſignis, & auctorit. probatur Trin. à fidelibus.

Omnes igitur, nullo diſſentiẽte, in diuinis ponũt eſſentiam ſimplicem, implurificabilem, indiuiſibilem, infinitã, æternam, immenſam, & optimã, quæ quidem eſt tota in tribus, & tota in ſingulis ſuppoſitis, & quoniam vna eſt in tribus, idcirco tres ſunt vnum eſſentiale, quod eſt vnus Deus.

Hæc eſſentia, dicitur & iure, quid abſolutum, & non reſpectiuum, vt eſt eſſentia, aſſertore D. Auguſtino, quem ſequũtur omnes Scholaſtici, & Scotus pręcipuè, qui ſic eam diffinire videtur.

De Trinit. 1. ſent.

Diuina eſſentia eſt ſummum Bonum, perfectum, & optimum, infinitum, æternum, immenſum, & abſolutum .i. in ſe ſimpliciter, & totaliter; & hoc quidem à Scoto appellatur obiectum Theologicum, quo eſſentialiter tres perſonæ beatificantur, quoniam huiuſmodi ſunt beatæ, non ratione proprietatum perſonalium, ſed ratione eſſentiæ ipſius, nam Pater, vt Pater, & Filius, vt Filius, non dicuntur Beati, niſi ratione illius diuinæ eſſentiæ.

Diffinitio diuinę eſſẽtiæ.

1. ſent. diſt. 1. q. 2.

Hæc eſſentia eadem eſt, ac natura diuina, & ſubſtantia, eadẽ dico realiter, & eſſentialiter, licet ſecundum appellationem, ac ratione dumtaxat dicantur differre. Eſſentia dicitur, vt communicabilis, ſubſtantia, vt iam communicata,

na-

natura verò poteſt dici vtroq; modo, vel dicitur eſſentia in abſoluto, ſubſtantia in reſpectiuo, natura vtroq; modo, vel melius eſſentia in abſtracto, ſubſtantia in concreto, natura demum, vtroque modo.

In hac ſunt duæ productiones, altera per modum intellectus, altera verò per modum voluntatis (vt iam diximus) prima eſt æterna Filij generatio, ſecunda eſt Spiritus ſancti ſempiterna ſpiratio; in hac ſunt quatuor relationes, prima Patris ad Filiũ, & dicitur paternitas; ſecunda Filij ad Patrem, & eſt Filiatio; tertia Patris, & Filij ad Spiritum ſanctum, & eſt communionis ſpiratio; quarta Spiritus ſancti ad Patrem, & ad Filium, & eſt proceſſio: in eadem quinque numerantur notiones .ſ. Paternitas, filiatio, proceſſio, innaſcibilitas, & communis ſpiratio; huic pari modò multa attributa conueniunt .ſ. bonitas, infinitas, ſapientia, per ſe, &c.

Hæc eſt tota diuina eſſentia, ſubſtantia, & natura, quę in tribus clauditur ſuppoſitis, quæ ſunt diuinæ perſonæ Pater, Filius, Spiritus ſanctus, quas quidẽ, quomodo probent Theologi omnes eſſe in ea, & pręſertim Doctores Angelicus, Seraphicus, & ſubtilis, vidimus reſolutè (vt tactum eſt) 2. lib. iſtius voluminis.

Comprobatio Trinit diuinæ, quæ quidem innititur fundamentis Philoſophicis; & fulcitur ſignis, & auctoritatibus vtriuſque teſtamenti.

SEd ad hoc, vt hæc melius diuina veritas eluceſcat .ſ. quomodo Deus eſt trinus, & vnus ſine vlla repugnantia, iam admiſſis, & omiſſis ijs, quas adduximus ad aures illorum ſummorum Theologorum, rationes alias afferamus, quę quidem ſolidis innituntur Philoſophorum fundamentis.

3. cœli. Deus eſt trinus, & vnus fatetur Chriſticola, & optimo iure, quod ſic probatur, numerus ternarius, ſecũdum Pythagoram (cui conſentit Ariſt.) eſt numerus perfectus, quia totum, & perfectum ſupra tres ponimus, ſed quæritur, quid eſt hoc totum? Angelus, homo, cęlum? non eſt tale, neq; aliqua alia creatura, ſed ſolus Deus dicitur talis, igitur ipſi conuenit primo vt totum hæc perfectio, prima numeralis .ſ. quod ſit trinus.

Quod Deus ſit totum, perfectum, confirmatur auctoritate Auguſtini, dicentis, quod *Deus eſt, à quo totum, in quo totum, per quem totum, &c.* & ſic dicitur Deus eſſe ſimpliciter talis, quia licet creatura habeat aliquid perfectionis, nõ tamen ſimpliciter dicitur perfecta, quemadmodum Deus, qui eſt hoc totum, & tria totalitas in eſſentia, trinitas in perſonis, quæ &c. non quidem totum per compoſitionem, ſed per ſimplicitatem eſſentiæ. De Trinitate.

Præterea in omni ente, tria reperiuntur .ſ. eſſentia, virtus, & operatio, at ea, quæ reperiuntur in entibus inferioribus, perfectiori, & excellentiori modò reperiuntur in primo; quare aſſerendum eſt in Deo hæc tria reperiri excellentiſſimè; quod ſic perſuaderi poteſt; Patri attribuitur eſſentia, vnde de eo dicitur in ſacra ſcriptura, *Ego ſum, qui ſum*; Filio attribuitur virtus, vnde cãnit de eo Eccleſia ſancta, *Tu virtus, tu ſplendor Patris*; Spiritui ſancto attribuitur operatio, vnde de eo pariter dicitur, *Dextræ tu digitus*, vnde hac ratione concludi poteſt Deus, trinus in perſonis, ſicut eſt vnus in eſſentia. Ariſt. Exod. 1. Hym. antiq.

Adiungitur, quod omnis creatura habet dependentiam à Deo, quinimò à ſanctiſſima Trinitate, quę eſt vnum, & idem; à Patre per eſſentiam, à Filio per virtutem, à Spiritu ſancto per operationem, habet dependentiam, inquam, in triplici genere cauſæ .ſ. efficientis, formalis, & finalis; prima conuenit Patri ratione potentiæ creationis, & efficientię, qui eſſentiam dat, in primo ſigno Filio, per æternam generationem; ſecunda conuenit Filio, cui attribuitur ſapientia, cui forma, cui imago, cui demũ attribuitur Dei virtus in tota ſcriptura; tertia attribuitur Spiritui ſancto, cui attribuitur bonitas, nam 2. Metaph.

ipſa,& fines idem ſunt,ex ſententia Philoſophi, & quia omnis operatio ordinatur ad finem,idcircò optimè dicitur omni enti tria accidere, vt ſupra, modo eminentiori, primo, qui eſt Deus vnus in eſſentia,& trinus in perſonis.

Præterea probatur hæc perſonarum Trinitas in vnica eſsētia,alio fundamento, (2. & 10. Metaph.) quod quidem ex Philoſophia Ariſtotelica eruitur, *quicquid* (aiunt Philoſophi, & præſertim Ariſt.) *perfectionis reperitur in ſecundis cauſis, & cum effectu, nobiliori modò reperitur in prima cauſa*, & hæc eſt ratio, quoniam omnes ſecundæ cauſæ (Lib. de cauſis.) reguntur in virtute primæ cauſæ; & omnis effectus plus dependet à prima cauſa, quam à ſecūda, immò dicit Philoſophus, quod perfectiones omnium entium ſunt nobiliori modo in prima cauſa, tanquàm in primo principio, quam ſint in ſeipſis, & ratio eſt, quoniam ſunt in prima, tanquam in fonte.

(2. de animalibus. 2. Phyſic.) Ad propoſitum maxima nobilitas, in his inferioribus eſt in homine, quia eſt finis omnium, & microcoſmos, at maxima perfectio in homine eſt anima, quoniam eſt forma, & finis corporis, ſolus .n. vtitur ratione, & intellectu, & per eius operationem (Eiuſdem 2. de anima.) aſſimilatur Deo, at in ſe ipſa, tanquam ſecunda cauſa habet eſſentiam propriam, & vnum, quæ eſt forma corporis; (1. Metaph.) & potentias tres, igitur & primo omnium cauſarum cauſa habet eſsētiam, & perſonas; habet, inquam, eſſentiam animæ, quæ eſt actus primus, & habet potentias .i. memoriam, intellectum, & (10. Ethic. 3. de anima.) voluntatem, prima harum eſt à ſe, ſecunda à prima, tertia ab vtraq;, & ſunt idem in eſſentia, & ſunt coæuæ, quoniam vna non datur ſine alia, nec fuit ſine alia, ſic in Deo eſt eſſentia (vt diximus) vna, vt diffinita vt ſupra, & ſūt perſonæ, quarum primæ .ſ. Patri attribuitur memoria, Filio intellectus, Spiritui ſancto voluntas, vt optimè concludant Theologi omnes, (De Trinit. In 1. diſt. 3. q. vlt.) & præſertim D. Auguſtinus, & cæteri omnes Scholaſtici; ecce igitur Deus vnus, & trinus.

Perſuadetur etiam Deum eſſe trinum in perſonis, ſicut eſt vnus in eſſentia, hoc alio fundamento Deus de conſenſu omnium Philoſophantium, Platonis præſertim, (In Tim. 12. Metaph.) necnon Ariſt. ipſius, eſt ſummum Bonum, alioquin non eſſet Deus. Summum Bonum, ſui natura eſt communicatiuum, & diffuſiuum ex ſentētia D. Dionyſij, (De Diu. nominibus) & poteſt conſiderari hæc communicatio, hæc diffuſio ad intra, & ad extra; ad intra, cum infinitæ eſſentię ſit Deus ſe ipſum primo communicat, & diffundit, & quoniam ad hanc diffuſionem tria requiruntur .ſ. diffundens, in quod diffunditur, & ipſum diffuſum, idcircò dicimus hæc tria eſſe ſanctiſſimam Trinitatem, diffundens, dicitur Pater, in quod diffunditur, dicitur Filius, diffuſum ipſum eſt Spiritus ſanctus, hoc confirmatur auctoritate Magiſtri ſententiarum, afferentis (1. ſent. de mente Mercurij.) ſententiam famoſam Mercurij Termaximi, à nobis ſupra allatam, quod *Monas Monadem gignit, & in ſe ſuum reflectit amorem*, & hæc ſententia, vt dixi, elicitur ex fonte eiuſdem Mercurij, quam non abhorruit etiam afferre Dionyſius, in confirmationem (In locis vt ſupra allegatis.) iſtius veritatis; igitur hac ratione Deus, ſicuti eſt vnus in eſſentia, ſic etiam eſt trinus in perſonis.

Hæc communicatio, & diffuſio, etiam in diuinis conſiderantur ad extra, nam omnia à Deo producta dicuntur eſſe bona non per eſſentiam, quoniā ſolus Deus ipſe eſt talis, igitur per participationem, vt alibi diffusè diximus, ſed hic conſideratur ad intra, quare &c.

Præterea, Deus ad aures omniū Philoſophantium, eſt neceſſariò perfectus, quinimò ſummè perfectus, aliter non eſſet perfectus, ſed maxima perfectio in eo eſt producere ſibi ſimile in ſpecie, ſicut eſt in omnibus animantibus, & cæteris rebus etiam creatis, (2. de anima. & 9. Metaph.) immò eſt ita naturale eis, vt igni, & aquæ proprium ſit aſcendere, & deſcendere, ac ſibi ſimile producere.

Ad propoſitum hæc perfectio eſt reponenda maxima in Deo, vnde ipſemet ait,

Iſaia vlt. ait, *nunquid ego ſterilis ero?* quaſi dicat mi- nimè; ſi dicas, quod poteſt, & non facit, ſed quare non facit? vel quia non poteſt, & hoc non eſt aſſerendum, quoniam non eſſet omnipotens, & ſic non eſſet Deus, an quia non vult? nec hoc eſt admittendum, quia eſſet inuidus, & ſic pariter non eſſet Deus, igitur quoniam eſt Deus, & poteſt, & vult, & facit, neq; hoc debent negare Philoſophi, cum admittant, quod Ariſtot. 2. Phyſic. *in perpetuis non differt eſſe à poſſe*, igitur ab æterno genuit Filium, & ſimul cum eo ſpirat Spiritum ſanctum.

Confirmatur generantis ad genitum, eſt naturalis amicitia, igitur Pater ab æterno amauit Filium amore infinito, patet, quia quicquid eſt in Deo, eſt ipſemet Deus, ergo amor Dei eſt infinitus, ſed amor debet eſſe reciprocus, igitur ſicut Pater ab æterno amauit Filium amore infinito, ſic filius Patrem, alioquin non eſſet bonus filius, ſed ingratus, & hic amor impenſus, & repenſus, dicitur eſſe Spiritus ſanctus, qui eſt coæuus, conſubſtantialis, coæternus, infinitus, Patri, & Filio.

Et hoc eſt manifeſtè verum, quoniam hic amor non eſt accidens, quia eſt æternus, ſecūdò eſt neceſſarius, igitur eſt ſubſtantia per ſe ſtans, & non datur, niſi vna ſubſtantia in diuinis, hęc eſt vna eſſentia, & vna natura, igitur eadem in Spiritu ſancto, quæ eſt in Patre, & in Filio, abſq; vlla dubitatione reperitur.

In confirmationem harum rationum poſſunt afferri ſigna, & exempla, quæ ex regula vniuerſali Philoſophorū eliciuntur. ſ. quod omnis effectus naturaliter imitatur ſuam cauſam, in quantum poteſt, & è contrario omnis cauſa producit effectum ſibi ſimilem, in quantum poteſt, vt patet de igne in ligno, ſed Deus eſt cauſa efficiens, ſufficiens, nullo modò impedita, & quæ nullo modò poteſt impediri ad productionem omnis effectus ſibi ſimilis, quoniam Deus eſt omnipotens, & omniſapiens, idcircò de facto produxit omnem effectum ſibi ſimilem. Nam ſi vis cognoſcere effectum cōtemplare cauſam, & è contrario, at cauſa eſt vnus, & trin⁹ Deus, ideò effectus omnis eſt vnus, & trinus.

Effectus Dei ſunt creaturę omnes, quę reuera apparent in ſe cōtinere vnitatem, & trinitatem, nam vnaquęq; creatura repreſentat ſuam cauſam in vnitate eſſentiæ, & trinitate perſonarū, vt patet infra.

Quomodo omnis creatura cæleſtis, & terreſtris conſpicuè repreſentant veſtigia ſanctiſſimæ Trinitatis.

Primò, creatura oīs poſt Deū, eſt
- purè ſpiritualis, eſt vel
  - Angelus.
  - Dæmon.
  - Anima.
- purè corporalis & eſt vel
  - Cœlum.
  - Elementa.
  - Lapis.

Secūdò, oīs ſpirit⁹ eſt triplex. ſ.
- qui nec carne tegitur nec cū carne moritur — Angelus.
- qui carne tegitur, ſed cū carne nō morit̄ — Anima hoīs.
- qui carne tegitur, & cum carne moritur — Anima brutor.

Tres ſunt Angelorum Hierarchiæ in cœlo, aſſert. Dion. cū cęteris Theologis. ſ.

Prima hęc continet tres ordines, qui ſunt
- Seraphin.
- Cherubin.
- Throni.

Secunda hæc eſt prædita tribus ordinibus. ſ.
- Dominationib.
- Virtutibus.
- Poteſtatibus.

Tertia totidem continet ordines, ſ.
- Principatus.
- Archangelos.
- Angelos.

Triplex reperitur Beatitudo
- eſſentialis in anima.
- accidētalis in corpore.
- conſubſtantialis in toto compoſito.

Eſſentialis, quæ eſt in aīa, reperit̄ in triplici potētia. ſ.
- in intellectu, & dicit̄ viſio.
- in voluntate, & appellatur fruitio.
- in memoria, & nuncupatur tentio.

5. Cœlum ſuper omnes ſpheras eſt triplex .ſ.
- Empyreum, & hoc eſt Beatorum, & habet tria .ſ.
  - eſt ſupremum.
  - quietum.
  - maximum.
- Cryſtallinum habet tria .ſ.
  - mobile.
  - frigidum.
  - vniforme.
- Firmamentum, qđ eſt cœlum ſtellatum, habet tria .ſ.
  - eſt dator formarum.
  - eſt difforme ratione motus ſtellarum, & imaginum.
  - eſt rector orbis totius.

6. Sol habet tria .ſ.
- eſt luminare maius.
- eſt fons luminis, quoniam omnia lumina cœlorum ab eo habent lumen.
- eſt generationis Pater, quoniam tãquam cauſa ſecunda omnibus tribuit eſſendi principium, & dicitur miniſter maior naturæ.

7. Luna habet tria
- eſt opaca.
- eſt frigida, tamen virtualiter, non formaliter.
- eſt mutabilis inter omnes Planetas.

8. Cæteri omnes Planetæ habent tria
- ſunt mobiles continuè, hinc dicuntur ſydera vaga.
- ſunt incorruptibiles ſecundum ſubſtantiam.
- ſunt alieni à peregrina impreſſione, & ab omni alteratione.

9. Mundus habet tria .ſ.
- Cœlum hoc eſt vniuerſaliter conſideratum,
- Terram .i. tota, & ipſa habet tria .ſ.
  - eſt grauis
  - eſt ſicca
    - & hæc tota eſt vel { Aſia, Aphrica, Europa } ſecũdum antiquos Philoſ.
  - eſt ſtabilis inter alia elementa, nec eſt mobilis niſi ſecundũ partem, & dr̃ formaliter, cũ ijs ẽt frigida.
- Mare, quod eſt vaſtiſſimum, & vniuerſam ambit terram habet tria .ſ.
  - eſt profundũ
  - eſt ſalſum
  - eſt inſtabile propter fluxum, & refluxum.

10. Ignis elementũ habet tria .ſ.
- eſt calidus formaliter, vt Philoſ. a. t. .ſ. Ariſt.
- eſt ſũmè actiuus | Plato verò alias dotes ei tribuit in Timeo, nam vult quod ignis ſit { ſubtilis. acutus. clarus. }
- eſt ſurſum tendens propter ſuam leuitatem.

11. Aer elementaris habet tria .ſ.
- Regionem ſuperiorem, vel ſuperius interſtitium, calidum propter propinquitatem ad ſphæram ignis.
- Regionem medium frigidum
- Regionem inferiorem, calidam propter reflexionem radiorum ſolarium, quam nõs habitamus.

12. Aqua omnis tum maris, tum lac. flum. & fontium habet tria .ſ.
- eſt frigida formaliter
- eſt humida
  - { ſm̃ has duas primas qualitates, aqua ſm̃ formam dicitur talis. }
- eſt tranſparens, ſeu diaphana.

13. Terra iterum, quo ad diſpoſitionem naturalem habet tria habitacula, ſeu receptacula .ſ.
- Limbũ, vbi pueri abſq; Baptiſmo.
- Purgatorium, vbi purgantes.
- Infernum, vbi damnati.

Vult Plato, quod ignis ſit triplici munere præditus .ſ.
- ſubtilitate.
- acutie.
- mobilitate.

Qđ aer ſit { ſubtilis, obtuſus, mobilis } Aqua ſit { craſſa, obtuſa, mobilis } Quod terra pariter ſit { craſſa, obtuſa, immob. } { Quatuor hęc elemẽta in cõi, ſm̃ Plat. Doct. habent tria, ſicuti omnia alia entia, tum diuina, & æterna, tum caduca, & corruptibilia .ſ. } { ſubſtãtiã. virtutem. actionẽ. }

Corpus

Corpus omne tria habet .ſ.
- longitudinem
- latitudinem
- profunditatem

{ hę dicuntur corporum omnium communes dimenſiones à Mathematicis.

Omne vegetabile habet tria .ſ.
- generatiuum
- nutritiuum
- augmentatiuum

{ hæ ſunt tres potentiæ animæ vegetatiuæ ex Ariſtotele, de Anima 3.

Ois arbor habet tria .ſ.
- radices
- truncum
- ramos

{ & hæc tria dicuntur habere eſſentialiter, quoniam ſemper permanent, &c.

Ois plāta tria ꝓducit .ſ.
- flores.
- folia.
- fructus.

Animal ſenſitiuum eſt in triplici differentia
- terreſtre { animalia terræ oīa ſenſibus prędita, vt bruta.
- aëreum { aues cunctæ.
- aquaticum { piſces omnes.

Animal perfectum tres ſpiritus habet .ſ.
- vitalem, qui fit, & viget in corde.
- animalem, qui in capite.
- naturalem, qui in hepate.

Animal perfectū tria mēbra habet principalia .ſ.
- Cor. i. primum viuēs, & vltimū moriēs, & fons vitæ nuncupatur, & producitur in prima corporis delineatione, ſecundum naturales.
- Hepar, quod eſt officina ſanguinis, eo quia trāſmutat chylū in sāguinē, &c.
- Cerebrum, quod eſt arx Mineruæ, in quo potentiæ animaſticæ exercentur.

} ſine his omnibus aīal viuere non pōt, nec eſſe in natura.

Hoc eſt magnū Trinitatis veſtigiū in corpore.

Anima intellectiua hominis tres habet potentias .ſ.
- Intellectum, cuius obiectum eſt veritas
- Voluntatem, cuius obiectum eſt bonitas
- Memoriam, cuius obiectum eſt memorabile

} hæ eædem ſunt realiter, ſed differunt dumtaxat ratione.

Tēpus habet tria .ſ.
- Præteritū.
- Præſens.
- Futurum.

Menſis habet tria .ſ.
- Calendas.
- Nonas.
- Idus.

Dies habet tria .ſ.
- Mane.
- Meridie.
- Vulpere.

{ Iam ad ſciētias tranſeamus.

Omnis ſcientia eſt vel
- Realis, & hæc eſt
  - Phyſica .i. naturalis.
  - Metaphyſica ſupernaturalis.
  - Mathematica media.
- Rōnalis, & eſt
  - Grāmatica
  - Rethorica
  - Dialectica
- Moralis, & iſta eſt
  - Ethica de moribus componendis.
  - Economica de familia regenda.
  - Politica de ciuitate gubernanda.

Et in communi, & in particulari omnis ſcientia

Grammatica conſtat ex
- literis.
- ſyllabis.
- dictionibus.

Rethorica habet triplex genus .ſ.
- demonſtratiuum.
- deliberatiuum.
- & iudiciale.

Logica conſtat ex profeſſo ex tribus .ſ.
- terminis incomplexis.
- ex propoſitionibus.
- ex ſyllogiſmis.

Eadem tria docet .ſ.
- definire.
- diſtinguere.
- arguere.

Eadem Logica tractat de triplici ſyllogiſmo .ſ.
- topico, ſeu probabili, in Top.
- demonſtratiuo, in Poſt.
- deceptiuo, ſeu elenco, in Elencis.

Omnis ſyllogiſmus habet tres propoſitiones .ſ.
- maiorem.
- minorem.
- concluſionem.

Ois item ſyllogiſ. habet
- maiorem extremitatem.
- minorem extremitatem.
- medium terminum.

Omnis

Omnis itidem ſyllogiſmus eſt vel in figura
- prima
- ſecunda
- tertia

nullæ aliæ figuræ reperiuntur pęnes logices l. 3. Gal. perperam excogitauerit 4.

Virtus in virtute morali tria conſiderantur
- defectus
- medium
- ſuperabundantia

virtus in medio ſolummodo conſiſtit, defectus verò, & ſuperabundantia ſunt virt.

Virtus Theologica eſt triplex
- Fides.
- Spes.
- Charitas.

Oīs lex ſm̄ Theologicos oēs eſt vel
- naturæ.
- ſcriptæ.
- gratiæ.

Tria tēpora ſunt vel
- naturæ conditæ { inſtitutæ.
- naturæ lapſæ, i. { deſtitutæ.
- naturæ glorificatę { reſtitutæ.

Vel melius tria tempora reperiuntur
- naturæ inſtitutæ per creationem.
- deſtitutæ per peccatum.
- reſtitutæ per Chriſtum Dominum, vel per gratiam eiuſdem.

Omne peccatū eſt vel
- originale
- mortale
- veniale

hæc eſt prima peccati diuiſio.

Peccatū mortale eſt vel
- cordis
- oris
- operis

ſecunda hæc eſt peccati diuiſio.

Peccatum operis eſt vel in
- Deum
- proximum
- ſeipſum

peccati ſecunda diuiſio.

Pœnitentia, quæ eſt remedium peccati, conſiſtit in
- confeſſione
- contritione
- ſatisfactione

in 4. ſent. Theologi.

Satisfactio fit tripliciter, ſ.
- per ieiunium in corpore.
- per orationem in anima.
- per eleemoſ. in bonis tēporalib.

Confeſſio debet eſſe
- volūtaria
- integra
- firma

quādo eſt perſeuerās, eſt vera confeſſio.

Contritio debet habere tria, ſ.
- dolorem de præteritis
- ceſſare à præſentibus
- cauere à futuris

contritio non eſt vera, ſi caret his tribus.

Officium Diuinum in tria diuiditur, ſ.
- in feſtiuum
- Dominicale
- feriale

forſan ad hanc ſanctiſs. Trinit. ſignif.

Sacrificium Miſſæ totum eſt diuiſum in tria idiomata
- in Hebraicum
- in Græcum
- in Latinum

hac eadem ratione.

Hoſtia conſecrata in tres diuiditur partes, teſte exper.
- in primam, quæ remanet in dextera parte.
- ſecundam in ſiniſtra.
- tertiam, quæ ponitur in Calice.

Chriſtus Dominus noſter norma omnis perfectionis, docuit hanc degens vitam, nos omnem perfectionem tribus. ſ.
- verbis
- figuris
- exēplis

hæc patet in tota ſacra Scriptura.

Itidē Dn̄s noſter Ieſus Chriſtus habet tres ſubſt. in vno ſuppoſito. ſ.
- Deitatem
- Animam
- Corpus

& hæ tres vnum ſunt in ratione vnius ſuppoſiti.

Chriſtus itidem Dominus noſter tres mortuos reſuſcitauit
- Lazarum
- Iuuenem in Naim
- Puellam

Hæc ſuſcitatio tria repreſentat peccata. ſ.
- in ſepulcro operis.
- in porta oris.
- in domo cordis.

In monte Tabor tres aſſumpſit diſcipulos .ſ. { Petrum, Iacobum, Ioannẽ, quos ẽt oraturus ad Patrem. } & ibid. Petrũ tria tabernacula cupiebat fieri .ſ. { Chriſto. Moyſi. Eliæ.

Dñs etiam apud tres fuit accuſatus, vel repreſentatus, & ductus .ſ. { apud Annam. apud Caipham. apud Pilatum.

In Cruce tres ſtetit horas .ſ. { à ſexta vſque ad nonã } In ſepulchro tres ſtetit dies { tertia autem à mortuis reſuſcitauit.

Spiritus ſanctus etiam non ſine grandi myſterio miſſus eſt hora tertia, qui eſt tertia Diuinæ iſtius Trinitatis Perſona.

HAec eſt ſanctiſſima Trinitas in omnibus creaturis repreſentata, figurata, & expreſſa, iã teſtimonia vtriuſq; teſtamenti afferamus in confirmationem iſtius veritatis, quam perperam Iudaica negat peruicacia, quibus teſtibus minimè eſt refragandum.

Veteris teſtamenti teſtimonia, quibus ſanctiſſima probatur Trinitas, in vnica eſſentia.

SI igitur omnis effectus repreſentat ſuam cauſam, vt iam oſtenſum eſt, in quantum poteſt, & omnis creatura, eſt effectus Dei, & ipſa vna, & trina ex ſupra allatis, igitur & cauſa ipſa .i. Deus eſt trinus, & vnus. Si argumentamur Deum eſſe ab effectib. hoc eſt à poſteriori, quia non poſſumus à cauſa, & à priori, quare etiam non putamus eundem eſſe talem, prout apparet in creaturis? Deus eſt trinus, & vnus, non eſt cur dubitetur, quod etiam auctoritatibus veteris teſtamenti facilè comprobatur.

Vnde ſi quis interrogaret Hebræos, hanc veritatem negantes, & diceret, *Popule ſtulte, & inſipiens*, nonne dicitis, quod veſtra vetus ſcriptura eſt adeo vera, vt nihil verius reperiatur? vtiq; reſpondere conatus eſſet. Audite igitur rebelles quid in ea, ſi non explicitè, adumbratè ſaltem circa veritatem tanti myſterij reperiatur. Audite quid Patriarchę, & Prophetę veſtri de ea ſcripta reliquerint, & primo, quid dicat Moyſes, Alpha ſapientum.

In mundi geniti Hiſtoria, ait *Helojm Dominus*, dicit Moyſes: *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*, & hoc in numero plurali, quoniam tres perſonæ, vt opus ad extra, totum produxere mundum, & præterea hominum finem, & cauſam vniuerſi, & hunc ad propriam imaginem, quam quidem gerit, vt iam oſtenſum eſt, itidem ait ad Pharaonem: *Viam trium dierum ibimus, & ſacrificabimus Deo* trino huic tres feſtiuitates inſtituit, vbi homines pręſentare ſe tenentur, Deo viuenti. Ecce Trinitas. 1

Noe ſaluatur in Arca cum tribus filijs. Ecce Trinitas adumbrata. 2

Abraham, *tres vidit, & vnum adorauit*, quid clarius? Ecce Trinitas expreſſa. 3

Iſaac fodit tres puteos aquę *ſalientis in vitam æternam*. Ecce Trinitas ſignata. 4

Iacob vidit ſcalam cœli, in qua Angelos aſcendentes, & deſcendentes, & Dominũ innixum ſcalæ proſpexit. Ecce Trinitas figurata. 5

Ioſeph in domo vidit vitem habẽtem tres propagines. 6

Vitis eſt eſſentia, propag. ſunt perſonæ, quarum ſecunda Filius de ſe ait, *Ego ſum vitis*, &c. Ecce Trinitas demonſtrata.

Dauid Rex ait, *Benedicat nos Deus* .ſ. Pater, *Deus noſter* .i. Filius, *benedicat nos Deus* .i. Spiritus ſanctus. Ecce Trinitas decantata. 7

Salomon ait, *Ecce primo vnus eſt altiſſimus, qui fecit omnia in numero, pondere, & menſura.* Ecce Trinitas myſticè vbiq; deſignata. 8

Marginal notes: 1. Gen. 1. — Magiſter ſēt. 1. diſt. 2. — 2. factis cõprobat. — 3 corrob. ratione inſtit. — Gen. cap. 6. — Gen. cap. 17. — Gen. — Gen. — Gen. — Ioan. — Pſal. — Sap.

6 cap. 9 Iſaias ait, *Duo Seraphin clamabant, alter ad alterum, Sanctus, Sanctus, Sanctus* .i. S. Pater, S. Filius, S. Spiritus ſanctus. Ecce Trinitas laudata.

Cap. 1. 10 Hieremias ait: *A. A. A. Domine, puer ſum, neſcio loqui*, terna repetitio eſt, Dei Patris, Dei Filij, Dei Spiritus ſancti, qui tamen ſunt vnus Deus, quæ eſt eiuſdem deprecatio. Ecce Trinitas deſiderata.

Quid dici poteſt, ô Hebrææ, igitur in tua veteri ſcriptura, de ſanctiſſimo Trinitatis myſterio, adumbratè tamen, prout ſemper vetuſta loquitur ſcriptura oracula decantantur.

At videamus quid nouæ paginæ dicant, Chriſtus Dominus verbis primò hanc altiſſimam Triadem oſtēdit, dicens

Matt. Marc. vlt. per Euangeliſtas Matth. & Marc. *Euntes baptizate eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti*. Secundo de facto apparuit, vt patet apud eoſdē. ſ. apud Mat. 3. Marc. 1. Ioan. ſuper Chriſtum Baptizatum, vbi *in Columbæ ſpecie Spiritus ſanctus viſus eſt*. Ecce Trinitas.

Ad Romā. 11. Paulus hanc confitetur, dū ait ad Romanos. *O Altitudo*, &c. ſequitur, *per ipſum, ex ipſo, & in ipſo*, & hæc eſt Trinitas.

Epiſtola canonica. Ioannes hanc prædicat, dum ait: *Tres ſunt, qui teſtimoniū dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus, & hi tres vnū ſunt*. Ecce Trinitas.

Demum tota hanc Trinitatem confitetur Eccleſia, corde, dum ipſam veneratur ore, dum in fine Pſalmorum repetit ſemper, *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto*, opere dum ſemper quicquid agit, in nomine ſanctiſſimæ Trinitatis agit, hanc laudibus extollunt omnes eius Doct. tùm poſitiui, tùm ſpeculatiui, & non ſolum

De Trinitate / 1. ſent. probant, vt patet apud Auguſtinum, Hilarium, & alios de ea ex profeſſo tractantes, necnon apud Magiſtrum ſententiarum, & ſuos interpretes, hi omnes (inquam) alta voce, clariſſimis verbis, prædicant hanc ſanctiſſimam Triadem igitur credant, & confiteantur nobiſcum, Hebræi, Gentiles, & omnes increduli, ſi cupiunt ſaluari, qui hanc tantopere nituntur negare tanquam figmentum, necnon & ſcriptis (ſed perperam) confutare, vt maledictus Auerroes, & eius malè affecti ſequaces. In Metaph.

Nobiſcum pariter, ſi cupiunt ſaluari, ſentiant Hęretici omnes, & pręſertim Arrius, Sabellius, & Macedonius, qui iniquè, necnon malignè auſi ſunt hāc mendacijs obſcurare veritatem.

Deus igitur Trinus reſtat probatus, in via noſtra, & vnus, rationibus ſolidiſſimis, quid amplius?

Deus eſt trinus, & vnus in via Platonica, quod iam oſtenſum eſt ſupra, vbi tandem vnum concluſimus eminentiſſimum, à quo originem traxit mens prima imparticipata ab eius eſſentia, nihilominus diuiſa, & ab hac anima vniuerſi, quæ Trinitas, cum non ſit vndequaq; noſtræ veritati conformis, idcircò à nobis tanquam vera, & indubitata non acceptatur, ſed iure tanquam à veritate aliena reijcitur.

Deus non eſt trinus, & vnus, ait Ariſt. quoniam eſſe vnum, & multa repugnat, *Eſt* (inquit) *vnus primus motor, & ſupremus, quem ſequuntur multi alij, orbium motores*, adeò quod in Deo ſecundum ipſum nō eſt ponenda Monarchia, vt alij omnes ponunt Theologi, & veteres, & recentiores Chriſtiani, & profani, ſed potius eſt admittenda vel Polyarchia, vel Anarchia in diuina natura, quam tamen ſententiam iure cōfodere, & impugnare nititur D. Gregorius Nazianzenus, & alij cum eo, & Græci, & Latini Patres. In orationibus.

Nec poteſt elici ex ipſo aliud circa hoc myſterium, ipſimet, & aſſeclis abſconditum, niſi quod vel vnum dumtaxat, vel plures ſtatuat Deos. Aliqui tamen affirmare conati ſunt ipſum Trinitatem non conſpicuè explicare, ſed eandem, veluti vmbraculis delineare, quando. ſ. omnem perfectionem eorum, quæ infra actiuorum, paſſiuorumq; circulum incluſam eſſe in tribus dimenſionibus ſtatuit, quam trinam dimenſionem in ratione veſtigij, nobis Trinitatis diuinę modulum, & for- Tropezuntius contra Plat. In Phyſicis Scinphorianus Campetius.

mam

mam præſeferre quidam autumant.

Lib. de cœl. lib. 1. Et etiam quando de numero ternario ita expreſsè loquitur, *de tribus dicimus omne per hunc præfatus eſt adhibuiſſe*, &c. quędam etiam protulit in libello de Mundo, de vniuerſali quadam potentia mundi conditrice, de ſpiritu omnia penetrante, vt patebit lib. de mundo.

Sed hęc ab eo dicta sũt obiter loquendo, ſecundum aliorum ſenſum, & pręſertim Pythagoræ Samij, & non ſecundum proprium conceptum.

Hæc ſunt, quæ de Deo à Theologis, & à Philoſophis dicuntur, hæc quæ de eodem à nobis in cõparationem ponuntur, ſecundum vtriuſq; ſectæ doctrinam; hæc ſunt tandem, quæ à nobis, quomodo Philoſophi antiqui, & præcipuè Platonici, ad veritatem noſtræ Theologiæ viribus, & lumine naturæ, vel ratione, traditione, & reuelatione accedere potuerunt, vtcumq; recolecta ſunt.

Supereſt, vt iam cautiones, quibus in offenſo pede vnuſquiſq; poſſit progredi in lectione Ethnica, abſq; vllo animæ detrimento, præ oculis ponamus, reſtat, inquam, vt viam tutam ijs, qui nimis craſſè Ethnicorum dogmata interpretari videntur oſtendamus, itaut velint eadem cum noſtris vndequaq; eſſe conformia, vnde poſtea varij ſuboriuntur in animo ſcrupuli, & multi in mente concipiuntur errores, quibus in multas, & prauas dilabuntur hæreſes.

In hac tota tantorum virorum caterua, in hoc multarum ſententiarum cumulo, multas noſtræ veritati contrarias, & oppoſitas adinuenio, vt ſi quis ex eis noſtrates aliquid, vel in noſtram tranſtuliſſe doctrinã arripuiſſe fateretur, tanquam hæreticus à conſortio Chriſtiano iure optimò eſſet expellendus, quinimò grauiſſimè etiam pœna mortis puniendus.

Cautiones omni maiori animaduerſione proſequendæ, quibus vti debent fideles Chriſticolæ in legendis, & interpretandis Ethnicorum dogmatibus, circa diuinam naturam, ne in pernicioſos, & lethales incidant errores.

SIcuti in Dei eſſe, & in eiuſdem vnitate cum noſtra Theologia Ethnici ſapientes concordant, cum ea etiam in eius attributis, & ſimpliciſſima natura, ex teſtimonio Sanctorum Patrum, & præſertim D. Thomæ Angelici, & celeberrimi Eccleſiæ Doctoris. Simpliciſſimam attributorum vnitatem ponunt noſtrates in Deo, vt ſupra fuſius demõſtratum eſt, hoc idem ponunt Trimagiſticæ, & Platonicæ Theologię cultores, cum ſuis pręceptoribus, quod ſic innoteſcere, & facilè percipi poteſt, diximus ſupra, quod in Deo ratio formalis ſapientiæ, & iuſtitię, vel cuiuſuis alterius attributi non dicitur eſſe eorummet propria; ſed propria, & peculiaris alterius rei ſuperioris ordinis .ſ. Deitatis, ad differentiam ſapientiæ, & Iuſtitiæ in ſe, & in rebus inferioris ordinis .ſ. in ſapientia, etiam Iuſtitia producti, quare eminentiſſimè dicuntur eſſe in Deo, & ſic ponuntur vniformiter ab his, & à noſtratib. in eo ſine vlla diſcrepãtia. P. 1. q. 13. art. 5. D. Tho. & Caiet. vt ſupra. Scot. 1. ſent. diſt. 2. q. 3.

At impoſitione Diuinæ naturæ, eſſentiæ, & ſubſtantiæ, oppoſito modo res ſe habet, quoniam non benè ſonant, & percipiuntur variæ eorum ſententiæ circa eandem, ſicut circa illam attributorum naturam, quod etiam Mag. ſent. optimè animaduertit, & cum eo omnes Theologorum ſcholæ. 1. ſent. diſt. 3.

Cautio 1. Cautè primo legantur verba Zoroaſtri de Monade, Dyade, & Triade, ne ſuſpicionem inducant, in diuinis non modò Trinitatem reperiri in perſonis, in vnica eſſentia, vt nos iure, prout probatum eſt, tenemus, ſed etiam ſextitatem, vt ita dicam, cum ille terminus *Monas*, adaptetur præcisè Patri; *Dyas*, Filio; & *Trias*, Spiritui ſancto, qui ſimul iuncti, & complicati ſextum videantur conſtituere numerum, & ſic noua inducatur Hæreſis.

Nam pluralitas abſq; intima, & exacta rei conſideratione, & ratione in diui-

nis poſita interdũ fuit cauſa, vt quidam, & maxima iniuria putarent in Diuina, & vnica illa natura, non modò Trinitatem perſonarum reperiri, ſed etiam quaternitatem, vt viſus eſt, tanquam hæreſim, ſed iniquè Abbas Ioachim Magiſtro ſententiarum impinxiſſe, cum tamen ipſe iure poſuiſſet diuinam eſſentiã nec generantem, nec genitam, quæ ſanè poſitio, vt vera, & vndequaque indubitata à noſtris Theologis tenetur, ſicuti è contrario illa impoſitio Ioachim, tanquam iniuſta ab Eccleſia reprobatur, vt patet in Canone, non .n. ſequitur, quod in diuinis, ob id quaternitas reperiatur, quoniam, vt probat Magiſter, & cum eo oẽs Theologi, diuina eſſentia, cum non dicatur relatiuè, non refertur ad aliud, & cum non diſtinguatur realiter, etiam ex confeſſione D. Auguſtini, à genito.

Extra de ſumma Trinit. ca. damnamus, &c.

In 1. ſent. diſt. 5. q. 1.

1. de Trinit. cap. 1.

Intelligatur igitur, quod Paterna Monas generet per actum intellectus Dyadem .i. Filium, qui cum ipſo Patre dicatur Dyas, & vterque per actum voluntatis producant Spiritum ſanctum, hoc eſt per ſpirationem, qui cum Patre, filioq; indiſſociatè appelletur Trias, hoc eſt terminus productionis in ſanctiſſima Triade, citra quem non eſt alia productio ad intra, in diuina natura, eſſentia, ſubſtantia, & Deitate.

2. Cautio. Cautè legantur pari modo verba Hermetis, in quibus explicita apparet mentio modo de tribus, modo de duabus mẽtibus in diuinis, ne ſuſpicio inducatur, quod in ſãctiſsima illa natura, ſicuti plures reperiuntur mentes, ſecundum eius doctrinam, ſic plures animæ, & per conſequens plura ſuppoſita eſſentialiter, & formaliter diſtincta, & vndequaq; diſſociata, adeò quod ſint tres Dij, & non vnus, dumtaxat vnitate eſſentiæ, & ſic periculoſa, & noua quædam inducatur hæreſis Paganiſmi.

3. Cautio. Cautè etiam legatur, vbi mentionem facit de ſexu vtroq; .ſ. de mare, & fœmina in Aſclepio, ne ex hac aſſertione ſcioli ad credendũ, nimis craſsè diuinas productiones fieri ex concurſu agentis, & paſſi, vt in productionibus naturalibus inducantur, & ſic fatua, & noua itidem inducatur hęreſis, nam hic eſſet error perniciosiſſimus, qui iure à Lactãtio Firmiano damnatur.

Lactantius Firm. lib. 1. diuinarum inſtitutio à cap. 8. & 10.

4. Cautio. Cautè itidem legatur idem Hermes, vel Mercurius Termaximus, vbi ait Monadem Monadem gignere, & ſuum in ſe amorem reflectere, quoniam licet paſſim exponatur, quod prima Monas ſit Pater, qui aliam Monadem gignat .ſ. Filium, & ſuum in ſe reflectat amorem, id eſt Spiritum ſanctum, qui eſt amor, & ardor vtriuſq;, quidã Scholaſtici nihilominus aliã iſtorum verborum afferunt expoſitionem .ſ. quod Monas .i. Deus, tota Trinitas, Monadem gignit .i. produxit mundum vnum, & in ſe ſuum reflexit amorem, hoc eſt, id fecit propter ſui ipſius amorem; & cum horum ſit duplex expoſitio verborum, & prima ab omnibus piè ſentientibus de hoc ſacratiſſimo myſterio approbetur, & laudetur, & præſertim à D. Aug. attamen, quod formaliter, & realiter intelligatur de ſanctiſſima Trinitate, non eſt affirmandum, cum ipſe per naturalem rationem minimè hoc intelligere valuerit, ſed fortaſſe hoc fuit per ſpecialem reuelationem, ne quis igitur putet, & credat, & credendo aſſerat, noſtrates huius reuelati myſterij ex ore veritatis, ſententiam ab illo, Chriſtum Dominum noſtrum eruiſſe, ac ob id Hermetis audeat appellare ſequacem, & ſic legendo ipſum in impiam Celſi blaſphemiã incidat, qui Chriſtũ multa ab Ethnicis habuiſſe iniquè promulgauit; hinc Platonicum eum appellauit, quam tamẽ impietatem; Origenes iure optimò reiecit, & validiſſimis rationibus impugnauit.

Lib. diffinitionũ Dei.

Ric. in 1.

Lib contra 5. Hæreſes.

Lib. diſput. contra Celſum.

Inquirunt tamen quidam ex noſtris Doctorib. tùm Poſitiuis, tùm Scholaſticis, an per diuinam reuelationem, & illapſum aliqui ex Ethnicorum ſapientibus ſcire arcana cœleſtia, & Dei myſteria, præter communia attributa, vt ſupra intelligere valuerint.

Re-

D. Thom. vt ſupra. Auguſt. ſuper epiſt. ad Rom. Lactantius. Ricardus 1. ſent. diſt. 3. q. 2. art. 2.

Reſpondetur, quod nequaquã per humanam inquiſitionem, & rationem, ſed duntaxat per propria perſonarũ potuerunt Sancti tùm veteris, tùm noui teſtamenti per reuelationem intelligere, & quidam ex Ethnicis per gratiam gratis datam, hoc eſt per diuinum cõtactum (ait Iamblicus de myſterijs) inter quos vnus eſt hic Mercurius, & Sybillæ, quibus per inſpirationem etiam hoc munus fuit ex tali gratia conceſſum, & non aliter.

5. Cautio.

Cautè etiam legantur ea nomina, quibus videtur Orpheus appellare Deum, à Chriſticola, nã nomina gentilitatis, quæ ſunt Poeticis figmentis velata, & diuinæ naturæ accõmodata, nõ debent à Theologis, qui feriò hoc ſublime tractant myſterium, tanquam vera, & apta, diuinæ explicationi acceptari, cum neq; nomen, neq; diffinitio reuera, tantæ ſit maieſtati conueniens, etiam ex confeſſione gentilium, & præſertim Platonis, vt viſum eſt, alioquin appareret ſacrorum, & prophanorum, quædam mixtio, quæ ſummoperè à doctiſſimis, & sãctiſſimis Patribus, tanquam veritati Chriſtianę aduerſa reprobatur .ſ. à Tertulliano, Origene, Auguſtino, necnon à Lactantio, pluries, & pluribus in locis, & à cæteris.

In Parmenide.

6. Cautio.

Cautè ſuper omnia legẽda ſunt dogmata Platonis, circa diuinam hanc naturam, quam licet ſtatuat vnam, & trinam, vt viſum eſt, nihilominus, cum in cæteris, à noſtra veritate deuiare conſpicuè appareat, & pręſertim in Conſubſtantialitate, Inæqualitate, Omnipotentia, In productione interna, In diuerſitate eſſentiæ, In inæqualitate, ac in diſſimilitudine ad Patrem, & minoritate eiuſdem, necnon in alijs diuinæ naturæ proprietatibus, & conditionibus.

Et primò in conſubſtantialitate, quoniam in Platonica doctrina, non poteſt cenſeri Filius Patri conſubſtantialis, dicant quicquid velint ij, qui Aegyptiacæ Theologiæ auctoritatem in contrarium afferunt; vnde ſi non eſt ei conſubſt. eſt eodem Patre minor Filius, & per conſequẽs à paterna diuinitate ſeiunctus, quæ poſitio fuit potiſſima cauſa pernicioſi, & notabilis erroris impijſſimi Arrij, Hæreticorum antiquorum Monarchæ.

7. Cautio.

Cautè igitur legatur circa hoc dog. Plato, ne tanto errore Catholicus Chriſticola pium commaculet animum, eiuſdemq; Hæretici, ne veram, & Chriſtianam conſubſtantialitatem negando, ac apparentem, & ſimilem dumtaxat admittendo, prout ipſe falsò admittebat, impius aſſecla fiat.

Cap. 4.

Hanc inconſubſtantialitatem ipſius Filij inęqualitatem, in hac diuina natura ſequi neceſſe eſt, quam quidem impius, & fatuus Hæreſiarcha, non tantum ex Platone deſumpſit, ſed etiam ex verbis Saluatoris apud Ioannem .ſ. *Pater maior me eſt*, quam ſententiam nos ſecundum humanitatem admittimus, ſecundum verò diuinitatem iure negamus, at quia in Platonica doctrina nulla eſt humanitatis ratio, idcircò, ſicut admittitur in diuinis inconſubſtantialitas, ita ex conſequenti inæqualitas apud ipſum. Quare magna cautela legendus eſt Plato, & euitandus eſt ſcopulus huius erroris, in quem incidit, vel ipſum ſequens Arrius, vel perperam interpretans Euangelium.

Inq. Reſp.

Ratio, quare filius ſit inęqualis in Trin. Plat. ex Piccol. Præceptore noſtro.

Et ſi quis perquireret rationem iſtius inconſubſtantialitatis, & inæqualitatis, facilè eius inquiſitioni quis occurrere poſſet, dicens, quòd reuera diſtinguuntur re, & ſubſtantia. Tres illæ hypoſtaſes in diuinis ad aures Platonis, & aſſeclarũ Plotini, nempè Numenij, & aliorum, & ratio diſtinctionis eſt ſecundum quoſdam ex Neotericis: Quia ſi vnam dumtaxat in diuina natura crediđiſſet eſſentiam, non poſuiſſet rerum varios ordines, & gradus intelligibilium, nempè rationabilium, & ſenſibilium, quæ tribus his ſubſt. aptiſſimè reſpondere videntur.

8. Cautio. Vide Alph. Caſt. contra hæreſes.

Cautè igitur in hac parte etiam legatur Plato, ne cũ Arrio malè de hoc dogmate ſentiat, & ſic eius Aſſecla efficiatur, vt fuere Acatius, Aerius, Amãtius, Agnoitæ, Aſſuritani, & multi alij, qui, aſſer-

tore Epiphanio, ab Origene erroris cauſam originalem traxere; ſi tamen hunc errorem Origeni non impinxere ſuæ tempeſtatis Hæretici; tāti viri, propter ſuam, & doctrinam admirandam, & eloquentiam laudandam oſores.

8. Cautio. Cautione magna item legendus eſt Plato, & eadem ratione procedendum in eius doctrina, vbi videtur aſſerere ſecundam, & tertiam hypoſtaſem aliqualiter ſe ſe generare .ſ. ſecundam non in ratione vnitatis, quia ſecundam illam à prima habet ortum, ſed in ratione entitatis, tertiam verò à prima in ratione vnitatis; à ſecunda in ratione entitatis, à ſe verò in ratione ſuæ per ſe mobilitatis; quoniam iſti generationis modi in noſtris diuinis perſonis haud inueniuntur. Quare eſſet ponere, in diuinis plures productiones ad intra, quam duas, & ſic pernicioſam, ſcandaloſam, & damnabilem inducere hæreſim, inauditamq; à ſæculo, & in hac nimirum pluralitate productionum aliqualiter adhærere Raymundo Lullio, qui præter duas veras diuinas productiones aiebat eſſentiam generare, vel eſſentiare, naturam naturificare, bonitate bonificare, eſſetei adhærere, inquam, & Abbati Ioach. ſaltem in pluralitate productionū, quod eſt impium aſſerere.

Hæc eruuntur ex Card. Beſſar. in cal. Plat.

In lib. de Dem inuocatione.

9. Cautio. Cautione eadem legendus eſt Plotinus, & principales eius aſſeclæ, quando aſſerit (quod eruitur ex Timeo) quod ſolus Pater ſit omnipotens, quippe cum ſit mundi idealis, qui eſt eis Filius, necnon primæ materiæ productor, cui attribuitur vigor, & virtus infinita, cæteris verò nequaquam, quare, &c.

Etenim cum in noſtra Theologia, ſicuti coæqualitatem tenemus, & confitemur, ita etiam omnipotentiam in diuinis perſonis, vt patet in Symbolo Apoſtolico Niceno, & Athanaſij, Vbi expreſſa hęc verba leguntur Athanaſij: *Omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus ſanctus*, & ne quis ſuſpicetur tres eſſe omnipotentes, & ob id tres Deos, adiungitur, *non tamen tres omnipotētes, ſed vnus omnipotens*, hoc eſt ratione eſſentiæ, & Deitatis. In Apoſtolico, quando dicitur: *Credo in Deum Patrem omnipotentem*, illa omnipotentia non conuenit ita præciſè Patri, quin Filio, & Spiritui ſancto, conueniat quia illa omnipotentia, ad totam Deitatem, in qua eſt Pater, Filius, & Spiritus ſanctus reducitur.

Athan.

Cautè, inquam, legatur Plato, & ſui in hac parte ſequaces, quoniam hæc aſſertio, vt vnicuiq; introſpicienti patet maioritatem, & minoritatem, & per conſequens inæqualitatem, ſicut in eſſentia, ita in potentia præſeferre liquidò videtur, ne in lethalem incurrat hæreſim Donatiſtarum, necnon aliorum multorum, qui Filium Patre minorem, & Spiritū ſanctum vtriuſq; ineptè, & impiè fatentur, & in eſſentia, & in potentia. Vide Caſtrenſem. & Prateolum.

Cautè demum legatur Plato, & ferè tota Academia, vbi animam vniuerſi reſpondentem tertiæ Triadis noſtræ ſubſtantiæ .ſ. Spiritui ſancto omnia viuificantem, & penetrantem ponit, quoniam apud noſtros nō admittitur mundus animatus, ſed iure negatur, & eo minus, qđ anima huius ſit Spiritus ſanctus; qui indiuiſim cum Patre, & Filio ad extra creat, mouet, & viuificat cuncta, & non veluti ab ijs ſeiunctus, vel ſegregatus, ſed ſicuti eiſdem eſſentialiter coniunctus. 10. Cautio.

Mundus nō eſt animatus apud noſtros.

Cautè, inquam, in hac aſſertione pergat, quam ſequitur non ſolum tota Academia, ſed etiam Poetæ, & præſertim princeps noſtrorum Latinorum Virgilius, vt viſum eſt lib. 3. quæ carmina apud ipſum ſic leguntur. 6. Æneid.

Principio cœlum, ac terras, campoſque liquentes,
Lucentemq; globum Lunæ, Titaniaq; aſtra;
Spiritus intus alit, totâq; infuſa per artus,
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.

Sic cecinit Virgilius, Platonicè loquendo, quæ verba ſunt cautè legenda, vt dixi, ne pius Chriſticola, in hęreſim fatuam, & damnoſam Pharaliſtarum, & Samoſatenorum incurrat, qui Spiritum ſanctum Vide Alph. Caſt. Prateolum.

ctum

ctum maxima quidem iniuria eſſe motum in rebus creatum, prodeuntem ab hac vniuerſi anima fatebantur.

Hæ, & ſimiles ſunt euitandæ opiniones, & ſententiæ Platonis, & Platonicorum; & eadem ratione intelligendæ, ne veræ noſtræ Chriſtianæ pietatis cultoribus, in deuias, & ſcurriles aſſertiones Philoſophicas incidere cõtingat, quæ tamen in Philoſophia ſua, ſine alia collatione, & comparatione admirari poſſunt, animaduertendo, quomodo homo literis, & doctrinis Ethnicis imbutus, eminus (licet per obſcura) hæc proferre potuerit, quæ reuera in ſe ſunt maximę admiratione digna, conſiderando, inquam, quomodò per internam diuinę inſinuationis, & inſpirationis gratiam, vel per imagines, & enigmata ex vetuſtiſſimis Theologis deſumpta, in tam multis conformes noſtræ veritati eſſe valuerit, ita quod exclamare potuerint multi Orthodoxi Patres, & pręſertim D. Auguſtinus, perpaucis mutatis Plato, & Platonici Chriſtiani eſſent, & veritati ſequaces.

Vt ait Iamblicus de myſterijs, cui noſtri Theologi aſſentiunt.

Hic cautionibus Chriſtianus in doctrina Ethnicorum Theologorũ procedens horum dogmata ad Deum, & totam diuinam naturam ſpectantia, inoffenſo pede, ſine ſcandalo, ſine periculo propriæ perditionis, & ruinæ decurrere potuerit, euitando .ſ. inconſubſtantialitatem, inęqualitatem eſſentiæ, diuerſitatem, diſſimilitudinem Filij ad Patrem; ac eadem ratione minoritatem ad eundem.

His cautionibus, intexere poteramus auctoritates, & ſanctiones Conciliorum; ſed ad euitẽdam prolixitatem eas in præſentiarum relinquere duximus, cum ſanctorum Patrum animaduerſionibus; & hæc pro complemento iſtius Libri ſufficiant.

Finis Quarti Libri.

CHRI-

CHRISTIANÆ THEOLOGIAE

Cum Platonica Comparationis.

LIBER QVINTVS.

De Angelis, ſecundum Chriſtianorum Theologorum placita, compendioſa epitome, & præſertim ſecundum doctrinam SS. Patrum, & Scholaſticorum, D. Thomæ, D. Bonauenturæ, & Ioannis Scoti.

POST naturā diuinam, ordine, & dignitate ſequitur natura Angelorum, de qua agere debemus, ſecundum aſſumptam intentionem, & eundē ordinem ſeruare pari modo tenemur, & eadem methodo procedere, qua vſi ſumus in lib. vbi de natura diuina ſecundum vtranq; Theologiam abundè peregimus. A primo igitur exorſi, an Angeli ſint, inquirere tentabimus, & aduerſus impios Seduceos, qui illos perperam negarunt, quod re vera ſint, probabimus; & hoc rationibus, auctoritatibus, & ex emplis à ſummis ſacræ Theologiæ proceribus deſumptis, rationes ſunt ſolidiſſimæ, auctoritates firmiſſimæ, tùm veteris, tùm noui teſtamenti exempla ſunt clara, cum in diem experientia doceat, ipſos non modò eſſe, & reperiri, ſed ad ſua officia promptè exequenda ita paratos, vt nullo modo hæc veritas negari queat.

Quod Ang. ſint contra Seduceos, quib. Matt. cap. 22. qui negabant Ang. animas ſeparatas, & alios ſpiritus.

Videamus igitur, quomodo hoc rationibus contra Seduceos eoſdem, non modò negantes, ſed animas ſeparatas, & alios ſpiritus, è medio auferrētes demonſtrari poſſit.

D. Thomas, qui Angelicus Doctor iure nuncupatur, nō ſolum, quia ab eiſdem lumborū preſſionem paſſus ſit, ſed etiam, quia per eos doctrinam ſolidam, profundam, & admirandam ſit adeptus, hac ratione primo fortiſſima Angelos eſſe demonſtrat.

Ang. Doct. 2. cōtra gētiles cap. 4

Ad vniuerſi perfectionem, quis dubitat omnem creaturarum gradum debere reperiri? reperitur namq; ſpiritus corpori vnitus, vt anima in corpore noſtro: reperitur corpus ſine ſpiritu, vt in lapide ipſo, igitur congruenti conſequentia, ſpiritus a corpore ſeparatus reperiri debet, & quid aliud erit, ex communi hominum ſententia, niſi Angelus? ergo hac prima, & probabili ratione Angelus eſt.

Iſta ratio, concludens Angelum eſſe, æquidem Doctoris Angelici eſt digna, cuius ſimplici confeſſioni vnuſquiſq; fidem præſtare deberet ſine alia probatione, cum eius diuina ſcientia, ſit potius ei ab Angelis tradita, vel infuſa, quam humanitus comparata.

Et ſi quis huius rationis cauſam perquirere vellet, S. Doct. ſic facilè reſponderet. Aliquid adinuenitur compoſitum ex duobus, & vnum illorum duorū, quod

eſt

eſt minus perfectum, inuenitur per ſe, vt corpus ſine ſpiritu, ergo oportet, quod aliud, quod eſt magis perfectum, reperiatur per ſe, vt ſpiritus ſine corpore, quod non eſt, niſi Angelus, igitur Angelus eſt, ſecūdum Angelici Doctoris doctrinam.

1. par. ſummæ qu. 20. mem. 1.

Poſt D. Thomam, eandem dubitationem videtur mouere Alexander Alenſis, Doctor irrefragabilis, meritò nuncupatus, & ipſam partem aſtruentem, pluribus rationibus ſubtiliſſimis comprobare, vt puta, quod ſit neceſſe ponere in vniuerſo ordinem creaturarum ſecundum ſuperius, & inferius, ſecundum approximationē maiorem, & minorem ipſarum creaturarum ad Deum, ſecundum quod maiorem, & minorem ſimilitudinem habent ad ipſum, ſed cum eo habent maiorem, & minorem ſimilitudinem, ſecundum quod magis ſuam bonitatem communicat, & ſecundum quod contingit, recipere ex parte ipſius creaturæ; igitur cum ſit ſubſtantia intellectualis, habens ſimilitudinem cum ipſo Deo, cum ad eius imaginem facta ſit, vt eſt anima noſtra, quæ vt eſt vnibilis corpori, & quo ad hoc non habet ſimilitudinem, igitur conſequenter conſtat, quod ſit ſubſtantia intellectualis, nō vnibilis corpori, & quod hæc maiorem ſimilitudinem habeat cum Deo, ratione, qua corpori non eſt vnibilis, & cum ex parte creaturę non eſt repugnantia, quod talis poſſit inueniri.

Prima ratio Alex.

Cum ergo Deus ſuam bonitatē creaturæ communicare velit, videtur, quod huiuſmodi ſubſtantia optima ratione in vniuerſo ponenda ſit, alioquin eſſet imperfectio in eodem, huiuſmodi autem, quid erit, ait irrefragabilis Doctor, niſi Angelus?

Hæc ratio concludit neceſſariò Angelum eſſe ad vniuerſi perfectionem, & ſupra hominem in eodē vniuerſo ordinari.

Eſt ſecunda ratio concludens, Angelum eſſe apud Alex. talis, anima noſtra habet intellectum duplicem, prout habet Philoſophus de Anima 3. ſ. intellectum poſſibilem, qui ab inferiori recipit, ſicuti à phantaſmatibus. Nam per ipſum *oportet intelligentē phantaſmata ſpeculari*, quod intelligitur, quo ad hanc partem, ſicuti *nihil eſt in intellectu, quod prius non fuerit ſub ſenſu*, & etiam *omnis noſtra cognitio habet ortum à ſenſibus*, &c. & habet etiam eadem intellectum agentem, qui recipit à ſuperiori, vel recipere poteſt; ſed nobilior, & etiam plus habens ſimilitudinem cum Deo, eſt ſubſtātia intellectualis recipiens à ſuperiori ſolum, igitur ad vniuerſi perfectionem neceſſe eſt huiuſmodi ſubſtātiam ponere: & hæc quid aliud eſt, niſi Angelus ipſe? igitur hac itidem ratione Angelus eſt.

Ariſt. 3. de anima. — Ratio 2. Alex.

Affert tātus Doctor tertiam rationem, idem probantem à Philoſopho, lib. cauſatum deſumptam, quæ eſt talis: eſt quædam eſſentia, cuius ſubſtantia eſt in æternitate, & actio in tempore, vt anima noſtra, quæ eſt æterna quo ad ſubſtantiam, ſed non quo ad actionem, nam actiones eiuſdem ſunt tranſeuntes: quædam alia, cuius ſubſtantia, & actio ſunt in tempore, vt ſubſtantia corporea, quæ eſt corruptibilis, & quo ad eſſe ſubſtantiale, & quo ad actiones; & quædam, cuius ſubſtantia, & actio ſunt in æternitate, & hoc congruit etiam ad perfectionem vniuerſi; ex quo igitur in vniuerſo eſt reperire aliqua duo ſubſtantiarum genera, erit, & & reperire tertium; & huiuſmodi eſt Angelus, quia accipitur ibi ęternitas ꝓ æuo, nam in eodem lib. dicit quoddam eſſe ante æternitatem, & conſtat, quod ipſe non poteſt accipere æternitatem, niſi pro ęuo; igiť hac firmiſſima rōne eſt Angelus.

3. rat. Alex.

Ex motu cœlorum Doct. idem ſic demonſtrat Angelum eſſe, cum cœlum moueatur ex cauſa extrinſeca, cauſa autem extrinſeca ſit ſubſtantia ſeparata, & cum non ſit cauſa extrinſeca, ſeparata niſi Angelus, reſtat, quod etiam hac ratione Angelus reperiatur, igitur hac ratione Angelus eſt.

4. rat. Alex.

Demonſtrat tandem Angelum eſſe ratione humanæ neceſſitatis ſic: Cum .n. natura humana, habeat neceſſitatē multi-

Omnis itidem ſyllogiſmus eſt vel in figura { prima / ſecunda / tertia } { nullæ aliæ figuræ reperiuntur penes logicos l. 3. Gal. perperam excogitauerit 4.

Virtus in virtute morali tria conſiderantur { defectus / medium / ſuperabundantia } { virtus in medio ſolummodo conſiſtit, defectus verò, & ſuperabundantia ſunt virt.

Virtus Theologica eſt triplex { Fides. / Spes. / Charitas.

Ois lex ſm Theologicos oẽs eſt vel { naturæ. / ſcriptæ. / gratiæ. } Tria tẽpora ſunt vel { naturæ conditæ { inſtitutæ. / naturæ lapſæ, i. { deſtitutæ. / naturæ glorificatæ { reſtitutæ.

Vel melius tria tempora reperiuntur { naturæ inſtitutæ per creationem. / deſtitutæ per peccatum. / reſtitutæ per Chriſtum Dominum, vel per gratiam eiuſdem.

Omne peccatũ eſt vel { originale / mortale / veniale } { hæc eſt prima peccati diuiſio. } Peccatũ mortale eſt vel { cordis / oris / operis } ſecunda hæc eſt peccati diuiſio.

Peccatum operis eſt vel in { Deum / proximum / ſeipſum } peccati ſecunda diuiſio.

Pœnitentia, quæ eſt remedium peccati, conſiſtit in { confeſſione / contritione / ſatisfactione } in 4. ſent. Theologi.

Satisfactio fit tripliciter. ſ. { per ieiunium in corpore. / per orationem in anima. / per eleemoſ. in bonis tẽporalib. } Confeſſio debet eſſe { volũtaria / integra / firma } quãdo eſt perſeuerãs, eſt vera confeſſio.

Contritio debet habere tria, ſ. { dolorem de præteritis. / ceſſare à præſentibus / cauere à futuris } contritio non eſt vera, ſi caret his tribus.

Officium Diuinum in tria diuiditur. ſ. { in feſtiuum / Dominicale / feriale } forſan ad hanc ſanctiſs. Trinit. ſignif.

Sacrificium Miſſæ totum eſt diuiſum in tria idiomata { in Hebraicum / in Græcum / in Latinum } hac eadem ratione.

Hoſtia conſecrata in tres diuiditur partes, teſte exper. { in primam, quæ remanet in dextera parte. / ſecundam in ſiniſtra. / tertiam, quæ ponitur in Calice.

Chriſtus Dominus noſter norma omnis perfectionis, docuit hanc degens vitam, nos omnem perfectionem tribus. ſ. { verbis / figuris / exẽplis } hæc patet in tota ſacra Scriptura.

Itidẽ Dñs noſter Ieſus Chriſtus habet tres ſubſt. in vno ſuppoſito. ſ. { Deitatem / Animam / Corpus } & hæ tres vnum ſunt in ratione vnius ſuppoſiti.

Chriſtus itidem Dominus noſter tres mortuos reſuſcitauit { Lazarum / Iuuenem in Naim / Puellam } Hæc ſuſcitatio tria repreſẽtat peccata. ſ. { in ſepulcro operis. / in porta oris. / in domo cordis.

In

In monte Tabor tres aſſumpſit diſcipulos .ſ. Petrum, Iacobum, Ioannẽ, quos ẽt oraturus ad Patrem. & ibid. Petrũ tria tabernacula cupiebat fieri .ſ. Chriſto. Moyſi. Eliæ.

Dñs etiam apud tres fuit accuſatus, vel repreſentatus, & ductus .ſ. apud Annam. apud Caipham. apud Pilatum.

In Cruce tres ſtetit horas .ſ. à ſexta vſque ad nonã. In ſepulchro tres ſtetit dies tertia autem à mortuis reſuſcitauit.

Spiritus ſanctus etiam non ſine grandi myſterio miſſus eſt hora tertia, qui eſt tertia Diuinæ iſtius Trinitatis Perſona.

HAec eſt ſanctiſſima Trinitas in omnibus creaturis repreſentata, figurata, & expreſſa, iã teſtimonia vtriuſq; teſtamenti afferamus in confirmationem iſtius veritatis, quam perperam Iudaica negat peruicacia, quibus teſtibus minimè eſt refragandum.

Veteris teſtamenti teſtimonia, quibus ſanctiſſima probatur Trinitas, in vnica eſſentia.

SI igitur omnis effectus repreſentat ſuam cauſam, vt iam oſtenſum eſt, in quantum poteſt, & omnis creatura, eſt effectus Dei, & ipſa vna, & trina ex ſupra allatis, igitur & cauſa ipſa .i. Deus eſt trinus, & vnus. Si argumentamur Deum eſſe ab effectib. hoc eſt à poſteriori, quia non poſſumus à cauſa, & à priori, quare etiam non putamus eundem eſſe talem, prout apparet in creaturis? Deus eſt trinus, & vnus, non eſt cur dubitetur, quod etiam auctoritatibus veteris teſtamenti facilè comprobatur.

Vnde ſi quis interrogaret Hebræos, hanc veritatem negantes, & diceret, *Popule ſtulte, & inſipiens*, nonne dicitis, quod veſtra vetus ſcriptura eſt adeo vera, vt nihil verius reperiatur? vtiq; reſpondere conatus eſſet. Audite igitur rebelles quid in ea, ſi non explicitè, adumbratè ſaltem circa veritatem tanti myſterij reperiatur. Audite quid Patriarchę, & Prophetę veſtri de ea ſcripta reliquerint, & primo, quid dicat Moyſes, Alpha ſapientum.

In mundi geniti Hiſtoria, ait *Helojm Dominus*, dicit Moyſes: *Faciamus h.m.n.em ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*, & hoc in numero plurali, quoniam tres perſonæ, vt opus ad extra, totum producere mundum, & præterea hominum finem, & cauſam vniuerſi, & hunc ad propriam imaginem, quam quidem gerit, vt iam oſtenſum eſt, itidem ait ad Pharaonem: *Viam trium dierum ibimus, & ſacrificabimus Deo* trino huic tres feſtiuitates inſtituit, vbi homines pręſentare ſe tenentur, Deo viuenti. Ecce Trinitas. 1 1. Gen. c. 1. Magiſter ſet. 1. diſt. 2. 2. factis cõprobat. 3 correob. ratione inſtit.

Noe ſaluatur in Arca cum tribus filijs. Ecce Trinitas adumbrata. 2 Gen. cap. 6.

Abraham, *tres vidit, & vnum adorauit*, quid clarius? Ecce Trinitas expreſſa. 3 Gen. cap. 17.

Iſaac fodit tres puteos aquę *ſalientis in vitam æternam*. Ecce Trinitas ſignata. 4 Gen.

Iacob vidit ſcalam cœli, in qua Angelos aſcendentes, & deſcendentes, & Dominũ innixum ſcalæ proſpexit. Ecce Trinitas figurata. 5 Gen.

Ioſeph in domo vidit vitem habẽtem tres propagines. 6 Gen.

Vitis eſt eſſentia, propag. ſunt perſonæ, quarum ſecunda Filius de ſe ait, *Ego ſum vitis*, &c. Ecce Trinitas demonſtrata. Ioan.

Dauid Rex ait, *Benedicat nos Deus* .ſ. Pater, *Deus noſter* .i. Filius, *benedicat nos Deus* .i. Spiritus ſanctus. Ecce Trinitas decantata. 7 Pſal.

Salomon ait, *Ecce primo vnus eſt altiſſimus, qui fecit omnia in numero, pondere, & menſura*. Ecce Trinitas myſticè vbiq; deſignata. 8 Sap.

Iſa-

6 cap. 9 Iſaias ait, *Duo Seraphin clamabant, alter ad alterum, Sanctus, Sanctus, Sanctus* .i. S. Pater, S. Filius, S. Spiritus ſanctus. Ecce Trinitas laudata.

Cap. 1. 10 Hieremias ait: *A. A. A. Domine, puer ſum, neſcio loqui*, terna repetitio eſt, Dei Patris, Dei Filij, Dei Spiritus ſancti, qui tamen ſunt vnus Deus, quæ eſt eiuſdem deprecatio. Ecce Trinitas deſiderata.

Quid dici poteſt, ô Hebræe, igitur in tua veteri ſcriptura, de ſanctiſſimo Trinitatis myſterio, adumbratè tamen, prout ſemper vetuſta loquitur ſcriptura oracula decantantur.

At videamus quid nouæ paginæ dicant, Chriſtus Dominus verbis primò hanc altiſſimam Triadem oſtēdit, dicens per Euangeliſtas Matth. & Marc. *Euntes baptizate eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti*. Secundo de facto apparuit, vt patet apud eoſdē, ſ. apud Mat. 3. Marc. 1. Ioan. ſuper Chriſtum Baptizatum, vbi *in Columbæ ſpecie Spiritus ſanctus viſus eſt*. Ecce Trinitas.

Matt. Marc. vlt.

Ad Roma. 11. Paulus hanc confitetur, dū ait ad Romanos. *O Altitudo*, &c. ſequitur, *per ipſum, ex ipſo, & in ipſo*, & hæc eſt Trinitas.

Epiſtola canonica. Ioannes hanc prædicat, dum ait: *Tres ſunt, qui teſtimoniū dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus, & hi tres vnū ſunt*. Ecce Trinitas.

Demum tota hanc Trinitatem confitetur Eccleſia, corde, dum ipſam veneratur ore, dum in fine Pſalmorum repetit ſemper, *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto*, opere dum ſemper quicquid agit, in nomine ſanctiſſimæ Trinitatis agit, hanc laudibus extollunt omnes eius Doct. tùm poſitiui, tùm ſpeculatiui, & non ſolum probant, vt patet apud Auguſtinum, Hilarium, & alios de ea ex profeſſo tractantes, necnon apud Magiſtrum ſententiarum, & ſuos interpretes, hi omnes (inquam) alta voce, clariſſimis verbis, prædicant hanc ſanctiſſimam Triadem igitur credant, & confiteantur nobiſcum, Hebræi, Gentiles, & omnes increduli, ſi cupiunt ſaluari, qui hanc tantopere nituntur negare tanquam figmentum, necnon & ſcriptis (ſed perperam) confutare, vt maledictus Auerroes, & eius malè affecti ſequaces.

De Trinitate, 1. ſent.

In Metaph.

Nobiſcum pariter, ſi cupiunt ſaluari, ſentiant Hęretici omnes, & pręſertim Arrius, Sabellius, & Macedonius, qui iniquè, necnon malignè auſi ſunt hāc mendacijs obſcurare veritatem.

Deus igitur Trinus reſtat probatus, in via noſtra, & vnus, rationibus ſolidiſſimis, quid amplius?

Deus eſt trinus, & vnus in via Platonica, quod iam oſtenſum eſt ſupra, vbi tandem vnum concluſimus eminentiſſimum, à quo originem traxit mens prima imparticipata ab eius eſſentia, nihilominus diuiſa, & ab hac anima vniuerſi, quæ Trinitas, cum non ſit vndequaq; noſtræ veritati conformis, idcircò à nobis tanquam vera, & indubitata non acceptatur, ſed iure tanquam à veritate aliena reijcitur.

Deus non eſt trinus, & vnus, ait Ariſt. quoniam eſſe vnum, & multa repugnat, *Eſt* (inquit) *vnus primus motor, & ſupremus, quem ſequuntur multi alij, orbium motores*, àdeò quod in Deo ſecundum ipſum nōn eſt ponenda Monarchia, vt alij omnes ponunt Theologi, & veteres, & recentiores Chriſtiani, & profani, ſed potius eſt admittenda vel Polyarchia, vel Anarchia in diuina natura, quam tamen ſententiam iure cōfodere, & impugnare nititur D. Gregorius Nazianzenus, & alij cum eo, & Græci, & Latini Patres. In orationibus.

Nec poteſt elici ex ipſo aliud circa hoc myſterium, ipſimet, & affeclis abſconditum, niſi quod vel vnum dumtaxat, vel plures ſtatuat Deos. Aliqui tamen affirmare conati ſunt ipſum Trinitatem non conſpicuè explicare, ſed eandem, veluti vmbraculis delineare, quando. ſ. omnem perfectionem eorum, quæ infra actiuorum, paſſiuorumq; circulum incluſam eſſe in tribus dimenſionibus ſtatuit, quam trinam dimenſionem in ratione veſtigij, nobis Trinitatis diuinę modulum, & formam

Tropeus contra Plat.

In Phyſicis

Scinphorianus Camperius.

mam præferre quidam autumant.

Lib. de cœlo. Et etiam quando de numero ternario ita expreſsè loquitur, *de tribus dicimus omne per hunc præfatus eſt adhibuiſſe*, &c. quędam etiam protulit in libello de Mundo, de vniuerſali quadam potentia mundi conditrice, de ſpiritu omnia penetrante, vt patebit lib. de mundo.

Sed hęc ab eo dicta ſūt obiter loquendo, ſecundum aliorum ſenſum, & pręſertim Pythagoræ Samij, & non ſecundum proprium conceptum.

Hæc ſunt, quæ de Deo à Theologis, & à Philoſophis dicuntur, hæc quæ de eodem à nobis in cōparationem ponuntur, ſecundum vtriuſq; ſectæ doctrinam; hæc ſunt tandem, quæ à nobis, quomodo Philoſophi antiqui, & præcipuè Platonici, ad veritatem noſtræ Theologiæ viribus, & lumine naturæ, vel ratione, traditione, & reuelatione accedere potuerunt, vtcumq; recolecta ſunt.

Supereſt, vt iam cautiones, quibus in offenſo pede vnuſquiſq; poſſit progredi in lectione Ethnica, abſq; vllo animæ detrimento, præ oculis ponamus, reſtat, inquam, vt viam tutam ijs, qui nimis craſsè Ethnicorum dogmata interpretari videntur oſtendamus, itaut velint eadem cum noſtris vndequaq; eſſe conformia, vnde poſtea varij ſuboriuntur in animo ſcrupuli, & multi in mente concipiuntur errores, quibus in multas, & prauas dilabuntur hæreſes.

In hac tota tantorum virorum caterua, in hoc multarum ſententiarum cumulo, multas noſtræ veritati contrarias, & oppoſitas adinuenio, vt ſi quis ex eis noſtrates aliquid, vel in noſtram tranſtuliſſe doctrinā arripuiſſe fateretur, tanquam hæreticus à conſortio Chriſtiano iure optimò eſſet expellendus, quinimò grauiſſimè etiam pœna mortis puniendus.

Cautiones omni maiori animaduerſione proſequendæ, quibus vti debent fideles Chriſticolæ in legendis, & interpretandis Ethnicorum dogmatibus, circa diuinam naturam, ne in pernicioſos, & lethales incidant errores.

SIcuti in Dei eſſe, & in eiuſdem vnitate cum noſtra Theologia Ethnici ſapientes concordant, cum ea etiam in eius attributis, & ſimpliciſſima natura, ex teſtimonio Sanctorum Patrum, & præſertim D. Thomæ Angelici, & celeberrimi Eccleſiæ Doctoris. P. 1. q. 13. art. 5. Simpliciſſimam attributorum vnitatem ponunt noſtrates in Deo, vt ſupra fuſius demōſtratum eſt, hoc idem ponunt Trimagiſticæ, & Platonicæ Theologię cultores, cum ſuis pręceptoribus, quod ſic innoteſcere, & facilè percipi poteſt, diximus ſupra, quod in Deo ratio formalis ſapientiæ, & iuſtitię, vel cuiuſuis alterius attributi non dicitur eſſe eorummet propria; ſed propria, & peculiaris alterius rei ſuperioris ordinis .ſ. Deitatis, ad differentiam ſapientiæ, & Iuſtitiæ in ſe, & in rebus inferioris ordinis .ſ. in ſapientia, etiam Iuſtitia productis, quare eminentiſſimè dicuntur eſſe in Deo, & ſic ponuntur vniformiter ab his, & à noſtratib. in eo ſine vlla diſcrepāria. D. Tho. & Caiet. vt ſupra. Scot. 1. ſent. diſt. 2. q. 3.

At impoſitione Diuinæ naturæ, eſſentiæ, & ſubſtantiæ, oppoſito modo res ſe habet, quoniam non benè ſonant, & percipiuntur variæ eorum ſententiæ circa eandem, ſicut circa illam attributorum naturam, quod etiam Mag. ſent. optimè animaduertit, & cum eo omnes Theologorum ſcholæ. 3. ſent. diſt 3.

Cautio 1. Cautè primo legantur verba Zoroaſtri de Monade, Dyade, & Triade, ne ſuſpicionem inducant, in diuinis non modò Trinitatem reperiri in perſonis, in vnica eſſentia, vt nos iure, prout probatum eſt, tenemus, ſed etiam ſextitatem, vt ita dicam, cum ille terminus *Monas*, adaptetur præciſè Patri; *Dyas*, Filio; & *Trias*, Spiritui ſancto, qui ſimul iuncti, & complicati ſextum videantur conſtituere numerum, & ſic noua inducatur Hæreſis.

Nam pluralitas abſq; intima, & exacta rei conſideratione, & ratione in diui-

S nis

nis poſita interdũ fuit cauſa, vt quidam, & maxima iniuria putarent in Diuina, & vnica illa natura, non modò Trinitatem perſonarum reperiri, ſed etiam quaternitatem, vt viſus eſt, tanquam hæreſim, ſed iniquè Abbas Ioachim Magiſtro ſententiarum impinxiſſe, cum tamen ipſe iure poſuiſſet diuinam eſſentiã nec generantem, nec genitam, quæ ſanè poſitio, vt vera, & vndequaque indubitata à noſtris Theologis tenetur, ſicuti è contrario illa impoſitio Ioachim, tanquam iniuſta ab Eccleſia reprobatur, vt patet in Canone, non .n. ſequitur, quod in diuinis, ob id quaternitas reperiatur, quoniam, vt probat Magiſter, & cum eo oẽs Theologi, diuina eſſentia, cum non dicatur relatiuè, non refertur ad aliud, & cum non diſtinguatur realiter, etiam ex confeſſione D. Auguſtini, à genito.

Extra de ſumma Trinit. ca. damnamus, &c.

In 1. ſent. diſt. 5. q. 1.

1. de Trinit. cap. 1.

Intelligatur igitur, quod Paterna Monas generet per actum intellectus Dyadem .i. Filium, qui cum ipſo Patre dicatur Dyas, & vterque per actum voluntatis producant Spiritum ſanctum, hoc eſt per ſpirationem, qui cum Patre, filioq; indiſſociatè appelletur Trias, hoc eſt terminus productionis in ſanctiſſima Triade, citra quem non eſt alia productio ad intra, in diuina natura, eſſentia, ſubſtantia, & Deitate.

2. Cautio.

Cautè legantur pari modo verba Hermetis, in quibus explicita apparet mentio modo de tribus, modo de duabus mẽtibus in diuinis, ne ſuſpicio inducatur, quod in sãctiſsima illa natura, ſicuti plures reperiuntur mentes, ſecundum eius doctrinam, ſic plures animæ, & per conſequens plura ſuppoſita eſſentialiter, & formaliter diſtincta, & vndequaq; diſſociata, adeò quod ſint tres Dij, & non vnus, dumtaxat vnitate eſſentiæ, & ſic periculoſa, & noua quædam inducatur hæreſis Paganiſmi.

3. Cautio.

Cautè etiam legatur, vbi mentionem facit de ſexu vtroq; .ſ. de mare, & fœmina in Aſclepio, ne ex hac aſſertione ſcioli ad credendũ, nimis craſsè diuinas productiones fieri ex concurſu agentis, & paſſi, vt in productionibus naturalibus inducantur, & ſic fatua, & noua itidem inducatur hęreſis, nam hic eſſet error pernicioſiſſimus, qui iure à Lactãtio Firmiano damnatur.

Lactantius Firm. lib. 1. diuinarum inſtitutio. à cap. 8. & 10.

4. Cautio.

Cautè itidem legatur idem Hermes, vel Mercurius Termaximus, vbi ait Monadem Monadem gignere, & ſuum in ſe amorem reflectere, quoniam licet paſſim exponatur, quod prima Monas ſit Pater, qui aliam Monadem gignat .ſ. Filium, & ſuum in ſe reflectat amorem, id eſt Spiritum ſanctum, qui eſt amor, & ardor vtriuſq; quidã Scholaſtici nihilominus aliã iſtorum verborum afferunt expoſitionem .ſ. quod Monas .i. Deus, tota Trinitas, Monadem gignit .i. produxit mundum vnum, & in ſe ſuum reflexit amorem, hoc eſt, id fecit propter ſui ipſius amorem; & cum horum ſit duplex expoſitio verborum, & prima ab omnibus piè ſentientibus de hoc ſacratiſſimo myſterio approbetur, & laudetur, & præſertim à D. Aug. attamen, quod formaliter, & realiter intelligatur de ſanctiſſima Trinitate, non eſt affirmandum, cum ipſe per naturalem rationem minimè hoc intelligere valuerit, ſed fortaſſe hoc fuit per ſpecialem reuelationem, ne quis igitur putet, & credat, & credendo aſſerat, noſtrates huius reuelati myſterij ex ore veritatis, ſententiam ab illo, Chriſtum Dominum noſtrum eruiſſe, ac ob id Hermetis audeat appellare ſequacem, & ſic legendo ipſum in impiam Celſi blaſphemiã incidat, qui Chriſtũ multa ab Ethnicis habuiſſe iniquè promulgauit; hinc Platonicum eum appellauit, quam tamẽ impietatem, Origenes iure optimò reiecit, & validiſſimis rationibus impugnauit.

Lib. diffinitionũ Dei.

Ric. in 1.

Lib contra 5. Hæreſes.

Lib. diſput. contra Celſum.

Inquirunt tamen quidam ex noſtris Doctorib. tùm Poſitiuis, tùm Scholaſticis, an per diuinam reuelationem, & illapſum aliqui ex Ethnicorum ſapientibus ſcire arcana cœleſtia, & Dei myſteria, præter communia attributa, vt ſupra intelligere valuerint.

Re-

D Thom. vt ſupra. Auguſt. ſuper epiſt. ad Rom. Lactantius. Ricardus 3. ſent. diſt. 3. q. 2. art. 2.

Reſpondetur, quod nequaquã per humanam inquiſitionem, & rationem, ſed dumtaxat per propria perſonatũ potuerunt Sancti tùm veteris, tùm noui teſtamenti per reuelationem intelligere, & quidam ex Ethnicis per gratiam gratis datam, hoc eſt per diuinum cõtactum (ait Iamblicus de myſterijs) inter quos vnus eſt hic Mercurius, & Sybillæ, quibus per inſpirationem etiam hoc munus fuit ex tali gratia conceſſum, & non aliter.

5. Cautio.

Cautè etiam legantur ea nomina, quibus videtur Orpheus appellare Deum, à Chriſticola, nã nomina gentilitatis, quæ ſunt Poeticis figmentis velata, & diuinæ naturæ accõmodata, nõ debent à Theologis, qui feriò hoc ſublime tractant myſterium, tanquam vera, & apta, diuinæ explicationi acceptari, cum neq; nomen, neq; diffinitio reuera, tantæ ſit maieſtati conueniens, etiam ex confeſſione gentilium, & præſertim Platonis, vt viſum eſt, alioquin appareret ſacrorum, & prophanorum, quædam mixtio, quæ ſummoperè à doctiſſimis, & ſãctiſſimis Patribus, tanquam veritati Chriſtianę aduerſa reprobatur .ſ. à Tertulliano, Origene, Auguſtino, necnon à Lactantio, pluries, & pluribus in locis, & à cæteris.

In Parmenide.

6. Cautio.

Cautè ſuper omnia legẽda ſunt dogmata Platonis, circa diuinam hanc naturam, quam licet ſtatuat vnam, & trinam, vt viſum eſt, nihilominus, cum in cæteris, à noſtra veritate deuiare conſpicuè appareat, & preſertim in Conſubſtantialitate, Inæqualitate, Omnipotentia, In productione interna, In diuerſitate eſſentiæ, In inæqualitate, ac in diſſimilitudine ad Patrem, & minoritate eiuſdem, necnon in alijs diuinæ naturæ proprietatibus, & conditionibus.

Et primò in conſubſtantialitate, quoniam in Platonica doctrina, non poteſt cenſeri Filius Patri conſubſtantialis, dicant quicquid velint ij, qui Aegyptiacæ Theologiæ auctoritatem in contrarium afferunt; vnde ſi non eſt ei conſubſt. eſt eodem Patre minor Filius, & per conſequẽs à paterna diuinitate ſeiunctus, quæ poſitio fuit potiſſima cauſa pernicioſi, & notabilis erroris impijſſimi Arrij, Hæreticorum antiquorum Monarchæ.

7. Cautio.

Cautè igitur legatur circa hoc dog. Plato, ne tanto errore Catholicus Chriſticola pium commaculet animum, eiuſdemq; Hæretici, ne veram, & Chriſtianam conſubſtantialitatem negando, ac apparentem, & ſimilem dumtaxat admittendo, prout ipſe falsò admittebat, impius aſſecla fiat.

Hanc inconſubſtantialitatem ipſius Filij inæqualitatem, in hac diuina natura ſequi neceſſe eſt, quam quidem impius, & fatuus Hæreſiarcha, non tantum ex Platone deſumpſit, ſed etiam ex verbis Saluatoris apud Ioannem .ſ. *Pater maior me eſt*, quam ſententiam nos ſecundum humanitatem admittimus, ſecundum verò diuinitatem iure negamus, at quia in Platonica doctrina nulla eſt humanitatis ratio, idcircò, ſicut admittitur in diuinis inconſubſtantialitas, ita ex conſequenti inæqualitas apud ipſum. Quare magna cautela legendus eſt Plato, & euitandus eſt ſcopulus huius erroris, in quem incidit, vel ipſum ſequens Arrius, vel perperam interpretans Euangelium.

Cap. 4.

Inq. Reſp.

Etſi quis perquireret rationem iſtius inconſubſtantialitatis, & inæqualitatis, facilè eius inquiſitioni quis occurere poſſet, dicens, quod reuera diſtinguuntur re, & ſubſtantia. Tres illæ hypoſtaſes in diuinis ad aures Platonis, & aſſeclarũ Plotini, nempè Numenij, & aliorum, & ratio diſtinctionis eſt ſecundum quoſdam ex Neotericis: Quia ſi vnam dumtaxat in diuina natura crediaiſſet eſſentiam, non poſuiſſet rerum varios ordines, & gradus intelligibilium, nempè rationabilium, & ſenſibilium, quæ tribus his ſubſt. aptiſſimè reſpondere videntur.

Ratio, quare filius ſit inæqualis in Trin. Plat. ex Piccol. Præceptore noſtro.

8. Cautio. Vide Alph. Caſt. contra hæreſes.

Cautè igitur in hac parte etiam legatur Plato, ne cũ Arrio malè de hoc dogmate ſentiat, & ſic eius Aſſecla efficiatur, vt fuere Acatius, Aetius, Amãtius, Agnoitæ, Aſſuritani, & multi alij, qui, aſſer-

S 2 tore

tore Epiphanio, ab Origene erroris cauſam originalem traxere; ſi tamen hunc errorem Origeni non impinxere ſuæ tempeſtatis Hæretici; tāti viri, propter ſuam, & doctrinam admirandam, & eloquentiam laudandam oſores.

8. Cautio.

Cautione magna item legendus eſt Plato, & eadem ratione procedendum in eius doctrina, vbi videtur aſſerere ſecundam, & tertiam hypoſtaſem aliqualiter ſe ſe generare .ſ. ſecundam non in ratione vnitatis, quia ſecundam illam à prima habet ortum, ſed in ratione entitatis, tertiam verò à prima in ratione vnitatis; à ſecunda in ratione entitatis, à ſe verò in ratione ſuæ per ſe mobilitatis; quoniam iſti generationis modi in noſtris diuinis perſonis haud inueniuntur. Quare eſſet ponere, in diuinis plures productiones ad intra, quam duas, & ſic perniciosam, ſcandaloſam, & damnabilem inducere hæreſim, inauditamq; à ſæculo, & in hac nimirum pluralitate productionum aliqualiter adhærere Raymundo Lullio, qui præter duas veras diuinas productiones aiebat eſſentiam generare, vel eſſentiare, naturam naturificare, bonitate bonificare, eiſ etei adherere, inquam, & Abbati Ioach. ſaltem in pluralitate productionū, quod eſt impium aſſerere.

Hæc eruuntur ex Card. Beſſar. in cal. Plat.

In lib. de Dem inuocatione.

9. Cautio.

Cautione eadem legendus eſt Plotinus, & principales eius aſſeclæ, quando aſſerit (quod eruitur ex Timeo) quod ſolus Pater ſit omnipotens, quippe cum ſit mundi idealis, qui eſt eis Filius, necnon primæ materiæ productor, cui attribuitur vigor, & virtus infinita, cæteris verò nequaquam, quare, &c.

Etenim cum in noſtra Theologia, ſicuti coæqualitatem tenemus, & confitemur, ita etiam omnipotentiam in diuinis perſonis, vt patet in Symbolo Apoſtolico Niceno, & Athanaſij, Vbi expreſſa hæc verba leguntur Athanaſij: *Omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus ſanctus*, & ne quis ſuſpicetur tres eſſe omnipotentes, & ob id tres Deos, adiungitur, *non tamen tres omnipotētes, ſed vnus omnipotens*, hoc eſt ratione eſſentiæ, & Deitatis. In Apoſtolico, quando dicitur: *Credo in Deum Patrem omnipotentem*, illa omnipotentia non conuenit ita præcisè Patri, quin Filio, & Spiritui ſancto, conueniat quia illa omnipotentia, ad totam Deitatem, in qua eſt Pater, Filius, & Spiritus ſanctus reducitur.

Athan.

Cautè, inquam, legatur Plato, & ſui in hac parte ſequaces, quoniam hæc aſſertio, vt vnicuiq; introſpiciēti patet maioritatem, & minoritatem, & per conſequens inæqualitatem, ſicut in eſſentia, ita in potentia præſeferre liquidò videtur, ne in lethalem incurrat hæreſim Donatiſtarum, necnon aliorum multorum, qui Filium Patre minorem, & Spiritū ſanctum vtriuſq; inepiè, & impiè fatentur, & in eſſentia, & in potentia.

Vide Caſtrenſem, & Prateolum.

10. Cautio.

Cautè demum legatur Plato, & ferè tota Academia, vbi animam vniuerſi reſpondentem tertiæ Triadis noſtræ ſubſtantiæ .ſ. Spiritui ſancto omnia viuificantem, & penetrantem ponit, quoniam apud noſtros nō admittitur mundus animatus, ſed iure negatur, & eo minus, qđ anima huius ſit Spiritus ſanctus; qui indiuiſim cum Patre, & Filio ad extra creat, mouet, & viuificat cuncta, & non veluti ab ijs ſeiunctus, vel ſegregatus, ſed ſicuti eiſdem eſſentialiter coniunctus.

Mundus nō eſt animatus apud noſtros.

Cautè, inquam, in hac aſſertione pergat, quam ſequitur non ſolum tota Academia, ſed etiam Poetæ, & præſertim princeps noſtrorum Latinorum Virgilius, vt viſum eſt lib. 3. quæ carmina apud ipſum ſic leguntur.

6. Eneid.

Principio cælum, ac terras, campoſque liquentes,
Lucentemq; globum lunæ, Titaniaq; aſtra;
Spiritus intus alit, totāq; infuſa per artus,
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.

Sic cecinit Virgilius, Platonicè loquēdo, quæ verba ſunt cautè legenda, vt dixi, ne pius Chriſticola, in hereſim fatuam, & damnoſam Pharaliſtarum, & Samoſatenorum incurrat, qui Spiritum ſanctum

Vide Alph. Caſt Prateolum.

ctum maxima quidem iniuria eſſe motum in rebus creatum, prodeuntem ab hac vniuerſi anima fatebantur.

Hæ, & ſimiles ſunt euitandæ opiniones, & ſententiæ Platonis, & Platonicorum; & eadem ratione intelligendæ, ne veræ noſtræ Chriſtianæ pietatis cultoribus, in deuias, & ſcurriles aſſertiones Philoſophicas incidere cõtingat, quæ tamen in Philoſophia ſua, ſine alia collatione, & comparatione admirari poſſunt, animaduertendo, quomodo homo literis, & doctrinis Ethnicis imbutus, eminus (licet per obſcura) hæc proferre potuerit, quæ reuera in ſe ſunt maximę admirationis digna, conſiderando, inquam, quomodò per internam diuinę inſinuationis, & inſpirationis gratiam, vel per imagines, & enigmata ex vetuſtiſſimis Theologis deſumpta, in tam multis conformes noſtræ veritati eſſe valuerit, ita quod exclamare potuerint multi Orthodoxi Patres, & pręſertim D. Auguſtinus, perpaucis mutatis Plato, & Platonici Chriſtiani eſſent, & veritati ſequaces.

Vt ait Iamblicus de myſteriis, cui noſtri Theologi aſſentiunt.

Hic cautionibus Chriſtianus in doctrina Ethnicorum Theologorũ procedens horum dogmata ad Deum, & totam diuinam naturam ſpectantia, inoffenſo pede, ſine ſcandalo, ſine periculo propriæ perditionis, & ruinæ decurrere potuerit, euitando .ſ. inconſubſtantialitatem, inęqualitatem eſſentiæ, diuerſitatem, diſſimilitudinem Filij ad Patrem; ac eadem ratione minoritatem ad eundem.

His cautionibus, intexere poteramus auctoritates, & ſanctiones Conciliorum; ſed ad euitẽdam prolixitatem eas in præſentiarum relinquere duximus, cum ſanctorum Patrum animaduerſionibus; & hæc pro complemento iſtius Libri ſufficiant.

Finis Quarti Libri.

CHRI-

CHRISTIANÆ THEOLOGIAE

Cum Platonica Comparationis.

LIBER QVINTVS.

De Angelis, ſecundum Chriſtianorum Theologorum placita, compendioſa epitome, & præſertim ſecundum doctrinam SS. Patrum, & Scholaſticorum, D. Thomæ, D. Bonauenturæ, & Ioannis Scoti.

POST naturã diuinam, ordine, & dignitate ſequitur natura Angelorum, de qua agere debemus, ſecundum aſſumptam intentionem, & eundẽ ordinem ſeruare pari modo tenemur, & eadem methodo procedere; qua vſi ſumus in lib. vbi de natura diuina ſecundum vtranq; Theologiam abundè peregimus. A primo igitur exorſi, an Angeli ſint, inquirere tentabimus, & aduerſus impios Seduceos, qui illos perperam negarunt, quod re vera ſint, probabimus; & hoc rationibus, auctoritatibus, & exemplis à ſummis ſacræ Theologiæ proceribus deſumptis, rationes ſunt ſolidiſſimæ, auctoritates firmiſſimæ, tùm veteris, tùm noui teſtamenti exempla ſunt clara, cum in diem experientia doceat, ipſos non modò eſſe, & reperiri, ſed ad ſua officia promptè exequenda ita paratos, vt nullomodo hæc veritas negari queat.

Quod Ang. ſint contra Seduceos, quib. Matt. cap. 22. qui negabant Ang. animas ſeparatas, & alios ſpiritus.

Videamus igitur, quomodo hoc rationibus contra Seduceos eoſdem, non modò negantes, ſed animas ſeparatas, & alios ſpiritus, è medio auferrẽtes demonſtrari poſſit.

D. Thomas, qui Angelicus Doctor iure nuncupatur, nõ ſolum, quia ab eiſdem lumborũ preſſionem paſſus ſit, ſed etiam, quia per eos doctrinam ſolidam, profundam, & admirandam ſit adeptus, hac ratione primo fortiſſima Angelos eſſe demonſtrat. Ang. Doct. 2. cõtra gẽtiles cap. 41.

Ad vniuerſi perfectionem, quis dubitat omnem creaturarum gradum debere reperiri? reperitur namq; ſpiritus corpori vnitus, vt anima in corpore noſtro; reperitur corpus ſine ſpiritu, vt in lapide ipſo, igitur congruenti conſequentia, ſpiritus à corpore ſeparatus reperiri debet, & quid aliud erit, ex communi hominum ſententia, niſi Angelus? ergo hac prima, & probabili ratione Angelus eſt.

Iſta ratio, concludens Angelum eſſe, æquidem Doctoris Angelici eſt digna, cuius ſimplici confeſſioni vnuſquiſq; fidem præſtare deberet ſine alia probatione, cum eius diuina ſcientia, ſit potius ei ab Angelis tradita, vel infuſa, quam humanitus comparata.

Et ſi quis huius rationis cauſam perquirere vellet, S. Doct. ſic facilè reſponderet. Aliquid adinuenitur compoſitum ex duobus, & vnum illorum duorũ, quod

eſt

eſt minus perfectum, inuenitur per ſe, vt corpus ſine ſpiritu, ergo oportet, quod aliud, quod eſt magis perfectum, reperiatur per ſe, vt ſpiritus ſine corpore, quod non eſt, niſi Angelus, igitur Angelus eſt, ſecũdum Angelici Doctoris doctrinam.

1. par. ſummæ qu. 20. mem. 1. Poſt D. Thomam, eandem dubitationem videtur mouere Alexander Alenſis, Doctor irrefragabilis, meritò nuncupatus, & ipſam partem aſtruentem, pluribus rationibus ſubtiliſſimis comprobare, vt puta, quod ſit neceſſe ponere in vniuerſo ordinem creaturarum ſecundum ſuperius, & inferius, ſecundum approximationẽ maiorem, & minorem ipſarum creaturarum ad Deum, ſecundum quod maiorem, & minorem ſimilitudinem habent ad ipſum, ſed cum eo habent maiorem, & minorem ſimilitudinem, ſecundum quod magis ſuam bonitatem communicat, & ſecundum quod contingit, recipere ex parte ipſius creaturæ; igitur cum ſit ſubſtantia intellectualis, habens ſimilitudinem cum ipſo Deo, cum ad eius imaginem facta ſit, vt eſt anima noſtra, quæ vt eſt vnibilis corpori, & quo ad hoc non habet ſimilitudinem, igitur conſequenter conſtat, quod ſit ſubſtantia intellectualis, nõ vnibilis corpori, & quod hæc maiorem ſimilitudinem habeat cum Deo, ratione, qua corpori non eſt vnibilis, & cum ex parte creaturæ non eſt repugnantia, quod talis poſſit inueniri. (Prima ratio Alex.)

Cum ergo Deus ſuam bonitatẽ creaturæ communicare velit, videtur, quod huiuſmodi ſubſtantia optima ratione in vniuerſo ponenda ſit, alioquin eſſet imperfectio in eodem, huiuſmodi autem, quid erit, ait irrefragabilis Doctor, niſi Angelus?

Hæc ratio concludit neceſſariò Angelum eſſe ad vniuerſi perfectionem, & ſupra hominem in eodẽ vniuerſo ordinari.

Eſt ſecunda ratio concludens, Angelum eſſe apud Alex. talis; anima noſtra habet intellectum duplicem, prout habet Philoſophus de Anima 3. ſ. intellectum poſſibilem, qui ab inferiori recipit, ſicuti à phantaſmatibus. Nam per ipſum *oportet intelligentẽ phantaſmata ſpeculari*, quod intelligitur, quo ad hanc partem, ſicuti *nihil eſt in intellectu, quod prius non fuerit ſub ſenſu*, & etiam *omnis noſtra cognitio habet ortum à ſenſibus*, &c. & habet etiam eadem intellectum agentem, qui recipit à ſuperiori, vel recipere poteſt; ſed nobilior, & etiam plus habens ſimilitudinem cum Deo, eſt ſubſtãtia intellectualis recipiens à ſuperiori ſolum, igitur ad vniuerſi perfectionem neceſſe eſt huiuſmodi ſubſtãtiam ponere: & hæc quid aliud eſt, niſi Angelus ipſe? igitur hac itidem ratione Angelus eſt. (Ariſt. 3. de anima.) (Ratio 2. Alex.)

Affert tãtus Doctor tertiam rationem, idem probantem à Philoſopho, lib. cauſatum deſumptam, quæ eſt talis: eſt quædam eſſentia, cuius ſubſtantia eſt in æternitate, & actio in tempore, vt anima noſtra, quæ eſt æterna quo ad ſubſtantiam, ſed non quo ad actionem, nam actiones eiuſdem ſunt tranſeuntes: quædam alia, cuius ſubſtantia, & actio ſunt in tempore, vt ſubſtantia corporea, quæ eſt corruptibilis, & quo ad eſſe ſubſtantiale, & quo ad actiones; & quædam, cuius ſubſtantia, & actio ſunt in æternitate, & hoc congruit etiam ad perfectionem vniuerſi; ex quo igitur in vniuerſo eſt reperire aliqua duo ſubſtantiarum genera, erit, & & reperire tertium; & huiuſmodi eſt Angelus, quia accipitur ibi ęternitas ꝓ ęuo, nam in eodem lib. dicit quoddam eſſe ante æternitatem, & conſtat, quod ipſe non poteſt accipere æternitatem, niſi pro ęuo; igit̃ hac firmiſſima rõne eſt Angelus. (3. rat. Alex.)

Ex motu cœlorum Doct. idem ſic demonſtrat Angelum eſſe, cum cœlum moueatur ex cauſa extrinſeca, cauſa autem extrinſeca ſit ſubſtantia ſeparata; & cum non ſit cauſa extrinſeca, ſeparata niſi Angelus, reſtat, quod etiam hac ratione Angelus reperiatur, igitur hac ratione Angelus eſt. (4. rat. Alex.)

Demonſtrat tandem Angelum eſſe ratione humanæ neceſſitatis ſic: Cum .n. natura humana, habeat neceſſitatẽ mul-

ti.

tiplicem ad modum paruuli, habet.n.imperfectionem ex parte animæ, habet etiam imperfectionẽ ex parte corporis, igitur indiget custode in Bono, & Tutore in malo: ſed cuſtos, & Tutor inquantum huiuſmodi, ſuperior eſt paruulo, ergo illa ſubſtantia eſt ſuperior, & creata, cum hoc ſit quidam Miniſter, non autem niſi Angelus, igitur neceſſe eſt Angelum eſſe. Hæ ſunt rationes Alexandri Alenſis irrefragabilis Doctoris, magnæ auctoritatis, & Theologi ſanctorum Doctorum D. Tho. & D. Bonau. Magiſtri, quibus rationibus ſolidiſſimis vnuſquiſq; ſine vlla alia inquiſitione circa eſſe ipſius Angeli acquieſcere debet.

5. rat. Alex

Superioribus nos hanc adiũgimus ad veritatis Angelicæ confirmationem, quę ratio eſt merè Theologica. Reperitur ſubſtantia, quæ à primordio mundanæ conſtructionis creata fuit ad imaginem, & ſimilitudinem Dei, & hæc eſt anima noſtra, iuxta illud Gen. *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*, ergo reperitur alia, quę eſt ipſamet imago Dei, tunc temporis, ſimili modo creata; & iſta non eſt Deus, tùm quia non eſt ſubſtantia creata, tùm quia non creauit ſemetipſum, qui eſt æternus, ergo relinquitur, quod hæc ſubſtantia ſit Angelus, & ſi quis admitteret animam vtriq; ad imag. & ſimilitudinem eſſe factam, per auctoritatem in lib. Gen. ſed nequaquam Angelum dici poſſe Dei ipſius imaginem. Nos in medium adducemus auctorit. D. Dionyſij, qui lib. de Diu. nominibus ipſum appellat imaginem Dei, taliter eundem diffiniens: Angelus eſt imago Dei, &c. prout melius videbimus infra in diffinitione Angelica, ſecundum eiuſdem S. Doct. mentem, igitur ſecundum hanc rationem Angelus eſt.

Ratio auct. ex ſcriptura ſumpta.

Lib. 4. de Diu. nom.

D. Bonau. vt pius Doct. & Seraphico ardore repletus, præſupponit omninò Angelos eſſe ſine vllà controuerſia, & quoniam exiſtimat loqui credentibus, ideò immediatè alias mouet dubitationes, circa Angelorum materiam, & ob id nos omiſimus etiã in ſuperioribus ſuam afferre ſententiam, poſt D. Thomæ demonſtrationem .ſ. quod Angeli ſint.

5. ſent.

Scotus itidem ſubtilium Princeps, immediatè quærit de Angelorum creatione, ſine inquiſitione. An ſint; præterea nos, qui iſtorum doctrinam in Theologia ſequimur, ſine aliorum Doctorum allegatione in hac re, propoſitum aſſumemus negotium .ſ. demonſtrare auctoritatibus tùm veteris, tùm noui teſtamẽti, quod Angeli re vera ſunt, contra impios, & pertinaces Saduceos. 2. ſent.

Initium igitur ſumẽdo à lib. Gen. tanquam à primo ordine, & origine totius veteris teſtamenti, dicamus, quod ibi primo ſit clara mentio de Angelis, dum dicitur, quod prima die ſacræ Hebd. à ſummo rerum Opifice creata eſt lux, hoc eſt natura Angelica ſecundum omnes Patres, illa verba exponentes, quanquam poſtea ad ſaluandum ſenſum literæ dicat ibi Gloſſa, quod facta eſt lux ante luminaria magna, hoc eſt nubecula leuis, & lucida, in qua lumen nouiter creatum, receptum conſpiciebatur, at quomodocunque res ſe habeat, ſufficit nobis, quod ibi ſecundum SS. Patrum placita, creata eſt hæc nobiliſſima Angelorũ natura à Deo, & ſecundum hanc auctoritatem Angelos eſſe affirmare poſſumus, cum immortales omninò iure exiſtant, habetur ibi etiam, in eodem lib. mentio de Angelis in hiſtoria Loth, quæ cum nimis nota ſit, de ea expreſſam haud mentionẽ faciemus mõ. Lyranus in 1. Gen.

In lib. Exodi, Deus ipſe proprio ore ſe miſſurum eſſe Angelum percuſſorem ad eijciendum Iebuſeum promittit. 13. cap.

In lib. pariter 3. Reg. Helias manifeſtè vidit (teſtatur ſcriptura) caſtra Angelorum, ibid. *Surge, comede, grandis .n. tibi reſtat via*. Cap. 19.

In Tobia, ſeipſum etiam manifeſtat Angelum eſſe, dum ait. *Ego ſum Raphael Angelus*, &c. qui eodem lib. & cap. promittit ipſum ſanum ducere, & reducere, & eundem vidiſſe affirmat orantem cum lachrymis, &c. ibi eidem cæco promittit 12. cap.

à Deo

Cap. 8. à Deo lumen, dum ait: *Forti animo eſto in proximo eſt, vt à Deo cureris*: cap. alio eiuſdem libri teſtatur Angelum Aſmodeum ligaſſe.

In lib. itidem Iudith habemus Angelum, allocutum eſſe populo Iſrael his verbis:
Cap. 2. *Dixit Angelus populo Iſrael, cur contra Deum feciſtis?*

Habemus in Iſai. Angelorũ teſtimonium, in his verbis:
Cap. 33. *A voce Angeli fugerunt populi*, vt multa alia ſilentio pertranſeam, quę hic referre longum eſſet in vet. Teſt. expreſſa. In nouo etiam clarius eluceſcit Angelos eſſe, quando à veridico oraculo Dei Filio pluries de eiſdem mentio habeatur, quæ apud cunctos Euangeliſtas legitur, & a Patribus ſanctiſs. eoſdem interpretantes confirmatur rationibus Theologicis, & reuera pientiſſimis.

Primò, mundum humanæ naturæ reparator Chriſtus, volens aduentu ſuo piiſſimo conſecrare illum, ab Angelo, teſte Luca,
Cap. 1. *Miſſus eſt Angelus, &c.* denuntiari voluit.

Secundò, eodem naſcente auditur à Paſtoribus, Angelica multitudo, Deo gloriam iure contribuens, & pacem hominibus probis in terris denuncians, teſte eodem Euang.
Cap. 2. *Et ſubitò facta eſt cum Angelo multitudo magna militię cęleſtis laud. Deum, & dicentium: Gloria in altiſſ. Deo, & in terra pax hominibus*, &c.

Tertiò, ſi adultus, & grandeuus iam apparet, ad eremũ ſecedit, vt nobis præbeat exemplum ieiunandi, & cum poſt ieiunium exuriat, iam humanitas in puris naturalibus relicta à Patre, accedunt Angeli eidem adminiſtrantes, Matthæo conteſtante,
Cap. 3. *Et ecce Angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei.*

Quartò, Saluator idem, cum ad humanum iudicium, in extremo die præmiorum, & pœnarum venerit, ipſemet atteſtatur cum eo Angelos comitantes debere eſſe, his verbis.
Cap. 25. *Cum ven. Filius hominis in maieſtate ſua, & omnes Angeli eius cum eo.* Matth. 5. ſi ab inferis reſurgit, poſt turpiſſimam mortem, quam pro nobis eſt paſſus, eius reſurrectionem Angelus itidem apparet, & denunciat eam his verbis.
Cap. 28. *Angelus Domini deſcendit de cælo, &c. & dixit nolite timere*, &c. Matth.

Pluribus etiam alijs hoc videri poteſt, non ſolum in Euangelijs, ſed etiam in actis Apoſtolorum, quod ſi hic referre vellem, face parua oſtendere non lyppis oculis, ſed perſpicaciſſimis eſſet.

Reſtat ex his teſtimonijs (ni fallor) ſatis probatum, quod Angeli ſunt, etiam ex auctoritatibus, quas nobis modò placet cõfirmare cum ethnicis, aſſertionem hanc diuinam fauentibus.

Primo de Anima. Ariſtoteles primo de anima expreſsè dicit, quod extra cœlum non eſt tempus, neq; locus, neq; vacuum, ſed ibi ſunt entia impaſſibilia, inmaterialia, optimam vitam ducentia, in toto ſempiterno. Quę ſententia ſi rectè conſideretur, nõ poteſt intelligi niſi de Angelis, vel intelligentijs, nam ibi non eſt tempus, quia ibi non motus, non eſt motus, quia non eſt mobile materiale quoddam, nõ eſt vacuum, quia non eſt neceſſitas ponendi vacuum, niſi vbi ſunt corpora repletiua vacui, ſed ſunt entia impaſſibilia, & hęc ſunt Angeli impaſſibiles, & inalterabilia, quæ non poſſunt modo aliquo alterari, optimam vitam ducentia, hoc eſt, vitam fœliciſſimam, & immortalem in toto ſempiterno, hoc eſt in æternitate.

Auicennas itidem in ſua Metaph. plures ponit intelligentias eſſe, & vnam vult eſſe alterius creatricem, & ob id conſtituit Colcodeam, vel auream quandam catenã ordine in creatione diſpoſitam, ita q̃d vna ſuperior ſemper inferiorem producat ex alijs, igitur auctorit. Theologicis, & ex Fide creditis, & Philoſophicis comprobationibus, quod Angeli ſunt affirmare, debemus.

Cap. 12. Exemplis hoc idem confirmari poteſt; nam Angelos, pluries pluribus apparuiſſe, quis credulus dubitat? apparuit Petro in Actis Apoſt. & ipſum liberauit à laqueis, quibus erat deuinctus ad hoc, vt ſpectaculum faceret atrociſſimum Iudęis,

quibus erat exoſus, propter Chriſti Domini prædicationem Angelus viſibiliter. *Nunc ſcio verè, quia miſit Dominus Angelum ſuum, & liberauit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum.*

Act. 12.

Apparuit Ioanni Euāgeliſtæ in Apoc. Angelus viſibiliter, prout ipſemet ibi atteſtari videtur: *Vidi alterū Angelum aſcendentem ab ortu ſolis, &c.*

Cap. 3.

Multoties itidem apparuiſſe Michaelem Archangelum, affirmat Eccleſia ſancta, in Gargano monte Appuliæ, vbi in eius honorem ob id erectum eſt ſolemne delubrum, in quo & eius memoria recolitur, & eius ſimulacrum adoratur, quid plura?

Mitto quomodo ex vetuſta ſcriptura habemus, quod viſibiliter apparuit Tobiæ, ſicut iam ex auctoritate ſupra affirmauimus. Vnde dicitur: *Angelus Dei Bonus comitetur ei.*

5. cap. Tob.

Mitto item innumera recenſere exempla vetuſtæ, & nouæ legis, quibus comprobatur Angelos reperiri, & eſſe ſpiritus Dei ſummi miniſtrantes, creatos ad exequenda eiuſdem mandata.

Sufficit igitur hæc me pauca dixiſſe ad affirmandum Angelos eſſe, & ad probandum, quod eadem ratione, dubio procul exiſtant, ſicut affirmatum eſt, & probatum ſolidiſſimis rationibus eximiorum Theologorum, auctoritatibus vtriuſque teſtamenti, & exemplis pariter. Angeli igitur ſunt, non eſt cur ambigi poſſit; iam quid eſt Angelus dicamus.

Quid eſt Angelus diffinitiue.

Quid eſt Angelus.

QVoniam nomen Angeli, nō ſecundum vnum intellectū in ſacris litteris vſurpatur, ſed multipliciter, ideò antequam ipſum diffiniamus, prius diſtinguamus, ſecundum Philoſophicam regulam, & poſtea diffiniemus; ſiquidem Angeli ſunt, tùm boni, tùm mali, boni dicuntur Angeli lucis, mali verò Angeli tenebrarum, de primis eſt hic ſermo, tanquam de Dei miniſtris ſemper in eius obſequio ſiſtentes, de ſecundis autem dicemus infra, nempe in lib. 7. nam mali Angeli, in quibus eſt poteſtas tenebrarum, ſunt ipſimet Dæmones, nam nomen Angeli eſt nomen commune, cum nomen ſit officij, non naturæ: eia de his ſuo loco; ad diffinitionem igitur Angeli lucis, nūcij diuini veniamus.

Angeli mali ſunt Dæmones.

D. Greg.

Angeli dupliceṁ inuenio diffinitionem poſſe dari, quæ te vera rei ſubſtantiam, ex intimo declarant, vna eſt D. Dionyſij Areopagitæ, altera D. Ioannis Damaſceni: ambo Græci, & celeberrimi Doctores, prima patet lib. de diuinis nominibus, & ab Alexandro Alenſe, ſcholaſticæ diſciplinæ magiſtro, declarata. Secunda in lib. ſent. Damaſc. eiuſdem data, & à multis itidem declarata vtranq; nobis licet afferre, & declarare libet, put à Doctoribus declarantur. D. Dionyſius ſic primò diffinit Angelum, dicens. *Angelus eſt imago Dei, manifeſtatio occulti luminis, ſpeculum clarum, ſplendidiſſimum, immaculatum, incontaminatum, incoinquinatum, ſuſcipiens, ſicut conueniens eſt, totam ſpecioſitatem boniformitatis, Deiformitatis, & in ſe reſplendere faciens bonitatem ſilentij, quod eſt in abditis.* Hæc diffinitio eſt declaranda, quo ad ſingulas partes. *Angelus eſt imago Dei*, hoc eſt per naturam ſuam ſimpliciſſimam, quatenus ratione illius ſimpliciſſimæ naturæ magis, quam aliæ creaturæ Deo propinquæ ſunt, & quamquam ab Auguſtino dicatur, quod nulli creaturæ dedit Deus, vt eſſet ad imaginem, niſi ſoli homini, iuxta illa verba: *Faciamus hominem ad imaginem*, &c. hoc intelligitur quantum ad potentiam præſidentię, nam his verbis ſubiūxit, *vt præſit piſcibus maris; & volatilibus cæli.* Angelus verò dicitur imago Dei inquantum eſt Deo proximior. Vnde dicit Iſidorus, quod quanto ſimplicior eſt natura, tanto in ea inuenitur imago Dei, impreſſa in eo, & quid ſimplicius dicitur Angelo?

De Diuinis nominibus. P. 2. q. 20. Mem. 3. art. 2. cap. 3.

Angeli diff. 1. D. Dion.

In ſer de imag.

Gen. 1.

Aduertendum eſt tamen, quod non propriſſimè dicitur Angelus Dei imago, nam ſolumodo Filius eius dicitur imago Dei,

Quomodo intelligitur Angelum eſſe Dei imag.

Dei,cętera autem cuiuſmodi ſunt creaturæ potius dicuntur ad imaginem .ſ. Angelus, & anima: nam (teſte Hylario) ad hoc,vt aliquis dicatur re vera imago, duo exiguntur .ſ. quod ſit ſpecies, & quod ſit indifferens ab eo, cuius eſt imago in eſſentia; & quia ſolus Filius eſt idem cum Deo in eſſentia, ideò dicitur propriſſimè imago Dei. Angelus autem, & anima ad imaginem illius magis propriè,tamen poteſt dici Angelus imago Dei, magis quam anima, ratione ſimplicitatis. Anima autem propriè ad imaginē Dei, adeò quod Angelus hac ratione poteſt dici, & imago, & ad imaginem; imago reſpectu animæ, ad imaginem reſpectu Filij Dei, & D. Dion. in primo ſenſu ſumpſit terminum, imago, quando dixit Angelus eſt imago Dei, & non in ſecundo.

Sequitur Dion. *manifeſtatio occulti luminis*, quoniam per Angelos fiunt illuminationes, tùm inter ſemetipſos, tùm inter nos, nam inter alias proprietates, habent hanc .ſ. illuminare.

Sequitur: *Speculum clarum, ſplendidiſſimum*, quia per gratiam à Deo venientem, illuminantur ad ſpeculandam diuinam naturam, quæ ſpeculatio requirit claritatem, quam ex eadem gratia habent, ideò dicitur clarum; dicitur ſplendidiſſimum etiam, quoniam oportet hoc ſpeculum, ita clarum ab omni macula, & labe eſſe immune, & reuera eſt Angelus, qui dicitur talis.

Sequitur *incontaminatum*, hoc eſt ſorde peccati mortalis non fœdatum, quia Angelus ipſe eſt impeccabilis per gratiā: *Immaculatum*, hoc eſt ſine macula etiam peccati venialis, quia nullo modo eadem gratia plenus poteſt ſic peccare. *Incoinquinatum* tandem, hoc eſt non coinquinatum labe peccati originalis, quia non contraxit culpam alterius, à quo per propagationem habuerit originem, & eſſe, cum immediatè à Deo eūdem ortum habuerit, &c.

Sequitur: *Suſcipiens totam ſpecioſitatem, boniformitatem, & Deiformitatem*, hoc eſt, quia habet Bonif. & Deifor. per gloriam, nam per ipſam contemplatur Deum, Bonum, & Verum, & etiam alia, Deum, vt per eſſentiam talem, cætera inferiora, vt per participationem primi Boni Bona, adeò quod per ipſam gloriam contemplatur & ſuperiora, & inferiora, ſuperiora, prout ſunt; inferiora, prout in ſuperiori reſplendent .ſ. Verbo.

Sequitur: *In ſe reſplendere faciens Bonitatem ſilentij, quod eſt in abditis*, nam omnis creatura, tùm intellectualis, vt Angelus, tùm rationalis, vt homo, ſecundum quod Deum magis nouit, & contemplatur, ab humanis clamoribus magis aliena conquieſcit. Ideò Angelus dicitur in ſe reſplendere, facere Bonitatem ſilentij, quia non loquitur in ſpeculando ea, quæ ſunt abdita, hoc eſt Deum, qui non eſt de facili cognoſcibilis, quo ad quid eſt rationе ſuæ immenſitatis, & infinitatis, &c.

Hæc eſt diffinitio Dion. quæ eſt diffinitio quo ad eſſentiam Angeli, & conuenit naturæ Angelicæ in communi, quantum ad eſſe naturæ, adeò quod conuenire etiam videtur malis Angelis, quia ipſi quantum ad hanc conditionem .ſ. naturæ, non amiſerunt naturalia, quantum ad eſſe gratiæ, & gloriæ dicitur competere Bonis, & non malis Angelis, quod in eodem libro rectè tangit idem Doctor.

Alia eſt diffinitio Angeli, quæ magis ſubſtantiam Angeli videtur declarare Ioannis .ſ. Damaſceni, & eſt talis. *Angelus eſt ſubſtantia intellectualis, ſemper mobilis, arbitrio libera, incorporea, Deo miniſtrās, immortalitatem gratia, non natura recipiens.* **Angeli diffinit. D. Io. Damaſc.** dicitur primo, *ſubſtantia*, non ex materia, & forma conſtans, ſiue compoſita, nam ſi eſt incorporea, non poteſt huiuſmodi compoſitionem admittere, licet alias admittat, vt proximè videbimus, & ſubſtantia prima ſui diuiſione ſcinditur in ſubſtantiam corpoream, & incorpoream, & ſic eſt Angelus .ſ. ſubſtantia incorporea, quæ hic ſtat loco generis; *Intellectualis*, ad differentiam animæ, quæ dicitur rationalis, cum ipſa in intelligendo vtatur ratio-

tiocinio, & procedat diſcurſu ſyllogiſtico, Angelus autem nequaquam, cum ipſe intelligat, per ſpecies ſibi innatas rerum. *Semper mobilis*, hoc eſt naturaliter, quia natura Angelus, vt eſt creatura, in nihilum eſt vertibilis, nam creatum quodcunque naturaliter in nihilum eſt vertibile; dicitur etiam Angelus, mobilis voluntate, quia vult vnum poſt aliud, & perinde intelligentia, quia in intelligendo, habet viciſſitudinem, vnius poſt aliud, & eſt ſemper talis, quia ante, & poſt confirmationem, habuit eandem mobilitatem, vel quod ſemper habeat eãdem potentiam, intelligendi actu, & non potentia, ſimul, vt homines. *Arbitrio librera*, hoc eſt libera ſua electione eius, quod voluerit, non autem intelligitur quod ſit talis quod, ad bonum, & malum indifferenter deflectatur, quia bonus, ſemper bonum vult, malus verò malũ. *Incorporea*, hoc eſt ſine materiali corpore, quemadmodũ eſt ſpiritus noſter; tamẽ ſi comperetur Angelus Dei ſimplicitati dicitur quodamodo corporeus, non tamen, vt poſſit loco circumſcribi, vt materialia corpora, quoniam cum ſolummodo dicatur diffinitiuè locari, vt videbimus, non poteſt illo modo, circumſcriptionem habere. *Deo miniſtrãs*, vel aſſiſtẽdo, vel alio modo adminiſtrando, vt eſt nunciando, nam Angelus dicitur ab officio, & non à natura, aſſertore D. Gregorio, vel alio modo Deo deſeruiendò. *Immortalitatem ſuſcipiens*, hoc eſt per gratiam, quoniam per talem conſeruatur in eſſe, & non natura, quia ad nihilum tenderet, niſi per Dei manutenentiam conſeruaretur hæc eſt diffinitio D. Ioannis Damaſceni, & eius declaratio, ſecundum communem Theologorum expoſitionem.

D. Greg.

In hac cuilibet intuenti licet animaduertere ſecundum Guill. tria .ſ. actum primum Angeli, hoc eſt eſſentiam ipſius, dum dicit, *ſubſtantia incorporea*. Actum ſecundum, hoc eſt operationem, quæ eſt multiplex .ſ. virtus cognitiua, dum dicit *intellectualis*, quæ eſt operatio Angeli interna, operatiua, hoc eſt operatio eiuſdẽ externa, dum mouetur motu locali, & etiam interna dum mouetur motu intellectionis, & voluntatis, dum ait. *Arbitrio libera*; tertio conſideratur officium eiuſdem, dum ait: *Deo miniſtrans*, adiungit vnum commune poſtremò, & actui primo, & ſecundo, dum dicit, *gratia, non natura immortalitatem ſuſcipiens*.

t. ſtat.

Habemus iam ex allatis, quid ſit Angelus, quo ad ſuum totum eſſe ex doctrina virorum doctiſſimorum, & perinde ſanctiſſimorum: mitto quomodo à quibuſdam diffiniatur Angelus .ſ. *quod ſit animal rationale immortale*, quia eſt hæc diffinitio potius Platonica, quam Chriſtiana, & de hac in ſequenti lib. mentionem faciemus. Alij tamen videntur ipſum ſic diffinire, & melius, quia hæc videtur coincidere cum ſuperiori Damaſc. .ſ. *Angelus eſt creatura præſtantiſſima, intelligibilis, libera, continenter intelligens, creata à Deo, vt ei famuletur*, ſed omnibus iſtis omiſſis dicamus ipſum ſuiſſe ſufficienter diffinitum à ſanctis, ideò ad perſonalem eorum diſcretionem declarandam accedamus.

Alia Angel. diff.

Angelus non eſt vnus, ſed plures.

Angelus non eſt vnus, quemadmodum eſt Deus, vti ſuo loco demonſtratum eſt, ſed ſunt plures, ſicut & ratio dictare poteſt, & auctoritas ſcripturæ ſãctæ confirmare videtur. Non eſt vnus, quia melior eſt multiplicitas bonorum creatorum, quam vnitas, vel eſt melius entia multiplicari, quam non, loquendo de entibus perfectis, vt ſunt Angeli, nam ſicuti in Deo eſt perfectio, nõ poſſe multiplicari, ita eſt maxima perfectio in Angelis multiplicari poſſe, & hac ratione multiplices à Deo fuerunt creati. Præterea ad varias Dei operationes in mundo, & circa homines obeundas, varij requiruntur operatores, qui eius mandata perficiant, & iſti ſunt Angeli, ideò plures debent eſſe. Non eſt vna ſphera dumtaxat in cœlo, quæ ab Angelo vno debeat moue-

De numero Ang.

Rationes pro plural. Angelorũ.

uerì, ſed plures, vt notum eſt, igitur plures motores requiruntur, & iſti ſunt Angeli, quorum vi rute cœli mouentur.

Vltra, ſicuti non eſt bonum Regem ſolum eſſe in Regno, ita nõ eſt bonũ Deum ſolum eſſe in cœlo, ideò requiruntur Angeli, non vnus, ſed multi, qui eidem aſſiſtunt, & eius mandata complent ſecundum quod eidem placet, hæ ſimiles rationes poſſunt pro multiplicitate Angelica adduci, ſed iam ad auctoritates ſacri eloquij, tùm vet. tùm nouæ ſcripturæ, accedamus.

Cap. 3 & cap. 7. Daniel Propheta magnus primo plures nobis inſinuat eſſe Angelos in Cant. trium puerorum, dum ait: *Benedicite Angeli Domini Domino*, &c. & alibi dum ait: *Millia millium miniſtrabant ei*, hoc eſt Angeli Dei.

Pſal. 67. Pſaltes, hoc idem iure confirmat dicens. *Currus Dei decem millibus multiplex millia lætantium*, hoc eſt Angelorum.

4. lib. ca. 32. Itidem Paralipom. dum ait: *Nolite timere, multo. n. plures sũt nobiſcum, quam cum illo*, hoc eſt Angeli, quoniam plures ſunt In 2. diſt. 6. Angeli, qui remanſerunt, quam qui ceciderunt, quod equidem affirmat Magiſter ſent. & ratio eiuſdem eſt, *Quia in Angelis bonum eſt, vt in pluribus, eo quia ſunt intellectualis naturę; malum verò in Angelis eſt, vt in paucioribus, in hominibus, verſa vice .ſ. quod in eis malum eſt, vt in pluribus, bonum verò vt in paucioribus*, & hoc ex corruptione naturę, propter originalem culpam, & hæc ratio poteſt ſic confirmari, quia humana anima, habet à ſua origine, duplicem Angelum .ſ. bonum ad cuſtodiam, & malum ad exercitationem.

Confirmatur tãdem multiplicitas Angelorum, per illud Iob. Cap. 25. *Nunquid eſt numerus militum eius?* hoc eſt Angelorum. Hęc quo ad veteris teſtam. auctoritates.

Noui etiam plures pari ratione habemus, de quibus amplam ſupra mentionem fecimus in inquiſitione. An Angeli ſint? quod fuit auctoritate confirmatum à nobis.

Legimus tamen (vt etiam aliquid hic dicamus) in Euangelio hanc ſent. ex ore filij Dei prolatam. *Angeli eorum ſemper vident faciem Patris*, &c. Math. c. 18 ergo non ſolum vnuſquiſq; proprium habet Angelum, ſed tot ſunt Angeli, quot ſunt animæ humanæ, in tota ſphera humanæ ſpeciei, &c.

Apud Ioannem in Apoc. legimus, *audiui vocem Angelorum multorum in circuitu throni, & animalium, & ſeniorum, & erat numerus eorum millia millium*, &c. Cap. 5.

Sunt igitur ex auctoritatibus iſtis, & ex alijs, quas gratia breuitatis omittim⁹, & ex rationibus, Angeli plures, quod nõ ſolum confirmare voluit D. Dionyſius lib. de cœleſti Hierarc. hac ſent. .ſ. *multi ſunt Beati exercitus ſupernarum mentium*, Cap. 9. &c. ſed in toto eodem lib. clare demonſtrare eorum Hierarchias, & Choros ordine conſiſtentes circa faciem altiſſimi.

Tres Angelorum Hierarchiæ.

Diuinus hic Doctor, diuino afflatus ſpiritu, triplicẽ poſuit Hierarchiam Angelorum, ſiue tres Triades, tres vnaquęque Angelicos Choros continentes, omiſſa tamen opiniones, quæ vt falſa ab eodem exploditur .ſ. quod Trinitas in diuinis, ſit prima Hierarchia, tria ſuppoſita ſiue hypoſtaſes amplectẽs, nam Hierarchia dicit ordinem quendam, qui abſolutè, non eſt in diuinis ſicuti eſt in ordine naturæ, & dimiſſa pariter ſententia .ſ. quod in hominibus probis reperiatur quædam propriè Hierarchia, quod omninò non eſt aſſerendum, ſecundum irrefragabilem huius Doctoris aſſertionem. Hierarchia propriè eſt illa Angelica, quę D. Dionyſius vt ſupra. vt diximus, diuiditur in tres alias .ſ. in ſuperiorem, mediam, & inferiorem, & vnaquæq; in tres ordines eſt diſtributa, adeò quod eſt vna Trinitas Angelica vniuerſalis, & generica, quę continet, tres alias trinitates ſpecificas triplicato ordine diſtributas.

Pri. Angel. Hierarch. Prima igitur Hierarchia ſpecifica, eſt illa ſuperior ordine, & dignitate, quæ continet Cherubim, Seraphim, & Thronos.

nos. Seraphim tamen dicitur ſupremus in ordine primo, & eſt ſemper ardens, in amore Dei, quia ſemper conſiderant Dei ipſius veritatem, qua omnem plenitudinem cognitionis habent circa diuinam illius naturam, & rationem ordinis prouidentiæ, ſumunt ex Deo, vt eſt poſtremus finis, & non ſolum ardore diuino flagrare ipſimet dicuntur, ſed alios etiam ad diuini amoris incendium promouere dicũtur. Vnde Beatus P. Franciſcus hoc ſeraphico ardore plenus, aſſiduè vrebatur; & ſicut Seraphim alijs diligendi formam tribuunt, ita ipſe ab eiſdem edoctus, & ardore munitus, Seraphinorum ſuis fratribus veræ dilectionis normam indidit verbis, & exemplis.

Media Hierarch. eſt Cherubim, quę etiam rationem ordinis prouidentiæ, ex Deo ſumit, vt eſt forma; hi Dei bonitatem conſiderant, officiũm habẽt promouẽdi homines ad diuinam cognitionem, & ideò ſunt præ cæteris lucidi, quia plenitudinem lucis habent, quam alijs inferioribus communicant, & transfundunt.

Infima Hierarch. eſt Thronorum, qui Dei æquitatem, diſpoſitionẽ diuinorum iudiciorum conſiderando in ipſamet Dei eſsẽtia, ab ęterno rerum omnium ſeriem, diſtincta ratione à Deo ſaltem, vt forma, & finis eſt, cõſiderant, dicuntur Throni, quaſi Dominus in eis ſedeat, & iudicia ſua per eos determinet.

Sec. Angel. Hierarch. Secunda Hierarch. Angelica primæ ſubordinatur, & eſt ſecundæ Triadis ſeries, perinde in tres ordines diuiſa, cœlo præſidet, & rationem ordinis pronidentiæ, communes cauſas cõtẽplãdo agnoſcens; in primo gradu continet Dominationes, in ſecundo Virtutes, in tertio Poteſtates. Dominationes dictæ ſunt, eo quia cæteris dominãtur, & nulli ſubiecti extant, horum officium eſt inſtruere Prælatos, quomodo in pugna ſpirituali ſe ſe gerere debeant, teſte Greg. S. & quomodo ipſi diſcretè inferioribus ſuis, ſiue ſubditis dominari teneantur.

Virtutes dicũtur ſecundi ordinis Angeli, eo quia in eis eſt virtus mouẽdi cœlos, & ordines diuinę prouidentiæ efficaciter exequentes permeare omnia, quæ à Deo ſibi deſtinata ſunt, & tandem ea cõplere, quæ propter naturæ ordinem fieri conſpiciuntur.

Poteſtates ſunt tertij ordinis Angeli, ſecundę Triadis, qui inuiolabili lege, ordinem diuinæ prouidentiæ ſeruant, ad ea, quæ effecta ſunt, & ſecundum D. Iſidori mentem, Poteſtates aduerſę, eiſdem ſubiectæ permanent, ne mundo vniuerſo, ſiue hominibus tantum nocumenti inferrant, quantum in eis eſt ſemper nocendi cupiditas, & hæc quoad ſecundam Hierarch.

Tertia Angelor. Hierarch. Tertia Hierarch. Angelorum eſt ſecundæ ſubordinata Trinitas, quæ neſcit ordinem diuinæ prouidentiæ in cauſis particularibus, & rebus in ipſo cœlo conſtitutis, & continet tres ordines, vt aliæ .ſ. Principatus, Archangelos, & Angelos.

Principatus ſunt ſupremi in hac Hierarch. infima, qui quidem commune, & vniuerſale Bonum, tùm Regnorum omnium, tùm Ciuitatum, & gentium inſpiciunt, & ſeruant, & Principibus præcipuè aſſiſtunt, ne contra ius aliquid dominantes efficiant: ſed vniuerſale Regimen ad Dei ſimilitudinem dirigant, teſte Dion.

Archangeli ſunt medij in hac tertia Hierarchia, qui quidem sũmi Nũtij nuncupantur, & opera minus cõmunia exercent; habent munus promouendi homines ad fidem, & eos in eadẽ firmare, quæ eſt circa Chriſtum Dominum, & eius facta habent poteſtatem expellẽdi Dæmones, ex Greg. ac deniq; ex Diony. poſſunt prophetias reuerale: dicuntur sũmi Nuntij, eo quia mittuntur ad nos ad maxima enunctianda, vt fuit myſterium Incarnationis per Gab. opera Char. per Raph. victoriam contra Diab. per Michaelem.

Angeli ſunt infimi, infimę Hierarchię, hominibus cæteris propinquiores, eo qa proprium Bonum cuiuſcunq; curant hominis, nam homines ad diuinam cognitionem manuducunt, ac eoſdem inſtruunt,

ſtruunt, vt iuſtè viuant, &c.

Hæc eſt ſeries Angelorum omnium, qui & Deo aſſiſtunt, & eidem adminiſtrant, hæc eſt multiplicitas huius diuinæ naturæ, ordine diſtincta mirifico, ter triplicato diſpoſita, circa Deum; hæc ſunt eorum proprietates, tùm communes, tùm proprias; ſed inquiramus parum: An ſint numero finito, & determinato, quo ad noſtram cognitionem.

An Angeli nũero certo, & determinato reſſciant.

Hic eſt locus inquirendi, quaſi obiter, an Angeli, quo ad noſtrã cognitionem, ſint numero finiti, vel, an viator poſſit comprehendere pro ſtatu iſto Angelorum diſcretam quantitatem. Quidam dicunt, quod non, & hæc poteſt eſſe ratio, quoniam hæc cognitio nihil prodeſt pro ſtatu iſto homini viatori, ideò ſolum Deo, & Beatis hæc reſeruatur cognitio, vnde quando & nos erimus comprehenſores in Patria, quod nobis diuina concedat Maieſtas, hæc cognitio facilè patebit, nam ſicuti nũc per ſpeculum in ænigmate, Deum ipſum cognoſcimus, tunc verò facie ad faciem, ita in propoſito, &c.

E contrario alij tenent, quod vtique poſſumus etiam in via hanc adipiſci notitiam, quoniam ex parte obiecti, & ex parte potentiæ, nulla eſt repugnantia, cum numerus Angelorum non ſit infinitus, quoniam nullum Infinitum eſt præter Deũ, dicunt igitur abſq; vlla tergiuerſatione, qđ nouẽ ſunt ordines Angelorũ, quilibet ordo habet ſuas legiones, quarũ vnaqueq; continet 6666. vnitates, ſiue Angelos tot autem in ſingulis ordinibus ſunt legiones, quot in legione ſunt vnitates, ſiue Angeli, adeò quod erunt omnes numero 399920004.

Sed quomodocunq; res ſe habeat nobis hæc cognitio, cum haud ſit ſimpliciter neceſſaria, omittatur, & ad alia neceſſariora, & ſcitu digniora accedamus.

Præcipua in Angelica natura conſideranda.

Conſiderantur præterea in Angelis alia multa, præter eſſentiam, & multiplicem eorum diſcretionem à Theologis .ſ. quando initiũ habuerit à primo conditore natura hæc mirifica, vbi creata fuerit, quomodo differat ſpecie ab anima rationali; An ſit compoſitio in ea, vtrum habeant propriam menſuram, qua menſurentur, quoniam .ſ. ad eſſe in natura, hoc eſt, quo ad durationem. Vtrum occupent locum. Quomodo moueantur. Quomodo cognoſcant diuinam eſſentiam, & cętera, & quis ſit modus cognitiones in ipſis. Quomodo ad inuicem agant, & inter ſemetipſos colloquantur, & quomodo homines cuſtodiant, cum ſint ad eorum curam habendam à Deo deputati. Quomodo mittãtur ad varia officia adimplenda, &c. multa ſcitu digniſſima, & neceſſaria, quę nos ordine reſoluto, ſed clarè hic pertractare intendimus, ſecundum noſtratium Theologorum Doctrinam.

Quando creati fuere Angeli.

QVando creata fuerit hæc nobiliſſima creatura à Deo, non omnes Theologi conueniunt, ſed varij, varia cenſere. Magiſter (vt incipiam à compilatore ſacræ Theologiæ) tenet, qđ dignitate naturę, ante omnia reuera creata ſit, & producta, non equidem tempore, & ratio illius eſt, quia in Eccleſiaſtico legitur, quod primo omnium creata eſt ſapientia, quod intelligi debet de Angelica natura, hoc cõfirmari poteſt per multas ſententias in eodem lib. conſcriptas. Ecce: *Nondum erant abiſſi, & c. adhuc terram non fecerat, ante omnes colles ego parturiebar,* &c. huic ſententiæ adſtipulatur D. Thomas Angelicus, cui multa fides ſemper in omnibus eſt adhibenda, ſed præcipuè in hoc, quia in rebus Theologicis poteſt iure dici Angelorum diſcipulus.

2. ſēt. diſt. 3

Lib. 1. Prouerb 8

2. ſēt. diſt. 2

Et ſi quis diceret, quod intelligitur de Dei filio, qui dicitur ſapientia Patris; Reſpondetur, quod ſic non poteſt intelligi, & ratio eſt, quia Dei filius dicitur vtiq; ſapientia Patris, ſed ſapientia æterna, & increata. Angelus autem creata ſapientia, hoc eſt initium habens, eo quia per creationem à Deo exordium habuit.

Hęc tamen natura ſecundum commu-

Dicitur cœlum empyreum non ab ardore, ſed à luce. poteſt tamen dici ardens non ardore conſumptiuo, ſed perfectiuo. & myſtico.

nem Theologorum mẽtem dicitur ſimul duratione eſſe creata .i. cum cœlo empyreo, quod ſic nuncupatur non ab ardore, vt quidam putant, ſed a luce, licet poſſit dici ardens non ardore conſumptiuo, ſed perfectiuo, cum tempore, & cum materia rudi, & confuſa quatuor elemẽtorum, non autem dignitate, vt ſupra diximus, quia ea omnia, vt dignior, iure præceſſit. Fuere quidam tamen inſignes doctrinæ viri, & ſanctitate perinde celebres .ſ. Gregorius Naziãzenus, & Damaſcenus, qui ſecurè proterre non dubitarunt, Angelicam naturam, ante cœli conſtitutionem fuiſſe creatam, quorum ſententiam minimè approbarunt cæteri eorum poſteriores.

Vbi creata fuit natura Angelica.

SEd vbinam creata eſt hæc præclara natura Angelorum? reſpondent ferè omnes Theologi, rationibus, & ſolidiſſimis fundamentis fulti, quod in cœlo Empyreo, ex quo ceciderunt mali Angeli maledicti Luciferi ſequaces, quia habent

Vbi creata natura Angelica. Luc. 10.

teſtimonium Chriſti Domini apud Lucam, vbi expreſsè dicitur, *Videbam Sath. tanquam fulgur, de cælo cadentem.* Hoc non poteſt intelligi, niſi de Empyreo, vnde

Gen. 1.

quando dicitur Gen. *In principio creauit cælum,* hoc eſt Empyreum, quod poſtea factum, Angelis repletum eſt, ex teſtimonio Sanctorum, & præcipuè Bedæ venerabilis, qui expreſsè dicit. *Hoc ſuperius cælum, quod volubilitate mundi ſecretum eſt, mox, vt creatum eſt, ſanctis Angelis impletum eſt, dicit.* Sanctis Angelis, & omnes tamẽ, nequaquam ſancti fuere, quinimò praui quidam, vt Lucifer, & ſui ſequaces, qui quidem ſancti erant omnes in puritate naturæ creati, ſed praui poſt caſum iure meritò effecti ſunt; ſed ſi in cęlo ſupremo creati ſunt .ſ. in Empyreo, cur dixit Lucifer, *in cælum conſcendam,* &c. Reſpondetur ſecundum Magiſtrum, quod ibi cœlum pro celſitudine Dei, cuius æqualitatem appetebat, ſumitur.

Beda ſent.

Dub.

Iſaia 14.

An Angelus, & anima differant ſpecie.

An Angelus, & anima diff. ſpecie.

SOlent communiter aſſignari rationes quatuor, quibus probatur Angelus, & anima, eſſe ſpecie differentes. Vnde in Compendio, ſic ordine diſponuntur, prima eſt, quæ attenditur penes eſſe naturale, & eſt, quod Angelus, & anima differunt, eo quia anima eſt vnibilis corpori, Angelus autem nequaquam: ſecunda eſt, quę attenditur penes eſſe logicum, hoc eſt diffinitionem, quia Anima dicitur rationalis, & Angelus intellectualis, nam Anima apprehendit per inquiſitionem, & collationem, Angelus per ſimplicem intuitionem: tertia attenditur penes eſſe Metaphyſicum, hoc eſt à materia ſeiunctum, & perinde à motu, quia Angelus nõ habet paſſibilitatem, niſi reſpectu ſuperiorum, anima autem reſpectu inferiorum, quia immutatur à ſenſibilibus: quarta, & vltima, quæ attenditur penes eſſe Theologicum, & eſt, quia anima eſt vertibilis à bono in malum, & à malo in bonum, Angelus autem minimè, quia manet in eo, ad quod ſe conuertit, vt patet de Lucifero, & alijs Angelis malis, ſiue illud ſit bonum, ſiue malum; hæ rationes eliciuntur ex doctrina Alexandri Alenſis, Doctoris irrefragabilis. Prima ratio iſtius differentiæ, quæ etiam affertur à D. Bonauentura Doctore Seraphico, ſolet ſic impugnari à quibuſdam, ex Auicenna habemus, quod materia nõ poteſt eſſe cauſa diſtinguẽdi formam, quoniam materia, ſecundum ſe eſt in potentia, igitur in eo nulla eſt diuerſitas, vel diſtinctiua cauſa eius, quod eſt in actu. Vnde in confirmationem poteſt adduci ratio Auerrois dicentis, quod membra cerui non differunt à mem. leonis, niſi q a Anima differt ab anima.

4 diff. Ang. & animę ex Compen. Theol.

2. p. ſumm. q. 10. Met. 1.

2. Metaph.

2. de anima.

Secunda ratio, pariter poſſet non iniuria impugnari, quia licet anima ꝓ ſtatu iſto dicatur rationalis, pro ſtatu venturo tamen, non dicetur rationalis, loquendo de anima Beata, quæ in patria, & ip-

Impugnationes ſecũ. & ſeq.

& ipſa eſt reuera intellectualis; Vnde rationalitas, & intellectualitas rationem diſtinctionis præſeferre non valent,& eo magis, quia nō eſt diſtinctio inter ipſam, Animam,& Angelum, quę importat differentiam temporis. Nec oportet dicere etiam, quod ratio iſtius diſtinctionis ſit maior, vel minor gradus intelligendi in Anima, & in Angelo, prout D. Thom. aſſeruit, quia Anima Beata, in obiecto beatifico, non diſcurrit circa illud, vnde poteſt dici, & intellectualis ſicut Angelus, licet diſcurrat circa obiectum naturaliter cognitum, quoniam hoc aſſerere eſſet dicere, quod in homine ſunt duæ animæ cognoſcentes obiectum.

Tertia ratio eſt forſitan vera, ſi ſit cōparatio inter Animam, & Angelum pro ſtatu iſto .ſ. in via, non autem pro ſtatu futuro, hoc eſt, in Patria, quoniam ibi erunt,& ſunt Animæ Beatę, & Angeli eodē modo impaſſibiles, & paſſibiles reſpectu ſuperiorum.

Quarta ratio, non eſt pari modo omninò vera, quoniam licet Angelus perſiſtat in illud, ad quod ſe conuertit, hoc ſit ex ſua natura, quę ſic efficaciter vult illud, quod eligit Bonum, ſi Bonum eligit, in quo poſtea, ex gratia Dei cōfirmatur malum, ſi malum eligit, in quo ex ſua obſtinatione perſiſtit, tamen vt natura liber, poteſt illud nolle, vt vidimus ſupra, licet poſtea, Deo permittente, ſemper malum velit.

Scot. 2. diſt. 3. q. 6. Ratio altera iſtius diſtinctionis, affertur à Scoto, ſubtilium Principe, quæ talis eſt, quod Angelus, & anima non differunt ſpecie propter aliquem actum ſecundum, ſed propter actum primum, in quantum .ſ. Angelus eſt talis naturæ, vel eſſentiæ, & anima eſt talis naturæ, diſtincta diſtinctione, quæ eſt per proprias eorum eſſentias.

Et ſubdit, quod, nō propter hoc, quod differant ſpecie, oportet eorum intellectus differre ſpecie, quod facit ad confirmationem eorum, quæ diximus paulò ſupra, reprobando rationes Doct. alias SS. Thomæ,& Bonauenturę, poſſunt.n. continentia (dicit ſubtiliſs. Doctor) differre ſpecie,& contenta nequaquam, ſicut poteſt exēplificari de homine, & equo, quæ animalia differunt proculdubio ſpecie, & tamen virtus viſiua in eis fortaſſe non differunt ſpecie, ſic de aquila, & boue, ac de cæteris animalibus perfectis dici poteſt; vel melius homo, & lapis differunt ſpecie, ſed vnitas in eis nequaquam; vel demum cignus,& nix, differunt quidem, ſecundum ſpeciem, & tamen ſecundum albedinis ſpeciem cōueniunt, & ſimilia.

Sed quomodo ſi differunt ſpecie hoc modo, dicuntur, à D. Auguſt. & anima, & Angelus rationales,& hac ratione natura pares? Reſpondet D. Bonauentura, quod dicūtur natura pares, ratione obiecti Beatifici, quia vt intellectuales, non poſſunt quietari niſi in obiecto infinito, & parificantur non ſolum ratione obiecti, ſed etiam ratione finis, quia ad eandem ordinantur beatitudinem, licet eſſentiæ eorum modo ſuperiori differant, hæc quo ad differentiam ſpecificam Angelorum, & animæ, videamus an in Angelis aliqua reperiatur compoſitio. Lib. libero arbit. l. 3.

An in Angelis aliqua compoſitio ſit.

Quom. in Angelis eſt compoſitio. 6. de Trinit. ANgelos eſſe compoſitione aliqua compoſitos, omnes Theologi pro confeſſo habent; etenim D. Auguſt. p ofundiſs. doctrinæ Pater, apertè nullam creaturam eſſe omninò ſimplicem dixit, igitur nec Angeli, omninò ſimplices cenſendi ſunt, ſed quanam compoſitione compoſiti dicantur, videamus, adducta prius in medio diſtinctione, de multiplici compoſitionis modo, ſiue gradu, quæ à Doctoribus adduci ſolet, vt recta iſtius dubitationis habeatur ſolutio, eſt igitur multiplex cōpoſitionis gradus, quorum primus eſt, compoſitionis ex partibus quantitatiuis, ſicut componitur aliquod corpus mixtum, vtpotè homo, ex partibus heterogeneis. Secundus eſt partium eſſentialium, ſicuti componitur quælibet 4. gradus cō poſit. in rebꝰ multip.

ſpecies in prędicto ex ſuis principijs diffinitiuis, vt homo componitur ex genere .ſ. Animali, & differentia hoc eſt, rationali. Tertius eſt gradus compoſitionis ex materia, & forma. Quartus ex eſſentia, & ſuppoſito, vel melius, ex eſſentia, & eſſe. Quintus ex ſubſtantia, & accidente, ſicuti ex homine fit hoc totum .ſ. homo albus.

Pri. gradus compoſit. Hac diſtinctione præmiſſa, ſic reſpondere dubitationi, cum Theologis pergamus. Angeli nulli dubium eſt, omninò ſunt immateriales, atq; ſimplices, & nullo inquinamēto materię labefactati, ideò indiuiſibiles in partes quantitatiuas, & impartibiles, vnde, cum compoſitio ex parte quantitatiua, & ſimplicitas opponantur, eſt omninò dicendum, Angelos hac compoſitione nequaquam compoſitos eſſe; & licet Magiſter aſſerat, quod (Mag lib. 2. diſt. 8.) hic ſunt opiniones ambiguæ, quoniam D. Auguſt. Angelos habere corpora aerea, & per conſequens dimenſibilia, & diuiſibilia eſſe dixerat, (In Gen. lib. 3. c. 4.) hoc nō ex propria ſent. aſſeruit, ſed ex Platonica; ideò concludendum eſt pro ſua parte, quod aliorum opinionem recitabat, ſed non, vt veram affirmabat. Vnde pro concluſione iſtius dubitationis, dictis Dionyſij, (De diu. nomin c 7.) Pauli Apoſt. diſcipuli acquieſcere debemus, qui fatetur omninò Angelos, non eſſe hac compoſitione cōpoſitos, eo quia non ſunt corporei, ergo nec materiales, nec diuiſibiles, &c.

Secundus gradus compoſitionis eſt ex partibus eſſentialibus .ſ. ex genere, & differentia intrinſeca, & hac compoſitione Angelos eſſe cōpoſitos negarent Philoſ. (Meth. c. 1.) Metaph. & maximè Auicennas, qui omninò negabat intelligentias, quas nos ipſi Angelos appellamus, eſſe compoſitas (2. compoſi. gradus.) ex genere, & differentia, & eius ratio erat, quia ſunt neceſſe eſſe, quod cū ſit penitus falſum, quoniā nullus præter Deum poteſt dici recta ratione neceſſe eſſe, ideò negatur ſecundum hanc rationem, nam ſecundū veritatem, ſunt re vera cōpoſiti Angeli ex genere, & differentia, ſumendo genus, & differentiam, prout ſumit Scotus noſter, ab alia, & alia realitate, & hoc ab ipſo probatur ſic; tùm quia genus alias complete diffiniret, tùm quia in diffinitione eſſet nugatio, quod poteſt aptiſſimè confirmari hoc modo, quoniam color eſt qualitas, aut igitur color eſt color in quātum qualitas, & ſic omnis qualitas eſt color, per argumentum Philoſophi, aut per aliam realitatem ſuperadditam, & habetur propoſitum ſecūdum intentionem noſtram: adiungitur in confirmationem hæc alia ratio. Illud, quo aliqua conueniunt, nō ſumitur ab eadem realitate cum illo, quo ipſa diſtinguūtur, ſed diuerſæ ſpecies conueniunt in genere, & differunt per differentias, igitur &c.

Sunt tamen, qui hanc compoſitionem (Aureolus.) negauerint, dicentes, quod natura genera, & differentia ſumitur ab eadem realitate, ſed eorum poſitio non admittitur à Doctore ſubtili, ſed prędicto modo confirmat ſuam opinionem, quam nūc ſequi circa hoc intendimus; cæteris omiſſis, ad alium cōpoſitionis gradum accedamus.

Tertius gradus compoſitionis eſt ex (3. grad. cō poſi.) materia, & forma, an hac compoſitione ſint compoſiti Angeli, videntur non iniuria dubitare Theologi, nam aliqui affirmant, aliqui verò omninò negantes, oppoſitam videntur habere ſententiam, & rationes afferre pro ſua parte nō ignobiles; qui negant in primis hanc compo- (D. Tho. p. 1. ſum. qu 50. art. 2.) ſitionē in Angelis, ſunt ipſe Doctor Angelicus, & eius fidiſs. Aſſecla, & diſcipulus Aegidius de Roma. Ratio S. Doct. Prima hæc eſt, operatio rei ſequitur eius ſubſtantiam, & quoniam Angelica operatio eſt immaterialis, vtpotè intelligere, ideò & eius ſubſtantia dicitur immaterialis, & ex conſequenti dicitur Angelus eſſe ab hac compoſitione immunis. Hæc poſitio confirmatur auctoritate D. Dion. (De diu. nomin. c. 7.) ſubſtantias ſpirituales, ſicut incorporales, & immateriales omninò eſſe aſſerentis, nam ſi ſunt ſine corpore, igitur ſine materia neceſſaria quidem cōſequentia.

Alia ratio ab eodem alibi aſſertur, & eſt,

eſt, quod ſicut anima rationalis non habet materiam, ita nec Angelus; at multò minus anima eſt immaterialis, quoniam ſi materiam haberet, ſequeretur cum ipſa ſit forma corporis, quod materia informaret materiam, quod eſt nullo modo dicendum; Itidem in confirmationem adiungitur, quod cum Spiritus ſanctus recipiatur in anima, recipitur per modũ recipiẽtis, tãquam immateriale. ſ. in immateriali, igitur &c.

Aegid. de Angelis.

Aegidius hanc eandem opinionem pro viribus tenens, alias fert rationes, ſicuti, quod materia eſt illud, per quod res poteſt eſſe, & non eſſe, ſtante quod ſit in potentia contradictionis, quod ſit principium corruptionis. Vnde ſi in Angelis reperiretur, ſequeretur, quod in eis caderet corruptio, quod apparet falſum, & abſurdum. Materia vnius eſt determinatè illius, & non alterius, ſed eſt determinata per quantitatem, igitur ſi eſſet in Angelis vnuſquiſq; eſſet quantus, quod eſt, ſecundum ſuæ doctrinæ poſitionem, falſum.

Iſtas rationes tenentes oppoſitum facillimè (vt ipſi putant) ſolnunt, ſed modo noſtra non intereſt, cum potius, hanc quam aliam opinionem ſequamur. Vnde in confirmationẽ iſtius veritatis, nunc placet nobis rationem quãdam efficaciſſimam Gul. Varronis afferre, & eſt talis.

Ratio Gul. Varr. Mag. Scoti.

Nulla forma materialis eſt ſuper ſe ipſam reflexiua, at Angeli, & animæ ſunt formæ ſuper ſe reflexiuæ, quoniã intelligũt ſe intelligere, ergo, &c. Itidẽ pôt pro hac confirmatione dici, quod impoſſibile eſt vnam formam dare vni materiæ, & quod illud compoſitum ſit incorruptibile, cum igitur Angelus ſit incorruptibilis, materia ei conuenire minimè poterit.

2. ſent. diſt. 3. q. 2. art. 1.

Opinio oppoſit. tenens eſt Ricardi de Media Villa, & multorum, & probat ſic, propria paſſio alienius non poteſt reperiri ſine ſuo ſubiecto, ſed pati eſt proprium materiæ, igitur non reperitur propriè realis paſſio in aliquo, ſine materia, ſed Angeli, & animæ noſtræ patiuntur ſecundum veritatem fidei noſtræ, paſſione reali, igitur, &c. cuius põderis iſta ratio ſit, vnicuiq; contemplanti remittitur. Adiungitur hæc alia ratio roborando primam.

Nihil eſt per ſe in genere ſnbſtantiæ, niſi compoſitum ex materia, & forma, ſecundum Boetium, ſed Angeli, & animæ ſunt in genere ſubſtantiæ, ergo &c.

Hæc maior eſt falſa, niſi intelligatur de materia Metaph.

Sed quis poteſt negare Angelos eſſe in genere ſubſtantiæ, cum ſubſtãtia ſcindatur ab Ariſt. in corpoream, & incorpoream, incorporea autem non poſſit dici niſi Angelus, ſiue intelligentia, ſiue vſia *vsía*? igitur ſi eſt incorp. eſt ſine materia, igitur incompoſita ex materia, & forma. Alibi dicit Philoſophus, qnod ideò intelligentiæ non corrumpuntur, eo quia carent materia.

Argumenta retorta.

Concluſio.

Concludamus igitur primam eſſe tutiorem, & magis conſonam veritati, & de hac ſatis.

4. gradus compoſit.

Quartus compoſitionis gradus eſt ex eſſentia, & ſuppoſito, ſiue ex eſſentia, & eſſe, & hac compoſitione eſſe Angelos compoſitos aſſerere non dubitarunt Scotiſtæ, nam Theologi cæteri, ſicuti diuerſimodè loquuntur de eſſe, & eſſentia, ita etiam de compoſitione ſentiunt, ſed nos modo gratia breuitatis, eorundem rationes ad inuicem altercãtes omittimus, & breuiter, ac ſuccinctè Angelos compoſitos eſſe hoc genere compoſitionis aſſerimus, ſed non eſt tamen intelligendum, quod huiuſcemodi compoſitio ſit tanquam ex duobus realiter diſtinctis, ſicuti diſtinguuntur accidens, & ſubiectum, vt tenebant D. Thomas, & ſequaces; Nec eſt intelligendum, quod hęc eadem compoſitio ſit tãquam ex duobus ſola ratione præciſè diſtinctis, ſicut differunt currere, & curſus, vel ſicut fluxus, & fluere, vti ponebat D. Bonauentura, ſed eſt intelligendum, quod talis compoſitio, ſit tanquam ex duobus intentionaliter, ſiue formaliter diſtinctis, vel melius modaliter, & ex natura rei, prout aſſerit Scotus, & Aſſeclæ: omiſſa igitur ingenti copia

Circa hoc Scoti opinio probat.

rationum, quas afferunt iſti altercando, concludimus Angelos hac compoſitione reuera compoſitos eſſe.

Quintus compoſitionis gradus. Quintus, & poſtremus gradus compoſitionis eſt ex ſubſtantia, & accidente, inquirentes, an hæc compoſitio competat Angelis, illicò reſpondent, quod ſi loquimur de accidente corporali, haud dubitandum eſt, nam ſicut Angeli non ſunt corporei, ita nec accidentia corporalia habent, cum talia requirant quantitatiuam extenſionem, quæ nimirum in Angelis minimè reperitur; ſed dubitatio poteſt eſſe de accidente ſpirituali, ſi. ſ. in Angelo ſpiritualiū accidētium ſit aliqua compoſitio. Ariſtoteles videtur eſſe iſtius opinionis. ſ. quod in Angelo, ſiue in intelligentia, vel vſia, eſt idem intellectus, & intellectio eſſentialiter, quo ſtante, nulli dubium eſt, quod in Ang. non eſſet hæc compoſitio; ſed contrarium nititur probare ſubtiliſs. Scotus, vt Theologus acutiſs. & ingenio planè diuino. Quæro (ait) an intellectus angelicus ex ſe, & per ſuam propriam eſſentiam cognoſcat omne intelligibile. An diſtinctis cognitionibus? ſi ſic habetur propoſitum, quoniam cognitiones diſtinctæ in eo ſunt accidentia; ſi ex ſua eſſentia propria, ergo multa ſequūtur abſurda, patet, quoniam in ſua eſſentia haberet potentiam infinitam, quoniam dè omnibus obiectis intelligibilibus, quæ ſunt infinita, eadem haberet natura cognoſcere cœlum eſſe alicuius perfectionis, & cognoſcere hominem eſſe alterius perfectionis, &c.

In Met. & alibi.

Scotus lib. 2. diſt. 8. q. 11.

Vltra, ſequeretur hoc aliud inconueniens. ſ. quod ex iſta potentia infinita exiſtente in intellectu Angelico, poterit produci verbum ſubſiſtens, non accidentale, ſicut D. Pater in diuinis producit Filium, itidem poſſet quis argumentari de voluntate, & volitionibus, &c.

Vnde melius eſt dicere, ne hæc inconuenientia ſequantur, quod in Angelo eſt huiuſmodi compoſitio. ſ. ex ſubſtantia, & ipſo accidente, cum Doctore noſtro, & ſuis Aſſeclis, intelligendo de accidente ſpirituali, quoniam de corporali non eſt omninò cur dubitetur; ſed quomodo, cū penitus cōcludatur Angelus, & ſubſtantia, & operatio ſpiritualis, poteſt, vt talis, facere opus corporale, vt eſt cœlum mouere, & huiuſmodi? poſſumus, & rectè reſpondere, cum D. Dionyſio, quod ea, quæ ſunt in inferioribus diſperſa, permanent in ſuperioribus coniuncta. Vnde ea, quę nos oculis videmus, & mente concipimus; alia, & alia ſunt, ſed Angeli, & quod nos oculis videmus, & quod mente concipimus, ſolo intellectu ſimul apprehendunt. Vnde in propoſito, ipſi ſola voluntate cum executiua potentia illud operantur, quod nos varijs organis, & inſtrumentis perficimus, & ita cœlum mouere, & alia exercere opera corporalia poſſunt, quod minimè repugnare videtur, cum etiam anima ipſa, quæ eſt ſubſtantia incorporea, moueat corpus per Platonicos, vt ſuo loco videbimus, quod non eſt dicendum euenire ratione vehiculi; ſed de hoc ſatis.

Quomodo valeant Angeli facere opera corporalia.

An ſub vna ſpecie Angelica ſint plures Angeli ſolo numero differentes.

VAriæ circa hanc inquiſitionē Theologorum circunferūtur opiniones.

Varro Scoti præceptor tenet, quod omnes Angeli ſint eiuſdem ſpeciei, vt recitat Scotellus, hac pręcipua ratione motus, quia ruina Angelica, eſt reparanda per homines, & cum ipſi ſint eiuſdē ſpeciei, igitur & Angeli, ſed hæc ratio, vti futilis non acceptatur.

Lib 3. de lib. arbit. 2. ſent.

Contraria huic eſt ſententia D. Thomæ, aſſerentis vnumquemq; Angelum propriam conſtituere ſpeciem, & eſt eiuſdem potiſſima ratio, quia multiplicatio indiuiduorum ſub eadem ſpecie fit per materiam, ſed in Angelis non eſt materia; quare &c.

P. 1. ſummę q. 50. art. 4. 5. Met. tex. 12.

Eandem opinionem tenet Aegidius eiuſdem diſcipulus, ſed ipſam aliter probat. ſ. quod hæc multiplicatio fiat per quantitatē, at quia in Angelis non reperitur quantitas; quare &c.

Cor-

4. de Trinit. Corroborantur iſte ſummorum virorum ſententiæ, auctoritate Ricardi de ſancto Victore, dicentis, quod ſicut poſitis extremis, oportet ponere medium neceſſariò, ita in hac re exemplo manifeſtatur ab eo hęc ſua poſitio, reperiuntur plures perſonæ in vna natura, ſicuti in Trinitate; plures naturæ in vna perſona, vel ſuppoſito, ſicuti in homine; igitur eſt dare mediū, in quo eſt vna perſona in vna natura, & hoc eſt Angelus.

2. ſent. diſt. 3. q. 7. Vtraq; ſententia reprobatur à Scoto, & ab Aſſeclis, & rationes reprobationis ſunt multæ, quas hic referre non eſt ad præſens noſtra intentio, ne metam epitomæ tranſeamus: ſolum dicamus ad autes ipſorum pro abſoluta concluſione, quod quæſtio poteſt eſſe, vel de poſſibili, vel de facto, ſi primo modo, non videtur quomodo non poſſit teneri, quod ſub eadem ſpecie ſtent plures Angeli, cum nulla fiat implicatio contradictionis, nec ex parte cauſæ, cum potentia exiſtat infinita, nec ex parte effectus, cum nulla quidditas ſit ſua ſingularitas, &c. cum igitur ex his non appareat repugnantia, ita nec falſitas.

Si autem quæſtio ſit de facto, diſtinguitur, quia aut quærit ſententiam affirmatiuam, aut probabilem, ſi primo modo, reuera ignoratur, cum non poſſit demonſtrari, vt optimo iure etiam fatetur Magiſter ſent. ſi verò quærit ſententiam probabilem, dici poteſt, quaſi mediando, quod vtiq; poſſunt eſſe plures Angeli ſub eadem ſpecie, tùm quia omnis quidditas, quantum eſt de ſe, eſt communicabilis, dūmodo non ſit repugnantia ex parte cauſæ, & effectus, &c. tum quia animę humanæ diſtinguuntur diſtinctione numerali, alioquin ſequeretur, error maledicti Auerrois, tenentis vnicam animam ineſſe vniuerſæ humanę ſpeciei, cum non ſit igitur maior ratio de his, quam de Angelis, ſequitur propoſitum.

Magiſter 3. ſent. in hac diſtin. circa medium.

Nec obſtat dicere, quod nō currit hæc ſimilitudo, eo quia animæ habent inclinationem ad corpus informandum, & per hoc diſtinguuntur, & eſt ratio potiſſima, quia inclinatio non eſt entitas abſoluta, ſed relatiua, igitur non eſt ratio eſſendi hanc animam, ſed ſupponit eam, ſicut abſolutum pręſupponitur relationi; quare &c. & hæc reſolutè ſint dicta circa hanc inquiſitionem.

An Angeli habeāt propriam menſuram, qua quidem menſurentur quantum ad eſſe.

Circa menſuram Angelorum, modò ſit ſermo noſter, quam ſecundum omnium ferè Theologorum placita, eſſe æuum affirmamus, nam ſicuti dicimus, tempus eſſe corporis, & corporaliū menſuram, ita æuum ſpiritus, & ſpiritualium, quoniam ſecundum modum naturæ rei menſurabilis, debet accipi eiuſdem menſura. — Quomodo Angeli meſurantur.

Videamus parumper, qui ſit naturæ Angelicæ gradus primò inter ſpiritualia, & cætera, & quid ſit æuum ſecundo, vt melius menſura aptetur menſurato. Nulli dubium eſt, quod natura Angelica eſt medium quoddam inter Deum creatorem, & creaturas, hoc eſt, quo ad naturæ perfectionem, quoniam in natura vniuerſali dicitur Angelus perfectior, quam nos homines, & cæteræ creaturæ; quamuis tam Angelus, quam homo, æquè ad eundem finem ſint à creatore diſpoſiti .ſ. ad beatitudinem, aſſertore D. Auguſt.

Aeuum autem videtur variè à varijs, ex diuerſis diffiniri; Thomiſtæ, æui hanc proferunt diffinitionem: *Aeuum eſt vnitas immutabilis vitæ, mutabilitati coniuncta:* dicitur etiam ab alijs; *Participatio æternitatis in re nō variabili ſecundum eſſentiam, variabili ſecundum actionem*, ſed, męo iudicio, iſtæ diffinitiones in aliquibus poſſunt dici defectuoſæ, quoniam nō plenè intrinſecam naturam æui patefaciunt. Vnde cum Magiſtro Richardo de media villa, aptius ſic diffiniri poteſt. *Aeuum eſt menſura eſſe creati, vniformiter ſe habentis, ad rationem relata, quo mediante eſſe, cuius* — Card Gaiet. p. 1. D. Tho. q. 10. — Diff æui thomiſtarū. — Aeui diff. Rich. in 2. diſt 2. art. 1.

eſt paſſio, poteſt intellectus menſurare omnem exiſtentiam creatam vniformiter ſe habentem, hęc diffinitio qui totam naturam eius aptiſſimè declarare videtur.

Dicitur æuum, medium inter æternitatem, & tempus, nam aliqui, quos redarguit D. Thomas Angelicus, dicunt, quod *Aeternitas eſt mēſura permanētis, ſemper huiuſmodi, ſecundum prius, & poſterius,* æuum eſt menſura permanētis ſecundum poſterius, non ſecundum prius, *tempus menſura motus ſecundum prius, & poſterius.* Vel æternitas ſecūdum alios principium, & finem non habet. æuum habet principium, ſed non finem, tempus habet principium, & finem. Vel tertio æternitas non habet prius, & poſterius, æuum habet prius, & poſterius ſine innouatione, *& inueteratione.* Tēpus habet prius, & poſterius, cū innouatione, & *inueteratione.* Vnde ſic quoquomodo determinādo æuum, in medio ſemper ſiſtit, tanquam naturam extremorum participans, vnde ob hoc etiam dicitur aliquando æternitas; vt talis igitur media menſura, mediam naturam dicitur menſurare, & hæc eſt natura Angelica, vt iam oſtenſum eſt, in medio exiſtens gradu .ſ. æternitatem ſequens, & tempus præcedens. Vnde canit Boetius Seuerinus: *qui tempus ab æuo, ire iubes, &c.*

Differ. inter æter æuum, & tempus.

3. de cōſol. Met. 10.

Quomodo Angeli ſunt in loco.

Quom Angeli occupēt locum.

SEd videndum eſt, quomodo dicuntur locum occupare, vt ordinem promiſſum ſeruemus, præmiſſa diſtinctione igitur præclara, aſſumptum proſequamur negotium. Omnes Theologi in hoc vno conueniunt, circa locationem rerum locabilium .ſ. quod aliquod locabile, præſentialiter poteſt eſſe in loco, ſiue locum occupare, aliquod diffinitiuè, & aliquod circumſcriptiuè; Vnde illud dicitur eſſe in loco circumſcriptiuè, vt ab hoc poſtremo incipiam, quando illud, ita ſe habet ad locum, quod vltima pars ipſius locati, & extrema ipſius loci, ſunt ſimul, vel ſunt contigua, & hoc modo omnia materialia, ſiue corporalia, ſiue omnē corpus naturale materiale, dicitur eſſe in loco. Illud verò dicitur eſſe diffinitiuè in loco, quod .ſ. in vno eſt loco, & non in alio eſt, ſed in vno dumtaxat ſiſtit in vno inſtanti, & non in pluribus locis, ſine ipſius loci circumſcriptione; & ita Angelus dicitur eſſe in loco hoc modo, & confirmatur hæc veritas auctoritate Damaſceni dicētis; *Quando Angeli mittuntur ad nos, non ſunt in cælis, & quando ſunt in cælo, non mittuntur ad nos, &c.* Illud tertiò dicitur eſſe in loco præſentialiter, quod eſt per eſſentiam, præſentiam, & potentiam, in omnibus locis, & iſte eſt ſolus Deus Benedictus, qui eſt hoc modo in omnibus locis, necnon in omnibus rebus.

D Th. p. 1. q. 52. ar. 1. & 2. Scot. 1 ſent. diſt. 2. q. 5.

Io. Damaſc. de Ang. lib. 11. c. 3.

Vnde circa hoc notandum eſt, quod illud, quod quidem eſt in loco circumſcriptiuè, eſt etiam diffinitiuè, etenim valet conſequentia, eſt in loco circumſcriptiuè, igitur diffinitiuè, è conuerſo nequaquā; valet ēt conſequentia, eſt in loco circumſcriptiuè, & diffinitiuè, igitur præſentialiter, non autem è contra, de præſentialitate modò declarata.

Angelus, igitur hoc ſecūdo modò dicitur eſſe in loco, ſecundum omnium Theologorum conſenſum, omiſſis innumeris quæſitis .ſ. an ſit in loco magno, vel paruo, in loco punctuali, &c. quæ ad noſtram primam intentionem nihil facere liquet. Propoſitum ſequamur.

Quomodo Angeli moueantur de loco ad locum.

SEquamur videre, quomodo moueantur Angeli de loco ad locum. Quod non moueantur non eſt omninò *negandum*; etenim dicitur Angelus ex officio, *quia* interpretatur *Miſſus,* ſed quomodo mittitur à Deo Benedicto, cuius eſt nuntius, ſi non mouetur? at quomodo mouetur, ſi motus eſt quantus, & eſt actus entis imperfecti? & Angelus nō eſt quātus, nec imperfectionem habens? Reſoluitur, quod reuera mouetur, & auctoritatibus

Obiectio.

tibus comprobatur ſolidiſſimis. Et primò eſt Magiſtri expreſſa ſententia, quod dubio procul moueantur, quoniam ſunt ſpiritus creati in loco, & de loco ad locum tranſeunt. Eſaias ante ipſum dixerat, qđ vtique Angelus mouetur, nam affirmat, quod *ad eum vnus de Seraphim euolauit.*

1. ſent. diſt. 37.

6. cap.

Præterea, quid importat illud: *Miſſus eſt Angelus Gabriel?* & illud Tobiæ: *Et miſſus eſt Angelus Domini ſanctus Raphael?* &c. Hæc opinio eſt quorundam, quos ſequitur Durandus, qui non aſſertiuè hoc fatetur, ſed diſputat, ſecũdum eorum ſenſum, cui aſſentit Caietanus, qui iactat hanc eſſe opinionem D. Thomæ, & eſt eorum ratio, quia putant motum localem non competere ſubſtantijs ſeparatis, & ſi fortè fortuna apparet Angelos per actus ſuos moueri ad diuerſa loca, hoc eſt per operationem, non autem per eſſentiam; vel per contactum virtualem, & non per eſſentialem, ſeu præſentialem; ſed conſpicuè allucinantur, vt ſubtiliter ſuo more probat Scotus noſter, qui perperam reprehenditur à Caietano, ſicut ſæpiſſimè in multis ei contingit.

Luc. 1.

Cap. 3.

In 1. diſt. 37. p. 1. quæſt. 51. art. 1.

Scotus ſubtilium Princeps hoc ratione præclara demonſtrat, p̃miſſa hac prius diſtinctione .ſ. quod perfectio quædã eſt ſubſtantialis, & ad hanc Angelus nequaquam mouetur. Alia eſt accidẽtalis, qua Angelus caret, & ad eam mouetur, vt eſt de vbi ad vbi, ſiue de loco ad locũ. Cum Angelus non ſit immenſus, vti eſt Deus, ſed finitus, & limitatus, & cum poſſit eſſe modo in vno loco, modo in alio ſine vlla repugnantia, & ſine vlla alteratione ſubſtantiali, qua igitur ratione ab eo poteſt auferri motus? mouetur igitur Angelus, & licet (vt ſubiungit idem Doct. ſubtilis) dimenſio permanens, vt eſt longitudo, latitudo, & profundum, non recipiatur in non quanto, vt in Angelo, quantitas tamen ſucceſſiua, vt eſt motus, poteſt recipi in non quanto; concluditur igitur, ꝙ Angelus vtiq; mouetur de loco ad locũ, quod ſatis clarum apparet ex ſcripturis hoc idem atteſtantibus pluribus in locis, tùm vet. tùm noui teſtamenti, vt patet de miſſionibus, de quibus ſupra claram fecimus mentionem.

Concluſio.

Sed quanam motus ſpecie mouetur, cum plures motuum ſpecies enumerẽtur à Philoſophis, necnon à Theologis noſtratibus? nam motus fit hęc diuiſio: motus alius eſt diſcretus, alius cõtinuus, itidem alius eſt inſtantaneus, alius ſucceſſiuus, itidem alius de extremo ad extremũ ſine medio, alius per medium, & de quolibet iſtorum oritur dubitatio.

Scot 2. ſent. diſt. 2. q. 3. art 4.

Saltem in imaginatione.

Sed facillimè hæ abſoluuntur dubitationes à Scotiſtis, & primò, an moueatur motu continuo, vel diſcontinuo, dicunt, quod vtroq; modo moueri poteſt, etenim moueri poteſt motu continuo, dimittẽdo partem poſt partem, & applicãdo ſe parti poſt partem. Poteſt itidẽ moueri motu diſcontinuo, ſiue diſcreto, dimittendo ſimul totum locum priorem, & faciendo ſe ipſum totum in locum ſequentem, &c.

Quom. Angelus poteſt moueri.

Poteſt etiam Angelus (affirmant Scotus noſter, & ſequaces) moueri in inſtãti, contra oppoſitum tenentes, & etiam in tempore, ſicuti ſibi placet, quod poteſt affirmari per locum a minori ad maius, etenim lux (aſſertore Philoſopho) in inſtãti illuminat medium, ſic Angelus, dũ vult in inſtanti mouetur, ſed refrenãs potentiam ſuam, poteſt in tempore moueri, adeò quod in ſua eſt libertate vtroq; modo mouere ſeipſum; dicant alij quicquid velint, contra quos nunc diſputare non intendimus.

Angelus poteſt moueri in inſtanti, & è contra.

Sed poteſt ne mouere ſeipſum ab extremo in extremum ſine tranſitu medij? reſpondetur, quod non poteſt ſic moueri motu continuo, non tranſeundo per medium, & eo magis, ſi medium ſit aliquid extremorum, quoniam tale medium eſt cauſa continuitatis motus, motu autem diſcontinuo poteſt moueri ab extremo ad extremum ſine tranſitu medij.

Quom. põt ab extremo ad extremũ, & quomodo non.

Non ſolum mouetur Angelus, vt iam oſtenſum eſt, his motuum ſpeciebus, de quibus actenus egimus, ſecundum quod aſſerunt, & demonſtrant Theologi, ſed

etiam mouet alia, vt cœlſi,corpus aſſumptum,&c. & non tantum potentia volitiua, vt quidam opinati ſunt, ſed etiã executiua. Vnde poſſumus concludere, Angelos ſeipſos, & cætera mouere, iam ad eorum cognitionem tranſeamus.

Quomodo Angeli intelligant, & cognoſcant.

De eorum cognit. Quom. Angeli dicũtur cognoſcere.

VT igitur nobiliſſimæ creaturæ intellectuales Angeli dubiò procul,dicuntur non modò cognoſcere, ſed maximè cognoſcere, & intelligere.

Quom Angel. cognoſcat Deum, ſeipſum, & cætera.

Et primò videamus nos, quomodo diuinam eſſentiam cognoſcant, & qualiter; ſecundò, quomodo ſeipſos,& qualiter; tertiò, quomodo cætera, & quibus cognitionis modis, ſiue intellectionis, quod idem eſt, num hæc omnia cognoſcant, & intelligant Angeli? dimiſſis tamen innumeris controuerſijs, & ingenti copia rationum, quæ ſolent à DD. circa hanc petarduam materiam adduci,& ſelectis dũtaxat his ſententijs, quæ maiorem veritatis apparentiã habeię vidẽtur.

Inquiritur primò igitur,quomodo Angelus dicatur naturam cognoſcere diuinam, ſiue melius eſſentiam diuinam? An intuitiuè, vel abſtractiuè, vel etiã diſcurſiuè? intuitiuè,cum ſibi pręſens obiectum exiſtat; abſtractiuè, cũ obiectum abſens eſt,cogitat de ipſo,& abſtrahit à præſentia, exiſtentia, & motu; diſcurſiuè, dum diſcurrit circa id, cuius notitiam habet, non perfectam, ſed aliqualem, qua mediante ad perfectiſſimam tendit, licet aliunde incipiat motus.

Ad primam inquiſitionem reſpondetur, ſecundum D.Bonau, & quorundam, quod Angelus nequit per ſuam naturam intuitiuè cognoſcere diuinam eſſentiam, & ratio potiſſima eſt, quia Beatitudo cõſiſtit in Dei cognitione intuitiua,& dilectione. Si igitur Angelus hanc haberet cognitionem per naturam, eſſet Beatus, quod eſt omninò falſum, nam Dęmones, & animæ in Purgatorio exiſtentes, &c. hanc eandem haberent gratiam Dæmones, cum in eis, teſte D. Dion. remanſerunt naturalia integra.

Concluditur igitur, quod diuina lux propter ſui eminentiam, à nulla creatura poteſt per ſuam percipi naturam, ſiue videri intuitiuè. Concluſio

Poteſt benè ex diuina clementia,& ex immiſſione ſupernaturali eiuſdẽ lucis diuinæ, ſicut .n. impoſſibile eſt oculum eleuari ad lumen Solis alio lumine,quam eiuſdem Solis, ita ad propoſitum.

Sed quomodo ſaluatur, D. Dion. expreſſa ſententia, dicentis, Angelum intellectum Deiformem habere? Reſpondetur, quod Angelus in ſe non habet intellectũ Deiformem, Deiformitate gloriæ, quam habent Beati,ſed dicuntur habere intellectum Deiformem naturaliter pro tanto,quoniam ſine adminiculo ſenſus, & phãtaſmatum, per id, quod habet in ſe actu inditum cognoſcendi, nec impeditur à clara Dei cognitione,& viſione mole corporis,vel obſcuritate velaminis, vel culpę,ſicut homo,attamen impeditur ex altitudine ipſius obiecti cognoſcibilis, hoc eſt Dei, qui *lucem inacceſsibilem inhabitat*, &c. De diuin. nomin.

Si igitur Angeli hoc modo nequaquã poſſunt diuinã perſpicere eſſentiam.ſ.intuitiuè, nec etiam abſtractiuè, ſi tamẽ nõ intelligatur, quod abſtractiuè eandẽ cognoſcũt, hoc eſt per ſpeciem innatam diſtinctè, non autem facialiter, vt quidam ex noſtratibus concludunt. Quod autem Angelus poſſit per innatam ſpeciẽ ſic cognoſcere Deum,tali modo probatur: cognitio Angelica naturalis perfectior fuit, quam cognitio naturalis Adę, ſed Adam in ſtatu innocentiæ habuit aliquã diſtinctam cognitionem de Deo, igitur & Angelus in naturalibus, ſed hoc(nos adiungamus) non potuit habere per ſuam ſimplicem naturam, vt vidimus,& cõcluſum eſt, igitur per aliquam innatam ſpeciem.

Sed quomodo intelligit ſeipſum? per ſuamet eſſentiam, an aliter? Gandauẽſis vult, quod per habitum ſcientialem, &

non

non per propriam eſſentiam nudam, in habitu hoc ſcientiali repreſentatur eſſentia ſua, ſicuti & aliorum. hæc opinio, vt erronea, reprobatur à noſtris.

Alij tenent, quod Angelus intelligit ſe per ſuam eſſentiam, ità quod intellectio Angeli ſit idem cum ſuamet eſſentia, & potentia, & hæc itidem opinio iure reprobatur, quia intellectionē eandem eſſe cum ſua eſſentia, eſt proprium Dei, ideò cum non cōpetat creaturæ, hæc proprietas non poteſt ſic competere Angelo.

Vnde pro germana reſponſione melius eſt dicere cum noſtris, quod Angelus intelligit ſe per ſuam eſſentiam, ita tamen, quod eſſentia ſua non eſt ratio cognoſcendi ſe, non tantum per habitum, vt ponit prima opinio, nec eſſentia Angelica eſt idem, quod intellectio, vel cognoſcendi ratio, vt ponit ſecunda, intelligit ſe Angelus per ſuam ſimplicē eſſentiam, & alia per ſpecies; ita quod dicitur primo, quod Deus intelligit ſe, & alia per ſuam eſſentiam eminentiſſimam; Angelus ſecundo, qui eſt medius inter Deum, & animam noſtram, intelligit ſe per ſuam eſſentiam, ſed alia per ſpecies; anima verò noſtra tertiò, intelligit ſe, & alia per ſpeciem, ſed hoc intelligatur de anima pro ſtatu iſto. Hæc ratio confirmatur per Philoſophum aſſerētem, quod *anima intelligit ſe, ſicut alia*, ſed alia per ſpecies, igitur & ſe ipſam; pro ſtatu futuro autem poteſt dici, quod anima intelligit ſe ipſam per eſſentiam ſuam. (3. de anima.)

Hoc igitur modo dicitur, Angelus cognoſcere eſſentiam Dei, ſe ipſum, & cætera alia; cætera in verbo, quæ dicitur à Theologis cognitio Matutina, cognitio autem rerum in ſe in genere ſuo, dicitur cognitio Veſpertina, clara autem Dei ipſius viſio, ſiue cognitio dicitur cognitio Meridiana, & ſic concluditur Angelum tali pacto habere oĩmodam cognitionē. (Triplex cognitio Angelica, ſecūdum omnes Theologos.)

Quom. Angeli agant, & colloquantur.

Quomodo autem agant, & colloquantur ad inuicem Angeli, dicamus modò, quod Angeli ſicuti habent actum primum .ſ. eſſe, quod etiam habeant actum ſecundum .ſ. operationes, non eſt cur dubitari queat, & ratio potiſſima afferri poteſt, quoniam non à Deo ſummo rerum conditore creati ſunt, vt vel otio torpeant, vel tanquam caſu effecti nihil in natura peragant, ſed ad hoc, vt non modo ipſi aſſiſtant, verumetiam vt ad eius nutum, ſiue placitum, varia operentur, ſicuti igitur ſunt re vera, vt oſtēſum eſt, ita etiam ſecundum Dei voluntatem operantur. (Quom. dicuntur Angeli ad inuicem agere, & colloqui.)

Actus, ſiue operationes Angelorum actus Hierarchici nuncupātur, & dicuntur talem ſortiri denominationem, à nomine Hierarchiarum, cum in tres Hierarchias ſint, vt viſum eſt, diſtributi; ſunt igitur actus Hierarchici, ſecūdum Theologos in triplici ordine triplicati, in primo ſunt Viſio, Fruitio, & Tentio, & iſti tres actus dicuntur competere omnibus Angelis cuiuſcunq. Hierarchię, nam omnes claram habent Dei viſionem mentalem, eo modo, quo diximus, omnes eſſentia fruuntur diuina, omnes tēdunt in ipſam, tanquam in ſuum finem, & intendunt ſuas cogitationes in Deū, tanquam in obiectum excellentiſſimum, quod perfectè ſatiat eorum potētias intellectiuas. (Actus Hierarc. Angel.)

In ſecūdò ordine poſſunt iſti tres collocari .ſ. Loqui, Audire, & Mitti. Quomodo Angeli colloquantur ad inuicem, paulò infra latè videbimus, dicuntur itidem iſti actus Hierarchici, eo quia indifferēter vnicuiq; ordini poſſunt aptè competere, nam vnuſquiſq; Angelus poteſt actu locutionis propriè vti, & vnuſquiſq; poteſt alium eadē ratione audire, & poſtremò etiā mitti ab eo, in quo ſiſtit mittendi facultas, quod proximè pari modo videbimus, Deo annuente.

In tertio ordine ponuntur illi actus Hierarchici, de quibus clara extat mentio apud Dion. Theologorum Principem, videlicet Purgatio, Illuminatio, & Perfectio; & iſti ſunt perfectiores omnibus alijs actibus Angelicis, quoniam in (Eccleſ. Hierarch. c. 7.)

hoc ſenſu vtuntur Theologi actu Hierarchico principaliori modo, & dicuntur ij actus Hierarchici etiam, quoniam cuilibet conueniunt Angelo, vt cæteri ſuperiores. Prima Hierarchia Angelica dicitur Purgari, Illuminari, & Perfici à Hierarchia omnium ſuprema, quæ proprio nomine dicitur Thearchica, ſiue Diuina; ſecunda, Hierarchica Angelica à prima; tertia, à ſecūda eadem ratione purgatur, illuminatur, & perficitur; tertia verò in nobis, hæc tria ſecundum communem conſenſum agit.

Dubit. Sed ſi ſunt hę nobiliſſimæ creaturæ ab omni inquinamento, & macula prorſus immunes, quomodo dicuntur purgari? ſi nuncupantur à Dion. in diffinitione data, ſecundum eius mentem ſpecula clara, ſplendidiſſima, quomodo dicuntur illuminari? ſi dicuntur Dei imag. incontam. & incoinquin. quomodo dicuntur perfici? Resp. Theologi præſtantiſſimi pari aſſenſu dicunt, quod in initio purgantur, & hæc purgatio non debet intelligi eſſe ab aliquo inquinamento, ſiue immundicia, vel à peccato aliquo: ſed à neſcientia. Nam purgatio ibi ſumitur pro doctrina, quoniam aliqua ſciunt ſuperiores, quę omninò inferiores ignorant, & ſic per lumen doctrinæ iſti purgant illos: itidem dicitur Angelus ſuperior Angelum inferiorem illuminare, inquantum ille tradit ei lumen doctrinæ, & iſte recipit; dicitur etiàm illum perficere, inquantum illud lumen dirigit ad actualem cognitionem. Purgatio fit in principio, illuminatio fit in medio, perfectio autem fit in fine, hoc igitur modo dicimus Angelum ſuperiorem Angelum inferiorem purgare, illuminare, & perficere; & hoc nobili comprobatur exemplo à Theologis. Aer prius intelligitur purgari à tenebris, ſecundo lumine illuminari, & tertio calore perfici, ita in Angelo purgatio eſt remotio impedimentorum, vel neſcientiæ; ſecundò, illuminatio eſt retentio in ſpeculatione veritatis; tertiò, perfectio in amore beatitudinis æternæ; iſti dicuntur actus Hierarchici.

Quom. intellig. Purgatio, Illuminatio, & Perfectio in Angelis.

Exemp.

Sed qualiter hæc fiat illuminatio, per Angelos ſuperiores inferioribus doctrinam infundendo, nō idem ſentiunt Doctores, ſed omninò diſcordes ipſi apparent, vel ſaltem diuerſimodè loquuntur circa hanc doctrinæ infuſionem.

Gandauenſis (vt aliquid ſic obiter dicamus) ait, quod quadruplici modo poteſt intelligi, quod ſuperior illuminet inferiorem. Primo modo lumen infundendo cauſatiuè, ſicut ſol illuminat aerem, & hoc modo ſolus Deus illuminat; ſecundo modo luminoſum offerendo, ſicut facem deferrens lucentem illuminat domum, & iſto modo Angelus illuminat Angelum ei loquendo de aliquo noto ſibi, non alteri; tertio modo obſtaculum amouendo, ſicut adaperiens feneſtram, de die illuminat Domum; quarto modo aliquid faciendo, quo facto cauſatur lumen in recipiente, ſicut cum Medicus amouendo ſuffuſionem, ſanat oculum infirmū, & illuminat ad videndum, & duobus vltimis modis Angelus illuminat hominem, & Angelum, quod authoritate D. Auguſtini probatur, qui in illud Pſalmi: *Da mihi intellectum, vt diſcam mandata tua*; habet hæc verba. *Ita dicitur Angelus dare intellectum Angelo, vel homini, prout quiſq; dicitur dare lumen domui, cui feneſtram facit, cum tamen eam ſua luce non illuſtret, nec penetret*. hæc D. Auguſtinus.

Quatuor modis fit illuminatio Angelica. Per Gandauen. ſen. 2. p ſummę, & alibi.

Super Pſal. 118.

Doctor Sanctus, quem Angeli multa docuere, vel eis multa reuelarunt, aliam ſequitur viam, dicendo, quod Angelus illuminat Angelum confortatiuè, circa obiectum; ita quod ſuperior Angelus eſt quaſi lumen reſpectu inferioris, confortans, & coadiuuans, ſicut lumen in medio, adiuuat viſum ad videndum.

P. 1. ſummæ q. 100. art. 1. & alibi.

Scotus ſuo more ſubtiliſſimus, aliam inſequitur opinionem, à ſuperioribus diuerſam, ijam his redargutis, dicit expreſſè, quod illuminatio in Angelo, eſt quędam locutio de noto ſibi vero perfectiuo in eſſe, ſecundò ſ. reuelando aliquid ſecundum Dei voluntatem, non efficiendo, vt inferiores talia in Deo conſpiciant, quo-

Scot. 2. ſent. diſt. 9. q. 2.

quoniam ſolus Deus poteſt efficere, vt aliqua veritas in verbo videatur, ſed diſponendo tãtum, vt cauſa ſecunda.

Aſſeclæ iſtius noſtri Doctoris tria videntur animaduertere in hac ſua poſitione; Primum, quod illuminatio eſt ſpecies locutionis Angelicæ; ſecundum, ponendo, quod de aliquo, vel aliquibus fiat illuminatio, hoc eſt de vero perfectiuo ſibi noto, ex quo patet, quod de malis, & falſis non fit illuminatio, niſi tãtum per modum ſpeculationis, quoniam repugnat, quod Angelicus intellectus talibus inficiatur; tertium, ponẽdo, in quo conſiſtit, quia ineſſe ſecundo, tùm quia illuminatio in Angelo eſt non de Deo, ſed de effectibus, qui ſequitur eſſe primum, tùm quia eſt in actione, & non ſolum in habitu, tùm quia talis notitia prius eſt in illuminante Angelo, & ſecundo in illuminato; ſic intelligitur, ergo, quod Angelus Angelum illuminet, & illuminando edoceat.

Quomodo dicuntur loqui Angeli ad inuicem.

AT quomodo (demiſſis innumeris difficultatibus, & quæſtionibus) dicuntur colloqui? vel vnus Angelus dicitur alteri loqui? Non eſt cur dubitatio animum ſuſpendat, quod .ſ. Angeli loquantur, ſed modus in eis loquendi, eſt ad præſens à nobis enarrandus Doctorum auctoritatibus. D. Thomas, Doctor egregius, dicit expreſsè, quod locutio Angeli non eſt, niſi expreſſio ſuæ mentis alteri Angelo, non quidem vocalibus, ſed intellectualibus ſignis expreſſa, adeò quod, ſi quis interrogaret, quę eſt lingua Angeli, ſtatim reſpõdeatur, quod eſt illa virtus, vel poteſtas exprimẽdi mẽtis conceptum, dicitur hæc expreſſio lingua Angelica, non tñ propriè, ſed metaphoricè, & eſt illa, de qua Apoſt. ait: *Si linguis hominũ loquar, & Angelorũ.* Ibi Gloſſa dicit, quod *Angeli ſuperiores ſignificãt minoribus, quod Dei voluntate ſentiunt manifeſtandum,* & hoc fit aliquibus ſignis, & nutibus, & iſta ſigna, & nutus vocantur conceptus noui, cauſati tam quam in audiẽte, per iſtam actionem manifeſtandi. Hæc eſt ſententia D. Thomæ, circa Angelicam elocutionem; ſed vna ſe offert non pauca dubitatio, & eſt, quomodo vnus Angelus dicatur alteri loqui; Cum Damaſcenus vir magnę auctoritatis dicat, quod Angeli non indigent lingua corporali, ſed ſine ſermone voce prolato, tradunt ſibi ſuas illuminationes?

[Margin: Quom. colloquantur.]
[Margin: 2. ſent. diſt. 11. art. 3.]
[Margin: 1 ad Corin. 13.]
[Margin: Dub. lib. 3. c. 32. diſt. 8.]

Reſpondetur, quod illa locutio, non eſt locutio naturalibus inſtrumentis indigens, & ob id non eſt propriè locutio, ſed per metaphoram, ſed eſt expreſſio quædam mẽtalis conceptuum, eo modo, quo diximus, ſecundum D. Thomæ placitum; quę quidem non vocalibus, ſed intellectualibus ſignis exprimitur.

Hoc igitur modo dicuntur loqui Angeli, hoc loquendi modo vtuntur ſpiritus à materia immunes. Vnde, quando legimus, quod Angeli loquuntur ad inuicem, quod Angeli clamant, vt patet in Eſaia, quando dicit; *Duo Seraphim clam. alter alterum*, in Zac. quando dicit, quod *Angelus loquebatur Angelo*, &c. debemus intelligere dubio procul, quod de hoc loquendi vſu, & ipſi iure intelligant, ſine vlla controuerſia. Hęc igitur ſint breuiter dicta de Angelica elocutione, iam, quomodo homines cuſtodiant, dicamus.

[Margin: Eſai. 6.]
[Margin: Zac. 2.]

Angeli cuſtodiunt homines.

QVod ex Angelis quoſdam ad hominũ cuſtodiã deputauerit Deus, non eſt controuerſia inter pios, & re vera ſanctos Patres, vnde pro confeſſo hoc habent, & Magiſter ſent. hoc itidem probat validiſſimis rationibus, & auctoritatibus Sanctorũ, omnium Theologorum.

[Margin: De cuſtod. Angel circa hom.]
[Margin: 2. ſent. diſt. 2.]

Cuſtodiunt igitur Angeli homines ſine vlla dubitatione, non tamen in ratione auctoritatis, quoniã hoc modo Deus ſolus cuſtodit homines, iuxta illud Pſal.

Pſal. 120. *Dominus cuſtodit te; Dominus protectio tua*, neq; etiam ratione miniſterij, quoniam ſi hoc modo eſſent Angeli hominibus inferiores, vel ijs minores, quod non eſt dicendum, ſed cuſtodiunt, & ex diuina gratia homines, & etiam ex eorum indigentia.

Quòd verè, & ſine dubitatione hoc efficiant, oſtendunt authoritates diuinæ ſcripturæ, & Patrum: legitur apud Pſalmographum:

Pſal. 9. *Angelis ſuis Deus mandauit de te*, &c. Itidem Eccleſ.

Eccleſ. 17. Gloſſa. *In vnamquamq; gentem propoſuit Deus rectorem Angelum*, ſecundum gloſſam. Saluator apud Matth.

Matth. 18. *Angeli eorum* .ſ. cuſtodes, *ſemper vident faciem Patris*, ibi Hieronymus.

Super Matt. Sanctus in confirmationem habet hęc verba: *Magna dignitas animarum, vt vnaquaq; habeat ab ortu ſuæ natiuitatis Angelum ad cuſtodiam ſuam deputatum*, cuſtodes igitur ſunt nobis deputati Angeli: ſed ſequamur enarrare, quomodo, quaue ratione id efficiant.

Quanquã Deus per ſeipſum ſufficeret ad hominis cuſtodiã, vel ipſe aſſiſtendo, vel taliter efficiendo, vt homo ſua libera voluntate ſeſe tueri à nequitia Diaboli poſſet, attamẽ ob multas rationes hominibus tutores Angelos tradere voluit, & cuſtodes eos eiſdem deſtinare, vt tutius ad eundem tendere poſſent, & eidem hac ratione inſeruire.

Quare Deus hominibus voluit tradere Angelos ad cuſtodiam.

1 Ratio. 2. ſent. diſt. 2. q. 1. ratio 2. Prima ratio, quare hoc voluit Deus (prout notat D. Bonauent. & quidam alij) eſt ex diuina potentia, vel melius ex oſtenſione eiuſdem diuinę potẽtiæ, quoniam magis ipſa apparet, cum aduerſarios ſuos, hoc eſt, Dæmones, non modo per ſe, ſed etiam per alios ſuos & minimos, hoc eſt, Angelos, ordinis inferioris vincit.

2. Ratio. Secunda ratio eſt ex oſtẽſione diuinę ſapientiæ, quoniam ipſa Dei ſapientia ordinauit ſic, quod inferioribus per ſuperiora prouideat, ſecundum Dionyſ.

De Angelica Hierarc. c. 10. Vnde dicit ille Doctor S. *Propter ordinem, & pulchritudinem vniuerſi congruit homines viatores, per Angelos tanquam per ſuperiores cuſtodiri.*

3. Ratio. Tertia ratio eſt propter oſtenſionem diuinæ clementiæ; quoniam ex quo homo eſt inter aduerſarios, ideo Dei clementia prouidit, vt nulla ex parte homini deeſſet adiutorium, ne lapſus in miſeria culpæ remaneret.

Quarta ratio eſt ex humana indigentia, nam primo cõceptus homo in vtero indiget cuſtodiri ab Angelo, ne ſuffocetur à Diabolo; ſecundo, ne iã ex vtero egreſſus, periclitetur ſine Baptiſmo; tertio, viuẽs in mũdo, ne ad multa peccata protrahatur à Diabolo; quarto, moriens, & egrediens de hoc mundo, vt tunc ab inſidijs caueatur illius per Angelum, nam eo tempore plus indiget homo Auxilio, quoniam magis inſidiator tunc videtur illum velle vincere, & ſecundum D. Auguſt. tunc magis ipſe allegat contra hominem omnia mala facta eius, igitur neceſſe eſt de congruo, Angelum ibi adeſſe allegantem eius bona facta coram iudice Deo; 5. indiget homo Angelo poſt mortem, vt deferatur ab eo in cælum; vel ſaltem ad Purgatorium, vnde Luca de Lazaro ait: *Factum eſt autẽ, vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinũ Abrahæ.* Luc. 16.

4. Ratio.

Iſtæ ſunt igitur rationes, quibus confirmant ſupracitati Patres, hominem indigere cuſtodia, & non eſt vnicus Angelus totam cuſtodiens ſpeciem humanam, ſed ſunt tot Angeli cuſtodes, quot ſunt homines cuſtodiendi, prout notat Magiſter, & cum eo ſinguli Interpretes, & Patres poſitiui, quorum ſententias adducit ipſe, & præcipuè D. Hieronymi, & D. Gregorij; & eſt notandum, ſecundum iſtorum doctrinam, quod nõ ſolum vnuſquiſq; homo proprium habet ad cuſtodiam Angelum bonum, ſed etiam vnum malum ad exercitium, bonus traditur homini à Deo, malus à Diabolo, &c. In 2. diſt. 11. c. 1.

Sed quo tempore incipit homo cuſtodiri à ſuo cuſtode Angelo? dicitur, quod in aluo materno, ſecundum D. Thomæ ſent. & ſi quis diceret, quomodo indiget homo tunc Angelica cuſtodia, cum careat rationis vſu? Vnde nec mereri, nec demereri poteſt? reſpondetur, quod indi-

diget, ne à Diabolo necatur, prout ſupra tactum eſt in rationibus.

Sic igitur dicuntur homines cuſtodiri ab Angelis vnuſquiſq; à proprio, dum hanc inhabitat terram, poſt obitum autem, ſi ad cœlum euolat, nulla indiget cuſtodia, neq; etiam ſi ad locum æternarum pœnarum vadat, ſiue ad locum purgationis. Vnde Angelus, qui iam alium cuſtodiuit hominē, poteſt itidem alium ſucceſſiuè cuſtodire, & plures cuſtodire homines, nō ſimul, ſed per ſucceſſionem.

Quomodo Angeli mittantur.

AT tandem videamus, quomodo dicantur Angeli mitti ad ſua officia obeunda, ſiue ad mādata Altiſſimi (cuius ſunt nuncij) complenda. Deus ipſe, licet ſit vbiq; per eſſentiam, potentiam, & præſentiam, & poſſit facere per ſeipſum quicquid Angeli valēt efficere; attamen, per nuncios intermedios; hoc efficere voluit, vt magis ſuæ potentiæ, & ſapientiæ Ius appareat, voluit, vt infima hæc, per media in ſumma deducantur, vt mirificè notat Diuinus Dionyſius. Poteſt omnia facere de ſua potentia abſoluta, non tamen facit, & forſan, quoniam non ſibi rationabilia hoc modo fieri videtur. Vnde dicitur, quod Deus ſemper facit, quod rationabilius eſt, hoc ſecundum eius legem maximè rationabile eſt, .ſ. mittere Angelos; ideo eoſdem ab æterno mitti ordinauit, & hoc pluribus de cauſis; & Primò, propter charitatis diuinæ erga homines manifeſtandam beneuolentiam, quoniā ſic oſtendit, quod ſummoperè noſtram diligit ſalutem, dum tam nobiles ſpiritus ad eandem procurandam mittit, prout patet de miſſionibus, de quibus ſupra ſatis abūdè egimus.

Quibus de cauſis dicatur Deus Angel. mittere. Prima cauſa.

Cauſa 2. Secundò, Mittuntur Angeli, propter noſtram indigētiam, quoniam noſtrum liberum arbitrium gratiæ Dei cooperari piget, exercitatore Angelo indiget, ideo & eius inſtructione, & perfectione erga inſidias Diaboli.

Tertiò, Congruum eſt ad nos mitti Angelos, propter amicitiam, & vt ex hoc acquirant ipſi accidētalem gratiā, quam ſibi Deus hoc efficientibus, ex ſua liberalitate tribuit. *3. cauſa.*

Vnde ex hoc ſummè cupiunt Angeli mitti, licet ament etiam, eſſe in cœlo cum Deo glorioſo, & hoc itidem dicit D. Bonauēr. quoniam Angeli diligunt nos, propter Dei charitatem, & plus delectātur implere Dei voluntatem, cum ſciant hoc multum ei placere, vt nos adiuuent, quàm delectentur eſſe in cœlo empyreo cum Deo ſuo. *2. ſent. &c. vt ſup.*

Mittuntur ergo Angeli, ſed non omnes, ſiue non eodem modo, quoniam alij ſunt, qui ſemper diuinæ aſſiſtunt Maieſtati, iuxta illud Dan. *Millia millium aſſiſtebant ei*: alij mittuntur realiter, qui ſemper Deo aſſiſtunt, & dicuntur mitti, ſed non realiter; vnde pro clara intelligentia iſtarum miſſionum, dicendum eſt, cum Patribus Theologis, quod eſt miſſio duplex .ſ. ad intra, & ad extra: ad intra, quando .ſ. de ſuperioribus ordinibus mittuntur in inferiores Angelos, faciendo eis reuelationes, & illuminationes; Alia eſt miſſio, quæ dicitur ad extra, quæ eſt vſq; ad nos: prima autem eſt vſq; ad minores ſolummodo Angelos, hoc igitur modo omnes Angeli mitti, ſed diuerſa mittendi ratione dicuntur. *Dan. 7.* *Duplex eſt miſſio Angelica.*

Sed quinam ſunt, qui ad intra mittuntur? & quinam ad extra, ſecundū Doct.? D. Thomas dicit, quod Angeli quinq; ordinum mittuntur ad extra, alij verò quatuor ſuperiores ordines .ſ. Dominationes, Throni, Cherubim, & Seraphim mittuntur ad intra. Vnde etiam Angeli cuſtodes dicuntur ad extra mitti, quoniam ſemper nobis præſentialiter aſſiſtunt, tanquam noſtri rectores, vt iam vidimus. *Eadem diſt. vt ſup.*

Doctor tamen ſubtilis tenet (& non ſine forti ratione) quod etiam Angeli ſuperiores, ſiue ſuperiorum ordinum mittantur, ex cauſa tamen ſpeciali, & in magnis caſibus, quoniā ſicut aſſerit D. Bernar- *2. ſent.*

nardus, Angelus, qui annunciauit Chriſti incarnationem Mariæ, fuit de ſummo ordine; vnde, licet D. Tho. Gabriellem fuiſſe ordinis Archangelorũ teneat. Alij tamẽ huic aſſertioni ſe opponunt, dicẽtes fuiſſe altioris ordinis. ſ. Seraph'ci, & ratio eſſe poteſt, quoniam Deus Pater miſit proprium filium vnigenitũ in mundum pro noſtra ſalute, à fortiori ergo denuntiare volẽs eius aduentũ, congruum eſt, maximum miſiſſe nuntium ad hoc denuntiandum.

Mittuntur igitur maximis de cauſis etiam ſuperiores Angeli ſublimium ordinum. Nos Minoritæ pro certo tenemus, Deum benedictum Seraphico Patri noſtro, vnum ex ordine Seraphinorum miſiſſe, quando voluit ex ſua benignitate in eius carne imprimere vulnera, & cicatrices humanæ redemptionis pignora. Vnde canimus. *Cui Seraph apparuit*, hoc eſt, cui ex ordine Seraphinorum vnus apparuit.

Vnus Seraphim B. Fraciſco noſtro miſſus eſt in monte Alu.

Et quid mirum eſt, quod Deus Angelos ſuperiores mittat, ſi ipſemet, vt vnus, & trinus apparuit in Iordane in Baptiſmate filij, & etiam in Monte Tabor in Transfiguratione? mittuntur igitur ſine vlla dubitatione etiam ipſi.

Hæc eſt igitur natura Angelica nobiliſſima poſt Deum creata à Deo in cœlo empyreo, pro vt, & benè, notat D. Thomas, non in gratia tamen gratum faciente, quoniam non cecidiſſet Lucifer cum ſuis ſocijs, ſed creati boni bonitate naturæ, non gratiæ, quæ natura tunc peccare poterat, modò autem non, quoniam ſunt in gratia confirmati. Hæc eſt natura illa, quæ eſt infra Deum, & ſupra nos; quæ ideò dicitur media, de hac compendioſè hîc egimus, ſecundum mentem omnium Theologorum. P. 1. q. 62. art. 4.

Dicitur hæc natura, Angelica, ſicuti natura Dei dicitur diuina, & noſtra, humana, & ſicuti humana ab homine denominatur, ita Angelica ab Angelo.

Denominatur Angelus, non ab aliqua intrinſeca proprietate, ſed ab officio, vt ex Greg. iam diximus, dicitur Grecè ἄγγελος, hoc eſt Latinè nuntius. Omnes Angeli ſunt ſpiritus immateriales, ſubſtantiæ abſtractæ, incorporeæ, quæ tamen, ſecundum Dei placitum, aſſumunt corpora, prout neceſſarium eſt; de hac nobiliſſima natura agit ex profeſſo Magiſter in 2. & cum eo omnes Patres ſcholaſtici. Hæc dicta de ipſis pro nunc ſufficiant, hinc alium aggrediamur librum de Angelis, ſecundum quod Philoſophi de ipſis ſermocinantur, & præcipuè Platonici, qui, vt magis ij, atque veraces circa hanc materiam melius cæteris Philoſophis philoſophati ſunt.

Finis Quinti Libri.

CHRISTIANÆ THEOLOGIAE
Cum Platonica Comparationis:
LIBER SEXTVS:

De natura Angelorum, ſecundum Platonis, & Platonicorum doctrinam; necnon ſecundum vniuerſam veterem ſapientiam Chaldæorum, Aegyptiorum, & Græcorum.

NATVRAM Angelicam in Platonis, & veteris ſapientiæ Philoſophiá, ita conſpicuè eſſe apparet, vt nemo vnquam eandem iure negauerit Platonem agnouiſſe; licet eandem non Angelicã appellaſſe. Etenim multoties, miltisq; in locis, quos noſtrates appellãt Angelos, ipſe Deos minores, ſiue mentes participatas, non immeritò nuncupare videtur; quæ tanquam Dei ſummi, & mentis primæ imparticipatæ adminiſtratores æterno aſſiſtunt obſequio.

Quod huiuſce naturæ mentionem faciat Plato in omnibus ferè libris, noſtra intentio eſt modò demonſtrare, & per conſequens, quomodo Angeli ſint, & admittantur in doctrina eiuſdem aperire; ſed prius eſt cautè animaduertendum, quod hoc nomen, Angelus, quod ſignificat Nuntius, clarè explicatum apud ipſum non apparet, ſed benè multoties Dij minores ab eo nuncupãtur, qui à noſtris Angeli hac ratione nuncupari ſolent, ſicuti aliquãndo, etiam in eiuſdem doctrina, hoc nomen, dæmon, frequentiſſimè vſurpatũ reperitur, & pro bona quadam intelligentia miniſtra diuini mandati, & pro praua quadam mẽte à voluntate Dei obſtinatiſſimè aduerſa, & cõtraria; Vnde & Eudemones; & Cacodæmones admittit, vt perſpicuè videbimus infra, quibus ſic ſtantibus, Dæmon & largè ſumptus apud ipſum aliquãdo pro illa mente, quam nos Angelum non iniuria nuncupamus, ſumitur.

Angelũ, & Dæmon idẽ eſſe aliquãdo in via Plat. apparet.

Modò nos quotieſcunq; præciſam de Dijs Minoribus mentionem faciemus ad aures huius celeberrimi Philoſ. volumus, vt de Angelis ſanctis dumtaxat intelligatur, ſiquidem de dæmonibus infra in particulari agemus libro 14. & 15.

Angeli itidem, ſiue hoc nomen, Angelus, & in bonum, & in malum ſenſum vſurpari ſolet, etenim dãtur apud Theologos noſtrates Angeli lucis, qui iure Angeli boni dicuntur, necnõ Angeli tenebrarum, qui etiam Angeli mali re vera nuncupantur, & ipſi quoq. ſunt Dæmones. Vndè quãdo ſermonem habebimus de Angelis; precisè volumus, vt de illis intelligatur, qui boni sũt, de quibus egimus, ſecũdum noſtrorum Theologorum placita; in ſuperiori libro; qui quidẽ coincidunt cum Dijs Minoribus Platonicis, ſiue cum mentibus participatis bonis; dicant quicquid velint hi Academici, qui ad aures Platonis, quod Dij Minores ſint, vel Dæmones ipſi, vel intelligentiæ

motrices orbium in ſenſu litteræ, vel ſint virtutes exiſtentes in ipſis orbibus, in ſẽſu myſtico tenent.

At accedamus ad demonſtrandum, quomodò ijdem ſint, & ratione ſolida, & confeſſione valida, in via Platonis, & veteris ſapientiæ.

Plato in omnibus ferè Dialogis claram adducit mentionem de his minoribus Dijs, quos quidem noſtri, non iniuria Angelos appellant, quinimò eorum naturam perſpicuè à Dæmoniaca, & explicitè ſegregare videtur. In Sympoſio, non modo ait Deos eſſe, ſed clariſſimis verbis vtranq. naturam ſeparat in oratione Diotimæ fatidicæ, cuius hæc verba ibi expreſſa leguntur; *Quid inquam eſt, ò Diotima*, dicit Socrates, *amor?* Reſpõdet: *Magnus, o Socrates Dæmon, etenim oẽs natura Dæmonum, inter mortales Deoſue eſt media.* ex his (ni fallor) fatetur & Deorum .ſ. Minorum, reperiri naturam, & eandem diuerſam à Dæmoniaca animosè proferre videtur.

Dij Minores à Dæmonib. diſtinguuntur apud Plat in Sympoſio.

Et ſi quis perquireret, quęnam diſcrimina præcipuè inter Deos minores, & Dæmones, ſecundum Platonem, & Platonicos, cadunt? Reſpondetur, quod Plato explicitam conſtituit differentiam in Epinomide, dicens, quod Dij ſunt paſſionum omnium expertes, Dæmones vice verſa ſunt paſſionibus obnoxij. Præterea Dij ſolummodò ſunt boni, Dęmones & boni, & mali reperiũtur (quod ſuo loco infra latè monſtrabimus) contra illos Academicos, qui ſolummodò bonos volũt Platonem poſuiſſe Dæmones.

Alij Academici aliam etiam ponunt differentiam, dicentes, quod Dij vniuerſitatem quandam ſeruant, & indicant, vt patet de ſubſtantijs, ſiue intelligentijs, quæ ſunt cęleſtium orbium motrices, patet, quæ quidem, dubio procul, rectè Angeli, ſecũdum noſtrum loquendi modum, appellari poſſunt, vt tactum eſt in principio ſuperioris libri, probãdo Angelos eſſe ſecundum mẽtem Alexandri Alenſis, & hæ ab Ethnicis proprijs quibuſdam nominibus nuncupari ſolẽt, vt ſunt illa, quibus vtuntur Poetæ .ſ. Iupiter, Saturnus, Mars, Venus, &c. (quod infra latius patebit) Dæmones autem non ſic ſunt vniuerſaliter capti, eo quia ſunt circa particularia deputati.

Hæc prima facie in medium adducere nobis placuit, vt liquidò appareat, quomodo vtraq. natura diſtincta etiam iudicetur à Platone, & ab aſſeclis, licet aliquando, immò ſæpè vna pro alia vſurpetur, dum hoc nomen, Dæmon, modò in bonum, modò in contrarium deſumatur ſenſum, ſicuti nomen hoc, Angelus, in noſtra Theologia.

Modo pergamus demonſtrare, quomodo in tanti viri doctrina auctoritatibus, & argumentis probetur, quod Angeli ſint. In libro de Deo, ſecundum doctrinam Platonis, ſicuti oſtẽdimus, quod Deus ſit ratione ordinis .ſ. vnus primus incauſatus, à quo omnia alia ſibi inferiora ortum ducunt, ſic in hoc loco, eadem ratione vtentes, quod plures ſint Dij infra ipſum primum, qui Angeli ſecundum noſtrum loquendi modũ ſunt, in via Platonica demonſtrare poſſumus, nam ibi vnum concluſimus ordinatorem, ſicuti vnum motorem ad tollẽdam abitionem, & progreſſum in infinitũ, ſed multos ordinatores, & motores ad ipſum inferiores admiſimus, qui tamen omnem vim, & potentiam, & ordinandi, & mouendi habent à primo, & iſti ſunt Angeli, quod hoc verum pateat, verba Platonis eo loci expreſſa in medium adducantur, verba ſunt. *Clin. atque, ò Amice, facile eſt hanc veritatem oſtendere, quod Dij ſint, A. T. H. quò pacto? (et) primum quidem terra, ſol, ſydera, ipſumq; vniuerſum, temporumq; ornatiſsima varietas annis, menſibuſq; diſtincta id oſtendunt, Græcorum præterea, Barbarorumq; omnium conſenſus Deos eſſe fatentium.* Ecce quomodo ex his multitudinem cõfitetur Deorum, ſicut vnum faſſus eſt alibi; iſta multitudo, ſeu pluralitas non debet intelligi, niſi multitudo, & pluralitas paruorum Deorum .ſ. Angelorum.

Pri. argum. quod Angeli ſint 10. de legib.

Verba eiuſ Plat.

In

Secundam argum. q[uo]d Ang. ſint.

In eo lib. his itidem verbis vtitur, ad probandam Deorum multiplicitatem, cauſa, ſiue via motus, iam vno tamen motore præſuppoſito ſupremo,

Verba tex. Plat.

A. T. H. age igitur modò magis, quam vnquam Deum omni ſtudio inuocemus Deum, inuocemus .ſ. Primum verum, vnum, & Bonum, de quo iam ſupra. Pergit enim Deos eſſe diligenter demonſtrare conemur, rationemq; ingrediamur rudentibus tutiſſimè tenſis, in hac autem diſputatione, interrogantibus huiuſmodi, ſic ſecuriſſimè reſpondere videor, ſi quis roget ò Amice, ſtant ne omnia, nihilq; mouetur, an contra ſtat nihil cuncta mouentur? ſequuntur multa verba, quę hic afferre ſuperuacaneum eſſet, quibus liquidò vnicuique conſtare poteſt, quod cum ſint plures motus in mundo, plures itidem debent eſſe motores, & quoniam ſubordinati ſtant in ſuis motibus, & functionibus exequendis, ideò oportet, quod ab aliquo ſupremo ſubordinentur, & moueantur, & dirigantur, ne in infinitum in motibus, & motoribus ſequatur proceſſio. Supremus eſt Deus primus, verus, & Bonus, inferiores ſunt minores Dij .ſ. Angeli.

10 de legib. 3. argum. q[uo]d Angeli ſint in via Plat.

In eodem lib. de legibus, eoſdem humana curare perhibet, & omni virtute eſſe refertos, in primiſq; prouidentia, quã tamen potius gubernandi facultatem, quam prouidentiam debere intelligi fatemur. Ij igitur Dij iuſtitiæ amatores, temperantiæ cultores, fortitudinis poſſeſſores, prouidentiæ deniq; executores, nil aliud reuera ſunt quam Angeli, quippè qui omni perfectione pollentes à ſummo Deo omnia habuerunt, & ab eodem ſic creati fuerũt, vt vniuerſum ordinatum ſpectaretur, & tanquam pulcherrimum admiraretur à mortalibus: Angeli igitur his rationibus sũt in doctrina Platonica.

4. argum.

In Apologia Socratis, inſignis extat locus, qui in Deorum apertam nos manuducit cognitionem, qui locus non modò eſt maximè obſeruãdus, ex hoc, quod nobis Deos eſſe clarè in hac via oſtendat, ſed quod vnuſquiſq; homo proprium habeat Deum monſtret, quod optimè ad Angelorum cuſtodiam adaptari videtur. Verba Plat. ſunt. *Per Deos ipſos ò Meliſe, de quibus nunc nobis eſt ſermo, apertius, & mihi, & his narra, nam ego quidem nondum planè intelligo vtrum dicas docere me Iuuenes, vt putent aliquos quidem Deos eſſe, quod ſi ita eſt, ego Deos eſſe puto, neq; omninò ego ſum abſque Deo, neq; in hoc iniuſtè ago, quamuis non eos, quos habet Ciuitas, ſed alios eſſe doceam.* Socrates accuſatus, & carceri mancipatus, in his declarat verbis, quod ipſe nequaquam negat Deos eſſe, quinimò affirmat, & non ſolum eſſe, ſed vnuſquiſq; proprium habere Deũ, quaſi ad propriam cuſtodiam deputatum, & ſi videatur ipſe Deos è medio ſuſtuliſſe, ſiue negaſſe, eos iure negauit, quos Ciuitas abſq; iure recolit, qui ſunt Dij gentium fictitij, & mendaces, inter multa, quæ ipſi Socrati objiciebantur ab aduerſarijs, quibus in carcere detinebatur. Hic erat inſignis articulus, quod nequaquam Deorum multitudinem, cũ cæteris confiteri voluit, hic aũt multitudinem affirmat Deorum .ſ. paruorum, qui Angeli poſſunt ſine iniuria nuncupari, vnum Deum primo, ſummum verum, & Bonum affirmat, & poſt ipſum multiplicitatem non fictitiam, & vanam gentilitatis, ſed veram Platonicæ pietatis, quæ forſan cum noſtra Chriſtiana concordat, vt lib. ſequenti declarabimus.

5. argum.

In Phedone itidẽ Deos eſſe affirmat, & nos ſub eorũ tutelã etiam ponit, quinimò propriam Deorum poſſeſſionem nos eadem ratione appellat his verbis. *Verũtamen id mihi, ò Cebes, rectè apparet dictũ, Deos quidem curam habere noſtri, nos verò homines vnam quandam ex poſſeſſionibus eſſe Deorum. An non ita tibi videtur? mihi quidem inquit Cebes.*

6. argum.

In eodem paulò infra, Deum .ſ. ſummum noſtrum vult eſſe curatorem, & nos in eiuſdem rebus eſſe poſitos, dicit deinde minores infra ipſum primum Deos rerum omnium gubernatores, prodit his verbis. *Quod verò dicebas modò Philoſophos, perfacilè velle mori abſurdum, ò Socrates, videtur*

detur eſſe, ſi quidem, quod nunc diximus rationem habet, Deum videlicet noſtrum eſſe curatorem. Nos verò in rebus eius eſſe poſitos. Nullam .n. id rationem habet prudentiſſimos .ſ. homines, non agrè ferre ab ea cura ſe amoueri, quam ſibi præſtant Dij optimi omnium rerum gubernatores.

In his fatetur verbis primo Deum noſtram curam habere, deinde alios minores Deos, poſt ipſum vniuerſi gubernacula ab eodem (vt par eſt credere) habuiſſe denunciat. Ecce igitur non modò ex Plat. Deorum paruorum confeſſio, ſed officia etiam, in vniuerſali tamen, prolata admirantur.

9. argum. In hoc lib. etiam Socrates poculum cicutæ bibiturus, in concione in extremo ſuæ vitæ, habita in carcere, ad amicos eos admonet quodāmodo, ne de eius ſalute deſperent, poſtquam ex hac vita migrauerit, ſed putent de rato ipſum ad Deos bonos, quinimò ad homines probos euolare debere: verba ſunt. *Equidem, ò Symia, atq; Cebes, niſi me migraturum putarem, primum quidem ad Deos alios ſapiētes, & bonos, deinde ad homines defunctos, his, qui hic ſunt meliores iniuſta agerem, non moleſtè ferrens mortem. Nunc certè habetote ſperare, ad viros bonos iterum, ſed hoc quidem, haud omninò aſſeuerem. Quod verò ad Deos Dominos, valdè bonos iturus ſim, certum habetote, ſi quid alius eiuſmodi, & hoc vtiq; me affirmaturum. Propterea haud ſimiliter mortem moleſtè fero: ſed bono animo ſum, ſpereq; ſupereſſe aliquid his, qui defuncti ſunt, atq; vt iam dixi, dicitur multò melius bonis fore, quam malis.*

Verba hæc (ni fallor) ex corde ſumma pietate affecto, non poſſunt, neq; debent intelligi, quando mentionem faciunt de multis Dijs, niſi de Angelis in cœlo locatis, qui vitam cœlibem, & beatam ſimul cum animis hominum purgatis, & beatis pariter traducunt.

In Euthyphrone, lib. ſic inſcripto, vbi de ſanctitate, luculēter, & doctè more ſuo agit, multoties de multitudine paruorum Deorum prodit mētionem; modò quod *prophanum eſt, ſit Dijs odioſum, quod verò ſanctum amicum* cenſeatur *ipſorum* modò, quod *ſanctitas ſit eorundem cura*, modò qđ *ſacrificare ſit munera offerre Dijs*; in quem ſenſum autem hęc verba intelligantur, in ſequenti libro patebit: concludit in eodem loco, quod ille re vera dicatur Deorum amicus, qui eſt Deo dilectus, & Deo ſummo dilectus putatur, qui ſanctus eſt, & Deorum timore concitus.

In Prothagora, vult expreſsè, quod homines, ex cunctis animantibus, ſolum diuinæ ſortis participes ſint effecti, eo quia ob ſolummodo cognationem hanc, Deos eſſe putarunt, & ob id aras, & delubra, ſtatuaſque illis dedicarunt, & erexerunt.

Sed quoniam poſſet quis forſan admittere, Platonem ponere Deorum multitudinem, eo modo, quo ponunt etiam Poetæ, & Gentiles, non autem iſtos ab eo Angelos cenſeri, ſed numina cœleſtia parem poteſtatē in rebus moderandis, & gubernandis habentia; hoc ſtare non poteſt, quoniam (vt vidimus iam) vnum determinat Deum ab omnibus potentia, eminentia, & virtute diſtinctum, deinde alios infra ipſum commemorat, nequaquam huic potentia, & virtute pares, ſed longè debiliores, ab eo tamen vim agendi vtiq; habentes, & hi Angeli ſine dubio poſſunt noſtro loquēdi modò appellari, dicant quicquid velint quidam Philoſophi, parū in Academia verſati, qui ſanè maxima iniuria Deos minores Platonis eſſe cœleſtia corpora, quibus coniunctę ſint animę illorum motrices, quibus cōmiſſa ſit à Deo cura prouidentię, vel efficientię rerum inferiorum arbitrantur; ſed ſi interrogentur quanam virtute corpora illa moueantur, producāturq; cuncta in his inferioribus? ſtatim reſpōdent, hoc fieri vigore illarum mentium, at nos dicimus, quid obſtat, quin illę, Angeli, appellari poſſint, ſi ſunt mentes, re vera intelligentiæ capaces? quomodo ſint Angeli, hac ratione dici poteſt.

Euaſio.

Confutatio

Di-

Dicerent itidem protenui, quod vtiq; hos admittit Deos Plato, ſed non inuiſibiles, vt ſunt Angeli, ſed viſibiles, & apparenres, vt Sol, Luna, & Sydera cœli, cum ſuis animabus, ſed hoc etiam ratione hac conuincitur, quoniam in Cratylo, oppoſitam huic aſſertioni videtur afferre ſententiam his verbis. *Non ne par eſt ab ipſis Dijs incipere, rationem inueſtigare, qua θεοὶ vocati ſunt? Her. nempe Soc. equidem ità conijcio, videntur vtiq; mihi Græcorum priſci Deos ſolum putaſſe eos, quos etiam his temporibus Barbarorum plurimi arbitrantur Solem, Lunam, Terram, Stellas, Cælum. Cum .n. hæc omnia perpetuo incurſu eſse conſpicerent ab hac natura τοῦ θεῖν θεοὺς nominaſse*, &c. ex his verbis conijcitur facilè, quod tacitè hanc ſententiam non approbat Plato .ſ. quod Dij minores ſint materiales, cum explicitè dicat hoc eſſe Barbarorum commentum.

Nec turbent nos alij, dicendo ſi Sol, & Luna, aliauè Sydera non ſint Dij minores, de quibus in multis libris agit Plato, vt viſum eſt, ſed ſint eorum intelligentiæ motrices illorum orbium, quod nos non audemus negare, ſed admittere, vt dictum eſt in ſuperiori lib. ſed præter has, non dari in eiuſdem doctrina aliæ mentes infra ipſam primam imparticipatam abiunctæ ab omni materiali, corporeaq; mole, quæ medient inter ipſam, & Dæmones: illicò reſpondemus cum noſtris, quod nũquam legitur Chaldęorum, Hebręorum, & Aegyptiorũ veterem Theologiam, admiſiſſe cęlum, & aſtra pro Dijs iunioribus, licet admittant eorum intelligentias, & multitudinem mentium poſt primam imparticipatam, vt infra videbimus, quæ iure optimo Angeli appellari poſſunt.

De Ciuit. Dei lib. 12. cap. 26. De perhenni Philoſophia, lib. 8. cap. 1.

Et hoc re vera probatur auctoritate Auguſtini magni, referente Auguſtino Eugubino, nam cum Plato vetuſtam illorum doctrinam ſit amplexatus, non iniuria in Phedro, in Gorgia, & Phedone, prædicat ſupra cęli verticem, vbi nec Sol, nec Luna, nec alia Sydera ſunt, Deos paruos .i. Angelos, beatam, & felicem ducere vitam, quibus cum animæ noſtrorum, ab omni labe purgatæ cælibent, & ipſe degunt æuum, & (quod eſt mirabile dictu) non negaſſe Ariſt. pronuntiant 12. Metaph.
multi, qui ipſum aſſerere volunt in libris de cœlo extra eiuſdem vertiginem viuere Deos omnes, & in libris de moribus, Deos proſpicere rebus humanis, & præmia reddere bonis, & iuſtis.

In eodem Phedone Plato expreſsè dicit (vt alibi videbimus) animas noſtras, corpore exutas, ad Deos alios ſapientes, bonoſq; migrare, qui quidem ſunt longè meliores his, qui apud nos ſunt, qui eſſe non poſſunt niſi Angeli.

Nec eſt tenendum ſecundum alios, quod præter hæc cęleſtia corpora, intelligentijs prædita, etiam admittantur Dij minores, ſiue Angeli, ſed iſti non ſint niſi Dæmones boni, qui hoc nomine nuncupari poſſint; nam ſæpè ſæpius cõmixtim, & indifferenter contingit in Philoſophia Platonis, Deos iuniores pro Dæmonibus, & Dæmones pro Dijs acceptari, & appellari. Quia iam dictum eſt Platonem conſtituiſſe differentiam inter Deos, & Dæmones, in Epinomide, cui Plutarchus aſſentit, non ſolum cum tota ferè Academica familia, ſed etiam cum antiquis Philoſophis, nempè cum Chryſippo, Empedocle, & Democrito, dicens Dæmones à Dijs differre, non tantum ratione probitatis, & improbitatis, ſed etiam ſpecifica differentia, & habitatione; nam, Hi cœlum, illi verò aerem, & cætera elementa inhabitant.

Sed ad quid circa hoc amplius immorandum? cum hoc luculenter in Timeo Plat. in Tim.
exprimat Plato, dum ſtatuit vnum creatorem animarum, qui eſt Deus primus Verus, & Bonus, & multos creatores, qui æſtimantur Angeli? ſecundum Platonicos illos, qui Chriſtianam profitentur religionem, inter quos eſt D. Auguſtinus maximum Eccleſiæ lumen, qui quidem expreſsè ait, hos à Deo conditos eſſe, ſicuti, & animas noſtras, ſed ipſos fuiſſe

Y 2 hu-

humanorum corporum cōditores, quinimò cæterarum rerum effectores, quia ſicuti ab vno ſummo Deo immortalem partem ſumpſere (vt patet in Timeo) ſic ipſi mortalem partem attexerūt, hinc eſt quod vult Plato, quod tanquam parentes, & conditores noſtri colantur, & venerentur à nobis, vt fuſius alibi dicemus, non tamen approbat Deorum ortum, & genealogiam, eo modo, quo enarrant Poetæ, quoniam Deorum hiſtoriam ſub velaminibus fabularū debere reponi renuit, adeò quod à primo ad vltimum illos putat veros Deos, qui à Deo ſummo immediatè originem habent, & vim operatiuam circa motus cœlorum, & alias res producendas in hæc inferiora, ſecundum quod ad varia fuerunt creati, & deſtinati officia.

Iſti equidem ſunt hi Dij parui, ſiue iuniores, reſpectu primi maximi, & ſeniores, qui re vera, Angeli nomine dūtaxat, non ſubſtantia, non re, à noſtris Angelis differentes appellari poſſunt.

Et quod hæc veritas, ſit luce meridiana clarior, apud Platonem, confirmatur hac irrefragabili ipſius auctoritate, in Dialogo, qui Epinomis inſcribitur: *Principio Deorum, animaliumq; progeniem, quoniam malè maiores noſtri, de Dijs tradiderūt, nunc melius tractandum, ita ſuſcipere, operepretium eſt, vt ſuperiorem aduerſus impios diſputationem, à nobis habitam reſumamus, qua aſſeritur Deos eſſe, rerumq; omnium maximarum ſimul, & minimarum curam habere, nec precibus vllis, muneribuſq; præter iuſtum placari.*

Deos ex hac pulcherrima auctoritate Platonica eſſe in rerum natura, ſed varia officia exercere, circa res maximas, & minimas perhibetur, quod noſtra non reſpuit affirmare Theologia, vt iam viſum eſt, & etiam libro ſequēti videbimus, vbi comparatio abſoluta eſt in medium adhibenda.

11. de legibus. Quod maximarum curæ rerum, & minimarum Dij minores, hoc eſt Angeli adſint, ſummi Dei diſpenſatione, & prouidentia, confirmatur etiam ſententia Platonis 11. de Legibus, vbi etiam, quæ præciſè officia exercere dicātur ſcriptum reliquit, verba ſunt: *Nec abre hominum genus his Dijs eſt conſecratum; hi enim omnes regionem, populumq; curant, alij quippè bellis certaminibus præſunt, Alij ſtipendiarij opera, inſtrumentaq; efficiunt. Hi profectò Deos auctores veriti, neminem mendacio decipere debent, &c.*

Nec turbet nos, qđ ibi videatur Plato appellare hos Deos nominibus gentilium, ſ. Iouem, Saturnum, Venerem, Palladem, Vulcanum, &c. quoniam hæc nomina non faciunt, quod non ſint hæc numina, i. Dij minores infra ipſum primum, & ſummum, quibus ille tanquam ſeruis ſuis has cōmiſit operationes, propter bonum regimē vniuerſi rectè perficiendum, vt iā vidimus ſupra, minimè faciunt; nam fabuloſa gentilium Theologia hęc varia Deorum nomina excogitauit, ad expreſſionem diuerſarum operationum vnius Dei ſummi, qui eſt Iupiter in regimine vniuerſi, vt etiam alibi tactum eſt, excogitauit, & vt peroptimè animaduertunt, multi de Ethnicorum familia, & etiam alij quamplures ex noſtratibus, & præſertim Euſebius Caſarienſis, Lactantius Firmianus, Tertullianus, & alij, qui quidem multa per fabularum velamina, eam finxiſſe teſtantur, quæ nihilominus, & non ad plures referūtur, vt videri poteſt apud illos in expoſitionibus fabularum, quas obiter tetigerunt iuxta priſcorum Theologorum, & Poetarum doctrinam ſ. Homeri, Orphæi, Cæcilij, Epicharmi, Lini, Muſæi, & aliorum.

His ſanè auctoritatibus fulti, poſſumus in doctrina Platonica minores Deos affirmare, omiſſis innumeris alijs, q̄ paſſim leguntur in Dialogis huius celeberrimi Philoſophi; nam non eſt liber, in quo clariſſima eorum mentio non reperiatur; idcircò videamus modò qualiter etiam ſuorum argumentis interpretum, quod Deos eſſe, ſine vlla mentis heſitatione pateat. Argumenta tamen non ſunt ipſius

ſius

ſius Platonis, ſed ſuorum expoſitorum, & præſertim Marſilij Ficini, in hac doctrina excellentiſſimi viri, quæ tamen rationes, & argumentationes ſolidiſſimis fundamentis Platonicis innituntur; vnde ab aduerſarijs facilè retorqueri non poſſunt.

Quod non modò Angeli ſint, ſed quod multi ſint rationibus etiam probatur.

MArſilius Ficinus, primo Theologiæ Platonicæ, poſtquam valida demonſtratione probauit, quod ſupra formam in corpore diuiſam, alia extabat forma indiuiſa, vel melius indiuidua, probat ex conſequenti, primo, quod iſta per ſubſtãtiam ſit immobilis, per operationẽ mobilis, per virtutẽ aũt partim mobilis, & partim immobilis; hoc ſufficiẽter probato oſtẽdit, quod ſuper hãc neceſſariò extat ſubſtantia quædam, quæ reperitur immobilis omninò ſecũdum totam ſuam naturam, & actionem, & iſtam nil aliud concludit eſſe, quam Angelus, quę tamen non eſt vna numero mens, & natura poſt primã imparticipatam, vt multi Platonis ſequaces vnanimiter, & pari voto tenẽnt, vt infra videbimus, ſed multiplicata ad maiorem ſui perfectionem, eius rationes ſunt infraſcriptę, quas meo iudicio ab alijs deſumit Platonicis, & ipſis in doctrina Platonica celeberrimus, vti eſt Iamblicus, & Proculus, cum alijs tenentibus, & non iniuria, hanc ſubſtantiarum ſeparatarum multiplicitatem poſt primam imparticipatam.

Proclus in ſua Theologia non dum in latinum redacta nec impreſſa.

Videbimus prius, quibus rationibus Angelos eſſe probetur, cum iam auctoritatibus Platonis ſatis abundè declaratum ſit; poſtea itidem rationibus, multos, & vndequaq; ab omni materia ſeparatos, & abiunctos eſſe probabimus.

Marſilius ſic procedit, probando loco citato. Perfectior eſt operatio formę ſtabilis, quam mobilis, ſequens ſuam entitatem ſtabiliſſimam, ſed operatio aliqua eſt re vera ſtabilis formæ, igitur perfectior ea, quæ eſt mobilis, & hæc poteſt eſſe ratio ſuæ perfectionis, quoniam vno momento, & illicò poteſt ſuum opus abſoluere, quod non contingit ei, quæ indiget tempore, iſta eſt Angeli, illa animæ, igitur iſta perfectior illa, igitur datur aliqua operatio alicuius formæ ſupra animam, quæ eſt perfectiſſima, quæ quidem eſſe non poteſt, niſi Angelus; igitur ex hoc Angelum eſſe concludi poteſt.

Hæc ratio huic fundamento inniti videtur .ſ. quod ſicuti aliqua forma intellectualis, vitalis, quæ eſt omninò mobilis ſpectatur, & hæc eſt anima, ita datur aliqua omninò immobilis, & hęc eſt Angelus, diceret forſan aliquis ingenio ſubtilis, quod hæc eſt Deus; ſed reſpondetur, quod hoc omnino eſſe non poteſt, cum ipſe ſit vnus, & non multiplex; vnde cum entitas, & forma animæ ſit multiplex, cõſequens eſt, ſupra animam aliam immobilem dari, ſed tamen multiplicatam, hęc quidem nil aliud eſſe poteſt, quam multitudo Angelica, quæ eſt ſupra animam, ſicuc ſupra animarum multitudinem.

Obiectio.

Solutio.

Ex quodam Magorum ęnigmate, ſic videtur etiam argumentari, ſicuti in corporibus eſt res vndiq; lucida, vt ſtella, & vndiq; obſcura, ex ſe, vt aer, & partim lucida, & partim obſcura, vt luna, ita in ordine ſpirituum eſt mens omninò lucida, omninò obſcura, & partim obſcura, partimq; lucid. ; prima eſt mens Angelica, ſecunda eſt anima ratione deſtituta, hoc eſt, anima irrationabilis, reſtat, quod tertia ſit anima rationalis, quæ iure teneat medium; quoniam partem habet intellectualis luminis, parte etiam caret: prima, quę eſt veluti ſtella, ſemper à Sole eodem modo lumẽ habens, eſt Angelus .i. mens ſemper eodem modo lucida; eo quia immediatè eſt infra ipſum primum: ſecunda eſt omninò obſcura, veluti irrationalis, quia nullam habet in ſemetipſa rationalis luminis partem: tertia verò rationalis partim obſcura, quia non eſt, vt prima Angelica nobilis, & excellẽs, partimq; lu-

lucida, quia ratione prædita, atq; irrationali nobilior, & excellentior; & ideò eadem ratione ſuperior, igitur ex hoc ordine Angelicam reperiri naturã aſtruitur. Et quemadmodũ oſtẽdit ſuã in ſuperioribus corporibus intẽtionem, ita in inferioribus hoc idẽ demonſtrare ſic nititur.

Reperitur corpus vnum, ex intellectuali ſubſtantia, hoc eſt, anima rationali, & naturali mole, hoc eſt, corpore cõſtans; reperiuntur etiam multa corpora animæ ſubſtantiæ expertia, vt ſenſibus patet, quid igitur prohibet mentes plurimas, corporibus haud vnitas reperiri? hi quidem ſunt Angeli, qui ſuper omnes animas corporibus alligatas collocãtur.

Ex hac ratione facilè hæc alia deducitur .ſ. quod cum mentes corporibus vnitæ, ex ſe ipſis ſpeciẽ animalis haud compleãt cum compoſitæ ſpeciei ſint partes; atque, vt plurimum, vt intelligant ſenſibilibus indigent, quare imperfectæ cenſeri poſſunt, cum imperfectè agant; & ab imperfectis, in quolibet genere ad ea, quæ ſunt perfecta aſcendendum ſit, quæ perfecta natura priora ſunt; conſequens eſt, vt ſuper has coniunctas mentes, ad ſeparatas ratio nos manuducat, quæ ꝑfectò ſeparatę mentes re vera Angeli dici poſſunt. *Ordo naturæ.*

Alia ratio ſic etiam produci poteſt, impoſſibile eſt naturam inferiorem ſuperioris abſque medio ſummum conſequi, ideò cum multa corpora ſint apud Platonicos mentibus prædita .ſ. cęlicolarum Dæmonum, & hominũ, reſtat ne ſequatur, illud maximum inconueniens, quod dentur aliquæ mentes ſinceriſſimę, ſuper has omnes exiſtentes, vt mediæ, hæq. ſinceræ, ac ſimplices collocentur, & iſtæ ſunt Angeli puri, & quibuſcunq; corporibus deſtituti.

Multę itidem aliæ rationes à Platonicis adducuntur, quas omnes hic afferre ſuperuacaneum cenſeo; idcirco cum iam auctoritatibus ipſius Platonis, necnon argumentationibus eiuſdem, & ſuorum hoc ſatis probatum ſit; reſtat modò, vt quomodo nõ vnica ſit hæc mens participata, ſed multæ immediatè à prima imparticipata pendentes, quæ iure dicuntur Angeli, videamus.

Quod Angeli multi ſint, & non vnus tantum.

QVoniam maximam controuerſiam inter Excellentiſſimos Platonicos an .ſ. poſt primam imparticipatam, immediatè ſequatur multitudo mẽtium participatarum infra ipſam, & ſupra animã vniuerſalem totius mũdi conſpicio, idcircò adducendæ ſunt eorũ opiniones, & quæ magis erit conſona, nobis ſeligenda, & approbanda, veluti veritati Chriſtianæ magis conſentanea. Plotinus, & Porphyrius diſcipulus, ex vetuſtioribus aliqui eorũ aſſeclæ, tenent multitudinem mentium, inter primam, & animã mundi minimè reperiri, exaduerſò Proclus, Ermias, & Syrianus, quorum ſententiam approbant Neoterici Platonici, vt Ficinus, & Ioannes Piccus Mirãdulanus, & alij ſequaces, oppoſitam videntur tueri ſententiam. Primam aſſerunt quidam magis Philoſophicam eſſe; ſecundam verò magis Theologicam, vtpotè, quæ magis veritati Chriſtianæ noſtræ Theologiæ accedit, quod omnes affirmant noſtræ tempeſtatis ſapientes. *Diſcordia inter Plato de multiplicitate, & vnitate mẽtium poſt primam imparticipatã.*

Qui partem Plotini, & ſuorum tuentur, id minimè ratione ſolida oſtẽdi poſſe aiunt, quia nullum vſum id expoſcere volunt, nam ad quid (aiunt ipſi) multiplicare entia ſine neceſſitate? E contrario Platonicus inſignis Proclus, & Syrianus, hoc idem rationibus ſubtiliſſimis, iure perſuadent. Etenim quid ſibi volunt Plato, & Socrates, cum multitudinem iuniorum Deorum .i. mentium, poſt primam admittunt? cum vnamquamq; ad cuiuſcunque cuſtodiam deputare videntur, vt tactum eſt ſupra, & infra fuſius dicetur? cum in mundo ad officia explenda, & multa, & varia, à prima deſtinatas eſſe produt, vt ad ſferarum motiones

ad hominũ cuſtodias,& ad alias functiones obeundas? quam quidem veritatem ipſe Ariſt. noluit infringere: quinimò eã adeò admittere, vt vnicuiq; orbi ſuã tribueret vſiam.i.ſubſtantiã,&tot eſſe vſias, ſiue intelligentias in cęlo, quot ſunt motus; & quoniam deprehendit, motus ibi eſſe quinque, & quinquaginta, idcircò tot eſſe eas determinauit, nec forſan intelligentias à materia vndequaq; ſeparatas negauit(vt opinantur nonnulli ex eius aſſeclis Auerroiſticæ interpretationi nimis addicti) ſed eaſdem generosè admiſit, cũ ſuper cœlos entia immaterialia reperiri, optimam,& beatam vitam ducentia, impaſſibilia, & incorruptibilia, tempori, & viciſſitudini haud obnoxia faſſus eſt, quoniam ibi nec tempus, nec locus, nec vacuum eſt, ſed dumtaxat illud ſpatium, in quo diffinitiuè eſſe in loco immaterialiã, ratione optima determinant Theologi noſtrates.

Ariſtot. admittit multitudinem mentiũ abſtractarum.

Si igitur Ariſtotelicæ opinioni hoc dogma conſentaneũ eſſe apparet.ſ.quod multæ,& non vna mens, poſt primam reperiantur, & hæ participatæ,& ab ea dependentes, multò magis Platonicæ oĩnò conformes eſſe poteſt, & debet admitti, cum ipſe tam frequenter earum mentionem faciat in omnibus ferè Dialogis, nec verò hæc doctrina eſſe ſolius Plat. atq; illius interpretum iudicari debet, ſed etiam totius veteris ſapientiæ ante ipſum eſſe conſtat. Videbimus paulò infra, quomodo non ſolum multitudo mentium apud veteres reperiatur.ſ.Zoroaſtrem,& Mercurium, ſed etiam quomodo mirifico ordine diſtributæ in vniuerſo ſpectẽtur, ſed prius qualiter hoc rationibus oſtẽdi poſſit,& quibus auctoritatibus valeat comprobari, videamus.

Rationes multas in confirmationem iſtius veritatis adducit Ficinus, quas à Procli Theologia,& ab Academia Lycia quidam Neoterici illum deſumpſiſſe autumant; quarum præcipua eſt, quod ſicut in corporibus multæ mentes vitam mobilem ducentes apparent, vt mẽtes humanæ, ita non inconuenit multas itidẽ abſq; corporibus reperiri; quinimò multò plures vitam tamen immobilem ducentes, cũ ſeorsũ à materia mentes melius ſe habeãt in vniuerſo, quam materiæ adhærentes, hoc ratione optima confirmãt, quoniam incorporeæ ſubſtantiæ, ſecundũ generis ſui conditionem,& naturam magis videtur cõuenire, quod ſint extra corpus, quã in corpore, & ideò plures illius ſpecies à corpore ſeiunctas, quam coniunctas eſſe debere ex conſequenti,& iſti ſunt Angeli, plures re vera, & non vnus, ſecundum noſtrum loquendi vſum.

Theol. Plat. lib. 1. c. 5.

Quod Angeli ſint plures, & non vnus rationes.

Poſſet quis vtiq; plures eſſe mentes,& non vnicam, ſed tamen numero determinatas admittere, vel, vt opinatur Auicennas, decem, vel, vt docet Ariſt. tot, quot ſunt motus cœleſtes, vt ſupra tetigimus.

Nos hoc perſuadere nõ dumtaxat nobis nimirum placet, ſed vltra ẽt fateri cogimur maximam entiũ multitudinem reperiri, vt rationes iſtæ cogunt. Si ſpecies rerum naturalium in materia exiſtentes, quamuis in ſubiecto anguſtæ re vera ſint tamen inter ſe, non per ſubſtantiam, ſed per ſeipſas diſtinguuntur, atq; in numerum, quàm plurimum dilatantur, multò magis ſubſtantiæ ipſæ, quæ ſuper materiã viuunt in ſeipſis, & per ſeipſas diſtinctæ ſunt, atq; mira quadam abſoluti generis ſui fœcunditate, in ſpecies quaſi innumeras prorſus amplificatæ.

Itidem intelligibile genus ſuaptè natura magis multiplicabile, quam corporeũ eſſe videtur; ſiquidem numeri dimenſiones, figuræ proportiones, raritas corporum, velocitas motionum in ipſis corporibus ſemper terminata ſunt, in mente autem abſq; termino pro arbitrio prętenduntur, ſi illa igitur terminata, & limitata conſpiciuntur, iſta interminata quid prohibet fateri illa ab iſtis in numero excedere?

Adiungitur (ait Ficinus ad corroborandam hanc veritatem) quod illa, quę in materia particularia ſunt, in mẽte vniuerſalia fiunt, quare concluditur, quod iſta

ma-

magis multiplicabilia, & multiplicata ſiut, quam illa, quæ certo numero recluſa videntur.

Concluſio.

Concluditur hæc veritas tandem hac ſolidiſſima ratione, cum hoc genus intelligibilium genere ſenſibilium amplificabilius ſit, potẽtia talis in vniuerſo inanis, & fruſtranea eſſe non debet; quare ſubſtantiæ ſeparatæ multò plures eſſe debẽt, quam corporales, etiam hac ratione præſertim cum potentia præſtantior, & magis, & prius in vniuerſo actum ſibi ſuum aſciſcat, quam debilior; ne igitur tale inconueniẽs admittatur, iure mentium abſtractarũ multiplicitas in vniuerſo ſtabiliatur.

Concludamus tandem cum hoc viro, qui ad mentem Procli, & Syriani loquitur, quinimò cum veritate ipſam mẽtium multitudinem etiam ex ordine vniuerſi; namq. ordo expoſcit, cũ ſub infinito bono, quam optimè diſpoſitus exiſtat; vt, quæ in ipſo ſunt meliora, quatenus fieri poteſt ſuper deteriorum quantitatem, & numerum multiplicẽtur; & præcipuè cum inferiora ſuperiorum gratia ſint cõſtituta, quod manifeſtè licet in vniuerſi machina conſpicere ſint iuremeritò igitur plures, & non vnica mẽs poſt primam ex his rationibus, & etiam ex auctoritatibus philoſophantiũ diuerſarum ſectarum, & ſint oĩnò à materia abiunctę, & ſeparatæ.

Auctoritatibus cõfirmatur.

Auctoritates, quibus hoc dogma de mentium multiplici diſcretione cõfirmatur, ſunt primò Zoroaſtri, qui vetuſtiſſimo metro hãc in primis multiplicitatem cecinit, vt proximè videbimus, cũ eorum ordinem explicauerimus: ſecundò, Aegyptiorum, qui eandem doctrinam ſunt ſecuti; deinde Græcorum priſcorũ .ſ. Orphæi, & eorũ, qui eiuſdem dogmata ſunt amplexati dehinc multorum; Platonis .ſ. ipſius, vt latiſſimè viſum eſt ſupra, Platonicorumq. omnium: atq. Stoici hoc non ſunt auſi negare, quinimò pro viribus affirmare, quod auctoritate patris eloquẽtiæ Ciceronis, pluribus in locis cõfirmari poteſt; Poetæ excellẽtiſſimi hoc idem canẽdo affirmare conati ſunt, ſicuti primas literarum Homerus, Callimacus ex Græcis, & alij, vt Virgilius, Catullus, & multi ex latinis, quorũ verba, & carmina hic referre tedium afferre poſſe putauimus, & ob hoc hanc ſentẽtiarum ſeriem enarrare omittimus, & eò magis, cum in his mentibus ordinandis horum auctorum mentionem facere debeamus: qui tamen tantorum virorum placita, auctoritateſq; circa hoc dogma in fonte videre cupit, præ manibus eorum ſcripta, ſi poteſt, ſumat, ſaltem Auguſt. Eugubini volumen de perenni Philoſophia conſpiciat; vbi per totum octauum librum hæc omnia latè videre poterit.

Aug. Eug. de perenni Philoſ.

Quid ſit Angelus in doctrina Platonis.

IStius mentis à materia omninò ſeiunctæ, non eſt aliqua diffinitio in Plat. exacta, adæquata, & explicita, quæ poſſit hic afferri à nobis, ſed variæ ab eiuſdem Philoſophi aſſeclis afferũtur deſcriptiones, quę paſſim apud ipſos ſummi doctrinæ viro conformiter accõmodatæ leguntur; quarum prima eſt iſta. *Mens imparticipata, quæ eſt Angelus, dicitur animal rationale immortale; optimam vitam degens apud primum, à quo ortum, & originem trahit.*

Deſcriptio prima. Angelus, ſiue mẽs ĩparticipata in doct. Plat.

Circa hãc deſcriptionem eſt aduertendum, quod Platonici arbitrantur ex animãtibus rationalibus aliqua dari mortalia, vt nos homines, aliqua verò immortalia, & hæ ſunt mentes pęnitus à materia ſeparatæ, quæ Angeli iure optimo dicuntur, hoc patet apud Porphyriũ in diffiniendo hominem. Alij ex eadem familia rectius mentem imparticipatam, ſiue Angelum, ſic deſcribere nituntur. *Mens imparticipata eſt creatura præſtantiſſima intelligibilis, libera, continẽter intelligens, creata ab imparticipata mente, ſiue à Deo, vt ei famuletur.*

In prædicabilib.

Secũda Deſcript.

Hæc deſcriptio ſic declarari poteſt de verbo ad verbum, & primò, quod ſit *creatura*, eo quia à prima imparticipata habuit exordium per creationem *præſtantiſſima*, eo quia à prima imparticipata ha-

buit exordium per creationem *præſtantiſſima*, eò quia infra ſe alias habet mentes, corporibus implicitas, vt ſunt Dæmoniacæ, & noſtræ? *Intelligibilis*, eò quia eſt tota in intellectione poſita. *libera*, quia cum ſit eminentior, & perfectior mẽte humana, quæ libera exiſtit, non caret, & ipſa hac facultate. *continenter intelligens*, ad differentiam itidem noſtræ mentis, quæ cum diſcurſu intelligit, ipſa verò ſine diſcurſu, vel dicitur continenter intelligere, quod eſt idem, eò quia non ſyllogizat, vt anima noſtra, ſed vnico intelligendi modo,
Psal. 99. *à mente imparticipata creata*, eò quia Angeli & ipſi dicunt, ipſe fecit nos, & non ipſi nos, *vt ei famuletur*, quoniam ad officia aliqua eſt reuera creata (vt patebit infra) quæ omnia ſunt in Dei obſequium directa, tanquam ad vniuerſi factorem, & rectorem.

Angel. deſcriptiones è Plat. Aliæ deſcriptiones mentium participatarum, ſiuè Angelorum eliciũtur à Platonicis, vtpotè, quod Angelus ſit immobilis multitudo (quod proximè monſtratum eſt) quod ſit mens, & qua ratione, eaq; materiæ inquinamentis non implicata, & quod ſit itidem mens, ſiue ſpiritus à materia ſegregatus immortalis, & rationalis, &c. quod ſit tandem circulus duplex, tùm quia ad illud redit, vnde manauit, dum ſuum diligit, & intelligit auctorem, tùm quia ſemetipſum conſiderat, &c.

Hæ ſunt Angeli deſcriptiones, quas varijs ex Platonicis collegimus; alias multas omiſimus, quæ cum in idem redeant, breuitatis cauſa referre nobis minimè placuit.

Iam habemus (ni fallor) in doctrina Platonis, Angelos eſſe, & auctoritate ipſius, & rationibus perſuadẽtibus ſuorum interpretum, necnon auctoritatibus veteris ſapientiæ hoc conſpicuè confirmantibus: habemus, qđ multi ſint, cõtra contrariam tenentes, vt Plotinus, & Porphyrius: reſtat modò videre, quo ordine ab eiſdem diſponantur.

Quomodo vario ordine, à vetuſta ſapientia, & à Platone, & Platonicis Angeli diſponantur.

CHaldæi (vt ab his tanquam à vetuſtioribus incipiamus) nõ modò hoc dogma de mentium multitudine cognouerunt, & poſteris ſcriptum reliquerunt, ſed etiam ordine ſic miro, illud diſpoſuerunt, vt videatur in multis ferè conuenire cum illis, quæ D. Dionyſius noſter à D. Paulo edoctus, & diuino numine afflatus, nobis admirabili ſerie deſcripſit, de quibus ſuperiori libro, vbi Angelica natura, ſecundum Theologiam noſtram, licet per compendium, explanata eſt.

Hoc idem Michael Pſellus, vir in Platonica doctrina apprimè verſatus, facili methodo & expreſſit, & ordinauit, & in tres generales ordines rectè diſtribuit; etenim datur primò vna ſuprema natura, ſecũdum Zoroaſtrem, & alios Chaldeos, eiuſdem doctrinæ ſequaces, quæ vnam ſupremam conſtituit Triadem, & hęc profundum, appellatur paternum, & ex hoc, quoniam ex patre, mẽte, & potentia conſtat, quas ſubſtantias, Triadem hanc conſtituentes, nuncupat intelligibiles; poſt Prima trias intelligibilis. hanc alias quoq; duas conſtituit, ex rei natura diuiſione neceſſaria diſtinctas à prima, quæ eſt intelligibilium, & intellectualium, ſiue & intelligibiles, & intellectuales poſſunt appellari, iuxta ſua verba, quæ ſunt: *Intelligibilia, & intellectualia, ſunt quæcunq; dum intelligunt, intelliguntur*; Tertia eſt intellectualium tantùm, ſiue intellectuales tantùm, poſſunt Secunda intelligib. & intellec. Tertia intellec tm. .n. ſic ſecundum eos appellari.

Breuiter hanc doctrinam nobis ſic libet explanare. Intelligibilium primus ordo is dicitur, qui tantum intelligitur, & eſt ſupremus. Secundus, qui & medius eſt, intelligibilium ſimul, & intellectualiũ dicitur, & eſt trinè diuiſus. ſ. Iyngas, & Synochæas, & Teletarchas, & hic ſic dicitur (vti Zoroaſtri ab oraculo dictum eſt) quia & intelligitur, & intelligit. Tertius verò eſt intellectualium, Vnaquæq; trias eſt trinè diuiſa.

qui .ſ. tantum intelligit, quoniam vel intellectus eſſentia eſt, vel participatione.

Ex hac præclara diuiſione facilè iudicari poteſt, primum ordinem ſuprà intellectum eſſe, quia mentibus medijs intelligitur. Medium verò, qui ſuperioris eſt particeps, mentibus tamen conſtans, quæ ſuperiora (vti diximus) & ſeipſas intelligunt. Tertium tandem eſſe mentium, quarum munus eſt intelligere, & ſeipſas, & ſuperiora, & inferiora pariter, vt exiſtimat Fráciſcus Patricius Præceptor meus, in Platonica diſciplina diligentiſſimus interpres.

Huius doctrinæ declaratio breuis, & clara.

In ſua Philoſophia noua.

In ſequenti libro, in quo comparationem conſtituemus, inter Platonem, & noſtrates Theologos, quomodo hæc doctrina differat à veritate Chriſtiana, & à D. Dionyſio diuinè declarata, in cœleſti Hierarchia videbimus.

Facit deinde mentionem Pſellus de alijs mentibus triplicatis, eodem loci, his verbis. *Aliam verò Triadem Amilictorum, qui ſunt tres, & vnam Hypezocota. Fontes hi ſeptem, poſt quos fontes ſunt Hyperarchij, inde Azoni, deinde Zonei, poſt quos Angeli (vocat proprio nomine hos Angelos) deinde Dæmones, Heroes poſt illos. Poſt quos animæ. Poſtremò mundus ipſe corporeus.* Totam hanc ſeriem, & catenam recenſet Pſellus ad mentem Zoroaſtri ſpirituum immaterialium, vſq; ad corporeum mundum materialem.

Ex his conijcimus, hác doctrinam non eſſe nouam, & à Platone ipſo, & Platonicis excogitatam, ſed peruetuſtam, & re vera diuinam, ab oraculo reuelatam, & à maximo vate decantatam.

Alius oraculorum eiuſdem ſapientis interpres, quē putat Patritius eſſe Georgium Plethonem, in Platonica doctrina ſatis verſatum, harum triadum mentionem affert, ſed tamen paulò ab iſta Pſelli diuerſam. Nam poſt primam Triadem paterni profundi, in qua ait eſſe (vt ipſe putat) Patrem, potentiam, intellectum, hæc videtur ſubnectere. *Deinde eſt intelligibilis Tynx, & poſt hác Synochus, Empyreus, Ethereus, & Hyleus. Poſt Synocheas, ſunt Teletarchæ, poſt hos fontani Patres, qui vocantur etiam mundi ductores, horum primo dicitur ſemel Trans, poſt hunc Hecate, poſtea is, qui eſt bis Trans, poſt hunc tres Amilicti, & vltimus is, qui Hypezocos vocatur:* venerantur quoq; fontanam Triadem, fidei, & veritatis, & amoris.

Plethon de hac doctrina.

Alios etiam quoſdam fontes, & fontanos enumerat idem auctor Solis .ſ. ſenſus Iudicij, fulminis, fontanas ſummitates, & materiales, & ipſius animæ, & fontanam animam, vnde addit.

Poſt verò fontes (aiunt eſſe principatus) fontes .n. principaliores ſunt principatibus, principatuū verò viuigenorum, ſummitas Hecatæ vocatur; Medietas verò anima principalis extremitas, virtus principalis, &c.

Videbimus in ſequenti lib. compar. & annot. quomodo etiā D. Dionyſius noſter his nominibus vtatur in Hierarchijs Angelorum diſponendis, & ordinandis.

Mercurius Alpha Aegyptiorū ſapientum, multitudinem Deorū poſt primum & docet, & prædicat, ſed quia eandem miro hoc ordine non diſponit, idcircò, vt ab eo confeſſam, & creditam, ad præſens omittimus in ſermone ſacro, in minerua mundi, & alibi eandem fatetur expreſsè.

Merc. Angelos admittit.

Orphæus hanc etiam non modò canendo docet, & promulgat, ſed etiam nominibus Angelorū explicitè vtitur his verbis, Deum ſummum alloquendo: *Tuo enim Throno igneo adſtant multi Angeli*: ex his, & multis alijs locis & Mercurij, & Orphæi, claram habemus mentionem Angelorum, adeò quod nō eſt ambigendum, quod ipſi cum Platone, & Platonicis hanc multitudinem rectè ſentientibus non conueniant.

Orphæus Angel. ponit.

Proſequamur harum mentium diuinarum ordinem patefacere, Plato poſt hos, & vates, & Theologos peruetuſtos in medium eſt congruo ordine adducendus, qui re vera hanc mentium, & catenam pluſquam auream, & ſeriem non liquidò exponit, ſed perpulchiè ex ſententia Ficini potiùs adumbrat, dum lib. 1. de legi-

Quid Plato de ordine Angelorū ſtatuit.

bus,

bus, & in Minone ſæpè ſæpius quendam nouenarium numerum cōmemorat, quaſi neceſſarium ad leges, à Deo addiſcendas, hominibuſq; tradendas, & hunc ſignificare, quodāmodo apparet illum, qui nouem Angelicarum mētium ordines comprehendit, iuxta veritatem Theologię noſtræ: exponit Ficinus inſignis doctrinæ, & pietatis vir, hūc locum Plat. qui forſan à veritate non recedit, nam poteſt iudicari, quod Deus Optimus Maximus ijs mētibus vtatur, tanquam ſuæ voluntatis interpretibus, circa leges vniuerſo tradendas, & exponendas, ſiue quod legum rationes, per ipſos, quaſi per interpretes ad homines legiſlatores deferantur, qui poſtea quaſi ab eiſdem afflati, eas promulgent, & curent ab omnibus obſeruari.

Sed quoniam hæc doctrina non eſt ita clara, & adeò conſtans, quod poſſit tanquam vera affirmari, idcircò, admiſſa non tanquam (vt dixi) vera, ſed adumbrata, pertranſeo ad harum mentium diſponendos ordines, prout exponunt pręclariores Platonis ipſius ſequaces, & prima, prout & ponunt, & diſponunt Iamblicus lib. de Myſterijs Aegyptiorum, Proclus, Hermias, & cum eo Syrianus, Apuleius, & alij, qui tamen circa hanc diſpoſitionem, non tandem videntur habere ſententiam, quod fortaſſe à magna rei difficultate euenire poteſt.

De myſter. Aegyptior. lib. 1. c. 5. Iamblicus igitur, volens harum mentium, vel horum numinum (vt ipſe vocat) ſubſtantias ordinare, &, quomodo appareant, docere, in nouem claſſes eorum ſeriem diuidit. In primo ſitu ponit Deos quoſdam inuiſibiles; in 2. Deos conſpicuos, qui forſan (vt quidam putant) ſunt Sol, Luna, Sydera, &c. in 3. Archangelos; in 4. Angelos; in 5. Dæmones; in 6. Principatus; in 7. Principes; in 8. Heroes; in 9. animas, & incipiendo à Dijs inuiſibilibus, dicit, quod eorum viſa vniformia apparent. Archangelorum verò viſa, quo ad aliqua, dicit, quod ſunt diuinis cauſis propiora; Angelorum autem ſimpliciora, inferiora tamen diuinis cauſis, Dæmonum natura, nihil habet commune cum his ſuperioribus mētibus, eò quia ſuam degunt vitam in elementis, vt videbimus, quando de ſua ſpeciali natura agemus. Principatuum functiones, ponit in mundi regimine, & elementorum, quæ variæ erunt, ſed cum ordine, & ornatu pulcherrimo. Principes dominantur materiæ. Heroes habent poteſtatem cuncta conficiendi, quæ optant, ſunt magnifici aſpectus, & celeriter operantur, quæ volunt, animæ tùm motrices ſtellarum exiſtentes, tùm hominum partes, corpora non informant, ſed eis aſſiſtunt varijs itidem modis, à Iamblico hæc numina figurantur, ſed quoniam harum notitia nihil prodeſt negotio noſtro, ideò tanquā inutilis ad pręſens omittatur, infra, de operationibus mentium, ſecundum iſtorum doctrinam, fuſius aliquid dicemus.

Proclus Academiæ Lyciæ Anteſignanus, Platonicus ingens, & præclarus, has mentes diſpoſuit poſt primum triplicato ordine, ſicuti rectiſſimè diſponit Dionyſius noſter veræ Theologiæ Coryphæus. Vnde in lib. vbi de Platonis Theologia agit, qui liber nondum (quod ego ſciam) eſt vel in latinum verſus, vel typis excuſſus, ſed ipſum egomet vidi apud Franciſcum Patricium Ferrarię, dum publicè ibi Platonicam Theologiam profitebatur, in eo (inquam) poſt primum vnum verum, & bonum, neceſſarium eſſe putat agere de Dijs minoribus. Et ipſum primum cenſet; Quemadmodum natura naturaliter, mens mentaliter, & anima per modum animæ operatur, & generat, ſic illud, tanquam ſupremum vnum, ſiue ſupremam vnitatem vnicè, ſiue per modum vnitatis debere operari, & gignere, & ante omnia producere quaſdam vnitatis (ἑνάδας Græcè) ipſi vni, vel vnitati ſimillimas, illę apud ipſum itidem vocantur bonitates, ab ipſa vna ſuprema dependentes, tāquam à primo omnis bonitatis fonte, vnde dicitur etiam hæc natura vnica multitudo, ab vno multiplicabili deriuans, tanquam ab originaria, & generante cauſa, & iſta diui-

Procl. Academ. Lyc. auctor Angelor. diſp.

Triplex ordo mẽtium ſecundum Proclum.

ditur in triplicem mentium ordinem. In primo collocantur intellectus, qui intellecti dicuntur; in 2. intellectus, qui intellecti, & intelligentes ſunt; in 3. intellectus, intelligentes dumtaxat.

Prima horum acies in hæc inferiora, ſuas dirigit vires, ſecundum iſtius Philoſophi ſententiam, nam ab ipſo vno, à quo dependent, & facultatem procreandi, & vim generandi corporea cuncta obtinuerunt, & iſti ſunt intellecti Dij (vt diximus) in triplicem itidem diuiſi claſſem, ſic tamen appellati ſunt, quoniam ab inferioribus intelliguntur.

Secunda verò acies iſtorum, qui dicuntur intellecti, & intelligentes, & pari modò in triplici ordine diuiſa, horũ officium eſt annuntiare maxima Dei arcana, colligere, & cuſtodire cuncta, pro ſua conditione appellati ſunt intelligentes, eo quia intelligunt ſuperiores; primi ordines tripartiti, qui hac ratione dicuntur intellecti dumtaxat, dicuntur etiam intellecti, quoniam ab inferioribus intelliguntur .ſ. ab intelligentibus ſolummodò.

Sequitur tertia acies, hoc eſt eorum, qui intelligentes tantum dicuntur à Proclo, & hæc eſt ratio, quæ non diſcrepat à ſententia Dionyſij noſtri, vt in ſequenti lib. patebit, quoniam intelligunt, & aſpiciunt ſuperiores, à quibus poſtea veritatem, & ſapientiam acquirunt, dum ab eiſdem irradiantur, & illuminãtur; iſta acies eſt vltima, in ordine mentium, ſecundum Procli placitum, eò quia totam abſoluit Hierarchiarum circulationẽ, quibus functionibus præditæ ſint hæ extremæ in ordine intelligentes mentes, expreſſa non extat mentio apud Proclum.

Vult tamẽ Philoſophus iſte, quod primi ordinis mentes, à Deo ſummo originem ducant, quo ad eſſentiam, & ſubſtantiam; ſecundi ordinis à primis; tertij verò à ſecundis; quæ opinio tanquam erronea à noſtratibus reprobatur, & iure meritò, quoniã omnes ab vno primo bono, & vero profectæ, & creatæ ſunt; ſufficiant igitur hæc ꝑ enarratione opinionis Procli, circa hanc naturam nobiliſſimam, in ſequenti lib. fuſius videbimus, quomodo à veritate noſtræ Theologiæ videatur recedere, & in quibus appareat cum eadem conuenire, quod, perſpicaciſſima intellectus acie, animaduertit diligentiſſimus, & pariter doctiſſimus Steuchus, in libris de perenni Philoſophia, videbimus (inquam) hæc omnia, quæ tamen conſona veritati ſunt, quomodo iſta à noſtro Dionyſio deſumpſit, ſed eiuſdem veræ doctrinæ innumera nugamenta, & figmenta admiſcuit. Lib. 8.

Hunc ferè in omnibus ſecuti ſunt Hermias, & Damaſcius, ex alijs Platonicis Græcis. Certum harum mentium non adinuenio ordinem, ſed earundem dumtaxat confeſſionem plurium .ſ. participatarum, poſt primam, omninò imparticipatam, vel ſub eadem vnum reperio; tamen inter Latinos Luciũ Apuleium D. Auguſtini conterraneum, hanc diuinam ſic diſponentem naturam ad aures Platonis. Sex gradus adhibet iſte Philoſophus entium intellectualium. In primo, tanquam in apice collocat Deum, per ſe vnum verum, & bonum; in 2. ſecundas quaſdam bonitates, quæ immediatè pendent à primo, & dicuntur Dij ſecundi .i. illi iuniores, de quibus Plato, vt ſupra; in 3. intellectus quoſdam ſeparatos, & omninò incorporeos, qui ſecundum alios intelligentiæ nuncupantur; in 4. ponit cęlorum animas, quas vult eſſe eorum motrices; in 5. animas Dæmonum, nam putat Dęmones eſſe animalia, prout ipſe ibi videtur diffinire, & eius diffinitio à diffinitione Macrobij non diſcrepat; in 6. & vltimo gradu ponit animas hominum, cæteris ſuperioribus ignobiliores, & ex hoc tales, eò quia corporibus corruptibilibus vniuntur, licet intellectuales reuera ſint.

Circa hunc ord. Quid dicat Apuleius. Sex gradus entium ex Plat. deducit Lucius Apuleius li. de Deo Soc.

In his gradibus tota natura intelligẽs, & cognoſcẽs clauditur, ſed quoniam hæc doctrina nõ adeò conſtans cenſetur à doctiſſimis Platonicis, vt eam ſequi debeant veritatis amatores, idcircò nos etiã eandem, vt incertam omittimus, ſufficiat igitur

tur pro nũc nos enarraſſe, quomodò Platonici diuerſimodè ſint locuti, de hac intellectualis naturæ diſpoſitione, & ordine. Videbimus in ſequenti lib. qui nam melius ex his omnibus ſcopum veritatis noſtræ Theologiæ tetigerit.

An certus ſit abſtractarum mentium numerus, ſiue Angelorum.

SEd ſolent perquirere quidam, an harum mentium, in doctrina Plat. Platonicorumq; ſit numerus certus, & diffinitus? Reſpondent nonnulli, quod vtriq; harum numerus datur cõpletus, poſt primam mẽtem imparticipatam, quæ eſt boni filius, mundi opifex, Rex Saturnus ex mẽte Orphęi nuncupatus, à Patre itidem Cœlio Rege genitus, ab iſta imparticipata duodecim participatę originem trahũt, quæ dicũtur duces intelligibiles, ſiue Angeli contemplatores ſolummodò; ab iſtis duodecim, alię participatę oriuntur Principes Angeli intelligibiles, intellectualeſq; contẽplatores, & agentes circa communia. Ab iſtis duodecim legiones naſcũtur vnaquęq; legio, ſicuti ab vna mente Principe originãtur, ità ab eadem tanquam à ſuo Duce reguntur, & iſtę dicuntur Angeli intellectuales, contemplatores, & agentes circa quædam minus communia, & ſic omnes numero diffinito terminatæ cenſentur. Mentes apud Platonicos, quæ poſtea ſint præciſè eorum officia, ſicuti non conueniunt, pari voto, & vnanimi conſenſu, in admittendis, ordinandis, & diffiniendis his mentibus, ità etiam in ſuis functionibus obeundis, maximè diſcrepare videntur.

Numerus Angelor. ſecũdum Platonic. multis, quis ſit.

Operationes Ang. in via Plat.

AT videamus, quæ ſint eorum operationes, quam variæ, ſicut vario modo diſponuntur ab eiſdẽ diuerſis Platonis ſequacibus, & primo à Platone ipſo, qui ſuis minoribus Dijs, ne fruſtra à primo bono eorum, & ipſi aliarum rerũ conditore effecti ſint, quędam officia eſſe tradita narrat, quod etiam ſupra obiter tetigimus, dum ex eius conſenſu eos eſſe probauimus.

Plato Dijs ſuis minoribus, hoc eſt mẽtibus participatis, officia tribuit; in Apologia, expreſsè vult, eos humanã habere curã, & vnumquemq; hõem propriũ habere cuſtodem Angelum. In Phedone hoc idem explicitè aſtruit, & bis in eodem, etiam eiſdem gubernacula mũdi, ait, fuiſſe à ſuo diuino conditore tradita; vndecimo de legibus, vult, quod populorum, & regionum ipſi curam habeant, & ex multis alios certaminibus, alios alijs officijs præeſſe, ſecundum quod ſummo Deo placet, itidem fatetur, ſed quoniam hæc omnia in confeſſione eorum ſatis ſuperq; demonſtrauimus, etiam verba ferendo clarè prolata rei. Platonis; ideò hæc pro ſimplici oſtenſione ſufficiant, quod ipſe Angelis officia tribuerit, quod non ceſſat, affirmare tota ferè eiuſdem ſchola. Sit igitur, pro concluſione firma, tandem illud, quod dicit hic Philoſophus celeberrimus, quod ſ. Dij hi minores non modò ſint, ſed maximarum, minimarumq; rerum curam habeant, nec præter iuſtum vnquam flectantur, hæc ſententia in Epinomide patet, & quod iſti ſint Angeli, de quibus noſtra Theologia loquitur, Ficinus affirmat, cui aſſentiũt omnes iſtius tẽpeſtatis Academici, cum Ioanne Pico Mirandulano, cui ſummopere & ipſe aſſentio, ſicuti & alijs quibuſdam Peripatheticis, in eãdem ſententiam currentibus, necnon Auguſtino Eugubino, ſummæ doctrinæ, & pietatis viro.

Plat. 11. de leg.

Concluſio.

In Conui-nio cap. 2.

In diuiſione Chaldaica diximus, qđ primi ordinis mentes dicuntur intelligibiles, eò quia intelliguntur tantum, ſed nunquam alias intelligunt mẽtes, vel primam imparticipatam, à qua habuerunt eſſentiam, & dependentiam; & nulli dubium eſſe debet, quod nõ appellantur ſic, quatenus intelliguntur dumtaxat, ſed etiam intelligunt primum, eò quia eidem aſſiſtunt tanquam immediati adminiſtra-

tores eiuſdem voluntatis, ſunt veluti interpretes diuinæ executionis; & diuini mandati, & dicuntur intelligi, hoc eſt per ipſos reuelationes inferioribus immitti, quoniam ſecundi ab iſtis, vt par eſt credere per has, inquam, reuelationesq́ ſuſcipiunt diuina mandata.

Secundi ordinis verò, quę dicuntur intelligibiles, & intellectuales ſimul; ſic appellantur (vt mea eſt ſententia) eo quia & ipſi intelliguntur ab inferioribus, hoc eſt mentibus tertij ordinis, quibus mandata, quæ a ſuperioribus acceperunt, per ipſos deferuntur.

Tertij ordinis tandem dicuntur mentes intellectuales ſolum, quoniam tãtum intelligunt, hoc eſt accipiunt à mentibus ſecundi ordinis eadem mandata, ſibi ipſis à primi ordinis mentibus reuelata: & ad executionem tandem reducunt eadem diuinæ voluntatis iuſſu, & ratione: quæ autem ſint hæc mandata, ſecundum horum ſapientum doctrinam, non facilè poteſt humana percipere ratio: forſitan, quis poſſet, aliqua ductus coniectura, dicere, quòd ex ijs, alij curã ſuſcipiũt humanam, alij verò alia exercent officia, prout opportunitas expoſcit in regimine machinæ mundi.

Iamblicus autem, ſicuti in ordinandis his mentibus cum Chaldæis, haud conuenire videtur, in aliquibus ſaltem, ita non eodem modo, neq; eadem officia apparet ſuis numinibus (ſic ab eo appellatis) diſtribuere. In ſuo ordine, in apice, Lib.3. c.1. poſuimus harum mentium Deos inuiſibiles, quorum functiones determinat conſiſtere in purgandis animabus. Archangelis autem anagogicam attribuit virtutem quandam; Angelis, abſolutionem à vinculis materiæ; Genijs, raptum ad naturam; Heroibus procurationem operum ſenſibilium; Principatibus, pertractationem, ſiue melius præfecturam circa res mundanas impingit; Principibus verò, curam rerum materialium. Animabus extenſionem ad corpora, quibus Dæmonibus præſunt, nihil ibi videtur attribuere, quod ſit mentione dignum. De Deorum autem conſpicuorum officijs nullum prorſus ibi facit commentum. Multa alia hinc inde adducit officia horum numinum, quæ apparent in eorum manifeſtationibus, in celeritate motus, in tarditate eiuſdem, in auctoritate à ſupremo habita, in emphaſi, in lumine, in magnitudine, ac denique in imperij, & dominij excellentia, quæ nos hic ommittimus enarrare, cum potius fictiones, & nugamenta appareant, quam ſolidæ, & irrefragabilis doctrinæ veræ ſententiæ, quæ potius à multis etiam Platonicis, veritatis amatoribus, tanquam futiles chimeræ irridentur.

Proclus perpaucis mutatis, in functionibus ſuarum mentium tradendis, videtur cum Chaldæis conuenire, prout ſuam afferendo doctrinam, paulò ſupra declaratum eſt; ideò ſuperuacaneum puto iterum eadem hic repetere.

L. Apuleius, poſt primum per ſe bonum, per ſe verum, & per ſe vnum, poſuit (vti diximus) ſecundas bonitates, & vnitates, participãtes primam bonitatem, & vnitatẽ primi imparticipati boni, & has, communis eſt ſentẽtia, Ideas eſſe, quibus aſſentit D. Auguſtinus eius cõterraneus, primas Ideas (inquam) .i. primas eſſentias, à quibus & eſſentiam, & vitam habere cuncta viuentia putant, non ignobiles Platonici. Sed quoniam ſuo loco de eiſdem mentionem habere debemus, ideò pro nunc dimitto earum conditionem enarrare, earumq; functiones. Poſt has ſequuntur in tertio gradu intellectus ſeparati, ſiue intelligentiæ, quarum munera non præcisè determinat eſſe poſita in mouendis corporibus cœleſtibus, ſed etiã in tota mũdi machina regenda ad nutum ſui opificis, & rectoris, animæ verò cœlorum, quæ poſt has ordine ſequantur vult, quod moueant cœlos præcisè, & eiſdem ſemper aſſiſtant, tanquam formæ æternæ, & immortales. Has ſequuntur Dæmones, ſiue Dæmonum animæ, de quibus ſuo loco; has poſtremò ſequuntur animæ

no-

noſtræ, de quibus in ſequenti diffuſè pertractabimus.

Hæc ſunt breuiter functiones, & munera, quæ mentibus ſeparatis vario modo diſpoſitis, à varijs adſcribũtur. Videamus nunc, quid ſentiant Platonici noſtri Chriſtiani circa eandem eſſentiam, & conditionem harum mentium participatarum, quas communi ſentẽtia omnes appellãt Angelos, & primo exordium ſummamus, ab earum origine, & hac occaſione catenam auream Platonicæ Theologiæ, & Philoſophiæ enarremus.

Mentium abſtractarum .i. Angelorum origo.

IAm lib. de Deo, ad mentem Platonis (ni fallor) demonſtrauimus, vnum bonum, & verum eſſe illud primum, à quo omnia ſibi inferiora fluxere, tãquam ſcaturigines à fonte vberrimo, perenni, & indeficiente, & illud nõ modo primum appellari poſſe, ſed etiam principium vnum, & hoc nil aliud eſſe firma ſententia decreuimus, niſi Deum ipſum; ſi igitur Deum bonum, & vnum principium primum eũdem aſſerere conati ſumus, prout verum eſt, ab hoc vno, vnitas quędam prima originatur, & hãc vnitatem nil aliud eſſe putandum eſt, niſi primam mentem imparticipatã, ab ipſo primo perfectiſſimo perfectiſſimam in ſui natura creatam; ab hac mente mentiũ ordines mirificos originem habere, pro certo ſic probant Platonici.

Primum, tanquam omniũ efficiens omninò ineffectibile, in primo Catenæ pluſquam aureæ ſigno conſtituatur, & ſit pater omnium, ſicuti eſt (vt millies diximus) effector; in ſecundo ſit mens prima patris vnica progenies imparticipata: in tertio autem alia mens, quæ dicitur ſecunda, & opifex vniuerſi à Proclo, & ab Aſſeclis; in quarto verò caterua mentium, ab hac immediatè originata, & prima à primo creata eſt vna ab vno; ſecunda ab hac, quæ tamen vna, vt opifex, mens ſecunda ſterilis eſſe haud debere, & ratio ſuadet, & auctoritates Platonicorũ ferè omnium comprobant, quinimò & Chaldæorum. Si igitur ſterilis eſſe, minimè debet, quid prohibet, ipſam influxibus ſummi boni, & primæ mentis .ſ. verbi diuini grauidam neceſſariò, neceſſitate tamen libera, aliquando parere debere fœtus ie vera diuinos? quidnam ſunt iſti fœtus, niſi mentes participatę? quæ ſicuti à ſecũda, tanquam à parẽte, immediatè fluxere, ita ab eadem contineri, conſeruari, & cuſtodiri debere, non immeritò fateri cogimur, quinimò etiam à patre, & à prima, ſed immediatè. Origo mentium participatarum.

Hæc eſt origo mentium, ſecũdum Platonicos, Platonis ſinceram veritatem ſequentes; ab his mẽtibus participatis, originem conſequenter ducunt alia entia minus excellentia, vtpotè mentes animales, ſiue animæ, de quibus ſuo loco latiſſimè agemus, ab animabus naturas, à naturis corpora, pari ratione videbimus deriuare: nam hoc pro certo affirmant Platonici, quod à bono ipſo, quod quidem ens non eſſe, ſed ſupereminere omne ens, ſupra determinauimus, ortum duxit verbum, mens prima vndequaq; imparticipata, quæ poſtea ens abſq; iniuria nuncupari poteſt, ab hac mente autem aliæ participatæ eo ordine, de quo ſupra exactam fecimus mentionem, ab his autem, quę ſecunda entia poſt primum dicuntur, tertia ortum habent, à tertijs autem quartæ, ab his quintæ, vſq; ad decimas; quæ in ordine huiuſmodi catenæ pulcherrimæ poſtremæ ſunt, prout abſq; mendacio aiunt & antiqui, & moderni Platonici; qui intelligunt, quod à bono iſto, vt ait Patricius Præceptor, vnitas primaria, ab hac vnitate, vnitatẽs aliæ, ab ijs eſſentię, ab eſſentijs vitæ, à vitis animæ, ab animabus naturæ, à naturis qualitates, à qualitatib. formæ, à formis corpora deriuãt; quæ oĩa entia à primo depẽdere (mediatè tamen) nõ recuſant & affirmare Aegyptiorum, & Priſcorum Græcorum ſapiẽtiſſimi Vates.

Quomodo, & qua ratione pendeant à primo mediatè, ſic cecinit Orphæus Græcorum diuinus Vates.

Cun-

Cuncta perfecit Pater, & menti tradidit ſecundæ.

quæ mens ſecunda, & ſecūdum eiuſdem, & Mercurij ſententiam, eſt ipſi Patri, & primæ .ſ. verbo conſubſtantialis: à primo igitur mediatè .ſ. à bono pendent mentes iſtæ, immediatè verò à ſecunda, verbo .ſ. & bono conſubſtantialis, quoniam Pater de ſe omnia deprompſit, vt prima cauſa, & menti huic ſua tradidit, quæ (vti diximus) grauida, & fæcunda has in lucem produxit mentes, hæ igitur ſubſtantiæ intellectuales ſic originem trahunt à ſecunda, & hæc à prima, quæ à primo bono, vero, & vno originatur. Hæc ſuccinctè quo ad eorum originem ſint dicta.

Vbi principium habuere, & originem mentes iſtæ Angelicæ in via Plat.

Sed vbinam, & quando ortum traduxere ab illa imparticipata, iſtæ participatæ mentes? ex doctrina Platonis, pluribus in locis, ſicuti habemus, has mentes cœlum, tanquam proprium domicilium inhabitare, ita eaſdem in eodem originem habuiſſe conijcere poſſumus, quæ tamen non eſt temporaria origo, vt proximè videbimus, ſed æterna in æuo ſempiterno, ſicut æterna ſunt originaria principia, & ſola ratione comprehenſibilia, quę doctrina auctoritate eiuſdem Philoſophi ſic manifeſtari poteſt.

In Phedone confitetur in cœlo reperiri diuina ſpectacula, & Beatos ſpectatores; & quinā eſſe poſſunt huiuſmodi Beati ſpectatores, præter mentes iſtas ſemper ineffabili Deo aſſiſtentes? quæ eodem, & verbo ſibi conſubſtantiali fruuntur tanquam diuinis ſpectaculis? Ibidem Cælicolas vult optima ratione ſuper cœlos vitam degere optimam, & beatam, & eaſdem, veros eſſe cęlorum habitatores concludit, habitant cœlum igitur tanquam propriam patriam, in qua natura tàm mirifica initium admirandum deſumpſit.

In Phedro, vbi diuinum illum commemorat currum, de quo alibi aliquid dicemus, explicitè Deorum .ſ. mentium iſtarum genus in cęlo habitacula habere perpetua fatetur, quæ ſibi tanquam patria, in qua ortum eſt, iure competūt, in cœlo igitur ſitum qualemcunq; habent, in cœlo habitationem, & in eodem ortū à ſuis principijs ducunt, modo, vt ſupra.

Quando .i. in quo inſtanti exordium habuere huiuſmodi Angelicæ mentes.

Sed quando, ab ijs in cœleſti aula, hæ mentes initium ſumpſere, non extat cara, & conſtans mentio, neq; apud Platonē, neq; pęnes eiuſdē interpretes; etenim Plato iſtius doctrinæ, aut omninò ignarus, aut dubius ita extitit, vt nullo modo ſuā afferre ſententiā circa hoc ſibi cōplacuerit, namq; ſicuti nondū exploratum eſt, an hic Philoſophus tēporariam, vel cauſatiuam mundi geneſim voluerit, vt ſuo loco videbimus, vbi varias interpretum controuerſias in medium adducemus, ita non ſatis clarum eſt, an hæc mentium emanatio à diuina prima mēte, & ſubſtantia æterna, vel temporaria fuerit, temporaria tamen in eo ſenſu, in quo quidam mundū fuiſſe ab opifice genitum arbitrantur. Non tamen magis aſſentire ijs cogemur, qui & mentium, & cæterarum rerum emanationem à Deo putamus æternā, nec fatemur hoc in via Platonica, & propterea nō tenemus, nullum habuiſſe, iſtas mentes initium re, ſed ratione in cœlo, ſed temporariam; vt alibi patebit, igitur ad alia circa has ſubſtantias inquirenda procedamus.

An Angelus, & anima differant ſpecie in doctrina Platonis.

Videamus, an in via Platonica, mentes iſtæ, ſiue Angeli ſpecie differāt ab animabus. Si iterū repetamus ſeriem Platonicæ catenæ, facilè perſpiciemus, mentes imparticipatas actu, & poteſtate à ſorde materiæ ſeiunctas exiſtere, quinimò ab omni peregrino, & extrinſeco cortice,

tice,

tice, quod minimè animarũ naturis conuenire perſpicuum eſt, nam animam vehiculis vti tanquam corticibus, communis eſt Platonicorum ſententia, mentes verò nequaquam. Si igitur hæc eſt eorum communis ratio, quid prohibet aſſerere animas ſpecie differre à mẽtibus? itidem mentes in ordine entium præcedunt animas, ſi præcedunt, ergo in gradu, & ordine perfectionis, cum magis mentes ad diuinam accedant naturam, & magis eandem participare videantur. Verum licet animæ mẽtes etiam dicatur, non tamen mentes ſimplices, vt Angeli, ſed quodammodo permixtè, quare dicuntur non ſimpliciter mentes, ſed mentes animales, ſiue mentes in anima, ad differentiam mentium ab omni permixtione alienarũ, quare poſſumus hac ratione omninò fateri has mentes ab animabus ſpecie differre.

Angelicæ naturæ ſpecie differũt in via Plat.

Ficinus hanc conſtituit differentiam inter mentes .i. Angelos, & animas .ſ. quod mentes, licet corpora moueant, vt cæleſtia, tamen ipſæ prorſus immobiles exiſtunt, animæ ſecus ſe habent, nam dum corpora transferunt, ipſæ quoque feruntur, cum ſint omnis motionis corporum principia, & cauſæ, igitur hac quoq; ratione Angeli, & animæ ſpecie differre putantur, & non iniuria.

Theol Plat. lib. 1. c. 5.

Sunt nihilominus quidam Platonici, qui (teſte Origene) putant Angelos, & animas nõ diſtingui ſpecie, & eſt eorum potiſſima ratio, quia vbicunq; aliqua ſpecie diſtinguuntur, id ex eo eſt, quia differentia nobilior vnum ab alio ſeparat, homo verò, & Angelus, cum in nobiliſſimis differentijs conueniant, intellectu nempè, & voluntate ſpecie diſtingui non poterunt ex eo, quod nulla reperiatur differentia, voluntate, & intellectu nobilior.

Sed hunc ſcrupulum egregiè admodũ tollit Doctor Angelicus, qui quidem aſſerit differentiam eſſe nobiliorem genere, ſicut determinatum in determinato, & proprium communi, non autem ſicut alia, & alia natura: alioquin quæcunq; animalia irrationalia vel vnius eſſet ſpeciei, vel in eis eſſet alia perfectior forma, quam anima ſenſitiua.

1. p. 1. q. 51. ar. 3.

Sicut ergo iſta, ſecũdum diuerſos gradus determinatos naturæ ſenſitiuę, differunt, ſic rationales animæ, & Angeli differunt ſpecie, ſecundum diuerſos gradus naturæ intellectiuæ, etiam in hac via.

Et eſt aduertendum, quod quãdo loquimur de Animabus, loquimur præcisè de humanis, nam in doctrina Platonica nõ eſt anima ſimpliciter originata à ſuis principijs, ad hoc, vt corporibus corruptilibus aſſiſtat, ſed vt aliorum etiam aſſiſtendo incumbar muneribus, vtpotè cœlis, Dæmonibus, Heroibus, &c. Anima non vſurpatur ſolum pro anima vniuerſi, neq; pro alijs aliorum animantium animabus, ſed pro omnibus, quibus hoc nomen animæ tribuitur à Platonicis, & à Mercurij aſſeclis. Mercurius .n. totũ animaſticũ genus diuidit in tres ſpheras .ſ. in diuinam, humanam, & irrationalem: de diuinis nullã prorſus hic facere mentionem intendimus, quoniam cum nec actu, nec poteſtate ſint corporibus deſtinatæ, videntur quodammodo cum Angelis coincidere, quinimò eſſe eadem, & natura, & ſpecie cum Angelis in noſtra Theologia nuncupatis.

Dubitatio noſtra igitur non ſit de anima mundi, de qua in claue apertè agit Mercurius, neq; de animabus cælorum, neq; de cæteris, ſed præcisè de humanis, & noſtræ reſolutio dubitationis ſit, quod omninò differant ſpecie ab Angelis iſtæ, tanquam corporibus deſtinatæ, præter rationes, quas in lib. de anima (Deo fauente) videbimus.

Mercur. in Claue. Dubitationis noſtræ ſolutio.

An Angeli ſint aliqua compoſitione præditi in via Platonis, & Plat.

SEd vltra procedẽdo, cætera inquiramus commemoratione digna in via noſtri Philoſophi: an mẽtes iſtæ Angelicæ nobiliſſimæ aliqualem in ſua natura admittant compoſitionem, vel omninò

eadem careant? Reſpondetur, quod re vera Angelus in ſe aliquam habet compoſitionem, & hoc probant Platonici authoritate ipſius Platonis in Philebo, vbi vult, quod Deus ſit omnium rerum terminus, & infinitus, cæteræ verò res infra ipſum cunctæ ſint compoſitæ ex infinitate, & termino; at Angelus eſt huiuſmodi, igitur eſt compoſitus: terminus ibi appellatur actus, infinitas verò potentia, igitur Angelus auctoritate maxima apud Plat. compoſitus eſt ex actu, & potentia.

Deus exiſtimatur, & optima ratione, apud Platonem, & Platonicos, purus actus, qui nullam patiendi vim admittat, multum diſtans à materia, quæ ſola omnem facultatem patiendi, & nullam agendi habet, at Angelus non eſt merus actus, & ratio eſt, quoniam eſſet Deus, at non eſt Deus, vt patet, ergo eſt infra Deum, vt iam probatum eſt, ſi eſt infra Deum, & non eſt merus actus, igitur habet in ſe præter actum aliud, & illud non eſt, niſi potentia, igitur à primo ad vltimum eſt ex actu, & potentia compoſitus.

In Phileba. Ficinus in Theol Platonis lib. 3.

Hęc ratio, ex Ficino eruta, hoc pulcherrimo confirmatur exemplo, non eſt pura lux, quæ viriditate aliqua, ſiue aliquo colore eſt infecta, ſed lux eſt qualitas quædam elementaris, ita Angelus, cum non ſit actus merus, ſed aliqua qualitate permixtus .ſ. potentia, dicitur re vera compoſitus.

Itidem in Angelo conſiderantur hæc tria, ſicuti etiam in anima, vt ſuo loco videbimus .ſ. eſſentia, potentia, & actio, hæc tria, inquam, non modo animæ, & Angelo conueniunt, ſed etiam rebus omnibus, ſecundum tamen modum ſuæ naturæ, & adeo eiſdem hæc propria cenſentur, vt nullo modo ab eis diuelli queant. Eſſentia eſt veluti primus actus; Potentia eſt aptitudo ad ſuas actiones complēdas; Actio eſt veluti ſecundus actus à primo, qui eſt finis entis; ex his tanquam ex proprijs partibus componſitur iſta, igitur & Angelus, cui etiam (vt diximus) hæc tria ſuo modo competunt, hæc eſt compoſitio, quæ in mentibus à materia ſecretis conſideratur, imò determinatur à Platonicis.

Quanam menſura menſurentur Angeli in via Platonis.

SEd inquiramus vltra, an iſtæ angelicæ mentes aliqua menſurentur durationis menſura? facilis huic dubitationi erit reſponſio, ſi conſiderabimus, quod Deus dumtaxat vnus cenſeatur à Platone (quod ſuo loco monſtratum eſt) Angelus verò multitudo, quæ cum tempori ſubiecta nequaquam exiſtat, igitur ſupra tempus collocatur, & ſupra motum, igitur in æuo ſempiterno, quod eſt omnium æuiternorum menſura, Angelus igitur æuo menſuratur. Quid prohibet hoc ſine mentis titubatione fateri, cum Angelus ſit mens participata ab illa imparticipata mente prima, quæ eſt omnium nobiliſſima, & perfectiſſima, deſumens ab ipſa & eſſe, & menſuram, quæ nil aliud eſſe poteſt, niſi æuum? quod æuiternorum menſura conſtituitur, etiam & neceſſario à Platonicis, & hæc ſint ſatis, quo ad eorum menſuram.

Angelus æuo menſuratur.

Quomodo huiuſmodi Angelicæ mentes occupent locum in eadem via.

SEd occupat ne locum Angelus, ſecūdum noſtri Philoſophi placitum, & ſuorum ſequacium? nulli dubium eſt, quod ſicuti ab omni materialitate ſecretus iure cenſetur, ita etiam ab omni loci occupatione circūſcriptiua liber exiſtit, nam non circumſcribitur, niſi pūrum materiale, ſpirituale nequāquàm, ſed diffinitur in vno eſſe, ſitu, & loco, non autem in alio, vnde diffinitiuè, ſecundum noſtrum loquendi modum, etiam poſſumus determinare Angelum in hac doctrina locum occupare, & ſitum.

Quom. Angelus occupat locum.

Quomodo Angeli moueantur ad aures Platonis.

AT quomodo mouentur? nullo modo ad aures Platonis, & Platoni-

Ficinus in Theol c. 5. lib. 1. corũ, & ratio eſt, quoniam eſt immobilis multitudo, ſemper circa Dei obſequium exiſtens, quæ (vt iam dictum eſt) licet mundi corpora moueat, ipſa tamen motis corporibus haud mouetur, è contrariò autem intellectiuæ animæ (vt etiam ſuo loco videbimus) & ſi aliquo modo vellet quis huic intellectuali naturæ motum tribuere, potiùs motum methaphoricum, quam realem, de loco .ſ. ad locum, ei tradere par eſſet.

Quæ ſit ratio intelligendi Angelicæ mentis.

SEquamur enarrare, quomodo, & qua ratione dicantur intelligere iſtæ nobiliſſimæ mẽtes, quę eſt primaria huiuſce diuinæ naturæ functio Intelligit dubio procul hęc natura hinc intellectualis dicta, & intelligendo cuncta Dei opera, & ſingula conſpicit excellentiori modo, quàm animæ noſtræ, & ratio eſt, cum ſit ipſa cæteris præſtantior ex hoc, quod non indigeat ſenſibus, & phantaſmatibus, neq; ei opus ſit paulatim diſponi, & dirigi ad intelligendum proprium obiectum, quemadmodum noſtris contingit mentibus, neceſſe habet, vt omnia percipiat, & omnia ſimul ſine vlla temporis, & ordinis ratione, ſed hoc abſq; medio nequaquam.

At quonam medio? dirigit ne aciem intellectus in corpora? nequaquam, quoniam ſtabilis (vt tetigimus) mens iſta videtur, & ratione ſuę ſtabilitatis cuncta ſimul cernit, & intuetur, & vt à corpore omninò libera, & indemnis exiſtens, libero quoq; vtitur intelligẽdi modo, nec informatur à corporibus, quia iſti⁹ quidditas eſt excellentior, quam illa, & ſi aliquo indiget medio, vt intelligat, prout re vera indiget, non quidem ſibi inferiore, ſed longè ſuperiore.

Sed quidnam eſt hoc medium? diuinam eſſentiam eſſe non dubitant affirmare Platonici, & ratione optima. Etenim Angelį eſſentia eſt ſolummodo Angeli forma, & hæc quodammodo lumine deſtituta, ideo indiget illuſtrari, ſed à quo lumine? à Sole ne materiali? nequaquã, ſed à ſole intellectuali, à prima eſſentia ſummi veri, & ſummi boni, quæ eſt lux pręclariſſima, omnium forma. Lux hęc puriſſima, q̃ iure appellatur radix, ratio, & exemplar, eſt illa, per quam, tanquam per Solem, altiſſimæ mentes Angelicę, excellentiſſimę ſubſtantiæ omnia perfectiſſimè conſpicere poſſunt.

Sed nunquid ſola hęc diuina eſſentia, abſolutè eſt cauſa intellectionis Angelicę abſq; alio? nequaquam, quoniam non eſt proportio finiti ad infinitum, finita eſt Angeli forma, infinita Dei, igitur nõ abſolutè, ſed media quadam pręparatione facta in Angelica mente, & hęc eſt forma quędam pręuia, & diſpoſitiua ſibi à Deo tradita, per quam agit intelligendo quicquid intelligit: hac mediante Angelus formas, & exemplaria rerum à prima ſuſcipit mente imparticipata, in qua omnes rerum eſſentię eminentiſſimè, & perfectiſſimè exiſtunt.

Hęc veritas hoc poteſt exemplo facilè manifeſtari. Sicut oculus per Solis lumen colorum omnium effectiuum eorundem ſuſcipit ſpecies, ſiue formas, perſpicitq; colores, ita mens Angelica, per Dei lumen rerum omnium effectiuum earundem rerum recipit ſpecies, & ſic intelligit perfectiſſimè; hęc eſt intellectio Angelica, igitur ad alias tranſeamus functiones.

Quomodo Angeli agant, & colloquantur adinuicem.

QVomodo agunt, & colloquantur inter ſemetipſas huiuſmodi Angelicę mẽtes in via Platonicorum? nulli dubium eſt, quod agunt, & colloquuntur modo intellectiuo, cum omninò & corporibus, & lingua careant materiali; agunt (inquam) ex ſententia noſtri Philoſophi, quoniam inter Deum, & homines conſtituuntur ab eo tanquam mediatores, & internuntij, vnde in me-

dio exiſtentes, ad Dei aures humanas preces, & bonas operationes eorundem, ad ipſum deffetunt, eadem ratione perferunt, necnon ad homines, quorum curæ deſtinati ſunt; ab eo diuina conducunt beneficia; ſunt veluti legati ſupremi Dei ad homines miſſi, non quod tamen de loco, in quo immobiliter vitam ducit æternam, diſcedant, ſed ſuis functionibus, & officijs, ſuas legationes facillimè complent, dum mediãtibus illuminationibus hominibus mirabiliter ſapientiam diuina diſpenſatione tradunt, deinde à ſummo Deo, bono, vno, & vero, à quo omnes ſuum exiſtendi principium ducunt, irradiati alloquuntur, non autem inferiores à ſuperioribus (vt falsò quidam putarunt) dum ſuas irradiationes, dum cõceptus, ſcientias, ſapientiam, ſacramenta, & myſteria intimis ordine tradunt mirifico, & diuino, vnde medij à ſuperioribus, inferiores à medijs, tanquam minores à maioribus, pulcherrima ſerie recipiunt hæc omnia: non autem eſſentiam, neq; ſubſtantiam (vt iam dictum eſt) hæc eſt muta Angelorum locutio in Platonica doctrina.

An Angelicæ mentes ad hominum cuſtodiam, iuxta Platonis dogmata, ſint à Deo deputatæ.

QVomodo poſtea ſint humanæ cuſtodiæ deputati, vt pluribus in locis expreſsè aſſeruiſſe Platonem iam tactum eſt, hic demonſtrare noſtra eſt ad præſens intentio. Iam igitur, quod homines cuſtodiant, pro cõfeſſo habent, & Plato, & maior interpretum pars; ſed quis ſit cuſtodiendi modus, & ratio non ſatis explicitè, quod ego ſciam, protulit Plato, nec Aſſeclæ. An. ſ. cuſtodiant præſentialiter aſſiſtẽdo corporibus cum anima pari ratione, aſſiſtente veluti Nauclerus in naui; vel potius homines cuſtodire dicantur, per immiſſiones inſpirationũ bonarũ, dum ipſi ſenſualitatibus vexantur immundis, à quibus illis adiuuantibus retrahantur.

2 Admiſſo, quod re vera homines cuſtodiant, prout explicitè fatentur, & iure nulla auctoritate fretus, ego dicerem, qđ ex hoc homines cuſtodire dicantur Angeli, non quatenus eiſdem ſecũdum realem præſentiam aſſiſtant, quoniam à locis propriæ habitationis nũquam dimouentur, cum iam multos, & immobiles eſſe ſupra probauerimus, ſed quatenus animabus mortaliũ bonas inſpirationes immittunt, & ab eis ſæpe tùm metum auferunt, tùm à propoſito aliquid agẽdi contra ſeipſos retrahũt; ſiue ad aliquod bonum conſequendum eoſdem impellant, quod fortaſſe duplici poteſt auctoritate eiuſdem Platonis in Theage cõprobari, vbi Socrates fatetur habere à teneris annis ſpiritũ ſequacem, quẽ dæmonium appellat; qui quidem ſemper illum ab omni cupiditate malum agendi, & propoſito abdicat voce, quæ ab alto delapſa videtur: verba hic referre mihi placet.

An hoc ſit ad mentem Scoti conſideranda. Vide in 2. diſt. 2. q. 9. Ad quæſtionem.

Adeſt mihi, Diuina quadam ſorte, dæmonium quoddam à pueritia me ſecutum, hoc. n. vox eſt quædam, quæ, cum ſit, ſemper eius rei, quam facturus ſum, diſſuaſionem innuit, &c. ijs verbis declarat Socrates, rei veritatẽ, & exemplo, prout eo loci videri poteſt, confirmat.

Præterea alia auctoritate hæc veritas corroboratur in eodem Theagete: *Quoniam*, inquit, *omnes animæ ſorte viuendi modum eligere ordine ad ſortem ſuam progrediuntur motæ à Dæmone, quem ſingulæ ſortitæ ſunt, qui ad cuſtodiendam hanc vitam, & ad perficiendã, quã elegerunt, vna cum eis mittitur, &c.*

Ex duabus hiſce ſanè auctoritatibus facilè conijcitur, Platonem Angelos ad humanam cuſtodiam poſitos, certò & cognouiſſe, & prædicaſſe: nec turbet nos, quod ipſum appellet Dæmonem, quoniam ſæpiſſimè, in eiuſdem doctrina indifferenter, & commixtim (vt diximus) Dij pro Dæmonibus bonis ſumuntur, & Dæmones pro Dijs minoribus.

Ex his igitur verbis etiam colligimus, vnumquemq; à tenera ætate proprium

ha-

habere cuſtodem ſpiritum, hoc eſt, Angelum; ſub cuius aſſidua cura vitam ducimus, & ex eiſdem etiã verbis innuitur, qđ eius vocalis elocutio, quæ eſt ſupernaturalis inſpiratio, deforis aduenięns, & menti accedens, hominem ab iniuſtis, & ſibi contrarijs actionibus, hoc eſt, peccatis, auertere quærit.

Idcircò non ſunt audiendi quidam in via Platonica etiam, licet excellentiſſimè verſati, tamen in hoc parum cordati, qui arbitrantur, & perperam, quod in hac Philoſophia Dæmones, qui hominum aſſiduam curam gerunt, ita ſe habeant, quod vnus bonus, alius verò malus ſit, qui methaphoricè ſint intelligẽdi in hoc ſenſu .ſ. quod bonus dicatur dictamen rectæ rationis, malus verò appetitus ſenſitiuus, quoniam eſt erroneum dictum, & à ſincera veritate protſus alienum: vt etiam dicemus in ſequenti lib. in cautionibus; quoniam verba Platonis (vt ſupra) videntur adeò conſpicua, & aperta, vt nulla occaſio nobis dubitandi relinquatur, non eſſe re vera ſpiritus reales concomitantes animas noſtras, eo modo, quo dictum eſt.

Cuſtodia igitur admittatur Angelica in via Platonis, & modus pari ratione cuſtodiendi, non per aſſiſtẽtiam præſentialem, ſed per immiſſionem, & inſpirationem ſupernaturalem.

Quomodo Angeli dicantur mitti in via Platonis, & quæ ſit mittendi ratio.

SIcuti non dicuntur homines cuſtodire Angeli more humano .ſ. aſſiſtendo, ſecundum realem præſentiam, ſed dumtaxat eo modo, de quo paulò ſupra, ita non dicũtur mitti ab alto cœlo in terris, ita vt illud relinquant, ac deinde ad idem regrediantur, cum immobiles prorſus, & non abſq; iure determinati ſint à Platonicorum ſchola, ſi immobiles ſunt, nullo modo mouẽtur, ſi nullo modo mouentur de loco ad locum, neq; ſpecie motus aliqua mouebuntur, vnde nec motu continuo, nec diſcontinuo mouebuntur, igitur nullo modo mobiles determinari poſſunt. At quomodo Angeli iure nuncupari poſſunt, cum nomẽ Angeli ſit nomen officij, non naturæ? Reſponderi poteſt, quod nunquam Plato hos appellauit Angelos, ſed Deos minores, Dæmones bonos .ſ. Eudæmones, mentes participatas, &c. hac ratione permoti s, eò quia non dimouentur à loco propriæ habitationis .ſ. ab alto Olympo, & ſi deputati ab eo cenſeantur ad varia officia abſoluenda, hoc valent ſupernaturaliter agere, etiam immoti mediantibus ſuperioribus irradiationibus, illuminationibus, inſpirationibus, & ſic in hoc ſenſu dicuntur mitti .ſ. quo ad operationes, non autem quo ad eſſentiam, & præſentiam; & hac ratione etiam in hac doctrina poſſunt appellari Angeli Dæmones, quatenus ſunt omniſcientes, mentes participatæ, quatenus à mente imparticipata, & ab vnitate pendent: & poſtremò intellectus ſimplices dici poſſunt, eo quia vitam totam intellectualem in æternitate ducũt diuinam; tamen confunduntur hæc nomina ſæpè, quod in lib. ſequenti latius patebit.

Contradictio Platonicorum, circa modum intelligendi Angelorum, conciliata.

ANtequàm hunc lib. concludamus, neceſſe eſſe duximus, controuerſiam quandam componere inter expoſitores ipſius Platonis de modo intelligẽdi Angelorum, nam quidam (vt viſum eſt ſupra cap. 14.) hanc naturam intellectualem, ſingulas Dei operationes eminentiori modo intelligere, quam animas noſtras autumãt, & hoc innuitur eſſe verum, eo quia in intelligendo, non indigent adminiculo ſenſuum, & phataſmatum, neq; diſpoſitione, qua ad ſpeculandum, quodcunq; obiectum dirigantur, vt noſtris accidit mentibus, eo quia ipſæ

om-

omnia ſimul ſine vlla temporaria ratione comprehendunt.

Ex aduersò alij Platonici, de conſenſu Ammonij Saccij, Plotini, & Origenis Præceptoris, oppoſitam huic tenent opinionem .ſ. Angelicam intellectionem non fieri ſimul, ſed ſucceſſiuè, vnde pro hac veritate Philoponus Peripatheticus magnus, & non ignobilis Platonicus habet hæc verba, in cortice primi de anima. *Non.n. ſimul omnia intelligunt.ſ. mentes participatæ, ſicut ille mundi primus, & abſtractus intellectus, ſed ſine tempore quidem, quoniam neq; in tempore ſunt, ſeriatim tamen velut numerus.*

Lib. 3. de anima.

Ex his nimirum verbis manifeſtè apparet ex Plat. ſent. non ſolum dari tempus quoddam diſcretum metiēs iſtarum mentium operationes, quod D. Thom. D. Bonau. Henrico Gandauēſi, Acgidio Rom. & Durando placuiſſe tenemus, ſed etiam, quod non intelligant ſine vlla temporis, & ordinis ratione.

Sed quid eſt dicendum pro conciliatione harum pugnantium ſententiarum? dicerē ego facillimè, hanc controuerſiam cōciliari poſſe, ſi dicamus has mētes poſſe cōparari ad ſecundā.ſ. ad mentem imparticipatam, & ad alias mentes inferiores, hoc eſt ad Dęmoniacas, & noſtras, ſi ad primam fiet comparatio, quę omnia vnico intuitu ſimul comprehendit, ſeriatim re vera, & vt numerus intelligit; ſi verò comparetur ad inferiores, quæ indigent ſenſibilibus, & phātaſmatibus, ſic poſſunt dici intelligere abſq; vlla temporis deſcriptione, vel magis reſolutè, quod illæ intelligant abſq; diſcurſu ſyllogiſtico, iſtæ autem ſyllogizando, & præſertim humanæ.

Hæc ſunt tandem, quæ poſſunt facillimè, & reſolutè determinari, circa eſſentiam mentium abſtractarum in doctrina Platonica circa operationes earum, & cætera, omiſſis innumeris multorum opinionibus, & quæſtionibus.

Et quoniam in principio iſtius lib. & etiam in progreſſu diximus, quod hæc nomina Angelus, & Dęmō, & in bonum, & in malū ſenſum vſurpantur, adeò quod ſæpè ſæpius confunduntur, nam aliquando, Angelus ſumitur pro Dæmone, & Dæmon pro Angelo, ideò eſset hic locus dicendi aliquid de Angelis, qui ſua culpa fuerunt à ſummo cęlo detruſi, quo caſu ex Angelis lucis Dęmones, vel Angeli tenebrarum effecti ſunt, ſed quoniam de his, & de eorum caſu in lib. ſpeciali de Dęmonibus acturi ſumus, hac de cauſa, in præſenti hāc materiam omittimus, & hunc Angelorum caſum; quem etiam Plat. & ante ipſum Pithagoram, & Homerum cognouiſſe conſpicuè demōſtrabimus. At de hoc hæc pauca ſufficiant.

Finis Sexti Libri.

CHRISTIANÆ THEOLOGIAE Cum Platonica Comparationis.

LIBER SEPTIMVS.

In quo abſolutiſſimè comparationes vtriuſque Theologiæ Christianæ ſ. & Platonicæ, circa ea, quæ fuerunt à nobis tradita in materia Angelorum, examinantur.

PRo cõfeſſo, tàm Chriſtianæ Theologiæ proceres, quàm Ethnicæ Philoſophię magiſtri, habẽt Angelos reperiri, & ſine vlla dubitatione, & rationibus, & auctoritatibus in vtraq; via probatur, vt iam viſum eſt ſuperioribus lib. & licet Plotinus, & cum eo Porphyrius, ac multi ſequaces, multitudinem mentium, poſt primam imparticipatam, minimè concedat, & auctoritate illuſtrium virorum cõprobare nitatur, veruntamen, cum ex eodem cõſpicuè multorum Deorum mentio habeatur multis in locis, ipſum dubio procul cum cæteris hanc multitudinem admittere fateri cogimur, alioquin ſibimet contradicere, nec benè ſibimet conſtare doctiſs. virum, & grauiſs. teſtem in Philoſophia Platonica, eadem ratione confiteri cogeremur, dum etenim oſtendit, quomodo intellectus noſter Deo fruatur, pro hac confeſſione hæc habet explicita verba. *Hæc eſt illeſa, felixq; Deorum vita, à malis omninò ſemota*. Alibi hæc alia profert: *Malus omnis in primis id habet, vt deſpiciat Deos, quũ etiam deſpectus Deorum eſt, & fons omnium malorum*, ſed alibi clarius, pro confeſſione non modò vnius Dei ſummi, ſed pro multorũ confirmatione, habet hæc alia, *Conſtat ſanè apud omnes, de Dijs aliquid cogitantes, non nunc tantùm Deum, verumetiam Deos omnes, vbiq; eſſe præſentes*, ipſaq; ratio, ita eſſe concludit.

Margin notes: Côtradict. in Plot. di. & circa mẽ- tium mult. — Ennead. 1. lib. 2. c. 2. — Ennead. 2. lib. 9. c. 15. — Ennead. 6. lib. 5. c. 4.

Stantibus allegatis, ego in confirmationem veritatis, dilemmate pro Plotino ſic procedo, aut Dij multi ſunt poſt primum, aut non, non eſt dicendum, quod non, ex ſuperioribus confeſſionibus, igitur re vera ſunt, & vt tales, intellectuales mentes omninò admitti debent, & in obſequio Dei ſemper exiſtentes. At quia mentes illæ à materia vndequaq; abiunctæ, qui Angeli apud nos nuncupantur, in eius doctrina reperiuntur, igitur Angeli ſunt, & multi poſt Deum ſummum, ſecundum Plotini doctrinam.

Margin note: Conf quod Angeli ſint ſecundum eos Plat.

Sequitur etiam, quod ſi, ſecundum prædictas auctoritates, & rationes, multi ſunt, & nõ vnus; vel quod ſibimet Plotinus contradicat, vel quod nobiſcum concordet; ſed diceret forſan aliquis ingenioſus, volens deffendere poſitionem Plotini primam, quod non negat ipſe multitudinem mẽtium poſt primam mediatè, vt ſunt mentes Dæmoniacæ, quæ ſunt iſti Dij, de quibus loquitur, ſed ne-

Margin note: Plot. poſitionis conciliatio.

gat

gat immediatè reperiri mentes materia deſtitutas poſt primam, cui ego ſic occurro, & dico, quod tutiùs, & conducibiliùs eſt credere, hos Deos minores, has mentes immediatas poſt primam, habitare cœlum ſupremum cum illa prima mente, & ſemper diuinæ præſentiæ aſſiſtere, quam lõgiſſimè ab ea diſtare, & cùm ſint re vera beatę, non degere vitam cęlibem, & felicem in elementis mundi, quæ ſunt prima corpora, in continua viciſſitudine, & mutatione exiſtentia, vt Dæmones, ſed in æterna permanentia, & in æuo ſempiterno, in quo habuerunt originem à ſuo diuino conditore, nec minus in elementatis, vt animæ noſtræ; & ſic videtur, quod etiam Plotinus conueniat cum noſtratibus in confeſſione multarum mentium poſt primam.

Et re vera, ſi res ſerio, & ſano perpendatur oculo, ſic ſe habet, quoniam iſta entia ab omni materia immunia oportet ſic admittere, vt ſint ſemper diuino miniſterio prompta, & ad nutum Dei parere parata, nec dicantur eiuſdem cõditionis eſſe, & naturæ cum alijs, procliuia ad materiam, in quibus ſemper vitam ducunt, vt Dæmoniaca, vel ad tempus, vt noſtra, quæ, & ſi aliqualiter in opificio diuino operari dicantur, vt à Deo pendentia, attamen non immediatè id agere dicuntur, quemadmodum hi Dij minores, qui Angeli non iniuria nuncupari debent; ſint igitur Angeli iterum, non ſolam ſecundum noſtrates, ſed ſecundum Platonicos omnes (nullo excepto) & ſint multi per conſequens, & ſic dicantur omnes idem ſentire circa eorum eſſentiam, & multitudinem.

Diffiniuntur etiam in vtraq; via, prout in ſuperioribus libris oſtenſum eſt, ſed in modo, & ratione diffiniendi, non benè conueniunt. Conueniunt (inquam) quod Angelus ſit ſubſtantia intellectualis, incorporea, immortalis (& id per gratiam) præſtantiſsima, intelligens, continenter Deo, tanquam ſuo creatori famulatum tribuens. Sed vice verſa, non cõueniunt, quod ſit animal rationale, & quod ſit immobilis. Quod ſit animal, quia Plato, omnes ferè mentes infra animam vniuerſalem (dicunt multi de ſua familia) vult, quod ſint mẽtes in anima, ſed allucinantur in hoc, nec nobiſcum cõcurrunt, quoniam volumus nos, quod Plato, & multi ſequaces alias mentes admittant (vt dictũ eſt) quæ ſint Dij omninò intellectuales; hinc igitur non meretur dici animal Angelus, licet ſit immortalis.

Intellectualis, & nõ rationalis, ad differentiam animarum noſtrarum, quæ iure rationales dicuntur ex eo, quod ratiocinari videtur, & procedere diſcurſu ſyllogiſtico, Angeli verò minimè, dum procedant intelligẽdo vnum poſt aliud, ſed de hoc fuſiùs infra.

Incorporeus. In hac nimirum conditione, communicant etiam noſtrates, & Platonici, ſed non ita benè cõcordantur. Etenim præſtantiſſimi quidam, & Latinorum, & Græcorum exiſtimant Angelos corporeos, corpore tamen aereo preditos, ſed indiſſolubili, & ratio eorum eſt, quia in eis præualent elementa agentia, & vis efficiens; vt D. Auguſtinus, & alibi, D. Hilarius; Tertullianus inter Latinos, Baſilius, Io. Damaſcenus; Lactantius inter Græcos, ex aduerſo D. Dionyſius, Chriſoſtomus, Cyrillus eiuſdem familiæ; noſtræ verò, D. Thomas, Scotus, Capreolus, omneſq; ſcholaſtici putant eoſdem omninò incorporeos. D. autem Bernardus, & cum eo multi, circa hoc anceps, & dubius ſe præbuit, ſed vtcumq; res ſe habeat, ex hoc poſſunt dici incorporei in vtraq; via, quoniam ſunt corporibus materialibus, & craſſioribus deſtituti, & ſic dici poteſt, quod in hoc benè communicent, vel quod ſint corporei, ſicuti etiam poteſt dici anima noſtra ratione habita ad Deum, cuius comparatione nihil eſt; quod omninò incorporeum dici queat, ſicut eſt ipſe Deus.

Super Gen.

2. Sent.

Dici poteſt etiam, in quo Platonici cõueniunt, cum D. Auguſtino, & cum his, qui ſunt eiuſdem ſententiæ, qui putant

ſpiritus omnes infra Deum habere vehicula, vel ætherea, vel aerea, illi verò, qui tenent ſubſtantias ſeparatas, ſeu Deos minores immobiliter ſe habere circa ipſum, minimè; quia nulla ratio ipſos vehiculis præditos eſſe expoſcit, cum nullo pacto dimoueãtur de loco ad locum, ſed ſemper eodem modo immobiles exiſtãt, ſecundum illorum opinionem.

Non eſt cur dubitetur per cõſequens, quin ſint immortales per ſpecialem gratiam ſui creatoris, cui ſemper adſtant, & indeficienter perſiſtunt in vtraq; via, & in his nimirum communicant noſtrates, & Platonici.

Sed verſa vice, non ſunt eiuſdem ſententiæ, quod Angelus ſit animal, eo quia hoc nomen ſolum competit animãtibus ex corpore, & anima conſtantibus, quod non mereatur dici rationalis, ſed intellectualis, iam dictum eſt, quod non ſit immobilis, ſed moueatur ad nutũ Dei omninò pugnant, quia mouetur de loco ad locum, ſecundum quod Deus eo vtitur ad aliquod hominibus annunciandum.

Fuit hęc nobiliſſima natura, ſecundum communem Theologorum ſcholam, cum cęlo empyreo creata, necnon cũ alijs coęuis, vel immediatè poſt ipſum, vt auctoritas venerabilis Bedę videtur innuere, allegata ſuo loco .ſ. *Mox, vt fuit creatum cęlum empyreum ſanctis Angelis impletum eſt*, licet aliqui ipſam per creationem productam eſſe (vt viſum eſt ſuo loco) dicere non dubitarint.

Fateri tamen nos cogimur, ſtantibus prædictis, hãc naturam, & quo ad locum, & quo ad quando, ſiue ad inſtans creationis, in cœlo eminentiſſimo fuiſſe productam in via noſtra; in Platonica verò non ita conſpicuè apparet, & de quando, ſiue inſtanti, & de loco, ſiue vbi ſit creata; nam ſi Platonis, & ſuorum dicta ſpectemus, circa mundi vniuerſalem productionem, contrarietates innumeras in dictis eius, & expoſitorum videbimus (vt clarè patebit lib. de mundi ortu ad aures eiuſdem) nam liquidò conſtat ibi, ipſum modo declinare ad mundi vniuerſi cauſatiuam productionem, ſiue miſticam, modò ad realem, & temporariam; vndè ſi cauſatiuam ipſum voluiſſe, teneamus, cum Plotino, & alijs, eum in hac parte ſequentibus, per conſequens dicere cogimur, quod ſicut mundus nunquam habuerit exordium reale, ſecundum Ariſt. dogmata, ita nec ea, quæ in eo ſunt, & præſertim mentes illæ diuinæ eidem aſſiſtentes, rectoreſq; cœli, & vniuerſæ naturæ, quas noſtrates Angelos appellant, quaſq; ſemper fuiſſe ait Proclus, dum eas gigni, & fieri ſemper, prædicet, & quaſi ſemper niteſcere, ac immortaliter à primo, vt conijcitur dependere, etiam ex confeſſione, Platonis in illis verbis in Timeo prolatis .i. *quid eſt, quod ſemper eſt carens generatione?* quæ verba ſecundum ipſum intelliguntur non modo de Deo ipſo primo, ſed etiam de mentibus, à materia ſeparatis, quæ tamen poſſunt dici habere à Deo hanc ęternam dependentiam cauſariuam, non autem initiatiuam, & temporariam, quare in hac parte minimè cum noſtratibus concordare videntur.

Patet lib de mundi ortu.

Steucus de pereni Philoſoph. lib. 8. c. 11.

In Timeo.

Ex aduerſo mundus vniuerſalis, hoc eſt cœlum, & omnia in eo exiſtentia, ſi verum, & temporale habuere exordium, vt Plutarchus, & alij rationibus, & auctoritatibus freti, faſſi ſunt, tenemur, & nos fateri cum ipſis, mẽtes has habuiſſe principium, & hoc non ſolum in primordio mũdanæ creationis (vt iure tenet via noſtra) ſed etiam in loco eminentiſſimo, vbi diuinam, & immortalem degunt vitam cum ſuo creatore, & ſic concordare nobiſcum, quo ad moram, ſiue quando fuere creata, & quo ad vbi, licet poſtea non quo ad modum, & rationem ſuæ creationis conueniant.

Minimè conueniunt in hac vna re (inquam) & præcipuè Proclus, quippe, cum tres poſuiſſet mentium ordines (vt ſuo loco abundè dictum eſt) primi ordinis mentes dumtaxat vult à Deo immediatam trahere originem, & dependentiam, quo ad ſubſtantiam nempè, & eſſentiam,

Procl. diſcrepat in ratione product. mentium.

BB ſe-

ſecundi ordinis mẽtes à primis, tertij verò à ſecundis, quæ opinio eſt veritati omninò contraria, & noſtræ Theologiæ aduerſaria; cuius doctrina, ſolum Deum eſſe æternum affirmat, ſupercæleſtes verò ſubſtantias, & ſi maximè ſint diuinæ, nihilominus dependẽtes immediatè à primo independente, & æterno, cuiuſcunq; ſint ordinis, aſtruit, nã oppoſitũ firmiter aſſerere, eſſet cõmittere prauũ Auicennæ errorem, vt infra in cautionibus patebit.

Sũt miro ordine, poſtea diſpoſiti Angeli in vtraq; Theologia, licet non eodem modo apud omnes, vt ex ſcripturis noſtrorum, & ſuorum Doctorum colligitur, nam hoc dogma de mentibus à materia ſeiunctis, multis ſanè ſæculis ante Dionyſium noſtrum fuit & cognitum, & promulgatum à Chaldæis, vt patet in Oraculis Zoroaſtri illorum Principis, cuius doctrinam ſecutos, in tres communes ordines eoſdem diſtribuiſſe fatetur Michael Pſellus, & alij, ſed tamen cùm aliqua differentia, vt dictum eſt ſuo loco. Hæc oracula hinc inde notata ſparſim in vnum fuerunt compendium, collecta à Franciſco Patricio Platonicæ Philoſophiæ interprete primario, in Ferrarienſi Gymnaſio, præter ea, quæ fuerunt excerpta, & conſcripta ab eodem Michaele Pſello Platonico inſigni.

Dubitatio. Et ſi quis percunctando dubitaret, quomodo Chaldæus ille primus, Zoroaſter potuit hoc dogma intelligere de mẽtibus his à materia ſeparatis, quod reuelatum eſſe noſtris, aſſeuerãter credimus, & pro certo tenemus, à ſupremo illo Domino, qui fuit omnium opifex, & creator, tot ſæculis ante eiuſdem Domini noſtri apparitionem, cum ipſe Ethnicus, & Gentilis extiterit? Reſpondetur, qđ forſitan hoc habuit ab Abrahamo, qui quidem fuit eiuſdem coetaneus, cui ex gratia ſpeciali fuit à Domino reuelatũ, ſicuti alia diuina, & cæleſtia arcana, quæ poſtea doctrina forſan ab eodem fuit ſcriptis mandata, & ſic à Gentilibus excerpta, & metro decantata. — Reſponſio.

Vel melius, quod Deus immediatè eãdem reuelauerit doctrinam Zoroaſtro per gratiã particularẽ, gratis exhibitam, ſicuti etiam & ipſi, & Mercurio, tenent noſtri fuiſſe reuelatum ſanctiſſimæ Trinitatis myſterium, quod poſſe accidere affirmant, nõ ſolum auctoritate ſummorum Theologorum, ſed Pauli Apoſtoli, qui primo ad Romanos dicit: *Deus illis manifeſtauit, &c.* Rom. 1.

In hac igitur tùm manifeſtatione, tùm triplicata ordinatione, concurrunt Chaldæi cum noſtratibus, ſicuti etiam conueniunt harum mentiũ. ſ. Synocheon, Theletarcharum, Poteſtatum, Principatuum, Archangelorũ, Angelorũ, & huiuſmodi. In trib. cõuenit. noſtri. & Chaldæi.

Nullo modo poſtea aſſentio ijs, qui tenent, ſicuti harum mentium doctrinã, & ordinem habuit Dionyſius à Hierotheo, Hierotheus à præceptore Paulo, Paulus verò à Gamalliele, & Illelo Rabinis, Rabini verò, & tota vetus ſapientia, hãc poſtea à Chaldaica hauſtam eſſe doctrina, quinimò teneo, hauſtã ab Hæbraica, docuiſſe, & decãtaſſe Chaldæos, inter quos fuit primus hic Zoroaſter.

Nec teneo Paulũ, hęc per traditionem tantum habuiſſe, quos certè eadem perobſcurè intelligere potuiſſe conijci licet ex hoc, quod nec Trinitatem apertè ipſi intelligere valuerunt, niſi per figuras, &c. ſed teneo D. Paulum, exactam horum cognitionem obtinuiſſe, quando raptus eſt vſq; ad tertium cœlum, in quo audiuit arcana verba, quæ nõ licet homini loqui, vt ipſemet apertè teſtatur. Audiuit (inquam) non ſolum illa, ſed hæc vidit oculis mentalibus, & nobis poſtea aperuit, & docuit, vt videri poteſt in ſuis Epiſtolis, & præſertim ad Romanos; hæc conuenientia eruitur ex ſcriptis Pſelli, qui hanc materiam pertractauit, ad aures horum Chaldæorum, cui adſtipulatur Plethon, licet in aliquibus à Pſello diſcordet; ſed quoniam intentio noſtra non eſt ponere in comparationem Platonicos inter ſe diſcordes, ſed Theologos Ethnicos, & noſtrates, ideo hæc miſ- 2. Cor. c. 12. Rom. 8.

ſa pro nunc faciamus, & ad propoſitum noſtrum accedamus.

Non cõueniunt vllo pacto noſtri cum Iamblico in ordine harum mentium, licet in numero nouennario cõcurrere videantur, quo ſimul eſſe omnes referratas mentes volunt, quoniam noſtri oderunt, & nõ iniuria, ponere inter Angelos Deos conſpicuos, & animas hominum, & ratio eſt, quoniam non habent locum inter illarum mentium choros, qui perenniter circa Deum adſtant, & complent eius mandata ad nutum, ſed quia ſunt ab eis realiter diſtinctæ, ex eo quod longè ſint à Deo, habitantes elementa inferiora, hinc non poſſunt appellari Angeli realiter, vt illæ, iſtæ autem nuncupatiuè ex officio.

In quibus conueniat Procl. cum noſtrauib.

Proclus verò Lycius, in quibuſdam cum noſtris cõſentire, in quibuſdam verò diſſentire videtur; conſentit (inquam) quod tres ſint harum mentium ordines, quod primi ordinis dicantur Angeli intellecti ſolummodò; ſecundi intellecti, & intelligentes; tertij verò intelligẽtes tantum; conſentit etiam, quod primi ſecundis, ſecundi infimis communicent veritatem, lucem, myſteria, & quaſi initient; & quod ſuperiores ſint ſemper veluti magiſtri inferiorum, ipſi verò diſcipuli, qui ab ipſis accipiant irradiationes veritatis, & ſapientiæ, ſicuti omnes à Deo poſt has omnes dicantur habere, quod habeant etiam iſti ab illis illuſtrationes, afflationes, diſciplinas, & huiuſmodi.

In quibus præciſè diſſentiat Proclus à noſtris.

In his nimirum cõcordat Proclus cum Dionyſio noſtro, quinimò cũ tota Theologorum noſtrorum Caterua, ſed diſſentit, poſtea in multis; & maximè quidem, quod maiores generant minores, ſiue quod minores per maiores ſubſiſtant, & quod poſt primum ipſi; cœleſtium, & terreſtriũ ſint immediati progenitores, quod vnitatem accipiant ab vnitate prima, quæ eſt ante intelligibilia, quod ſubſtantias habeant ab intellectis intelligibiles, & intellecti vitas vniuerſales contentiuas, & generatiuas diuinorum ab eiſdem, intelligibilem autem propriam à ſe ipſis: & quod tandem hæc doctrina ſit ipſius Platonis in Parmenide, in Timeo, & alibi.

Quo ad primam diſſenſionem, omninò falſum eſt, ſecundi ordinis mentes, à primis habere dependentiam, tertij à ſecundis, tanquam à ſuis cauſis, & auctoribus, ſed à primo omnes tãquam à ſupremo independente omnes trahunt originem, quod quidem primũ, & ſupremum nil aliud eſt, quam noſtra ſãctiſſima Trinitas, quæ eſt ſola productrix omnium rerum cœleſtium, & terreſtrium; Non tamen vt tria principia, vt perperam tenuit Proclus, ſed vt vnum principium, à quo habent omnes mentium ordines, ac deniq; mundus totus, & vniuerſa natura, originem (vt ſuis locis probatum eſt) nec quod inferiores à ſuperioribus, aliquid habeant præter irradiationes, & quæ tetigimus, & quædam etiam à ſe ipſis, quoniam ſi hoc admitteretur, etiam harum mentium, & aliarum, & ſemetipſarum cõcederetur creatio, quod eſt abſurdum, imò in Theologia noſtra, & Ethnicorum, quam tradiderunt Zoroaſter, & aſſeclæ Chaldæorum, impia.

Ab vno principio, & nõ à tribus omnia habent eſſe.

Concederetur, q creatura poſſet creare.

Proclus igitur hæc falſa veris admiſcens, eſt tanquam mendax, & adulter noſtræ doctrinæ, in hac parte reijciendus, quod ſi in primis, & veris ſiſteret decretis, nobiſcum conueniret, & cum Dionyſio iſtius Theologiæ veraciſſimo Doctore, à quo ipſum, quæ vera ſunt ſuſtuliſſe conſtat, ſed eadem expinxiſſe nugis, & fabellis. Si hæc igitur à doctrina Procli adimeretur, nobiſcum facilè ipſe concordaret ob id tamen ſibi nulla debetur laus, quoniam quæ vera ſunt, vt ſua immeritò protulit, & quod peius eſt adulterauit, vnde concludere poſſumus, quod pro honore ignominiam ſit cõſequutus. Valeat igitur, &c.

Proc. à Dionyſ noſtro, quæ vera ſũt arripuit.

Vide Eug. de perenni Philoſ.

Sed videamus, quæſo, an conueniant, vel diſſentiant in numero harum mentium, de hac re magni momenti tractantes, noſtrates in hac quippè re videntur

An detur cogn. quantitatis Angelicæ.

diſcordes (vt iam viſum eſt) quidam putant, in via nullam dari determinatam cognitionem quãtitatis Angelorum, cum nulla neceſſitas ad hoc cogat. In Patria verò; ſic eò, quia tunc reſeruatur hæc cognitio, quæ modò ſolum Deo, & Beatis eſt conſpicua.

Auct. Compendij lib. 3. c. 13.

Alij verò, quod ſic, vt patet apud auctorem Compẽdij, in quo dicitur (vt ſuo loco oſtenſum eſt) quod cum nouem ſint ordines Angelorum, & quilibet horum ſuas legiones habeat, quæ cõtinẽt 6666. vnitates, ſiue Angelos; tot in ſingulis ordinibus ſunt legiones, quot in legione ſunt vnitates, quæ omnes numerũ complent .ſ. 399920004.

Platonici cõcordant, quod detur exacta cognitio numeri harum mentium (vt dictum eſt ſuo loco) nam ipſi cõcludunt, poſt primam imparticipatam, bis numeralem quãtitatem, duę denariã dari mentium participatarum, & quod ſicut prima duodenaria quantitas originatur a prima imparticipata, ſic ſecunda originem trahat à prima .ſ. à qua demum ortum ducãt duodecim legiones aliarum mentium part. quę complent numerũ 79992.

In via noſtra plures dantur Angelicæ mentes, quam in Plat.

Vnde ex his apparet, quod cõueniunt cum noſtris, tenẽtibus dari cognitionem determinatæ quãtitatis Angelorum, ſed non conueniunt, præciſam hanc quantitatem in vtraq; Theologia dari, cum longè plures ſine vlla comparatione dentur apud noſtros, quàm apud illos, ſi tamen eſt vera ſententia illorum allegata in prędicto compendio.

Circa functiones verò, & munera Angelorum, quæ eis à primo conditore in prima ſui creatione tradita fuerũt, nõ videntur omninò concordes, ſed tantum in quibuſdam, quæ nihilominus videntur eſſe communiora, & generaliora; conueniunt (inquam) quod eis ſit commiſſa cura ordinis diuinæ prouidentiæ rerum ſuperiorum, quod habeant facultatem mouendi cœlos, licet à quibuſdam dicantur intelligentię cęlorum, animæ illorum orbium ad aures Platonis; quod habeant mundi totius gubernandi poteſtatem, à Deo tamen pendentem, quod hominibus in cuſtodiam ſint poſiti, quod Regnorum, & Regum, & exinde ſubditorum populorum curã pari modo gerant; & quod demum maximarum rerum, & minimarum curſum in natura dirigant, & eadem ratione ſecundum voluntatem primi independentis diſponant.

In quib. aſſentiunt, & diſſentiunt noſtri, & Chaldæi in functionib. Ang.

Ex Doctrina Chaldæorum, ſecuta à Proclo, à Pſello, & ab alijs, de quibus ſupra, eliciuntur etiam, circa eorum officia quędam conformitates, & deformitates, ſunt nimirum conformes, quod ſint diuinæ voluntatis interpretes; quod ſuperiores inferioribus mandata Dei exponant, myſteria communicẽt, irradiationes immittant, afflationes, & doctrinas (vt dictum eſt) infundant, quod eſt idem dictu cum noſtris, quod ſuperiores inferiores non ſolum illuminent, purgent, & perficiant, ſed etiam animas noſtras; & in hac re omnes vtriuſq; Theologiæ ſapientes conueniunt.

Ex aduersò diſſentiunt, quod à primo facultatem habeant expellendi Dæmones; quod promouere poſſint homines ad fidem, ad amores; quod poſſint homines excitare, vt puta Prælatos, ad pugnam ſpiritualem; quia hæc munera præſertim competunt Angelis in via noſtra; in Platonica verò nequaquam. In his igitur videntur diſſentire, quia hæc munera, aſſignata ipſis à noſtro D. Dionyſio, & D. Gregorio, necnõ ab alijs noſtrę Theologiæ proceribus, ſuis mentibus negata apparent.

Angelus, & anima differũt ſpecie in vtraque via.

Differunt ſpecie ab animabus Angeli, dubio procul, in vtraq; via; noſtra .ſ. & Platonica, ſed in modo probandi hanc differentiam ſunt omninò diſcordes, ſicut etiã omnes Theologi noſtri ad inuicem diſſidentes apparent, & præſertim claſſici, & primarij, vt patet ſecundo ſent. diſt. 1. Sunt item diſcordes Platonici in modo probandi, quia animæ ſunt ſemper vehiculis præditæ apud illos .ſ. æthereo, igneo, aereo, aqueo, vel demũ oſtreaceo:

ceo:

ceo: mentes verò Angelicæ, abiunctæ ſunt ſemper à vehiculis, & ab omni ſorde materiæ immunes apud nos. In hoc (inquam) differunt, quia noſtri nullam prorſus mentionem faciunt horum vehiculorum; præterea differunt, quia iſtæ mentes ſimplices ſecundum illos neq; actu, neq; poteſtate ſint ad corpora ſumenda procliues, Angeli verò vtiq; in via noſtra, licet per accidens; adeò quod & ratione vehiculorum, & ratione iſtius procliuitatis, ſicut pœnitus differunt iſtę duę naturæ, ità per conſequens ambę noſtrorum, & illorum Philoſophorum viæ.

Quod poſtea ẽt ex hoc differant, quod Angelus dicatur intellectualis, anima verò rationalis, non eſt vera diſtinctionis ratio, quoniam anima, ſicut Angelus, eſt intellectualis, & in hoc naturaliter re vera conueniunt, quia licet anima pro ſtatu iſto dicatur rationalis, in ſtatu tamen beatitudinis erit & ipſa merè intellectualis, ſicut & Angelus, & hoc eſt, qđ dicit D. Auguſtinus .ſ. quod Angelus, & anima in hoc dicantur natura pares.

Sed quid dicendum eſt ad illud, quod ab anima differat Angelus, ex hoc, quod animam ipſam in ordine, & gradu præcedat perfectionis, & eminẽtiæ? Reſpondetur quod in hoc facilè poſsũt dici conuenire; nã noſtri clamãt cum Pſalmographo; *Minuiſti eum paulominus ab Angelis, &c.* Platonici hoc idem minimè negant, dum aiunt, quod in gradu, & ordine entium eminentiori collocetur Angelus. Psal. 8.

In alijs itidem modis ponendi hanc differentiam inter Angelos, & animas, conſpicua apparet diuerſitas inter vtranque Theologiam, quare in hiſce modis vtriq; diſcordare eos perhibemus; licet in principali confeſſione cõueniant .ſ. quod Angelus, & anima differant ſpecie.

Nec forſan poteſt ſanè concludi, verum eſſe Angelos, & animas ſpecie differre ex hoc, quod Angeli ſint omninò ſimplices, incorporei, & immateriales; animæ autem è contrario ſint corporibus quibuſdam aereis prædit æ, cum (vt retigimus) de mẽte D. Auguſt. & multorum, tales concludãtur, & ſic Angeli cenſeantur etiam corporei, quemadmodum & animæ his nimirum corporibus prædit i. Super Gen. lib. 3. c. 4.

Dicendum eſt, quod ſi hæc eſſet vera excellentiſſimi Patris ſent. quod in hoc etiam probãdi modo poſſet dici eoſdem conuenire, ſi autem hoc recitatiuè, & ad aliorum mentem dixerit, nequaquam conuenire dicerentur.

Sequitur poſtea, quod Angeli ſint in vtraq; via aliquali compoſitione compoſiti .ſ. primo ex actu, & potentia, necnon apud Platonicos etiam ex eſſentia, & eſſe, non autem ex partibus quãtitatiuis, cum ſint omninò ſimplices à materia immunes, & per conſequens incorruptibiles. Nam ſi eſſent corporei (vt videntur ſupracitati Patres opinari) nulla eſſet dubitatio, quod non conſtarent ex materia, & forma; at quia ſecundum opinionem D. Dionyſij de diuinis nominibus cap. 7, & aliorum, qui ſequuntur eiuſdem ſententiam, ſunt re vera tales, idcircò tenendum eſt, eoſdem hac nimirum compoſitione carere, hæc eſt ſanè tutior, & probabilior ſententia circa compoſitionem Angelicam. Scot. 1. d. 8. q. 2. De diuinis nominibus c. 7.

Poſſunt ſimiliter dici compoſiti ex genere, & differentia, tùm in noſtra, tùm in eorum via (dicant Auicenniſtæ quicquid volunt) nam ſunt in genere mẽtium participatarũ, vt nulli dubium eſt, quæ differunt ab ſe inuicem (vt pariter ſuo loco concluſum eſt) ſi quidem mentes ſimplices pænitus tenentur differre aliqua ſpecifica differentia, tùm à mentibus dæmonum, tùm à noſtratibus; quare &c.

Et ſicut non dicuntur iure compoſiti ex partibus quantitatiuis, ità nec ex materia, & forma, prout perperã Ricar. opinatur, quia partes quantitatiuæ materiales ſequuntur conditionem materiæ, & formæ. Hæc opinio fuit ipſius Ricardi 2. ſent. diſt. 3. quæſt. 2. quæ omninò reijcitur tanquam falſa, quia non eſt valida, neq; probabilis, tùm in via noſtra, tùm in via Platonica. 2. ſent. diſt. 3. q. 2. art. 1.

Sed

Angeli ſũt cõpoſiti ex ſubſtãtia, & accidẽte in vtraq; via.

Sed quid dicendum eſt de compoſitione ſubſtantiali, & accidentali? ſunt ne compoſiti in vtraq; via, hac nimirũ compoſitione? Dicendum eſt reſolutè (meo quidem iudicio) quod ſic; probatum eſt in auctoritate ſubtiliſſimi Scoti de diſtincto cognoſcendi modo Angelorum, in Platonica itidem de modo eorũ cognoſcendi non ſimul omnia, ſed ſeriatim, ex confeſſione Philoponi maximi Peripatetici, necnon Excellentiſſimi Platonici, vt in calce ſuperioris lib. concluſum eſt.

An poſtea conueniant in conſtitutione ſpecifica noſtrates, & Platonici, videlicet, An vnuſquiſq; Angelus propriam conſtituat ſpeciem, vt exiſtimat Angelicus Doctor, vel ſub vna ſpecie multi exiſtant ſolo numero differentes, vt videtur aſſerere ſubtiliſſimus Scotus, cum tota ſubtilium ſchola? poteſt dici, quod cum de facto veritas iſtius poſitionis ignoretur, & poſſint ambæ opiniones eſſe veræ, ſine repugnantia, & ſine vlla fidei offenſione, quod & Platonica vtriq; poteſt accõmodari, & ratione, quà carent materia pro prima, & ratione quà ſunt quidditates communicabiles, & multiplicabiles ſine vlla cõtradictionis implicatione pro ſecunda, ſtante quod in vtraq; via ſint ſubſtãtiæ intellectuales, quę poſſunt cenſeri habere eaſdem proprietates ſ. eſſentiam, potentiam, & actionem.

Menſurantur æuo in vtraq; via.

Sed quomodo, & quà mẽſura iſtę nobiliſſimæ mentes in vtraq; Theologia menſurari dicuntur? Reſpondetur illicò, quod æuo menſurantur etiam apud noſtros, & pænes illos. Si quidem ſecundum veritatem noſtræ doctrinæ, ſicuti Deo cõuenit ęternitas, ſic Angelis ęuum, quatenus ſ. ſunt immortalis vitæ capaces, rebus verò corporeis conuenit tempus; ęternitas igitur re vera competit pręciſè Deo ſecundum noſtros, ęuum autem Angelis, & ſecundum eoſdem, & ſecundum Platonicos, adeò quod in hoc peroptimè dicuntur cõuenire ſine vlla repugnantia.

Plat. in Tim.

Diſſentire videntur poſtea, dum noſtrates iure æternitatem ab æuo ſegregare videntur, Platonici autem nequaquam, qui æuum conuenire, & menti primæ imparticipatæ, & alijs participatis putant, Deo verò æternitas .i. primo, vero, bono, & vno, qui ſupra mentem collocatur ab eis (vt oſtenſum eſt ſuo loco) cui tamen neq; æternitas tribuitur à Plotino, neq; æuum, cum ſupra æuum, & æternitatem reſſideat. Quid ſit æuum, & quomodò differat à tempore, ſecundum Platonis doctrinam, patebit libro de mundi ortu ſecundum mentem ipſius. Hæc pro hac comparatione ſufficiant.

Plot. lib. de æternit. & tempore.

Nulla eſt diſſenſio, nulla eſt controuerſia inter noſtros, & Plat. circa loci occupationem Angelorum (meo quidem iudicio) & ratio eſt, quoniam ſecundum vtriuſq. Theologiæ ſententiam, ſunt penitus ſimplices, & immateriales, vt millies iam dictum eſt, & conditio, & natura rerum materialium, dimenſibilium trinę eſt occupare locum, ſecũdum circumſcriptiuam dimẽſionem, rerum verò ſimplicium, & abſq; vlla materia ſecundum duntaxat diffinitiuam terminationem, vt ſuis locis optima ratione pari modo concluſum eſt.

Verſa vice diſſentiunt circa ipſorum motum, nam in ſententia noſtra Scotica, verum & vndequaq; indubitatum tenetur, & iure optimo, quod moueantur; quod quidem facillime probatum eſt ſuo loco, & rationibus, & auctoritatibus; In ſententia vero Platonica è contrario tenetur, quod nullo modo moueantur, ſed ſua exerceant munera, ſua officia compleant etiam immobiliter perſiſtentes; quomodo autem id agant ſuperiori libro abundè dictum eſt, & infra dicemus.

Sunt tamen quidam, qui putant noſtros cõuenire cum ipſis, propterea quod Durandus, Gaietanus, & multi Thomiſtarum, Angelos non moueri eſſentialiter, & realiter dicant de mẽte D. Thomę, ſed ſolummodo operetur per contactum virtualem; ſed hi errant toto cœlo, cum hæc opinio ſit minus probabilis, & ob id

non

non ſit de mente (niſi mea fallat opinio) D. Thomæ, & eò magis, quod Durãdus recitans hanc opinionem, dicit ſe loqui de aliorum ſentẽtia, qui non videtur abſolutè, & aſſertiuè, ſed ſolummodo recitatiuè loqui.

Quomodo intelligant huiuſmodi Angeli in vtraq; via, nulli dubium eſt, quod non diſcordant noſtrates, & Platonici; nam cuncta intelligunt intelligibilia, ſuperiora, media, & inferiora, & ratio intelligendi eſt diuerſa, prout intelligibilia ipſa ſunt varia, namq; intelligũt diuinam naturam per ipſammet eſſentiã diuinam, ſeipſas autem per propriam eſſentiam, & cuncta alia inferiora per ſpecies innatas, vel infuſas à prima, ſeu per Ideas, quæ ſunt cauſaliter in primo, in ipſis autẽ formaliter, ſicuti participatiuè in rebus omnibus alijs inferioribus (vt communiter opinantur Platonici) à quibus poſtea noſtrates diſſentiunt, quo.ſ.ad hanc Ideaiũ poſitionem, nam multi Platonis familiæ ideas eſſentias ſtabiles, in mũdo illo Archetypo, & ideali eſſe autumãt, quæ perfectiori modo ſe habeant in eo, quam in ipſis ideatis inferioribus. Alij verò eiuſdem doctrinæ ſequaces, ſimplices notiones, in mente illa diuina eminentiſſima, & imparticipata (vt viſum eſt ſuo loco) dixerunt, & cum his optimè concordant Theologi noſtri, vt aſſerit D. Augnſtinus pluribus in locis.

Quom. cõſentiant, & diſſentiant noſtri, & Plat. in poſitione Idearum.

Communicãt etiam noſtrates, & Platonici, quo ad Angelorum actiones, & colloquutiones, nam idem actus Hierarchici, qui ponuntur à noſtratibus in Angelica natura, nequaquam à Platonicis negantur, vtpotè illuminationes, irradiationes, purgationes, perfectiones, & hæc ſimilia, cum ſint ipſius Dei mediatores, & internuncij, vt dictum eſt ſuo loco.

Conueniũt in operationibus.

Communicant, in eorum muta allocutione, nam cum careant naturalibus loquendi inſtrumentis, non poſſunt vocaliter ſuos communicare conceptus, ſed mentaliter dumtaxat, quare &c.

Pugnant ex aduerſo in eorum miſſione, quia in via Platonica, nunquam à ſua ſede dimouentur, in via verò noſtra, & præſertim Scotica, vtiq; mouentur, & mittuntur ad varias legationes complendas, prout placet Altiſſimo. Scot. 2. d. 2. q. 9.

Præterea in Angelica nedum conueniunt cuſtodia, ſed in modo cuſtodiendi nequaquam communicant: cuſtodiuntur n. ab Angelis homines, Dei permiſſu, gratia, & diſpenſatione, vt non ſolum ſuam potentiam, & ſapientiam oſtendat, ſed etiam ſuam immenſam bonitatem, & clementiam, quin etiam ad hoc, vt habeãt viatores ſolatium, & ne à Dæmone ſuperentur in pugna ſpirituali, &, dum ſic cuſtodiuntur ab illis, ſecundum realem præſentiam dicuntur animabus noſtris aſſiſtere. In via verò Platonica non ſic videtur accidere, quoniam cum à ſuis locis nunquam dimoueantur, nec ea deſerant, ſolummodo dicuntur homines cuſtodire, bona s.ſ. inſpirationes mittendo, vel metum ab eis auferendo, vel à propoſito male agendi, retrahendo, quare illa opinio praua de ratione, & ſenſu eſt omninò expellenda, vt paulò infra videbimus.

Quo ad miſſionem poſtea, quæ iam dicta ſunt ſufficiant, quia in hac ſanè re nullo modo concurrunt, & qua ratione, iam dictum eſt ſuperius. Non cõueniunt conſequenter vllo pacto in nomine Angeli, nam cum hoc nomẽ ſit officij, & non naturæ (aſſertore D. Gregorio) iure à noſtris nuncupatur Angelus, quod nomen reſonat miſſus, à Platonicis autem minimè, cum apud illos nequaquã mittantur.

Poſſent fortaſſis in hac parte conciliari Platonici in miſſione Angelica, ſi dicamus cum D. Thoma 2. ſent. quod ſolum quinq; inferiores ordines mittantur ad extra, quatuor autẽ ſuperiores ad intra, quod eſt dictum illos mitti realiter, iſtos autem non ſic, ſed ſolummodo eo modo, quo Platonici intelligunt, & ſic quo ad quatuor ordines concordant cum Thomiſtis, quo autem ad quinq; nequaquam, ſed diſſentiunt à Scotiſtis, quinimò à ceteris

teris ſacræ Theologiæ profeſſoribus.

Hæc ſint dicta pro comparatione abſolutiſſima vtriuſq; Theologiæ circa naturam Angelorum, qua quidem liquidò conſtat, quomodo in aliquibus communicent; in alijs verò pugnent noſtrates, & Platonici, dimiſſis innumeris ſophiſticis diſputationibus, quę ſolent potiùs intellectus obtenebrare, & confundere, quam ſinceram veritatem docere.

Cautiones, quas obſeruare debet pius Chriſtianus, ne in prauos errores incidat circa Angelorum naturam.

MVlta cautè ſunt legenda in hoc libro à Catholico Chriſtiano, ne in prauas incidat hæreſes, & ne ſacra ꝓphanis admiſceat, & præſertim vbi vidētur Platonici admittere in creaturis creationem actiuam, quæ tantoperè ab omnibus reijcitur Theologis, & iurè optimo exprobratur.

In 4. ſent. diſt. 1. q. 1. Creatura ſanè creare non valet, ſecundum mentem omnium Theologorum, cum ipſa creatio virtutem requirat infinitam (vt ſuo loco ſatis abundè dictum eſt) & id agere poſſe abſolutè Theologi negant, nec principaliter, nec inſtrumentaliter, cum potentiæ finitæ, & limitatæ exiſtat, & re vera in ſacris litteris innumeræ patent ſententiæ, quæ hanc veritatem conſpicuè affirmare videntur, vt puta

Eccleſ. 18. 18. Eccleſiaſt. *Qui viuit in æternum creauit omnia ſimul*; hæc in veteri ſcriptura, in noua Paulus ad Hębreos 3.

Ad Hebr. 3. *Qui autem omnia creauit Deus, &c.* quæ veritas tanquam indubitata ab omnibus affirmatur Patribus, & præcipuè à D. Auguſt. pluribus in locis, ſed præſertim in Geneſi lib. 9. cap. 15. vbi ait, *Non eſt creator, niſi qui principaliter iſta format, &c.*

Ratio, quare creatura non poteſt creare. Scoti. Hęc veritas rationibus ſolidiſſimis cōfirmatur, nam ſi creatura poſſet creare (ait ſubtiliſſimus Scotus) vel eſſet creatura merè ſpiritualis, vel alia, non primum, quoniam Angelus, qui eſt talis naturæ, nihil poteſt agere, niſi per intellectum, & voluntatem, quæ in eo eſt accidens, ſed nullum accidens neceſſario præexigitur ad creandam ſubſtantiam, quare &c.

Vnde ſi Angelus hac ratione nequit creare, multò minus alia ſibi inferior creatura id agere poterit, quod ſic patere poteſt, cum operationes, formis ipſis iure adſcribantur, hoc fieret per ipſam formā, ſed hæc minus dependet à materia in agendo, quam in eſſendo, cum non poſſit eſſe ſine materia igitur nec agere.

In Primis ergo cautè legatur opinio Auicennæ, quam deſumpſit à Platonicis, & in ſuam tranſtulit metaphyſicam ſ. quod creatura ſuperior valeat creare inferiorem, & hæc in ſerie quadam ab ęo excogitata, quæ alio nomine appellatur Colcodea, & hoc intelligitur, quod primæ, primi ordinis mentes, ſolummodò habeant originem per creationem à primo, ſecundæ verò a primis; & tertiæ a ſecundis, vſq; ad extremam, quæ poſtea cenſetur animarum noſtrarum creatrix, quod eſt impium aſſerere, & admittere, Angelos eſſe rerum ſublimarum creatores, & productores, contra omnes ſacroſanctæ Eccleſiæ Doctores, & veritatem ipſam.

In hac re etiā magna cautione legendus eſt Proclus, qui ab Auicenna parum diſtans, cū eò eſt ſummopere damnādus, dum ait, maiores Angelos creare minores; cum vis, & ratio creandi ſit dumtaxat in Deo ſummo, & non in alijs mentibus inferioribus, vt tactum eſt alibi.

Hec nimirum aſſerere, & indubitanter affirmare, eſſet affirmare per conſequens, Angelos eſſe aliquo modo creatores, vt ꝓperā affirmarūt Arnaldiſtę Hęretici, qui ab Arnaldo Brixienſi fluxere (aſſertoribus Alphonſo Caſtrenſe, & Gabrielle Prateolo) hoc fateri, etiam eſſet omnipotentiam creatori adimere, creaturæ verò concedere potentiam, quæ virtutem requirit infinitam (vt pauló ſupra probatum eſt) eſſetq; in errorem incidere Petri Abailardi, qui Angelos aliqua creare poſ-

ſe (iniquè) aſſerebat cũ ſuperioribus modo allatis.

Hoc peſſimum dogma affirmare, eſt in prauam opinionem incurrere Seleucianorum, & Enthesiliſtarum, Maſſalianorum, & Menandrianorum, qui putant (& maxima iniuria) animas noſtras non à Deo immediatè, ſed ab Angelis, originem trahere, quare hic fons errorum, qui fluxit ab Auicenna, maximè eſt euitandus à nobis, qui optimo iure, omnia immediatè habere ortum à ſanctiſſima Triade credimus, non vt à tribus principijs (vt iniquè aſſeruit Proclus) ſed vt ab vno principio, vt omnes fatentur Theologi,

Cautè procedendum eſt circa Angelorum cuſtodiam. ſ. quod Angeli, ad humanam curam præpoſiti, non ſint mentes reales Angelicæ, ſed quod bonus ſit dictamen rectè rationis, malus verò appetitus ſenſitiuus, idcircò, quod ſententia Platonis in Theage ſit miſticè, & non realiter intelligenda, quoniã hæc praua aſſertio, eſſet noua, & hæretica opinio, à Catholico penitus reijcienda, quam ſecutum fuiſſe Proclum, totamq; Academiam Lyciam, multi non ignobiles Platonici aſſeruerunt.

Cautè in hoc propoſito legantur verba etiam Platonis in Timeo, vbi dicit, quod de præſtantiſſima animæ noſtræ ſpecie ita ſit ſentiendum: ſ. quod Deus vnicuiq; vnum tribuerit Dæmonem, dum ipſa in ſumma parte corporis, tanquam in archa mineruæ ſedeat, quæ ſententia à quibuſdam Academicis ſic interpretatur, vt duo conuluant Dæmones nobiſcum, nos ducentes, quorum vnus ſit rectum rationis dictamen, alter verò veluti appetitus ſenſitiuus; quia eſſet hæreſis execranda, &, tanquam peſtis, à pio Catholico expellenda, cum re vera duo ſint Angeli, vnus bonu, ſducens hominis animam per viam rectam, alter verò malus, quærens eundem ducere per viam perditionis.

Concludamus igitur Angelos non eſſe creatores, ſed ſubſtantias creatas, vt omnes concludunt, & iure, Theologi: & qui huic veritati aduerſari videntur, & oppoſitum ſuſtinere nituntur, omnes ſunt Patres Diaboli ſui filij, vt ait Io. Damaſcenus, & D. Thomas Angelicus contra Gentiles. Concluſio. 2. ſent. Cõtra gẽt. cap. 2.

Hæc, circa cautiones naturæ Angelicæ, dicta ſufficiant.

Finis Septimi Libri.

CHRISTIANÆ THEOLOGIAE Cum Platonica Comparationis.

LIBER OCTAVVS.

Qui eſt de mundi creatione, ſecundum vnitatem ſacræ Theologiæ noſtræ.

HIC oſtendere rationibus mundum eſſe, necnon auctoritatibus confirmare, omninò ſuperuacaneum eſſe putamus, cum ex ſe perſpicuè appareat, ſenſuiq; optimè pateat. Quæ videntur, quæ audiuntur, & quæ tãguntur in mundo partes, ordine, & ſerie admirandæ ita diſpoſitę ſunt, vt mundum non modo eſſe putemus, verumetiam eũdem lyram eſſe Dei (prout dicit Boetius) fidibus temperatam ſonantibus admiremur. Tanquam igitur indubitatum axioma, hoc admittimus. ſ. mundum eſſe, & immediatè ad inquiſitionem ipſius recurrimus, videlicet quid ſit in Theologia noſtra, quę in eius diffinitione nequaquam ab illa, quæ Ethnicorum eſt, diſcrepare videtur.

Mundũ eſſe ex ſe patet.

Mundus quotuplex.

Sed antequam ipſum diffiniamus, ne in æquiuoco laboremus, videndum eſt prius, quotuplex ſit mundus, & de quo hic agere modo ſit noſtra intentio. Solet hoc nomen, mundus, variè in Theologia noſtra vſurpari, modo ſecundum realem, modo ſecundum metaphoricam ſignificationem, ſiue denominationem: ſecundum realem, communiter dicitur mundus eſſe triplex. Primus dicitur mundus Archetypus, Exemplaris, ſiue Idealis, primus in ordine naturæ puriſſimus, in ſubſtantia principalis, in excellentia, & conditione ſua eminentiſſimus, & hunc nihil aliud putant Theologi noſtri grauiſſimi, niſi eſſe cognitum rerum creabilium, ſeu Ideale exemplar omnium rerum creandarum: Iſte eſt admirabilis, æternus à parte ante, & à parte poſt, quoniam nil aliud eſſe concluditur, quam mundus ad intra, qui in mente ſummi Opificis exiſtit, ad cuius imaginem, & formam hic materialis mundus factus eſt, qui mundus ad extra iure nuncupari poteſt. Iſte eſt demum intellectus diuinus, fons omnium rerum producendarum, in quo omnes fuere, ſunt, & erunt notiones ſimplices rerum, ſpecierum, & partium iſtius mundi exemplati, & materialis, & de hoc hic pertractare principaliter non eſt noſtrum conſilium, quia de hoc primò lib. ſufiſſimè tractatum eſt; quiq; cum ſit æternus, & increatus, eſt altiſſimæ indaginis, & ſpeculationis, ſed agere intẽdimus de mundo materiali, & re vera creato.

Mũdus Archetyp primus in ordine.

Secundus dicitur mũdus Ang.

Secundus dicitur & ipſe mundus non ſenſibilis, nec materialis, quoniam eſt ipſa natura Angelica, de qua longè, latèq; in ſuperioribus libris tractatum eſt, quæ ſic dicitur mũdus, quia ad imaginem primi excellentiſſimi eſt productus: eſt inſenſibilis (inquam) & immaterialis, quia nul-

nullo modo per ſe ſub ſenſu cadere poteſt, & eſt omni conditione materiali deſtitutus; dicitur factus, quoniam in primordio mundi, & ipſe creatus fuit primus, ante omnia, nam eſt illa lux, ſecundum D. Auguſt. ſententiam, quæ prima die fuit à creatore creata, & illa ſapientia eſt, quæ ante omnia creata eſt, & totus hic mundus ſumitur pro tota natura Angelorum, incipiendo à ſummo ordine, & dignitate, vſq; ad infimum; Sed de hoc ſatis.

Tertius mũdus dicitur materialis.

Tertius mundus dicitur mundus materialis, ſenſibilis, horũ inferior, qui ſtatuto tempore fuit à Deo creatus, qui tandem, cum corruptioni ſubiaceat, finietur ad Dei nutum, quando ſibi placuerit, & hoc quo ad generationum, & corruptionum viciſſitudines. Hic eſt ille, quem videmus rerum multarum, ac variarum repletum materiarum, quoniam ex materia præuia conſtat, à Deo tamen & ipſa creata (vt videbimus) ſenſibili, quoniam ſẽſibus percipitur, quoniam in hoc ſitu poſitus conſpicitur, vbi generationes, & corruptiones innumeræ videntur pertranſire, vbi varietas, & decor apparet admirandus, itaut ſummopere Dei bonitatem conſpiciamus in eo.

Partes mũdi materialis ſolet appellari mũdi.

Iſtius mundi varia ſolet fieri diuiſio partium, & vnaquęq; earum mundus dici ſolet. Pars ætherea, quæ eſt illa cæleſtis, in qua ſtellæ lucent, & mouentur, dicitur mundus cęleſtis, qui & mũdus ſphęrarum dici poteſt, eo quia ex pluribus circulis, & ſphęris conſtat, & apud Aſtrologos patet. Pars verò elementaris, quę ſita eſt infra orbem Lunæ, quatuor comprehendit elemẽta, quæ ex tota ſua ſubſtantia incorruptibilia ſunt, corruptibilia verò ſecundum partes, & dicitur mundus elementaris. Terra demũ, quæ eſt vnum ex quatuor elementis, & infimum in ordine, cum ipſa conſtet ex varijs circuitibus, quæ ordinatè ad inuicem cohærent, ſolet mundus infernalis, ſed impropriè, meo iudicio, appellari.

Sed partialis.

Homo tãdem, qui eſt nobiliſſima ſpecies, & pars iſtius mundi vniuerſalis, appellatur & ipſe mundus, ſed paruus, & *Microcoſmos*, ad differẽtiam magni mundi materialis, qui hac de cauſa *Macrocoſmos*, ſiue *Megacoſmos* non iniuria nuncupatur. Sed hac diſtinctione omiſſa, has omnes partes pro vno ſumamus mundo, & hunc,

Homo mũdus paruus nũcupatur.

1. Primò, diffiniamus.
2. Declaremus, quomodo per creationem habuit exordium.
3. Quare fuit à Deo creatus.
4. Quando, ſiue in quo inſtanti temporis.
5. Quomodo pulchritudine ordinatiſſima conſtet.
6. Quomodo non ſint plures mundi, ſed vnus dumtaxat.
7. Demũ, quæ varia ſortiatur nomina.

Ordo tractandus in hoc lib. de mũdi creatione.

Dimiſſis etiã his ſenſibus, quibus appellari ſolent metaphoricè mundi, vt puta, quando in ſacra Scriptura per metaphoram mundus appellatur, vel ſumitur pro mundana conuerſatione, ſiue pro his hominibus, qui ſecũdum carnem potiùs, quam ſecundum ſpiritum vitam ducunt, iuxta illud: *Et mundus eum non cognouit*: vel: *Regnum meum non eſt de hoc mundo*, hoc eſt de hac mundana conuerſatione; vel pro rebus delectabilibus, ſiue etiam pro vitijs, de quibus dicitur à Ioanne: *Nolite diligere mundum*, hoc eſt, mundi ipſius delectabilia, *Neq; ea, quæ ſunt in mundo*, hoc eſt vitia delectabilia, neq; vitia (inquam) quoniam inquinant animam, & ipſam tandem in perditionem deducunt.

Quæ metaphoricè appellantur mundi.

Ioan. 1. & 18. Epiſt. 1. c. 2.

His nimirum, tanquam intentioni noſtræ omninò inconuenientibus, ſenſibus relictis, quid ſit mundus materialis, in Theologia noſtra, perquiramus, & more noſtro declaremus, necnon alijs, de quibus mundi iſtius variæ circũferuntur deſcriptiones, quæ quidem ex ſcriptis ſanctorum Patrum deſumuntur, nam hic referre, & plenè declarare nequaquã oportet, cum ipſæ etiam potiùs in ſenſu metaphorico intelligi debeant; hinc D. Au-

De varijs D. Auguſt. ſcriptis. guſt. modo varijs in locis mundum molēdinum, ſiue ad inſtar molēdini factum eſſe denuntiat; modo deſertum horribilem eundem appellat, in quo vitam miſeram hominem ducere videatur; modo mare vaſtum nuncupat ipſum, in quo eadem ratione demergitur; modo ſpeluncam, & carcerem, in quo ſeruum peccati, & mortis mancipium mortalem agit vitam; modo fluuium valde fluxilem, & rapidum; & modo tenebras, & Aegyptum videtur nominare; vnde his, cum alijs ſacræ ſcripturæ poſthabitis, tanquam metaphoricè prolatis, ad alias diffinitiones, quæ magis mundi cōditiones declarant, me conferam, quarum prima hæc ſit Io. Gerſonis Cancellarij Pariſienſis.

Quid ſit mundus, ſecundum ſententiam Ioannis Gerſonis Theologi Pariſienſis.

Diffinit. 1. Io. Gerſoni. IOannes Gerſon igitur, non ignobilis Pariſienſis Theologus, ſic videtur mundum deſcribere lib. de deſcriptione terminorum ſacræ Theologiæ p. 4. *Mundus eſt vniuerſitas rerum ab arte diuina conditarum, quæ ab eius dominantiſſimo, & liberrimo regimine ſuis legibus ordinantur.* Hæc deſcriptio, licet ex ſe clara conſpiciatur, tamē ſic breuiſſimè declarari poteſt. *Mundus* .i. mundana hæc machina, quæ oculis cernitur, *Eſt rerum vniuerſitas*, hoc eſt totum quoddam continens cuncta immaterialia, & corporea, immaterialia .ſ. intelligentias, & inuiſibiles poteſtates, ſphærarum motrices, & corporea .i. ſphęras ipſas cæleſtes, & elementa, elementataq; omnia, & ſimplicia, & mixta, *quæ ab eius dominātiſſ. & liberrimo regimine*, hoc eſt à virtute, & prouidentia ſui cōditoris, & rectoris, qui huius habet abſolutum, & liberrimum imperium, nequaquam ab alio dependens, ordinantur, diſponuntur, & gubernantur ordine pulcherrimo, & prouidentia admiranda.

Ex hac mundi diffinitione facilè colligi poteſt, quod mundus, vt Dei ſummi opificium, ſicut ab eo fuit creatus, ab eodem quoq; itidem regatur, & gubernetur, & per conſequens eiuſdem, & partuū eius ſollicitam gerat curam, & prouidentiam, quæ nihilominus in rebus ſuperioribus, & cæleſtibus elucescit, necnon in rebus inferioribus, etiam minimis, iuxta illud Saluatoris apud Matthæum. *Nonne duo paſſeres*, inquit, *aſſe veneunt, & vnus ex illis non cadit ſuper terram ſine patre veſtro? veſtri autem capilli capitis omnes numerati ſunt, &c.* Matth. cap. 10.

Iſte Doctor mundum ibidem ens appellat vniuerſum, & perfectū vniuerſum, quatenus omnia in ſe continet perfecta, tùm quia à perfectiſſimo ſuo conditore factum, tùm quia perfectiones omnes in ſe comprehendat, & nihil ei deſit, quod eidem defectum, & imperfectionem impingat. Appellatur eadem ratione vniuerſitas, &c.

Hæc alia deſcriptio datur mūdi iſtius, quam omninò haud ſpernēdam eſſe duco, & eſt talis. *Mundus materialis eſt vniuerſitas ſubſtantiarum ſpiritualium, & corporalium, cum ſuis accidentibus, ordinata per genera, ſpecies, & indiuidua, & per motus, & fines, ſubordinatos ad ſupremū finem Deum.* Secunda mundi deſcriptio recentiorum.

Quod ſit *vniuerſitas*, iam patet ſupra, cum vniuerſa in ſe contineat ſubſtantiarum, tùm ſpiritualium, tùm corporalium, quoniam omnia, quæ in eo ſunt, dicuntur cadere ſub prædicamento ſubſtantię, quæ diuiditur a Philoſopho in incorpoream, & corpoream, vt ſunt corpora, intelligentiæ, & animæ noſtræ, *Cum ſuis accidentibus*, quoniam nulla admittitur ſubſtantia, quæ accidētibus omninò careat, *Ordinata per genera, ſpecies, & indiuidua*, quoniam omnes itidem ſubſtantiæ ſub genere continentur aliquo, quæ quidem genera de ipſis prædicātur ſpeciebus varijs, quæ eadem ratione de indiuiduis dicūtur, quæ oīa ad inuicem mirificè ordinata ſunt, *Et per motus*, quoniā hæ omnes aliqua paſſione motus ſunt refertę, quarū aliæ in actu, alię verò in potentia cernuntur ad fines ſubordinatos, à ſuo nobiliſſimo 3. Metaph.

mo cõditore determinatos, qui ſicut fuit efficiens, & exemplaris cauſa in eiſdem faciendis, ita eſt finalis ipſarum.

Licet hæc diffinitio totam mundi naturam, & conditionem declarare videatur, attamen nobis placet aliam adducere ad vberiorem cognitionem dandam omnium partium eiuſdem, quibus pulcherrimus, & ordinatiſſimus conſtare videtur mundus.
Diffin. Auctoris magis exacta. *Mundus igitur*, ſecundum propriam opinionem noſtram, *Eſt ordinatiſſima, & pulcherrima ſeries, cœlorum materia, & intelligentia conſtantium, necnon ſimplicium corporum .i. elementorum, ac variarum ſpecierum mixtorum, ex his compoſitorũ, à ſummo opifice creata ad exemplar Ideale, quod in ſe ab æterno habuit ad manifeſtationem ſuæ bonitatis, & omnipotentiæ.*

Hæc diffinitio eſt neceſſariò ad verbum declaranda, quoniam totam conditionem mundi vniuerſi latiſſimè videtur aperire; & primò, quod ſit *Ordinatiſſima ſeries*, patet ex hoc, quod ſemper aſcendendo, quaſi per ſcalam pulcherrimam ſcandit intellectus humanus, & vſq; ad cœlum Empyreum aſcendendo, peruenit, ſemper gradus perfectiores inueniẽdo. Terra eſt imperfectiſſima omnium elementorum; Aqua terra eſt perfectior, quoniam in decupla proportione ipſam
1. Meteor. ſuperat (teſte Philoſopho) Aer aqua eſt perfectior, & purior, aere ignis, loquendo ſemper de perfectione raritatis, & extenſionis. Sic eſt etiam de alijs ſphæris, incipiendo ab illa, quæ eſt Lunæ, vſq; ad ſupremam, ordo hic non eſt temerè, & caſu à natura naturante conſtitutus, ſed maxima cum ratione (prout alibi, Deo fauente, videbimus) at vbi eſt ordo mirificus, ibi eſt abſq; dubio pulchritudo eximia, quare hac ratione pulcherrimus dici poteſt, ſed de eius pulchritudine infra.

Sed melius deſcendendo, hunc admirandum inſpiciemus ordinem, ſi dixerimus, hãc ſeriem in cœlis reperiri, qui ſunt numero 11. & non octo, prout perperam exiſtimauit Ariſt. Primũ eſt cœlum Empyreum, quod à ſplendore tale nomen ſortitum eſt; Secundum eſt mobile primum, ſiue decimum cœlum, quod motu velociſſimo fertur ſemel quotidie ab oriente in occidentem, ſecumq; rapit omnes inferiores orbes. Cryſtallinum tertium ſequitur, quod & aqueum appellatur, eo quia ad inſtar aquæ, vel cryſtalli ſit perſpicuum: Firmamentum quartum ponitur, infinita multitudine, ſyderum decoratũ, motuq; proprio, ab occidente in orientem verſus reuoluitur. Sequuntur ordine cęli planetarum .ſ. Saturni, Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurij, & Lunæ, qui ſeptem cœli planetarum vnicum habent aſtrum, mouenturq; motu proprio ab occidente in orientem, ſicuti firmamentum ſuper polos Zodiaci.

Sequuntur elementa, ex qualitatum primarum coniugationibus ordinata, iiſdemq; qualitatibus diuerſificata (vt tactum eſt) nam ignis eſt calidus, & ſiccus, rariſſimus, & leuiſſimus; Cælum Lunæ attingens, nutritione non egens, maximèq; perſpicuus. Aer eſt calidus, & humidus, leuis, & rarus, ad aliquid inter ignem, & aquam conſtitutus. Aqua elementum frigidum, & humidum, aliquid graue habens, & perſpicuum, ac denſum, circumquaq; terram abluens, eamq; naturaliter operiens. Terra demum, elemẽtum ſiccum, & frigidum, grauiſſimum, denſiſſimum, & opacum; ſed totum immobile centrum vniuerſi: Hæc eſt cælorum, & elementorum ordinata ſeries, & hac de cauſa pulcherrimũ eſt cœlum totum, ſiue cæli omnes ſupra elementa materiales, non tamen eo modo, quo ſunt, & elementa ipſa, & elementata, ſed nobiliori materia inſigniti: ſunt intelligentijs præditi, quoniam vnumquodq; ſuam habet vſiam, ſiue ſubſtantiam motricem, & hinc dicuntur verè, & materiali, & immateriali ſubſtantia conſtare. Non autem ſunt hi cęli omnes anima vniuerſali, vel propria animati, ſimul cum mundo toto, vt falsò putarunt quidam Philoſophi (vt ſuo loco videbimus) quoniam & auctoritate ſanctiſſimorum, doctiſſimorumq;

Lib. 2. c. 5. rumq; Patrum.ſ. Damaſceni, Baſilij, Gregorij Nazianzeni, & aliorum, necnon ſanctione Conciliorum, & rationibus Scholaſticorum cōtrarium facilè probari poteſt.

Nam vbi non eſt anima vegetatiua, qua nutriantur, nec ſenſitiua, qua ſentiant, non eſt dicendum, quod ibi etiam ſit anima rationalis, quæ has ſupponit, ſecundum Ariſt. ſententiam. Cæli igitur non dicūtur hac ratione animati, neque mundus totus, quoniam eſt opinio erronea, nō ſolum in Peripathetica Philoſophia, ſed etiam in Chriſtiana Theologia, in Platonica verò tenetur omninò vera, & omnibus inſtantijs, quæ pro ea impugnanda adducuntur, facilè occurrit Proclus Chalcidius, & cęteri interpretes Timei. Nec officit dicere, quod D. Auguſt. hanc opinionem ſub dubio reliquerit, quia in re dubia hæc pars, vt tutior eſt tenenda, cum ſuperioribus Theologis, ac etiam cum Scholaſticis Doctoribus, & præſertim cum Alexandro Alenſe noſtro, qui poſtquam dixit D. Auguſt. tenuiſſe mundum animatum cum Platonicis, ſubdidit etiam, eundem ſe ipſum retractaſſe lib. 1. Retractationum cap. 5. dicebat Doctor ſanctus, quod ſicut Microcoſmus .i. paruus mundus, ſuam habet perfectionem.i. animam rationalem, vt eſt homo, ita Megacoſmus, ſuam habet itidem, & hęc eſt anima mundi totius, vnde pro retractanda hac opinione in ſupra allegato loco, habet hæc verba expreſſa. Per animam corpus re vera ſubſiſtit, & eo ipſo eſt, quod animatur, ſiue vniuerſaliter, vt mundus, ſiue particulariter, vt vnumquodq; animal intra mundum, poſt pauca ſubiungit ſeipſum corrigendo; hoc prorſus totum temere à me dictū eſt, ſed in cautionibus videbimus, quomodo id aſſerere, eſſet erroneum tenere dogma, Pariſijs excommunicatum.

Auguſt. 13. de Ciu. Dei c. 16.

2. par. ſummæ qu. 18. membro 4.

1. lib. retrac. c. 5.

Pergamus noſtram interpretari diffinitionem, poſt hanc longam, ſed neceſſariam digreſſionem.

Et elementorum ſimplicium corporum, quoniam cœli, & elementa dicuntur corpora ſimplicia, quæ à ſe ipſis, & nō aliunde, motus habent principium, cœli dicuntur corpora ſimplicia, motu circulari, eoq; perpetuo agitati; omnes affectus corrumpentis experti; elementa, corpora etiam ſimplicia ſunt, ſecundum ſe tota incorruptibilia, per partes verò corruptibilia, recta ſurſum, vel deorſum mobilia, in quæ cætera corruptibilia reſoluuntur.

Dicuntur cœli, & elementa ſimplicia, ad differētiam mixtorum corporum, quę mixta ab ijs ſunt differentia, nam mixta nō à ſcipſis mouentur, ſed motu elementi dominantis, nam non æqualiter ad ipſorum conſtitutionem omnia elementa cōmiſcentur. Specierum igitur variarum mixtorum eſt refertus mundus, & hæc mixta ſunt tùm perfecta, tùm imperfecta; perfecta corpora naturæ conſtantioris ſunt, magiſq; ordinata, vt animalia; homines, & bruta, homines, vitæ ſenſus, atq; rationis capaces, erecta facie ad cælum, animo immortales. Bruta animalia rationis expertia in terrā prona. Plantæ .i. arbores fructices, ſuffructices .i. media inter herbas, & fructices, vt ſunt oſtrea, & ſpongiæ. Herbæ, quæ creſcunt, & decreſcunt ſine caudice. Mineralia, quæ in viſceribus terræ generantur. Foſſilia, vt lapides, ſilices, ſaxa, marmor, gemmæ, multaq; alia. Metalla ex vapore vi frigoris congelata, aurum.ſ. argentum, aes, ſtannum, ferrum, plumbum, auricalcum, quorum omnium materia ptoquinqua eſt ſulfur, & argentū viuum, ſecundum mentem Alberti, re, & cognomento magni.

Imperfecta mixta ſunt igneæ, aereæ, & aqueæ impreſſiones, igneæ, ſupremae aeris regionis, veluti cometæ, Dracones, lanceæ ardentes, ſydera cadentia, & pyramides ignitæ, mediæ verò regionis, vt ſulmen, & corruſcatio, infimæ tandem, vt ignis quidam, qui craſſiore conſtat exhalatione.

Aereæ, vt venti Thiphones, & hęc nephiæ, quę ventorum dici poſſunt ſpecies, mo-

modo tamen quodam à ventis diſtinctæ.

Aqueæ poſtremò, quæ naturam aquę retinent, & gignuntur ex vapore, nunc in media, nunc in infima aeris regione, vt concreta quædam, veluti illa, quæ ex materia condenſata fiunt, ſicuti nubes, nix, grando, & pruina, ſiue quæ ex materia ſtillante fiunt, quæ reſoluta dicuntur aptiſſimè, vt ros, pluuia, imber, ac varia huiuſmodi.

Ac variarum ſpecierum mixtorum ex his compoſitorum, quoniã mixta corpora adeò dicuntur mixta, vt ex miſcibilibus partibus iure dicantur eſſe compoſita, ad differentiam ſimplicis corporis, quod non poteſt dici mixtum (vt dictum eſt) quoniam ex partibus componentibus minimè conſtat, quæ partes mixtum componentes, eſſe elementa ipſa, vno ore concludunt Sapientes. An poſtea concurrant ad illud componendum virtualiter, vel formaliter, non eſt præſentis indaginis, & ſpeculationis.

A ſummo Opifice creata: hoc eſt à Deo ipſo, qui ſolus potentiam creandi, veluti omnipotens, retinet. Sunt creata hęc omnia, quoniam ex præiacente materia minimè dicuntur facta, non creata, hoc eſt electa, vt dicitur de Pontifice, de Imperatore, de Magiſtratibus, &c. neq; producta mediantibus ſecundis cauſis, ſed creata, hoc eſt, omninò ex nihilo facta à creatore, qui nullo alio præſuppoſito ad eſſe, quicquid vult facilè producit, nullo impellente, nullo cogente, ſed libero ſuę voluntatis actu.

Ad exemplar ideale, hoc eſt ſecundum illam notionem, quam ab æterno haber, ſecundũ quam ſtatuto momento omnia de repente produxit; iſta notio eſt illa ſapientia Patris, quæ ſecum ſemper fuit, & ante omnes creaturas eſt illud verbum, quo omnia de non eſſe ad eſſe deduxit, eſt illud verbum (inquam) quo cœli firmati ſunt, & omnia deniq; creata ad extra. Hoc exemplar, hæc Idea eſt Deo adeo coæterna, vt neq; etiam Deus abſq; ea cogitari poſſit, neq; illa abſq; Deo ipſo concipi poſſet.

Propter manifeſtationem ſuæ bonitatis, & omnipotẽtiæ, quoniam nulla alia cauſa impulſiua poteſt ritè aſſignari, quam Dei bonitas, creationis mundi (ait Auguſtinus ad Marcellinum) poſtquam curioſos ægrè exploderit, ac in eoſdem ſtrenuè inueherit. Bonitas in omnibus apparet diffuſa rebus ab eo creatis, quas vt vidit, ſimplici iuſſione ad extra eductas, bonas nuncupauit, quinimò valdè bonas pronuntiauit, ſed de hoc paulò infra fuſius. (Auguſt. ad Marcell. lib. 11. c. 2.)

Fuit manifeſtata Dei omnipotentia in creatione, quoniam eſt actio, quæ à ſimplici creatura fieri nequit, hæc indicat in Deo eſſe omnipotentiam, omnipotentia autem ponit creationem, quæ ex nihilo eſt, quoniam ſi non poſſet producere, niſi ex aliquo, eſſet alligata materiæ, & ſic non eſſet omnipotentia: vt bonus igitur omnia bona fecit, & vt omnipotens omnia ex nihilo creauit altiſſimus, qui dicit de ſe ipſo: *Ego Deus omnipotens*, & Eccleſiaſt. de ipſo ait: *Vnus eſt altiſſimus creator omnium omnipotens.* (Gen 17. Eccleſiaſt. 1.)

Hæ ſunt mundi diffinitiones, & earum perbreues interpretationes, videamus modo, quare, & quomodo creauit mundum diuinus opifex, & creator.

Quod mundus à Deo per creationem habuit exordium.

QVod mundus ſit creatus, & non genitus (quia & generare præſuponit materiam, creare autem minimè) nullus Theologus audet rationibus aſſirmare, ſed auctoritatibus dumtaxat perſuadere. D. Thomas Doct. Ang. mundum non ſemper fuiſſe, ſed initium habuiſſe, ſola fide tenendum eſſe, cum cæteris orthodoxæ fidei articulis, optimo iure putat, & rationem adducit veram, quoniam mundi creatio naturali ratione probari non valet, hoc eſt demonſtratiuè, quod patet ex hoc, quoniã Deus eſt agens voluntarium, vnde Pſal. *Omnia quæcunq; voluit fecit Deus, &c.* Sed voluntas Dei non poteſt inueſtigari ratione, niſi (Par 1. ſum. ꝑ qu. 46. art. 2.) (Pſal. 134.)

niſi circa ea, q̃ abſolutè neceſſe eſt Deum velle, talia autem non ſunt, quæ circa creaturas vult, igitur non poteſt demonſtratiuè ſciri, quod Deus mundum creaſſet ex ſua voluntate, ſed quia voluntas Dei, circa creaturas, poteſt hominibus per reuelationem manifeſtari, cui fides

Hebr. 11. innititur; quoniam fides (teſte Apoſtolo) eſt de non apparentibus, ideò mundum accepiſſe per creationem à Deo eſt ſolummodo credibile, per reuelationem diuinam in ſacra ſcriptura traditam.

2. ſent. diſt. 1. q. 1. art. 2. Hoc idem cõfirmatur per ſent. D. Bonauent. quoniam mundum ponere æternum, eſt valdè erroneum, propter ſacrarum ſcripturarũ teſtimonia, igitur creatum, at creatio ratione demonſtratiua non poteſt haberi, igitur fide teneri debet à Deo habuiſſe initium per creationem, hoc etiam per rationes quaſdã ſua-

Lib. 2. Cõp. ſibiles in cõpendio explicitas lib. 2. confirmari poteſt, dimiſſis pro nunc Ariſtotelicis, & Auerroiſticis, quæ minimè acceptantur à Theologis, præter auctoritates, quæ clariſſimè apparent.

Rationes ſuadentes mundũ nõ eſſe ęternũ. Rationes, quibus conijci poteſt mundum non eſſe ęternum, ſunt in promptu, quarum prima eſt, quoniam viciſſitudines innumeræ videntur accidere in mundo, tàm in temporum varietatibus, quàm in mutationibus, pęnes ſapientes, & potentes, quæ fiunt, vnde ſi mutatio fit in partibus mundi, ex conſequenti iudicare quis poteſt, & factam, & futuram eſſe in toto mundo; facta eſt ſiquidem in creatione mutatio mũdi, quoniã ex non eſſe totali ipſius facta eſt totalis exiſtentia eiuſdem; & futura eſt, quoniam in continua generationũ, & corruptionum viciſſitudine mundus conſeruandus eſt, quare in æternũ non eſt hac ratione duraturus, ſed ad conſumationem hac eadem ratione deuenturus, igitur creatus.

Par 1. ſummæ qu. 46. art. 2. vt ſupra. Itidem ſi mundus æternus eſſet à parte ante, infinitæ reuolutiones, & ſphęrarum cœli, & omnium generationum, quę ſecundum fluxum naturæ procedere videntur, eſſent factæ, ſed infinitũ non põt pertranſiri (teſte Philoſopho) igitur hoc non põt eſſe, quoniam infiniti dies iam pertranſiſſent, hanc rationem, vt optimè concludentẽ tãgit D. Tho. Doct. Angel.

Aliud abſurdum hoc admiſſo, ſequeretur. ſ. quod aliud à Deo eſſet æternum, quod eſt omninò negandum, cum ſolius Dei propria ſit æternitas, igitur creatus eſt mundus à Deo, & non eſt dicendus æternus, dicant Philoſophi Ariſt. ſequaces quicquid volunt.

Sed ad quid de hac re in Theologia noſtra rationibus pugnare, cum ſcriptura ſacra, tùm vetuſta, tùm noua, cui maximam, & indubitatã adhibemus fidem, hoc nobis firmiſſimè perſuadeat? Moy- Moyſes 1.
ſes, ſapientum Alpha, hoc nobis patefecit clarè his verbis in exordio Gen. *In* Gen. 1.
principio creauit Deus cœlum, & terram; In veteri; in noua, Ioan. 1. *Et mundus per* Ioan. 1. 17.
ipſum factus eſt; & 17. *Clarifica me Pater claritate, quam habui, priuſquam mundus fieret*. In Symbolo hoc idem expreſsè patet: *Credo in Deum Patrem omnipotentem creatorem cœli, & terræ*; adeo quod, mundum habuiſſe initium per creationẽ, manifeſtè liquet, nec dubitari poteſt.

Sed per quam creationẽ, cum hoc nomen, creatio, ſit multiplex, dubitare contingit; per illam re vera, quæ eſt omninò aliquid de nihilo facere, non de illa, quæ de non eſſe culpæ, reducit hominem ad eſſe gratiæ, quæ aptiori voce, & melius recreatio dici põt, neque de illa, quæ in bonum conuerſio, ſiue mali ad bonum ordinatio dicitur, de qua dicit Dominus, per Iſaiam; *Ego Dominus, & non eſt alter* Iſaias c. 45.
formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum, &c.

Creauit igitur omnia Altiſſimus primo modo, nullo impellente, nullo adiuuante, nulla re præſuppoſita; & creauit eadem in principio (dicit Moyſes) dum, *In principio creauit Deus cœlum, & terram*, quæ verba omnes tollũt errores, non ſolum Philoſophorum, ſed etiam dubitationes Theologorum, cum ait: *In principio*: errorem aufert Peripatheticorũ, po-

nen-

nentium mundum æternum, & à parte ante, & à parte poſt, cum dicit: *creauit:* errorem aufert quorundam Academicorum, qui coæternam poſuere cum Deo materiam; vnde aſſerẽtes, & confirmantes mundi exordium, negabant illum ex nihilo productum cum dicit: *Deus:* excludit errorem illorum itidem Academicorum, qui, ipſum dumtaxat produxiſſe ſuperiores creaturas, admittunt; inferiores verò mediantibus mentibus participatis, ſiue Angelis.

Errores Academicorum in ſe diuiſi.

Creauit ipſe ſolus Altiſſimus cœlum, & terram, & creauit *in principio*, & non *in principio*, hoc eſt in inſtanti temporis, vt dicit habitudinem menſuræ, aiunt ſanctiſſimi Patres DD. Thomas, & Bonauentura, quoniam antè mundum non erat tempus, quod eſt menſura motus, qui mobile ſupponit neceſſariò, quod nondum erat. Non *in principio*, hoc eſt, ante omnia, vt dicit purè ordinem, quoniam omnia in inſtãti creauit Deus, iuxta illud Eccleſiaſtici: *Qui viuit in æternum creauit omnia ſimul.* ſed in principio, vt importat habitudinem cauſæ efficiẽtis, hoc eſt *in principio* .i. Filio, cui appropriatur etiã ratio principij exemplaris, per modum artis, quoniam Filius ipſe dicitur ſapientia, & ars ipſius Patris, licet cum eo, & cum Spiritu ſancto omnia ſit operatus ad extra (vt infra dicemus) tãquam cauſa, ſicuti exemplaris, etiam efficiens, quinimò & finalis.

2. ſét. diſt. 1.

Eccleſ. 18.

In principio igitur, hoc eſt in Filio: *creauit Deus,* hoc eſt Deus Pater cœlum, & terram, & omnia, quæ in eis ſunt, & quia paulò infra ſubdit: *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas:* volens his verbis annuere, Spiritum ſanctum, & cum ipſo Patre, & Filio omnia in lucem emiſiſſe. Pſalmiſta hoc in ſpiritu rectè cognouit, dum cecinit: *Verbo Domini cæli firmati ſunt*, hoc eſt creati, & formati ſunt, *Et ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.*

Pſal. 32.

Quod creatio, vt opus ad extra, ad omnes perſonas ſpectet, & quod vna non creet, aut producat, quin & alia, ex hoc probatur, quia eſſentia Diuina, quæ eſt vna, & eadem in tribus, eſt principium quo (aiunt Scotiſtę) productiuum .ſ. creaturæ, atq; ita impoſſibile eſt, vnam perſonam, ſine alia creare: & confirmatur à ſubtiliſs. Doct. per ſimilitudinem in creaturis, nam quemadmodum ſi eadem forma ignis eſſet in tribus ſuppoſitis, impoſſibile eſſet, vnum agere ſine alio, ita ſimiliter in propoſito.

Creatio eſt opus indiuiſum.

Hoc verum eſt etiam, non modò ratione eſſentiæ, quę eſt vna in tribus communis communitate reali, & prædicationis, verumetiam ratione proprietatum, quoniam Deus ſummus omnium opifex, creat per potentiam, quæ Patri appropriatur, Filius per ſapientiam, quæ ſibi adaptatur, & Spiritus ſanctus per amorem, qui ipſi adſcribitur, quare omnibus perſonis, & non vni tantum conuenit ratio, & poteſtas creandi.

Hoc idem auctoritatibus confirmatur eiſdem ſupra allegatis. Nam in Symbolo Apoſtolico Pater dicitur creator cœli, & terræ, & apud Ioann. dicitur de Filio: *Omnia per ipſum facta ſunt:* ratione ſapientiæ, & de Spiritu ſancto apud eundem legitur: *Spiritus eſt, qui viuificat.* Hinc reſtat probatũ, quod tota ſanctiſſima Trinitas ſit creationis vniuerſi totalis cauſa, necnon & auctoritatibus remanet confirmatum, & comprobatum.

In Symb.

Io. cap. 1.

Io. 6.

Poſt mundi creationem ſequitur hominis productio.

Inter hæc omnia, à ſanctiſſima Trinitate creata, hominem primam tenere ſedẽ, non eſt cur dubitetur, & licet ſic creaturarum omnium poſtrema, non ob id eſt cæteris ignobilior, quinimò eſt nobilior, & longè excellentior, quippè cum imaginem altiſſimi gerat, ad quam ipſum creaſſe opificem, ſcriptura ſacra teſtatur, erat vltimo loco ponendus, ſicuti vltimo die factus. Compleuit Dominus prius eius habitaculum mundanum, cuius debebat eſſe non modò habitator, ſed om-

Inter omnia creata nobiliſs. eſt Homo.

nium dominator, fuit primò in intentione nobiliſſima hæc humana creatura, q̃uis poſtrema in executione extiterit. Hoc facere mũdanos opifices, in Ciuitatibus; & Aedificijs conſtruendis, quotidiana docet experiẽtia, nam prius omnia complent Principes, menia, delubra ſua, & nobilium palatia, & priuatas ciuium ædes, antequam ſua collocent in medio fori ſimulacra aerea, vel lapidea, quæ quidem eorum repreſentent imaginem. Hic faber diuinus in ſex dierũ ſpatio omnia in hac mundana viri habitatione perfecit; prima die lucem produxit, quæ eſt Angelica natura, ſecundum D. Auguſt. myſticam expoſitionem, ſecundum verò literalem ſẽſum, produxit nubeculam lucidam, primo ſecundum Lyrani ſententiam, qua omnia lucida apparerent, & hæc perobſcura chaos latifundia tenebras fugauit.

Supra Gen.

Secunda die perfecit firmamentum cœli, viſu pulchertimum, luminibus varijs prçditum, in fluxu fæcundiſſimum, & diuiſit aquas, quarum alteram partem ſuper firmamentum reliquit, alteram verò ſub ipſo firmamento repoſuit.

Tertia die fecit, vt aquæ inferiores ad inuicem congregarentur, vt appareret ſitus inter eas aridus, qui terra non immeritò appellatus eſt, ſicuti maria aquarum illa cõgregatio, in hoc quippè arido ſpatio fecit, quod apparerent productæ variæ herbarum viriditates, & præſertim lignorũ poma ĩn genere ſuo, vberrimũq; fructum afferentia.

Vlterius in eodem firmamento luminaria magna, diuidẽtia tempora in dies, mẽſes, & annos effecit; quorum vt vnum, & maximum per diem ſplẽdeſceret, ſuoq; curſu in Ecclytica per mediũ Zodiacum, alterũ autem per noctem circumcurſaret.

Poſt hæc, alia in eodem ſydera, quæ per noctem lucem effundere conſpiciuntur. His peractis, fecit, vt aquæ producerent reptilia anima viuente prædita, & cete grandia, in mari vitam ducentia, & volatilia pennata; ſub cœlo in his inferioribus elementa fabrefecit, & dedit eis poteſtatem propagandi genus ſuum, dicendo: *Creſcite, & multiplicamini, ac totam replete terram*, & aerem deinceps, vt terra immenta reptilia, & beſtias omnes produceret in animam viuentem, iuxta genus ſuum, eadem iuſſione obſtrinxit.

His perfectis, ad hominis, non modò habitationem, ſed adeſum, & vſum perennem, quid demum egit ſummus opifex? ſuum creauit re vera ſimulacrũ, propriam gerẽs imaginem, propriam repreſentans ſimilitudinem, vnde dixit: *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, vt præſit piſcibus maris, & volatilibus cœli, & beſtijs vniuerſæ terræ, & benedixit illis, dicens: Creſcite, & multiplicamini, & replete terram*, deditq; eis facultatem propagandi, nam hac de cauſa, *maſculum, & fœminam creauit eos* ſubdidit eis dicens: *dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & vniuerſis animantibus, quæ mouentur ſuper terram*; vlterius ait illis: *Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, & vniuerſa ligna, quæ habent in ſemetipſis ſementem generis ſui, vt ſint vobis in eſcam, & cunctis animantibus terræ, omniq; volucri cœli, & vniuerſis, quæ mouentur in terra, in quibus eſt anima viuens, vt habeant ad veſcendum, & factum eſt ita.*

Ecce iam factam hominis habitationem, ecce omnia iam eſculenta, & poculenta eidem tradita, & aſſignata poſt eius creationem, quę fuit omnium productionum poſtrema, ecce quod iam excellentiſſimus Architectus perfectã ſtatuit vrbem, omnibus repletam bonis, vſui humano neceſſarijs, iam ſuam ſtatuit imaginem in medio fori, iam ſuum erexit ſimulacrum: ſed ex quanã materia factum? ex terra nimirum, nam ait celeberrimus Propheta; *Formauit Deus hominem de limo terræ*, quo formato, *inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ*, quod eſt ſanè anima rationis compos, ait Magiſter ſent. 2. ſent. d. 1

Poſuit deinde Dominus hominem in Paradiſo voluptatis, vt ibi re vera in ęternum permaneret immortalis. Iſte eſt ſtatus

tus hominis perfectus, ideſt naturæ inſtitutæ, ait Vgo, de ſacramentis, ſiue innocentię, in quo breui permanſit tempore: nam durauit à principio ſuæ formationis vſquequo permanſit, poſteą peccauit, à callido deceptus ſerpente, ſibi malum ſuadente, in hoc quippè ſtatu, poterat homo mori peccando, vt contigit, non mori autem obediendo; ſed, quaſi mandati ſui inſtitutoris oblitus, credidit mulieri, quam deceperat Diabolus, cum ea colloquendo, & ad hanc culpæ miſeriam reduxerat; iſte eſt ſtatus, qui dicitur ob id culpæ, ſeu naturæ deſtitutæ, in qua cum peccatum hoc contraxiſſet, neceſſitatem habuit moriendi, iuxta dictum diuini Creatoris, nempè: *Quacunq; hora comederis, morte morieris.* Gen. 2.

In hoc permanſit ſtatu infelix homo mortalis, & Deo inimicus, donec emitteret filium ſuum, qui, vt medicus diuinus, & pius, vulnus mortis ſanauit, ipsúq; que quaſi è tetro carcere liberauit à ſtatu culpę, hoc medio ad meliorem elatus eſt, qui ſtatus dicitur gloriæ, ſiue naturæ humanæ reſtitutæ, & in hoc immortalis habitabit, ſi iuſtus erit, in ſæcula ſęculorum. Amen.

Iſta eſt vniuerſi creatio, & præterea hominis; hoc ordine, his morulis vſus eſt Deus: *In cuncta producẽdo propter hominem, & hominem propter ſeipſum* (D. Auguſt. teſte) & ex hoc cenſetur, quod homo ſit propter ſuum opificem factus, quoniam non modo creauit illum in primo ſtatu rectum, & inſontem, ſed quia nedũ poſt commiſſum crimen, multis tranſactis ſæculis, eundem recreauit, proprium deſtinando Filium ad aſſumendam carnem paſſibilem, & ad pœnam mortis ſubijciẽdam, vt à ſeruitute peccati eundem liberaret; nam cum ſit rationalis creatura, ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam facta, eſt etiam ob id ad beatitudinem ordinata, igitur noluit, vt in æternum ſub iugo mortis miſerrimæ permaneret, ſed eundẽ hoc medio voluit ad Paradiſum perduci, ad terram illam .ſ. ſupercœleſtem, quæ eſt ipſius Dei, & Angelorum perenne habitaculum.

Ecce quomodo iam mundum in principio, hoc eſt in verbo, creauit Deus: ecce quomodo omnia mundana in eo ad hominis vtilitatem, & vſum produxerit, ipſumq; poſtremò perfecerit .i. ſexto die, vt numerus compleretur perfectus, vt ait D. Thomas, velut finis omnium rerum; vt ait D. Bonauentura. P. ſent diſt. 1. 15. quæſt. 9. art. 1. eadem diſt. 2.

Quare mundum creauit diuinus Opifex.

HAbemus, mundum, & hominem re vera habuiſſe exordium per creationem, necnon, quomodo à tribus perſonis diuinis, ab vno tamen creatore: dicamus modo, quare ſtatuto tẽpore eundem creauit ſanctiſſima, & indiuiſa Trinitas, Pater omnipotens, Filius ſapiens, & Spiritus ſanctus bonus.

Iam in expoſitione diffinitionis noſtrę oſtenſum eſt obiter, bonitatem Dei fuiſſe cauſam creationis mundi. Nunc eandem expoſitionem confirmando, nitimur addere multa, pro eadem confirmatione firmanda, & roboranda, quæ magis à noſtris mẽtibꝰ curioſæ Inquiſitionis ſcrupulum auferat. Quare igitur mundum creauit Deus? Licet D. Auguſt. exiſtimet, nimis curioſam eſſe quæſtionẽ, multis in locis, & homine pietatis Chriſtianæ indignam; vndè Manichæorum fatuam curioſitatem, lib. 1. de Geneſi contra ipſos cõſcripto, & etiam alibi, & eandem abſoluere reſolutè videatur, cum in Quæſtionibus Veteris Teſtamenti; reſpondit interrogantibus; cur Deus fecerit mundum? Quia (inquit) *Deus conſiderauit, quod melius eſt eſſe mundum, quam non eſſe, idcircò fecit; quod antè non erat*, ex his conijcitur, hanc mũdi productionem tactam eſſe ex lib. ſuæ imperſcrutabilis voluntatis munere, & confirmat hoc contra eoſdem Manichæos, poſt pauca, dum ait: *Si quis quærat; cur Deus fecit cœlum, & terram? Reſpondendum eſt ei, quia voluit*: vo- Lib. 1. Geneſ. contra Manicheos. Lib. etiam quæſt. 83. q. 28.

luntas igitur Diuina eſt cauſa cęli, & terræ, ideò maior eſt voluntas Dei, quam cœlum, & terra.

Doctor hic ſanctus nihilominus alibi aſſeuerat, nempe lib. 1. cõtra Manichęos, bonitatẽ ipſius fuiſſe cauſam productionis cœli, & terræ, & hoc expreſſè confirmat ad aures Platonis, prout ipſe ſcriptum reliquit lib. 11. ad Marcellinum, quod non audent cæteri Patres, & Philoſophi pij negare; quoniam, ſi (vt diximus ſupra) bona fuere omnia creata, ex teſtimonio Moyſis in hiſtoria mundi, à bono opifice neceſſario creata eſſe fatendum eſt: nam qui bonus eſt, prout eſt Deus per eſſentiam, omni liuore, & inuidia eſt immunis, ſed quia fuit Deus hac bonitate compulſus, bona omnia egit vi quodammodo ſuæ bonitatis. Propagines rerum omnium eatenus dicuntur bonæ, quatenus à bono Patre bonitatis habuerunt munera, vnde, hoc ſtante, bona fuere omnia à Deo producta, quinimò valde bona à bono opifice ortũ duxerẽ.

Dubit. inſignis. Sed hic non leuiter dubitare contingit, quomodo .ſ. omnia dicuntur bona fuiſſe à Deo creata, & tamen tot mala in mundo eſſe experiamur, quinimo ex Prophetis habemus, Deũ cauſam fuiſſe omnis mali, vnde Iſaias exclamat: *Ego Dominus creans malum, & faciens bonum*; & Amos 3. *Si erit malum in Ciuitate, quod Dominus non fecerit*. Si omnia valde bona producta ſunt per creationem; vnde tot mala emergunt?

Iſaias 45.

Amos 3.

Reſol. dubitat. Reſpondent quidam ſumma pietate inſigniti, quod in prima rerum creatione omnia, fuere bona, ſed propter culpam, & piaculum primorum parentum effecta ſunt mala, quæ tamen mala ſimpliciter non merentur dici, ſed ſecundum quid. Et circa hoc, quod mala, quæ ſunt in mũdo, alia dicuntur pænæ, alia verò culpæ: pænæ, ſunt mala vel naturæ, vel damni; naturæ, vt quæ nocua homini eueniunt, tùm in ſe, vt cœcitas, & omnis morbus, tùm circa ſe, vt omnia, quæ ſibi contraria accidunt; damni, eſt viſionis diuinæ carẽtia; culpę verò, ſunt peccata hominum: hæc non fuere in mundi primordio, quoniam nondum homo peccauerat, nec ob id mala pænæ, quæ orta ſunt poſt peccatum, quæ quidem ob hoc dicta ſunt mala pænæ, propter punitionem peccatorum; hæc dicuntur non mala ſimpliciter, quoniam propter iuſtitiam fuerũt à Deo ordinata, & ob id bona iuſtitiæ dici poſſunt, tamen mala dicuntur ſecundum quid, hoc eſt reſpectu hominum, qui ea patiuntur ex decreto diuinæ iuſtitiæ. Hęc fuerunt hac de cauſa à Deo creata, ſecundum ſententiam Prophetarum, & ſic à ſuperioribus dictus eſt Deus cauſa malorũ; qui tamen nõ fuit cauſa mali culpæ, quoniam culpa habuit ortũ ab arbitrij libertate, quæ fuit homini tradita, vnde Deus non poteſt dici cauſa huius mali, neq; per ſe, neq; per accidens (vt perperam voluit Vgo) hoc eſt ad manifeſtationem diuinæ iuſtitiæ, quoniam velle malum culpæ, ſiue per ſe, ſiue per accidens, eſt peccatum voluntatis inordinatæ, quod nullo modo poteſt eſſe in Deo, ſicut nec alia obliquitas voluntatis.

Fuit quidẽ cauſa (vt diximus) poſt peccatum mali pænæ, ad punitionem malorum; neq; hoc malum vult Deus, ſub ratione mali, ſed ſub ratione boni iuſtitiæ, ſiue per accidens, ſecundum ſententiam omnium Theologorum, D. Thomæ .ſ. D. Bonauenturæ, Richardi, & aliorum. Diſt. 46. 1. ſent. Vnde ex hoc concluditur, omnia fuiſſe bona à Deo creata ante peccatum, poſt verò mala pænæ, quæ tamen ſimpliciter haud mala dicuntur, & hęc à Deo habuerunt initium, vt bonum iuſtitię, quoniam ſimpliciter malum non poteſt velle Deus (ait Scotus) cum ſit extra formalẽ rationem obiecti voluntatis diuinæ, quæ ſanè obliquari non poteſt, & ſic tollitur omnis dubitatio.

Sed oritur itidem alia dubitatio, an .ſ. celeberrimus, & ſanctus Doctor Aug. ſibi ipſi contradicat, dum explicitè fatetur lib. primo Meditationum de diligendo Deo, Deum mundum creaſſe propter in- Dubit.

tel-

tellectualem, & rationalem creaturam.ſ. propter Angelum, & hominem, quia ſupra dixit, ipſum eundem per creationem produxiſſe, propter ſuam eſſentialem bonitatem? ſtatim reſponderi poteſt ſanctum Doctorem dixiſſe, quod, ſicut factus eſt homo, & Angelus propter Deũ, quod etiam mundus dicitur eſſe factus propter vtrũq;, nam prius ſupra dixerat, creaturam rationalem primam originem habuiſſe ex Dei bonitate, igitur creati sũt propter Dei bonitatem, & quia bonus eſt Deus, & ſummus, & inquãtum talis, boni ſumus nos homines, adeo quòd, non ſolum homo eſt finis creationis mundi, ſed ratione bonitatis ipſius Dei dicitur eſſe talis, vnde concluditur, quod ſemper à bonitate Dei pendet, non ſolũ mundus, ſed omnia, quæ ſunt in mundo, & præſertim rationalis creatura, tanquam finis mundanæ creationis.

Reſponſio.

Sed vltra inquiramus, ad quid poſtea rationalis creatura in mundo eſt creata? ſiue ad quẽ finem? Reſpondetur ad mentem eiuſdẽ celeberrimi Doctoris, quòd, ſicut mundum creauit, & omnia, ſua bonitate cõpulſus, ita fecit hominẽ propter ſeipſum, hoc eſt ad laudes ſibi exhibendas, & ad ſibi ſeruiẽdum in puritate cordis, & demum ad hoc, vt eundem in via ſpeculetur, & admiretur, in Patria verò, vt eo per ſempiterna ſæcula fruatur.

Nobilis inquiſitio.

Solẽt inquirere multi, an præter creaturam rationalem, quæ eſt cauſa finalis, dẽtur aliæ cauſę productionis iſtius mundi? Illicò reſponderi poteſt, quod vtiq; dantur genera cauſarum quatuor à Philoſophis vſurpata, ſed non fit explicita mẽtio, niſi cauſæ finalis, vtpotè illius, quod eſt cauſarum omniũ nobiliſſima, ſed non excluditur, quod etiã in eius productione aliæ non adhiberentur; datur.n. cauſa materialis, quæ eſt ipſa materia à Deo primò creata, & præparata: datur cauſa formalis, quæ eſt forma illa orbicularis indita mundo: datur efficiens, quæ eſt ipſemet Deus, & tota Trinitas, & præter has poſtea datur exemplaris, quę eſt ſuperna notio, quę ſemper fuit in mente diuina: datur demum finalis, quæ eſt ipſe homo (vt dictum eſt) qui etiã apud Philoſophos dicitur finis omnium rerũ: datur etiam impulſiua quędam cauſa, & hęc dici poteſt bonitas ipſius Dei. Bonitas, vt eſt vna ex Dei proprietatibus, fuit impulſio quędam voluntatis diuinę, voluntas verò fuit executio ipſius bonitatis, quæ tetendit ad cauſam finalem, vt poſtremò attingendam, hoc eſt hominem creandum, & ſic omnis tollitur dubitatio, & ſic inquiſitioni ſatisfactũ eſſe putam⁹.

Alia inquiſ. *Reſponſio.* *Quatuor genera cauſarum adhibita ſunt in mũdi creatione.*

Aduertendum eſt, quod mundi (ſtantibus his) debent non ſolum quatuor genera cauſarum admitti, ſed ſex computatis exẽplari, & impulſiua, & eſt pari modo aduertendum, quod omnes, præter materialem & formalem, ſunt ipſemet Deus, ſiue formaliter ſunt in ipſo Deo, ait D. Auguſtinus.

Quando, ſiue quo inſtanti temporis, fuit creatus mundus.

Videamus conſequenter, quando, ſiue in quo tẽpore dicatur eſſe creatus mundus: ſunt multi, qui admirari iure videntur, & quidẽ nõ ignobiles Theologi, quando audiunt inquiri à multis, an.ſ. mundus habuerit principium in tempore, vel extra tempus, in quo loco fuerit creatus, & an Deus otio vacabat ante ipſius creationem? Sed hanc admirationem omninò tolleret D. Auguſtinus in vno loco præcisè, ſi verſa vice, in alio, temporale principium mundo non aſſignaret. In lib. de Ciuitate Dei 11. & 12. inanes exiſtimat huiuſcemòdi hominum cogitationes, qui imaginantur infinita tempora præteritæ vacationis Dei, cum nullum ſit tempus ante Mundum, nam differunt maximè tempus, & æternitas, quoniã in æternitate nulla fit mutatio, ſed tempus non fit abſq; mutatione præteriti, præſentis, & futuri. Vnde, poſt multa dicta circa hoc, ſubinfert: *non itaq; factus eſt mundus in tempore, nec ante tem-*

Lib. de Ciu. 11. & 12. *Diff. temporis, & æternitatis.*

tempus, ſed cum tempore, nam quod fit in tempore, poſt aliquod tempus fit. ſ. poſt præteritum, & ante aliquod .i. futurum.

P. 1. ſummæ 3. ſent diſt. 1. quæſt. 2. art. 4. De Trinitate etiam hoc idem aſſeuerat, cui conſentiunt D. Thomas, & quidam Scotiſtæ, & præſertim Scotellus, dicentes mundum incepiſſe, & non antequam Deus voluit facere, nec tamen in tempore, ſed ſimul cum ipſo tempore, & in eodem loco, vbi nunc eſt corpus mundi, nec tamen ſequitur, quod ab æterno fuerit vacuũ, ſicut nec plenum, quoniam ante mũdum, nec fuit locus, nec ſpatium, igitur nec vacuum, cum ad rationem vacui, nõ ſufficiat nihil eſſe, ſed requiratur, ſpatium capax corporis eſſe, in quo non ſit corpus, ſimiliter ante mũdum, nec fuit tempus, igitur nec tarda mora Dei ad creandum, ſed fuit ſola æternitas, in qua nihil præterijt, neqꝫ futurum eſt, nec ob id ſequitur, quod Deus otio vacarit, quoniam ſemper actiones intus manentes, vt intelligere, velle, & rerum omnium rationes in mente tenere, Filium gignere, hoc eſt Verbum, Spiritum Sanctum producere, abſq; tẽpore extitere, & exiſtunt.

Petrus de Aquila.

4. Phyſicorum.

Hęc omnia optimè cohęrerent, & concluderent, niſi exaduerſò ſanctus Doctor alibi, oppoſitam huic non haberet, ſententiam; Etenim lib. Quæſtionum noui Teſtamenti, expreſsè dicit, quod, *volens Deus mundum redimere, mediante paſſione filij ſui, in illo tempore id voluit agere, in quo mũdum creauit*, hoc eſt in Aequinoctio, in quo ortum ſumpſit mundus, hoc eſt in Aequinoctio veris.

Quæſt. noui teſt. 2. part.

Huic ſententiæ multi aſſentiunt Doctores, & Rabbini ſacrarum ſcripturarum ſtudioſiſſimi, nam lis, & cõtrouerſia verſatur circa hoc porrò ex alia parte, alij negant, dicentes creationem non fuiſſe in tempore Aequinoctij veralis, quod contingit in menſe Martio, ſed in Aequinoctio autumnali, quod accidit in menſe Septembris, & hanc ſententiam Lyranus approbare videtur, ſic autem loquentes, mũdum in tempore principium per creationem habuiſſe, fatentur.

Primæ opinionis fuit Rabbi Ioſias, quam approbat D. Auguſtinus, & cum eo D. Athanaſius, dum ait, interrogando, cur vigeſimoquinto die menſis Martij in vtero Virginis clauſus Chriſtus Dominus noſter, veniens in terram, habitare cœpit? Reſpondet, quia in eodem die in mundi principio Deus creauit Adam, hæc expreſſa ſententia legitur apud ipſum, in ſermone de Annũtiatione. Franciſcus Mayro, & Gulielmus Varro eiuſdem fuerunt ſententię, hanc rationem afferentes, quoniam Sol tunc in primo ſigno Zodiaci curſum inchoat, & tunc intrat primum cœli ſignum, nempè Arietem, & ibi ſuum incipit motum, & quia in hoc ſigno eſt ita mundus creatus, hinc eſt, quod tunc incępit renouari germinando herbas, flores, & arbores vireſcere, &c. Sed videtur (vt diximus) Lyranus in oppoſitam declinare opinionem, dum ait, hoc accidiſſe in mẽſe Septẽbri, quando fructus in arboribus iam maturi pendent, & in ſeipſis ſemina habent, & iſtius ſententiæ fuit Rabbi Eliazer, & eius Aſſeclæ, ex quibus eandem deſumpſit Lyranus.

Lib. quæſt. quæſt. 17.

In ſermone de Annuntiat.

Lyra. ſuper Gen.

Sed probabilior, & verior ſententia (meo iudicio) videtur eſſe illa, quam approbant Auguſtinus, & Athanaſius, nec non alij probatiſſimi Patres, igitur ex his ſententijs à primo ad vltimum, innuitur, mundũ fuiſſe in tempore creatum, & ex his nedum ſibi ipſi D. Auguſtinus cõtradicere videtur.

Videtur (inquam) S. Doct. in quæſtionibus mixtis ex vtroq; velle mundum originem ſumpſiſſe in tẽpore, in his verbis. *Et incipit iterum nox ſua magnitudine, qua ſupergreditur diem, minorari vſq; ad finem quarti temporis, quod eſt hyems, & fit æquinoctium primi temporis, quando Deus creauit mundum, &c.*

Sed ſi rectè perpendantur hæc verba, poſſunt facillimè gloſari, & in bonũ ſenſum trahi, itaut nulla remaneat contrarietas in dictis excellentiſſimi Patris. Eſt igitur animaduertendum, pro declaratio-

tione iſtius veritatis, quod quando hiſtoria diuina dicit primo Gen. *In Principio creauit Deus cœlum, & terram*, ly principium, vel ſupponit pro principio increato, vel pro principio creato; ſi pro increato, iam diximus ſupra, hoc debere intelligi pro Verbo ipſo, per quod omnia creata ſunt, quod iam (ni fallor) & plenè, declaratum eſt; ſi pro principio creato, hoc intelligitur pro primo temporis inſtanti, ſed tunc nõ ſignat ordinem, ſicut de primo dicitur, ſed dicit concomitantiam; vnde cœlum, & terra non ante omnia, quoniam non ante temporis principium, ſed ſimul cum temporis principio cœperunt eſſe, ita quod ante omnia alia creata fuere coęua, nempè Cœlum Empyreum, lux .i. Angelica natura, materia mundi, & tempus.

Mũdi principium dupliciter poteſt conſiderari.

Alb. M. de commune lib. Cœlis 1. Quatuor coęua 1. creata.

Iaq. pulch.

Stante hac poſitione, dicendum eſt igitur, mũdum creatum eſſe in tempore, hoc eſt in temporis principio; ſed ſi quis curioſè interrogaret, quomodo tempus, aut principium temporis erat, ſi nondum erat mobile, cuius paſſio eſt motus, cuiuſque tempus eſt menſura? Reſponderent forſan quidam dicentes, quod tunc erat quædam agitatio materiæ, qua erat motus inordinatus eiuſdem, qui motus cum ipſa materia fuit creatus, & cum alijs coęuis, & ſic quod intelligi poſſit, mundum in tempore hoc modo habuiſſe initium per creationem.

Reſponſio futilis.

Sed ſi quis iterum inſtaret, dicens, quod nequaquam pro agitatione materiæ poteſt intelligi, quoniam D. Auguſtinus, & alij Patres, & Rabbini, explicitam faciunt mẽtionem de tempore Aequinoctij veralis, quod tempus ibi ſumitur pro menſura motus corporis perfecti .ſ. mundi, non autem imperfecti, vt eſt materia prima, cuius agitatio eſt motus imperfectus, ſicut & ipſa imperfecta eſt.

Vnde ad hoc melius forſan dicerem ego, pro vera ſolutione iſtius inſtantiæ, quod mũdus dicitur eſſe in tempore Aequinoctij creatus, hoc eſt fecit Deus, qđ in tali cõſtitutione appareret perfectus, atq; in eodem inſtanti inciperet motum quotidianum explere, in quo Sol fuit creatus, & ad curſum cum cæteris luminaribus in eodem directus, & in hoc ſenſu intelligi poteſt forſitan, quod in tempore ſit creatus, & ſic tollitur omnis dubitandi occaſio, nullaq; remanet in dictis D. Auguſtini, & cæterorum Theologorum contradictio.

Reſponſio vera.

Sunt tamen quidam ſpeculatores, dicentes, Deum feciſſe mundum in tempore, hoc eſt in ſtatuto quodam momento æuiternitatis à ſua diuina determinatione, & non ante, nec poſt, adeò quod tempus ſumitur ibi pro illo inſtanti, in quo Deus ſecundum determinationem æternam ſuę volũtatis ſtatuit ab ęterno mundum ad extra producere, ſicuti ad intra ſempiternũ eiuſdem habebat exemplar.

Quidam alij dicunt, omninò Deum nõ feciſſe in tempore Macrocoſmum, hoc eſt, hunc magnum mundum, ſed Microcoſmum, hoc eſt, paruum mundum .i. hominem, qui omnibus iam perfectè creatis, in lucem productus eſt per creationem, & hic eſt homo, qui eſt poſtremus rerum omnium finis (vt viſum eſt.) Sed his prætermiſſis, primam reſolutionem, tanquam veritati magis conſonam, approbamus; & eadem ratione, tãquam ex grauiſſimis Theologis excerptam, commendamus.

Quæ erunt ex Alb. Magno lib. 2. vt ſupra.

Quod non ſint plures mundi, ſed vnus dumtaxat.

Nunc quomodo mundus hic ſit vnus ſolummodo, & non plures pergamus videre. Vnum concludunt omnes Theologi mundum, de facto à Deo creatum, ſed de poſſe alios ad extra producere, nõ ita ad inuicem cõueniunt. Sed nos prius rationibus, & auctoritatibus, vnicum dumtaxat eſſe mũdum, probemus, deinde an plures de potentia Dei abſoluta potuiſſent creari, necne, inueſtigabimus: vnicum eſſe mundum vno ore fatentur ſapientes Theologi, atq; Philo-

loſophi, & hoc pro rato tenent omnes Græci, & Latini, & pluribus rationibus probant, quibus etiam vtuntur Theologi noſtrates; D. Thomas, vnicum eſſe mundum hac prima ratione probare nititur: nulli dubium eſt (ait Doctor ſanctus) quod omnia debent eſſe ordinata vno ordine ab vno ordinatore, & ad vnicum finem, hoc eſt ad Deum: at Deus vnus eſt (quod iam ſuo loco probatum eſt) igitur vnicus mundus, in quo omnia conſpiciuntur ordinata ad ipſum, tanquam ad vnum ordinatorem mirificum, & excellentiſſimum. Hæc ratio innititur auctoritate Philoſophi, qui ex vnitate ordinis, quem habent cuncta adinuicem in mundo, vna ad aliam, & alia ad aliam, vſq; ad primum, concludit vnitatem gubernantis, ſicuti vnitatem mouentis, ſiue mototis 8. Phyſicorum, quod exemplo Principis in Populo comprobat, dicens. *Entia nolunt malè diſponi, non eſt bona pluralitas Principum, vnus ergo ſit Princeps, & vnus Dominus,* quæ verba, ex Homero, illum deſumpſiſſe alibi oſtenſum eſt; vnus ergo ſit Dominus dicamus nos, hoc eſt vnus ſit Deus: igitur vnus effector, gubernator, ordinator, & motor in mundo, & non plures, igitur vnus mundus.

P. 1. ſumme q. 47. art. 3.

Ariſt. 12. Metaph.

8. Phyſicorum.

Hæc ratio concludit peroptimè, quoniam bonum vniuerſi conſiſtit in ordine, quem habent res adinuicem, & etiam in vno primo principio, ad quod ordinantur, & iſtud eſt primũ ordinans, primum gubernans, & primũ mouens vnius mundi, ſicuti fuit vnicus faber, & opifex: hac igitur ratione vnicus dicatur mundus, & non plures à primo ad vltimum.

Præterea ratione cauſæ exemplaris, quæ eſt illa ſempiterna notio, ſempiternaq; ars Patris æterni, quæ eſt Filius pariter æternus (de qua ſuo egimus loco) concluditur vnitas mundi, hoc .ſ. modo. Vnicum eſt exemplar mundi, igitur vnicus mundus exẽplatus, valet conſequentia, quoniam vna cauſa totalis non producit plures effectus totales, ſed vnum, at Filius eſt vna cauſa totalis exemplaris, quà Deus Pater ſummus opifex vnicum produxit exemplatum mundum, igitur ex hoc remanet, quod mundus vnicus omninò dicatur, & non plures. Licet hæ rationes Philoſophicæ re vera ſint, quoniã tamen à Theologis ad hoc probandũ adducuntur, idcircò & nos ijs vtimur ad hoc itidem probandum. Hæc tamen ratio non admodum concludit, niſi addatur, quod illi effectus eidem cauſæ ſint adæquati.

Alia ratio, qua concluditur mundũ eſſe vnũ.

Confirmatur, vnicum eſſe mundum, communi auctoritate Diuinæ Scripturæ veteris, & nouæ; veteris, ex ea diuinæ hiſtoriæ 1. Gen. multoties allegata: *In principio creauit Deus cœlum, & terram*, cœlum vnum, & non plures, terram vnam, & non plures: itidem ex noua D. Ioan. 1. *Et mundus per ipſum factus eſt*, & mundus, inquit, quia vnus eſt, & non plures: vnus (inquam) totalis, licet plures eſſe poſſint, & ſint partiales, qui tamen dicuntur partes totaliter integrantes ipſum mundum vniuerſalem, & iſtæ ſunt mundi illi, de quibus egimus in principio iſtius libri, mundus .ſ. empyreus, cœleſtis, elementalis, & homo, qui eſt paruus mundus, ad differentiam magni, cuius imaginem gerit. Vnicum igitur de facto Deus creauit mundum, & non plures.

Gen. 1.

Io. 1.

An Deus potuiſſet plures creare mundos.

AN poſtea diuinus opifex tunc potuerit, & modo poſſit plures alios creare mundos, non bene conſentiunt Theologi vtriuſq; Scholæ, Thomiſticæ. nempè, atq; Scoticæ. D. Thomas, & ſequaces concludunt, quod non; & ratio eorum eſt, quoniam, quod non eſt factibile, non eſt poſſibile fieri, per cõſequens hoc non eſt factibile, igitur, &c. quod probatur ex hoc, quoniam mundus conſtat de tota ſua materia, igitur alia terra, non poteſt fieri, quam hæc noſtra, quam habitamus, & ratio eſt, quia terræ in alio mũdo, & in iſto eſſent eiuſdem ſpeciei, &

D. Thomas vt ſupra.

ſic

ſic ad eundem locum mouerentur, vel ad idem centrum, nec poſſunt fieri hac ratione duo prima mobilia, quoniam eſſet duo primi motores, quod eſt omninò à veritate alienum.

Scotellus, & Gabriel a.d. in 1. ſent. diſt. 1. q. 1. art. 4. Verſa vice aſſeclæ Scoti oppoſitam videntur tueri ſententiam, aſſerentes, & optima ratione, iudicio meo (ſalua tamen reuerentia S. Doct.) quod Deus in agendo, nõ præſupponit materiam, quoniam ſi alium mundum produceret, & aliam crearet materiam, quia eius potentia non fuit, nec modo eſt limitata, vt non poſſit aliam creare, & ex ea alium mundum faceret ac de nihilo create, ſicut primam materiam, nec terra alterius mundi moueretur ad centrum iſtius mundi, ſed ad proprium, quia nullam haberent connexionem ad inuicem.

Tandem Deus, aiunt, non eſt motor deputatus ad aliquod mobile præcisè, ſed ſola voluntate poſſet mouere quodcunq; mobile, ſicuti ſola voluntate potuit ab initio ex nihilo producere mundum noſtrum; & eundem ad motum deſtinare abſq; labore, & fatigatione.

Concluſio. Concludatur igitur de poſſe, qđ Deus potuiſſet, & poteſt plures creare mũdos, & hæc eſt altera potiſſima ratio, & irrefragabilis, quam neceſſariò debent admittere Thomiſtæ, quoniam Deus ipſe poteſt agere, etiam ſecundũ ipſos, quicquid nõ dicatur implicare contradictionem, at hoc non implicat contradictionem, igitur eſt poſſibile à Deo fieri, quare autem non fecerit, eſt imperſcrutabile.

Vnicus igitur eſt iſte mundus, vnicè à Deo libera volũtate creatus, qui quidem adeò pulcher conſpicitur, vt admirationem maximam mentibus humanis ingerere videatur, in quibus igitur hæc conſiſtat pulchritudo, & quid ſit, modo ſit ſermo noſter.

Quod mundus ſit mira pulchritudine præditus.

PVlchrum eſſe mundum, omnes clamant ſapientes; iam ſufficeret dixiſſe ſupra, in explanatione diffinitionis noſtræ, mundum eſſe ordinatiſſimum, & eadem ratione, ipſum apparere pulcherrimum, vbi totam ſeriem, incipiendo à cœlo ſummo, & deſcendendo vſq; ad extremum elementum, quaſi per quandam pulcherrimam ſcalam enarrauimus; ſed vt melius, & plenius hanc rem proſequi valeamus, eius numeroſã proportionem hic copioſiori ſermone modo demõſtrare tentabimus.

D. Auguſtinus pulchritudinem appellat numeroſam æqualitatem, alij numeroſam proportionem, quæ quidem ſuum perfectè repreſentat exemplatum, & nos, hanc ſententiam veram eſſe, putamus. Quod in mundo ſit numerus partium, ipſum integrãtium, patet ſenſibus ex diuerſitate earum .ſ. cœlorum, & elementorum, necnon ſpecierum ex ijs reſultantium, quod etiam ſit ibi pulchra æqualitas, ex hoc apparet, quoniam omnes ad inuicem ita conueniunt, vt vnum pulcherrimum, & perfectum componere videantur, nec vna aliam per temporis ſpatium deſtruere valeat; dicitur ibi æqualitas reperiri, non menſurabilis in conſpicua molis quantitate, non confirmis in virtutis vigore, quoniam vnum cœlum excedit alterum, vnum elemẽtum ſimili modo in vtraq; ſuperat; ſed æqualitas ſumitur hic ſecundũ perfectã quandam conſonantiam, quæ ex hac diuerſitate reſultat, vnde hæc proportio rectè dicitur à D. Auguſtino in hoc Pythagorã ſequente, necnon à Io. Pico Mirandulano, diſcordia concordans, ſiue concordia diſcordãs, hac re vera ratione, hoc exemplo muſicali poteſt confirmari. Muſica, quæ dicitur ab eodem D. Auguſtino lib. de muſica, ars benè modulandi ex diuerſis conſtat partibus, ex grauibus .ſ. & acutis vocibus, nihilominus in concentu, ità ad inuicem cohærent, vt admirabilem dicantur edere harmoniam, auribus humanis & iucundiſſimam, & ſuauiſſimam.

D. Auguſt. pluribus in locis, ſed pſertim in muſica. Ioan. Gerſ. ſuper Magnif.

Diff. muſicę D. Auguſt.

In cœlis maxima etiam reperitur harmonia, ex conſenſu non ſolum Theolo-

gorū noſtrorum, ſed etiam Philoſophorum, nedum Pithagoricorum, ſed etiam Platonicorum (vt ſequenti lib. ſatis longa oratione ex propoſito dicemus) ex elementis pedum, nec non in elementatis, hæc eadem inueniuntur, vt conijci poteſt ex ordine eorum (de quo ſupra in expoſitione noſtræ diffinitionis perſpicuè oſtenſum eſt) ſed hic locus eſt hanc oſtendendi harmonicam pulchritudinem ad aures Theologorum, & præſertim Diui Auguſtini. Pulchrum, & bonum nulli dubium eſt eſſe idem in ſubſtantia, ſicuti elicitur ex D. Dionyſio, de Diuinis Nominibus, ſed differunt ratione, & hoc dupliciter conſideratur: ſ. in ſe, & in alio, in ſe & per ſe, bonum ipſum eſt Deus, in alio autem, intra ipſum ſunt omnia creata à Deo, quæ bona dicuntur non per eſſentiam, vt eſt ipſe Deus, ſed tantum per participationem ipſius. Simili modo pulchrum conſideratur in ſe ſ. Deus, qui eſt talis per propriam eſſentiam, & in alio per participationem illius; vt in ſe eſt talis, dicitur ipſamet eſſentia diuina, quæ alio nomine poteſt idealis pulchritudo rectè appellari, virtute cuius cætera inferiora ſunt pulchra, & bona, non autem abſolutè vt illa, ſed vt quædam diſpoſitio ex parte formæ, relata ad exterius (vt peroptimè concludit Alexander noſter Alenſis) quæ conſiſtit in *Modo, ſpecie, & ordine*, quæ tria inſunt creaturę, & species præſertim, quæ maximè videtur eſſe illud, ſecundum quod determinatur participata pulchritudo, vnde optimo iure ſpecioſum, pulchrū dicere ſolemus, & pulchrū, ſpecioſum, ſine vlla differentia.

Secunda parte Sūmæ.

Cum igitur bonitas rerum ſic determinetur per *modum, ſpeciem, & ordinem* in vniuerſo, per conſequens per hæc determinatur ipſa pulchritudo; nam res in tantum dicitur bona, & pulchra, in quantum tenet modum debitum, ſpeciem cōuenientem, & ordinem requiſitum, & quæ plus participant de his, plus pulchritudinis habēt, quæ minus è cōtrario, igitur principaliter mūdi pulchritudo ex his tribus conſtat, quæ à pulchritudine prima nihilominus deſcēdit (vt patet apud D. Auguſt. dicentem: *Tu feciſti ea, quia pulcher es: pulchra enim ſunt, non tamen ita ſicut tu conditor eorum: cui comparata, non pulchra ſunt, ſicuti nec bona.* Pulchritudo enim creaturæ eſt veſtigium quoddā perueniēdi ad cognitionem, & pulchritudinem increatam, vnde peroptimè dicit Iſidorus Hiſpalēſis: *Ex pulchritudine circumſcriptæ creaturæ pulchritudinem ſuā, quæ circumſcribi nequit, facit Deus intelligi. Sed ſi deſcendunt* (dicit idem Alexander) *à prima omnia, & mediantibus bonitatibus pulchra ſunt turpia, & mala, quæ in mundo cōſpiciuntur, poterunt ne conferre ad pulchritudinem?* Reſpondet Alenſis, quod conferunt vtique, ſed non abſolutè, ſed tantū ſecundum ſtatum præſentem, & alligat pro hac aſſertione auctoritatem D. Auguſt. in Enchiridion, dicētis, quod non permitteret Deus mala fieri, niſi ex his eliceret bonum, & iterum in quantū malum culpæ debetur pœna, ſecundum hoc cōfert ad pulchritudinem vniuerſi: item in quātum bonum, oppoſitum magis apparet bonum ex comparatione mali.

Lib. 4. confeſſ. cap. 10. tom. 3.

2 par. Summæ q. 26. memb. 1.

Conferunt tamen magis bona mutabilia, nempè res mutabiles, & corruptibiles, ſed non mutatio, & corruptio, quia licet ſint influxu naturæ, & in perpetua viciſſitudine, ſecundum conditionem indiuidualem, non tamen ſecundum genericam, vel ſpecificam, quia ſic æterna ſunt, & incorruptibilia.

Magis conferunt ea, quæ mirabilia apparent in mundo ad ipſius pulchritudinem, & decorem, non tamen ſecundum ſtatum inſtitutum (ait Alexander) ſed ſecundum reſtitutum, & melius facient, ſecundum innouatum in fine ipſius mūdi.

Et ſi quis inquireret, an ad eādem pulchritudinem vniuerſi conferat admirāda Verbi incarnatio? Reſpondetur (aſſertore eodem Alexandro) non æquidem ſecundum omnem ſtatum, ſed ſecundum ſtatum tantum reparantis: nec quocunque modo, ſed ſine quo non potuit humana

Vbi ſupra.

na-

natura decentius reparari poſt lapſum. Concludatur igitur, ſecundũ oẽs Theologos, & poſitiuos, & ſpeculatiuos, quod tali modo determinatur participata pulchritudo.

Sed videamus, quomodo hæc reperitur in creaturis, ſecundum mẽtem D. Auguſtini, incipiendo à Deo, à quo exordium trahit, & primo in Angelis, & poſtea in cæteris.

D. Auguſt. hanc pulchritudinem conſiderauit vtiq; in tribus prędictis, ſed pręſertim in ordine creaturarum, quæ tanquam partes ipſius vniuerſi conueniunt inconſpicua earum ad inuicem cõgruentia, quæ ipſum pulcherrimum efficiunt: conueniunt etiam inordinata diuerſitate, & proportione ipſorum graduum.

Pulchritud. relucet in omnibus rebus, & primo in Angelis.

Dion. c. 4. de diu. nomin.

Poſt Deum igitur, qui eſt ſumma pulchritudo, & ſumma bonitas per eſſentiã (vt dictum eſt) ſequuntur alia pulchra, & bona per participationem, & ſunt primò Angeli ipſi, qui quidem, quicquid volũt, & faciunt (ait Dionyſius) id volunt, & faciunt propter amorem, & deſiderium pulchri, & boni, quod quidem pulchrũ, & bonum nil aliud eſt, niſi ipſe Deus. Inter hos Angelos eſt inuenire ordinatam ſeriem, & admirandã gradationem, quæ reſultat ex mira diſpoſitione, & diuiſione, de qua ſatis abundè egimus ſuo loco, tractando de mirifica eorũ natura, in triplici ordine diuiſa, in qua obſeruatur mira pulchritudo, quæ poteſt dici mundi ſpiritualis, quæ non ſenſu, ſed intellectu purgato ſolummodo comprehenditur; ſed de hoc ſatis.

To cap. cœleſtis Hierarchiæ.

Pulchritud. mundi cęleſtis, in quo conſiſtit.

Poſt huius pulchritudinem, ſequitur ea, quæ eſt mundi cęleſtis, quæ in tres cęlos principales eſt diuiſa .ſ. in cęlum cryſtallinum, in Empyreum, & firmamentũ; intra firmamentum verò ſiti ſunt ſeptem orbes erratici, qui ſunt planetę, taliter dicti ab errando, & ſunt illi, de quibus fecimus mentionem ſupra in expoſitione noſtræ diffinitionis: firmamentũ, cœlum ſtellatum nuncupatur, cryſtallinum verò dicitur, & aqueum: eſtq; illa portio materiæ primæ, quæ in duos orbes formata eſt, quorum primus dicitur primum mobile, omnes iſti ſunt mobiles, præter empyreum, quod eſt quietũ, propterea quod eſt ſempiterna manſio, & habitaculum Dei, & Angelorum, necnon animarum beatarũ, quæ cũ ipſo fęlicẽ ducunt vitam.

Poſt cryſtallinum, & primum mobile, quod quidem primum, & mobile dicitur re vera, primum in ordine cœlorum mobilium .ſ. inferiorum; mobile, quia motui deſtinatum eſt, quod alteri ſupra ipſum non accidit (vt dictũ eſt) ſequitur firmamentum, quod quidem eſt primum cęlorum viſibilium, quo ad naturam, quo verò ad nos octauum. Hoc multis, ac varijs refertum eſt luminibus, quæ ex varia eorum poſitione varias efficiunt imagines, quæ numero certo referãtur, hoc eſt quadrageſimo octauo, quarum duodecim in circulo obliquo in ordine collocatæ totum vidẽtur illud ambire, qui circulus ob id ſignifer appellatur, & Zodiacus. Stellæ has conficientes imagines, aliæ dicuntur primæ magnitudinis, aliæ ſecundæ, aliæ tertiæ, & aliæ quartæ, quinimò aliæ quintæ, & ſextæ (vt opinantur Arabes, & multi eorum ſequaces) in hoc porrò circulo Sol ſpatio vnius anni peragrãs, varias efficit in hæc inferiora generationes, quibus magna reſultat in mũdo pulchritudo, & armonia incomparabilis.

Horum alij proprietates habent particulares, alij verò nequaquam, his mediantibus proprietatibus pulcherrimi cẽſendi ſunt, quoniam (vt diximus) nõ ſolum in congruentia partiũ conſiſtit pulchritudo, ſed etiam in diuerſitate, quæ in eis reperitur.

Proprietates, quibus congruẽtiam habere videntur, & quibus diuerſificantur alij, ſunt puritas, quæ omnibus conuenit, ſimplicitas, ſubtilitas ſumma, & incorruptibilitas: maximi in quantitate extenſiua ſunt, tamen in magnitudine vnum ſuperat aliud, quoniam ſunt continenter ſubordinati (vt proximè videbimus) in qualitate omnes lucidi ſunt, & perſpicui,

quia corpora ſunt diaphana, velut criſtallum, conditione materiali, omnes deputati, figuram cunčti habentes ſphæricam, & deniq; in locali ſitu ſunt ſupremi, reſpectu .ſ. elementorum, ſed vnum alio ſublimius, ſecundum quod natura diſpoſiti, & ordinati ſunt ad inuicem, omnes ad motū regulatū deputati, & deſtinati.

His nimirum proprietatibus conueniunt, præter cęlum empyreum, quod in ſuprema parte ab alijs diuerſum eſt, quoniam eſt proſus immobile, vt diximus.

His alijs omninò ad inuicem differunt proprietatibus. ſ. compoſitione, altitudine, ordine, magnitudine, continētia, motus longitudine, latitudine, & tempore, quo curſum metimur, luce, colore, & facultate. Compoſitio maximè in Planetis cernitur, ac cæteræ facultates, ſed nō omnes in omnibus ſuperioribus, nam non habent eandem compoſitionem omnes, quæ attenditur ex parte epicyclorum, & deferentium, non eandem altitudinem, neq; eundem ordinem, nec ob id eādem magnitudinem, quoniā vnum alio altius apprehenditur, tum in eorum motibus, tum in eclypſationibus, quæ ſucceſſiue in eorum reuolutionibus accidunt, nō ſunt eadem luce præditi, quod aſpicientibus patet, neque eadem facultate influxiua, quæ tamen nobis ignota eſt, licet ſuperſtitioſè à Iudiciarijs tractetur, nō ob hoc putamus temerè aſtra, tùm fixa, tùm errantia, fuiſſe à ſummo cōditore facta, cum ſciamus pro certo, naturā ne pilum quidem caſu inopinato produxiſſe in humano Microcoſmo, quātomagis in macrocoſmo, quod eſt reuera admirandum?

De quib. ex profeſſo tractant Ptolom. & Hipparcus Rhodius.

Non eſt hic opus ſuas cuique cęlo aſſignare proprietates, quibus differre videntur; quoniā hoc magis ſpectat ad Aſtrologum, quàm ad Theologum, ſufficit ſolummodo eas tetigiſſe, pro declaratione mundanæ pulchritudinis, quæ conſiſtit, & in eorum congruentia, & diuerſitate, ſi quis cupit eas videre ad Ptolomeum, ad Alfraganum, ad Purbachium, ad Alpharabium, & alios Græcos, Latinosq; recurrat, qui in hac facultate ſunt celeberrimi profeſſores.

Non minus cernitur hæc ordinata pulchritudo in mundo elementali, quàm in ſupercœleſti, & cœleſti, quam quidem peroptimè conſiderauit, & præſertim D. Auguſt. lib. 23. quæſt. qui in ipſis elementis ordinatā perſpexit congruentiam, & in quibuſdam qualitatibus, & etiam in compoſitione mixtorum admirabilem conuenientiam, in quibuſdam verò alijs in ordine, & ſitu diuerſitatem, adeò quod ex his proprietatibus, & congruentibus, & diſcrepantibus iudicat elementarem mūdum pulcherrimum: qualitates ſunt non ſolum illæ primæ Peripateticorum quæ huic in vnoquoq; elemento perſpiciuntur, ſ. frigiditas, caliditas, humiditas, & ſiccitas, ſed etiam illæ, quæ in eis inſpexerūt Academici, & optima rōne poſuerunt; hoc eſt mobilitas, immobilitas, obtuſitas, ſubtilitas, & acutitas, de quibus iam aliquid dictū eſt, & multa ſatis prolixa oratione in ſequēti lib. dicenda ſunt.

Pulcher eſt iſte mundus igitur his qualitatibus præditus, & hæc pulchritudo facilè cōſpicitur, non modo in eiſdem elementis, & eorum qualitatibus, ſed melius in varijs mixtorum ſpeciebus, quæ ſunt partes vniuerſi, ipſumq; reddūt pulcherrimum apparentem (inquam) in mixtis omnibus, ſed præcipuè in perfectis, & maximè in homine, in cuius partium compoſitione, admirabilis reuera reſultat pulchritudo, quam videns Galenus Medicorū Coriphæus, dum corporū ſectioni operā nauaret, exclamauit, dicens: *Veritatem fateri cogor, hoc opus admirandum, nonniſi viſi ſapientiſſimi opificis, & omnipotentiſſimi intelligentia.* Hanc latè cōſiderauit pręſtantiſſimus vir, non tam in concurſu elementorum ad eius compoſitionem concurrentium, quàm in variarum partium officijs, in ſitu, complexione, & figura (vt videri pōt apud ipſum, lib. de vſu partium) ſed de hac pulchritudine latius, cum pulchritudinem Platonicam contemplabimur.

l. de vſu partium.

In hac igitur partiū elementorum cōgruen-

grucntia, conſiſtit eorum pulchritudo, & etiam in eorum diuerſitate, & proportione; ex qua primi Muſices præſtantiſſimi profeſſores, tetracordum inuenêre ſonorum, ſicuti ex planetarum etiam proportione diuerſa, epthacordum excogitarũt, inſtrumentum omni ſuauitate repletum. Sed de hac materia fuſius ſequenti libro.

Hæc igitur ſit vniuerſi pulchritudo, prout ex noſtrorum Theologorum placitis, & præſertim D. Auguſt. elicitur; qui quidem in hac re nihil, aut parum à Philoſophis Pithagoricis, & Platoniſtis diſcrepant. Hæc ſit nimirum pulchritudo, quæ non modò admirandum reddit vniuerſum, ſed ſemper laudabilem ſuum facit auctorem. Hæc ſit illa concordia diſcordans, ſiue è contra, quæ à primo eſſe ortaliter pulchro ortum duxit; in hac quippe ſerie omnium vniuerſi partium admirationem, & delectationem mens humana ſuſcipiat, & eius auctorẽ, & opificem laudibus extollat, atque admiretur.

Mundus quomodo varia ſortiatur nomina apud Sapientes Chriſticolas.

Mũdus cur ſic appellatus.

RE ſtat videre, pro extrema iſtius libri parte, quæ nomina eidẽ mundo à varijs indita ſint, & quare dictus ſit mundus. Mundus dicitur latinè, & Cœlum commixtim, eo quia Cęlum eſt vniuerſi pars magis principalis, ſecundũ igitur diuerſas partiũ rationes, dicitur vniuerſum primò, quatenus omnia viſibilia in ſe cõprehendit, & cum dicitur vniuerſum Cęlum, hoc eſt omnes comprehendit ſpheras, & mundum, hoc eſt omnia elementa, & elementata.

Mundus cęleſtis à quo dicitur.

Dicitur Cęlum, vel à celando, præſertim de firmamento, eo quia celat nobis alios ſuperiores cęlos, nempè primũ mobile, criſtallinum, & empyreum, vel dicitur cęlum per antiphraſim, eo quod nihil, quod ſit de eius perfectione, & pulchritudine cęlat, dum oſtendit oĩa, quæ potentiam, ſapiẽtiã, & bonitatem Dei nobis patefaciunt; quinimò & eiuſdem Altiſſimi gloriã, iuxta illud Pſalmographi; *Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum*: vel dicitur cęlum à cernendo, eo, quia in eo excellentiora, & eminentiora opera Dei cernantur. Dicitur mundus etiam à motu, eo q̃ a eſt in continuo motu, & perpetua viciſſitudine, teſte Iſidoro in 3. lib. Ethimologiarum: ſed quare (dicet ingenioſus) appellantur mũdi, cum Archetypus, & Angelicus, nihilominus motui non ſubiaceant? Reſpondetur, quod mundus Archetypus, & Angelicus, non dicuntur à motu, & præſertim Archetypus, ſed potius à mũdicia, cum ipſi ſint reuera ab omni labe, & macula mundi; eſt n. Idea, & illud eſſe cognitũ rerum creabiliũ, quod in mente diuina reſidet, & dicitur mũdus Archetypus, ab *Archi*, q̃d eſt princeps, & *Types*, quod reſonat mũdus, vnde mũdus principalis dici poteſt, nulla maculà contaminatus; ideò omninò mundus ab omni immunditia.

Pſal. 18.

Mũdus Archetyp' dicitur à mundit.

Mundus itidem Angelicus non à motu prorſus dicitur, cum non omninò moueatur ſecundum ſuperiores ordines, ſecundum mẽtem D. Thomæ, vnde poteſt dici à modo, eo quia ad modum ſuperioris ſit, ſecundũ ſubſtantiam à Deo creatus; ſolus igitur mundus cœleſtis, & elementaris dicuntur à motu rõne, vt ſupra.

Mũdus Angelicus à modo.

Sed hæc de Macrocoſmo, hoc eſt de magno mundo: quid aũt dicendum eſt de Microcoſmo. ſ. de homine paruo mũdo? dicendum eſt, quod dicitur à motu, ſicut & Macrocoſmos; eo quia motu mouetur & ipſe, quamuis non circulari naturaliter, ſaltẽ progreſſiuo. habet tñ it e mũdus, vt compendiũ vniuerſi, in ſe partes, quibus poſſet dici, & à mundiria, & à mũdo, ſicuti Archetypus, & Angelicus, vt eſt anima ab omni labe peccati libera; quæ dici poteſt mũdus animalis ab omni macula mundatus, quę quidem cum in ſe omnes rerum ſpecies retineat, dicitur eſſe facta ad modũ ſuperioris mundi, & in hoc ſanè ſenſu dici poteſt, & ipſa à modo, mundus. Et de hoc ſatis.

Mũdus paruus i homo dicitur à munditia, à motu, & a modo.

FINIS OCTAVI LIBRI.

CHRI-

CHRISTIANÆ THEOLOGIAE Cum Platonica Comparationis.

LIBER NONVS.

De Mundi ortu, iuxta Platonis, & Platonicorum ſententiam, cum quibus communicant vetuſtiſſimi ſapientes Chaldæorum, & Aegyptiorum.

MVNDVS cum cernentibus cōſpicuè appareat, & ſub ſenſibus, ſecūdum corpoream ſubſtantiam omninò cadat, ipſum eſſe in natura minimè negādum eſt; hoc peroptimè iudicauit Plato eſſe ſuperuacaneum inquirere in Timeo, dum ait, quod *Mundus, ſiue cælum, & cætera videtur, tangiturq́.* Videtur re vera, & tangitur mundus, cum ſit natura corporeus, nam corporum hæc eſt maxima, & præcipua conditio, vt ſenſibus, & maximè ijs duobus, viſui videlicet, & tactui ſe ſubijciant. Non ob id excluditur, quin etiam inuiſibilibus ſit poteſtatibus præditus, quæ tamē ex hoc conijciuntur ineſſe mundo, quoniam motui perpetuo, & indeficiēti, iuxta Ariſt. mentem, videmus eundem deſtinatū, & cū ratio, & origo motionis, vllo modo corporeæ naturæ ex ſe competat de mente Platonis, ſed incorporeę ſubſtantiæ, hinc eſt, quod iudicamus (& non abſq; ratione) eaſdem ſubſtantias ineſſe mundo. Quatenus igitur corpore' videtur, tāgiturq;, & corpus habet; quatenus verò motioni ſubiectus conſpicitur ex nobiliſſimis his ſubſtantijs conſtare iudicamus, ac pro certo affirmamus. Sit igitur re vera mundus ſine vlla mentis hæſitatione, quo ad has corporeas conditiones, ac rationes ſenſibiles, & quo ad incorporeas, etiam ex motu pro rato arbitramur, & pronunciamus, & ob id quæſtionem, & inquiſitionem, an ſit minimè tentabimus; ſed immediatè ad ipſum diffiniendum, & hac ratione declarandum accedemus: ſed prius ne laborem' in ęquiuoco, dicamus quotuplex ſit, ſecundum Platonicos, & quot partes in eo reperiantur, quæ nomen mundi ſibi ipſis vendicare dicantur.

Mūdus materialis eſt ſenſibilis, ſecundū corpoream molem.

Alibi in ordine diuinorū multos poſuimus gradus, qui quidem ordinatiſſimi eſſe dicuntur poſt primum in via Academica, quos æquidem mundos appellari poſſe, non recuſant affirmare Platonici; primus vniuerſorum auctor Deus. ſ. vous, cum compoſitus nequaquam exiſtat, prout eſt mundus, qui hac ratione mundus, hoc eſt ornamētum appellatur (quod in calce iſtius libri magis patebit) etenim ornamentum pænitus ſimplex, dici non poteſt, ſed ex varijs compoſitum, Deus autē, vt actus purus, dicitur omninò ſimplex, quinimò omnium ſimpliciſſimus.

Quotuplex ſit mundus in via Plat.

Poſt ipſum ſequitur mens imparticipata eius proles, quæ quidem vtiq; mundus,

dus, nuncupari poteſt & de facto dicitur mũdus Archetypus, & Diuinus, ad cuius exẽplu factus eſt iſte materialis (vt infra latiſſimè videbimus) & de hoc longa verborum ſerie in ſuperioribus libris dictum eſt. Poſt hunc ſequitur mundus Angelicus, & eſt illa natura ab auctore mundorum omnium creata, & hæc iure optimo poteſt dici mundus, ex hoc, quia in ſe aliqualem admittit compoſitionem, vt ſuo loco itidem dictum eſt.

Primus mũdus Archetypus mens imparti.

Mundus Angelicus ſecundus.

Poſt hanc ſequitur mundus animalis, hoc eſt anima vniuerſalis, de qua pari modo tractatum eſt ſuo loco, & hæc dicitur aliquali cõpoſitione prædita (vt ibidem oſtẽſum eſt) & latiſſimè videbimus infra ſuo loco.

Mũdus animalis tertius.

Poſt hanc ſequitur vniuerſalis machina, quam cernimus, & tangimus, & de qua ſumus etiam nos partes, & quæ magis propria ſignificatione dicitur mũdus, prioribus igitur mundis, Angelico .ſ. animaſtico poſt poſitis, tanquam à nobis ſufficienter numeratis, & declaratis huoc.

Ordo ſeruandus in proceſſu iſtius libri.

Primò, diffiniamus.

2. An habuerit initium de mente Platonis, & totius veteris ſapientiæ, & quale, & à quo, inquiramus.

3. An ex præiacenti materia, vel an ipſa habuerit cum ipſo exordium, vel fuerit conditori coæterna, peruestigemus.

4. In quo tempore, ſiue quando creatus eſt mundus, ſecundum horum ſapientiam, quæramus.

5. Quam ob cauſam finalem, ſiue ad quem finem creatus eſt, percunctemur.

6. Quomodo .ſ. quo medio conditus eſt, ſciſcitemur.

7. An plures fuerint creati, vel vnus dumtaxat, diſſeramus.

8. Vno concluſo, quomodo admirãda pulchritudine ſit præditus, inueſtigemus.

9. Poſtremò, quæ nomina eidem impoſita ſint, ſecundum ſe totum, & quas ſecundum partes habeat appellationes, exploremus.

Poſtpoſitis igitur partibus illis, quæ ſibi mundi nomen vindicare dicuntur in doctrina Platonis, vt eſt Regio cœleſtis, elementalis, & homo, ijs itidem relictis mũdi diffinitionibus, quę per methaphoram à varijs ſapientibus datur, vt eſt illa, quæ datur à Cicerone, nempè, *Mundus eſt Deorum, hominumq; domicilium*, aut quod ſit, *ad inſtar vrbis vtranq; naturam continentis*, vel quod ſit, ad aures Heſiodi, Orphęi & Anaxoræ, *chaos ad ordinem redactum*, vel quod ſit, *famella Promethea ornata, vel ordinata* (vt aiebat Plotinus) modo ad veras mundi diffinitiones ferendas, & declarandas accedamus, quæ ex ſimplicibus verbis Platonis elicere poſſunt.

Cic. 2. de nat. Deorũ.

Encad. 4.

Ex Platone igitur hæc elicitur diffinitio in Timeo .ſ. quod *Mundus eſt magnum animal, diuina prouidentia conſtitutum intelligens, & omninò perfectum*. Quod ſit animal, ex hoc deducitur in via ſua, quoniã eſt anima præditus, quod alibi oſtenſum eſt, & hic oſtendere rationibus ex ſuis interpretibus elicitis, facilè hoc modo valemus. Totum re vera eſt præſtantius ſuis partibus, at homo eſt pars mundi, igitur eo præſtantior eſt mundus, cum ipſe ſit totũ, & homo pars, homo eſt anima præditus, ergo à fortiori, & mũdus totus. Hoc argumentum, ſicuti militat, & valet de anima, poteſt eadem ratione valere de mente, quæ eſt in animo humano, vt caput. Hoc vtitur argumento Alexander Aphrodiſienſis, ad probandũ mundum eſſe animatum, & hac ratione mente præditum.

Prima diffinitio mundi Platonis exacta interpretatio.

Mundus eſt animatus in via Plat.

In quæſtionibus q. 1.

Præterea non poſſet dici mundus pulcher, & re vera omni ornatu præditus, ſi eſſet vita deſtitutus, at vita præditus eſt, ergo nequit eſſe ſine anima; neq; poſſet animam habere realem, niſi ſecum haberet, & mentem (dicit Proclus in Timeo) at quia eſt pulcher, vt oculis apparet, & vt de mente eiuſdem Procli infra multis argumentis probabimus, igitur eſt anima præditus, & ſecundum ſententiam excellentiſſimi interpretis ipſius Ariſtotelis, & ſecundum eundem, quinimò ſecundum doctrinam Præceptoris Platonis, & omnium Academicorum. Quare erras (dicis

Ariſt. negat mundũ eſſe animatum.

Pro-

Proclus, dum negat mundum eſſe animatum, & nititur probare inanimatum, nàq; ipſe vnicuiq; orbi propriam aſſignat animam, & propriam mentem, & vniuerſo negat inditam eſſe animam, mente prædicam, animatas vult, & non iniuria, minimas mundi ipſius particulas, vti plantas, & minuta animalia, & totum, quod eſt nobilius, & præſtantius, negat eſſe animatum, quare allucinatur: eſt igitur animatus, & per cōſequens appellari animal poteſt, ſecundum Academicorū ſententiam.

Mūdus eſt diuina Prouidentia cōſtitutum.

Diuina prouidentia conſtitutum, ex hac clara mundi diffinitione, ſiue ex his verbis, in diffinitione prolatis, cōſpicuè, Platonem diuinam admiſiſſe, & iure optimo prouidentiam, cōſpicimus, candéq; Deo opifici tribuiſſe, tanquam vim agendi neceſſariam, & hanc triplicē feciſſe, liquidò conſtat, vnam .ſ. rerum communiū Deo præcisè propriam, quæ ad creationē rerū immaterialium, & inſenſibilium, vtpotè Angelorum, ſeu Beatarum mentium, & Dęmonum ſe extendit: aliam verò rerum minus communium cælicolis, ſeu Dijs iunioribus .i. Angelis aſſignatam, qui virtutem ſuam in hęc inferiora ad ipſius Dei nutum effundunt, vt eſt productio rerum materialium corporū videlicet omnium, & præſertim humanorum; prout elicitur ex ipſo Platone in Timeo, & alibi, necnō confirmatur à multis eiuſdem interpretibus celeberrimis, & præcipuè à D. Aug.

Triplex Prouidentia in via Plat.

D. Aug. lib. 12 de Ciui. Dei cap. 26.

Tertiam demum dæmonibus commiſſam, qui hanc mundi inferiorem partem (ſecundum tamen placitum Dei ipſius) adminiſtrant. Huius prouidentiæ Platonicæ vera doctrina confirmatur à Plutarco, de fato, necnon de placitis Philoſophorum itidem à Iamblico, Proclo, & ab alijs pręclariſſimis Platonicis, qui quidem vulgatæ Peripatheticorum ſententiæ aſsētire nō poterant, circa illam nempè, quod prouidentia, niſi vſque ad globum Lunæ nō pertingat, prout eruitur ex ipſo Ariſtotele 12. diuinorum, vt ex Alexandro Aphrodiſæo clarè colligitur lib. quæſt. natural. 2. Sit igitur mundus hac ratione diuina prouidentia conſtitutus in via Platonica, & non caſu factus, vt falsò putarunt Epicurus, Leucippus, atq; Democritus.

Lib. de fato.

Error notabilis Ariſt. circa Dei prouident.

Error Epicuri, & Leucippi, Democritique redarguitur à Proclo in Tim. Plat.

Sed poſſet forſan quis hic inſurgere, ſi mūdus totus eſt animatus, vt habetur ex Platone in Timeo, ergo & cœlū eſt animatum, tāquam nobiliſſima, & præcipua pars mundi, nam ſphæris cœleſtibus, & elementis, iſtius ſententia, ſuæ aſſignantur animæ (vt in lib. de anima latè infra declarabitur) à qua ſententia nequaquam diſſenſit Ariſt. qui explicitè dicit, quod corpora cęleſtia ſunt vita prędita, eo quia habent operationes animales, & cum his duobus Philoſophiæ Coryphæis aſſentit Auicennas, dum ait, quod Cœlum eſt animal obediens Deo, & hanc ſententiam ex ipſomet Ariſt. ſumpſit, qui mundum eſſe animal ſempiternum prius expreſsè dixerat.

Ariſt. 2. de cœlo.

9. Met. c. 2.

Videtur igitur ex allegatis Ariſt. ſibi ipſi contradicere, dum mundum eſſe animatum negat, & Proclo teſte concedit animatū loco allegato, ſed quid ad nos? ſi Ariſt. in hac re parum ſibi conſtat, ſufficiat nobis probaſſe, mundum eſſe animal, & diuina prouidentia conſtitutum eſſe, vt mox probatum eſt, & ſic comprobari poteſt, iuxta Platonis dogmata.

Ariſt. ſibimet contrarius.

Modo ſi mundus eſt diuina prouidentia conſtitutus, non igitur eſt caſu factus, vt perperā ſomniabant Epicurus, & Leucippus, quos iure meritò redarguit Proclus, in Timeo Platonis, dicens: *Si caſus eſſet cauſa mundi, eſſet vel materia, vel forma, vel compoſitum, at non eſt aliquid horū, igitur nihil eſt.* Et ob id non poteſt dici cauſa conſtitutionis mundi, qui à mente opifice, tanquam à cauſa nobiliſſima, & determinata productus eſt: at vberius de hoc ſuo loco.

Mundus nō eſt cā ſu factus.

Sit igitur mundus animal, à prouidentia diuinæ mentis re vera conſtitutus, per conſequēs erit etiā intelligēs: nam ſicuti animatus eſt, ita & intelligētia præditus, vt argumentū peroptimè probat: eſt, inquam,

inquam perfectus, quoniam in ſe omnes habet perfectiones, vel omnia requiſita ad Idealem perfectionem (vt in proceſſu fuſius videbimus) hæc eſt prima diffinitio mundi ipſius Platonis, & eiuſdem abſoluta declaratio.

2. diffinitio mundi Platonica.

Alia datur ab affeclis Platonis mundi diffinitio, & eſt talis. Mundus eſt incorporei, & inuiſibilis mūdi, viſibilis, & corporea imago. Hæc nimirum diffinitio clarè patebit, cum mundum hunc materialem factum eſſe ad exemplar mundi Archetypi, demonſtrauimus; ideo aliam adducamus diffinitionem, ab alijs Platonicis allatam.

3 diff. mūdi Platonica.

Mundus eſt corpus ſenſibile, incorporei, & inſenſibilis Dei filius: quod ſit corpus ſenſibile patet, quoniam ſub ſenſu cadit, & ob hoc dicebat Plato: *Viſibilis, tangibiliſq; & corpus habet .i.* mundus; quod ſit Dei filius, patet etiam, quoniam ab eo pendet per productionem, tanquā à cauſa efficiente; & etiam per exemplum, tāquam à cauſa formali; ſed de his latius ſuo loco, & tempore.

4. diff quorundā Academ.

Mundus itidem dicitur ab alijs, *ſenſibilium, inſenſibiliumq; rerum ordinata plenitudo;* ſenſibilium, hoc eſt cœlorum elementorum, & ex his compoſitorum; inſenſibilium verò, hoc eſt ſubſtantiarū earum, quæ in eo neceſſariò ponſitur immaterialium ad curam ipſius habendam, & motionem.

Iſtæ omnes diffinitiones, ex Platone ipſo, & ex eiuſdem interpretibus, excerptæ ſunt ex varijs locis, & à nobis collectæ, ſed (meo iudicio) poſſet alia afferri diffinitio, pleniſſima quidem, & quæ totam mūdi naturam patefacere valet, quæ nihilominus ex Platone, & Mercurio, necnon ex varijs ſequacibus deſumpta eſt, & eſt huiuſmodi.

Alia pleniſſima diffinitio mundi eruta ex varijs Mercur. Plat. & tot. veteris ſapientiæ verbis.

Mundus eſt ordinatiſſima vniuerſitas rerum omniū tum Phyſicarū, tùm Methaphyſicarum, à ſummo conditore, ad exemplar æternum in æuo creata, ob manifeſtationem ſuæ bonitatis, & gloriæ, ſuæq; perfectionis diuinæ. Hęc diffinitio partim ex Platone, & Platonicis à nobis excerpta eſt, partim ex Mercurio Termaximo, quæ ſic breuiſſimè, & facillimè explanari poteſt.

Eſt ordinatiſſima vniuerſitas, quoniam in mundo ampla rerum multitudo, & admirabilis conſpicitur ordo, & in rebus omnibus nō temeraria poſitio, quæ præclaram præſeferunt ſymphoniam (vt latiſſimè videbimus infra) dum in demonſtratione mundanæ pulchritudinis inſudauerimus.

Rerum Phyſicarum, & Metaphyſicarum, quoniam in mūdo res tali modo ordinatæ, aliæ apparent generationi, & interitui ſubiectæ, aliæ verò minimè, ſed æternæ, & incorruptibiles, quæ licet conſpicuè ſenſibus non ſe offerant, nihilominus iudicantur abſq; dubio eædem in eſſe mundo, quinimò & ei præſidere, & ſunt illæ poteſtates incorporeæ, de quibus egimus ſuis locis, & etiam egemus in tractatu de mundi ornatu, & pulchritudine. Primæ ſunt de conſideratione Phyſici, vt porò illæ, quæ verſantur in continuo fluxu naturę ſecundum ſingularem conditionem, non autem ſecundum ſpecificam; ſecundæ verò ſpectant ad Metaph.

A ſummo conditore creata, ob id non caſu facta, ſed creata, & de nihilo producta, quod de mente ipſius Platonis, & Mercurij inferius oſtendemus.

Ad exemplar æternum, hoc eſt mundi Idealis, qui eſt prima forma, prima Idea iſtius mūdi materialis, de quo ſimili modo egimus, & agemus demonſtrando, mundum ex hoc dici, & eſſe pulcherrimum, quia factus eſt ad illud exēplar ingenitum, & æternum, quod eſt in prima mente imparticipata.

In æuo, hoc eſt æuiternitate, non in tēpore, neq; poſt tempus, quod itidem ſuo loco latè monſtrabimus.

Ob manifeſtationem ſuæ bonitatis, gloriæ, & perfectionis, quoniam hæc bonitas fuit cauſa impulſiua, ſecundum Platonem in Timeo, aliæ verò, ſecundum Mercurium in Epiſtola ad Aſclepium. Hæc ſit diffinitio deſcriptiua à nobis allata, ſeu melius relata ex Platone, & Mercurio, acceteris collecta, quæ naturam vniuerſi ple-

In Tim. in epiſtola ad Aſclepium.

nè declarat: ſed melius hanc videbimus eſſe veram, cum longa verborum ſerie, in proceſſu cuncta, quæ ordine promiſimus explanare in Platonis, & Mercurij doctrina, & aliorum, qui eorum ſententiam in hoc ſequi videntur, explanauerimus.

Mitto quomodo dicatur mundus ab eodem Mercurio in ſermonibus ſer. 12. *Deus magnus, imago maioris illi innctus, ſeruans voluntatem, & ordinem patris*: cũ hæc deſcriptio ſit ferè eiuſdem ſignificationis cum ſupra allatis de mente cæterorũ Academicorum.

Lib. de mũdo.

Mitto quomodo dicatur à Cleomede: *Opificium ex cælo, terraq;, necnon naturis, quæ eis comprehenduntur, conſtans*, cum ferè eadem ſit, cum ſuperiori. Sit igitur hæc diffinitio mundi, quinimò ſint eiuſdem deſcriptiones, quæ naturam vniuerſi corporei mundi clarè nobis patefaciunt, qui vt talis in ſe continet & formas, & proprietates eſſentiales, necnon differentias rerum, & omnia accidentia, qui vt contentiuus omnium rerum Phyſicarum, & diuinarum in vnam nectit collectionem, ſiue colligationem, per vires elementorum ſibi proportioni reſpondentes, in vnum venit admirandum opificium, per formam vnam, quę eſt forma mundi propria, per naturam vnam, quæ in omnibus eius corporibus omnes rerũ alterationes, & generationes efficit: per animã vnam, quæ toti mundo motus locales præſtat, per mentem vnam ipſi animæ iunctam, quæ efficit, vt rerum omnium ordo in mundo conſeruetur, & per conſequens mira pulchritudo, quæ in eo reſpicitur, & deniq; per vitam vnam, toti mundo infuſam; infuſam (inquam) à mente, ab anima, à natura, & ipſis corporibus, & formis mundanis, & viribus elementorum vnitam, & colligatam, per quam fit rerum ſympathia, ſed de his alibi fuſius.

Mũdi vnius eſt vna forma, vna natura, vna anima, vna mens, & vna vita.

Iam habemus, quid ſit mũdus (loquẽdo de vniuerſa mundi machina) de mente Platonis, & Mercurij, modo par eſt inquirere, ſecundum eorum doctrinam, an mundus habuerit initium reale, ſeu temporarium, vel ratione tantùm, quod vocant cauſatiuum, & quæ fuerit cauſa efficiens ipſius.

An Mundus habuerit exordium, ſecundum Platonis ſententiam, necnon Mercurij Termaximi, & totius veteris ſapientiæ.

CVm igitur mundi triplex ſit cõditio apud Philoſophos, vna, quæ attenditur pænes animam illius; alia pænes mentem ipſius animæ; tertia verò, quatenus corpus eſt, relictis igitur Plato primis duabus tanquam Metaphyſicis, ſed ſua ſententia omninò veris, proponit de ipſo mundo quęſtionem omnium maximam, & pulcherrimam in Timeo, & eſt iſta; vtrum mundus, quatenus corpus, ſit genitus, necne?

Mundi triplex eſt cõditio.

Hæc quæſtio ſanè dicitur iure, & maxima, & excellentiſſima, quoniam apud omnes Philoſophorũ ſectas ſemper fuit mota, nec tamen perfectè abſoluta. Ante Platonem multi Philoſophorum dixere mundum eſſe genitum, videlicet Anaximander, Anaximenes, & omnis ſchola Ionica, præter Principem eius Thaletem Mileſium, & cum his vnus de ſecta Pithagorica, Occellus Locanus appellatus, quem ſecutus eſt Ariſt. qui ferè eadem verba ipſius ad hoc dogma probandum aſſumpſit de Cœlo: motus igitur Plato auctoritate, & rationibus tantorum virorũ ante omnia putauit, neceſſarium eſſe, hanc quæſtionem diſcutere: an ſit verè mundus ſit genitus, cùm Anaximandro, & Anaximene, vel cum Thalete, & Occello, ſit æternus, & incorruptibilis?

Lib de cœlo.

Pythagorici omnes, dę mente ſui Pręceptoris, putarunt mundum eſſe genitum ex hoc, quod eſt corpus, nam poſuere (& optima rõne) omne corpus eſſe corruptibile, igitur & generabile; at ſi generabile, non ęternũ, quod ſenſus quoq; atteſtãtur. Plato igitur motus, & horũ auctoritatib. & ratione hac pulcherrima, reuocat in dubiũ, ad veritatem indagãdã, hoc dogma.

Pythagorici poſuere mũdum habuiſſe initium.

Cir-

Ob Philoſoph. diſcordes circ. hāc quæſt.

Circa hoc video magnum diſſidium nō modò inter omnes ſectas Philoſophātium, ſed etiam inter Academicos ipſos ſequaces Platonis; hi nimirum maximè ad inuicem ſe torquēt, idcircò eorum adducendæ ſunt ſententiæ, & rationes, quibus hoc aſtruere, & affirmare videntur.

In iſtius igitur grauiſſimi Philoſophi opinione explicanda, in animo eſt multorum adducere ſententias, eaſq; rimari, vt veriorē, ac mēti præceptoris, ipſiq; veritati magis confermē, ſeligamus.

Stoicorū. & Ionic. opin. ſequ.

Ionici, & Pithagorici mundū poſuere genitū ex ſuperiori rōne. Stoici genitū itidē, & corruptibilē aſſerūt: ortū ſanè ex igne infinities, & in eundē etiā infinities interiturū, & hoc affirmarunt Chryſippus, & Cleantes, licet poſtea nō conueniāt in ratione ignis, cum Chryſippus ex ſplendore genitum putet; Cleantes verò ex pruna; ſed his opinionibus reiectis, quę iure explodūtur à Poſſidonio, & Boetho, qui in eadem familia ſunt grauiſſimi teſtes, ad alias trāſeamus.

Gen. p. opin. falſa circa hanc quæſt.

Peripathetici, cum Præceptore, Occellum ſecuto, ingenitū omninò poſuerè mūdum, Academicorum verò alij videntur in ſententiam declinare Pithagoræ, alij verò in hanc extremā; & vtraq; pars iſtorum pro ſua opinione firmanda, & roboranda, rationes, & auctoritates ex Platone elicitas, quibus de rato hoc dogma affirmari poſſit, habere putat.

Alij verò medij, dicta Platonis, & rationes iſtorū ponderando, nec ad vnam, nec ad aliam accedere videntur partem, cum non benè ſibi ipſi Platonem in mundi ꝓductione cōſtarè ex dictis appareat.

Plato incōſtans circa hanc quæſt.

Nos vtrāq; ſententiam in medium adducemus, necnon vtriuſq; rationes, & dicta ſapientiſs. Philoſophi, quibus confirmantur, afferemus, ac poſtea illam, quæ magis conſentanea, & veritati Chriſtianę conformior erit, amplexabimur, ac eadem ratione tuebimur.

Mūdum æternū voluiſſe Plat. Plot. Iambl. Nomen. Syrianus, Sim-

Pars Platonicorum aſſerentium, Præceptorem voluiſſe mundum æternū, cùm Thalete, & Occello, eſt Plotinus, Iamblicus, Nomenius, Syrianus, Simplicius, & Proclus: & cauſam iſtius aſſertionis deducunt, vel ex dictis eiuſdem, vel rationibus, ex eo tamen petitis probant, vel tandem exemplo inſigni comprobare videntur.

plic. & Proclus.

Dicta Platonis ſunt, quæ in Timeo ſic ſcripta leguntur. *Principium mihi itā eſſe diſtinguendum videtur. Quid ſit, quod ſemper eſt carens generatione? quid verò, quod gignitur, neque eſt vnquam illud, quod intellectu per rationem percipitur, quod ſemper idem eſt.* & hæc ſunt oīa (dicit Proclus) ſupra aīam poſita, vt alibi dictū eſt à nobis. Hoc autem eſt, quod opinione mediante ſenſu irrationali, percipi pōt: & ſunt, quæ infra aīam poſita ſūt, hoc eſt ſēſibilia oīa.

Verba tex.

Ex his ſanè verbis, quod .ſ. ſemper gignitur, nec vnquam eſt, conſpicuè elicitur (aiunt hi grauiſſimi ſupracitati Philoſophi) Platonem patefacere voluiſſe differentiam inter corporea, & materia carentia omninò .i. incorporea: vnde hæc corporea (vt eſt mundus) dici ab eo non eſſe, ſed fieri ſemper, hoc eſt moueri ſemper, dependere ſemper, & fluere ſemper, cum ſint in perpetua viciſſitudine, & motu, & hac ratione ſub ſenſu cadere aiunt, & hanc dependentiam hunc fluxum æternaliter per continentiam à Deo deriuare, qui eſt æternus, eiuſdem mundi motor, gubernator, & conſeruator, aſſerunt.

Exp. verb.

Fund. adducta illaꝫ pro æternit. mūdi. Primum.

Hanc dependentiam appellant, cum Chalcidio, in commentario Timei, cauſatiuam, non temporariam, ſeu rationalem, non realem mundi generationem, vt alij putarunt: & confirmant hanc ſuam ſententiam dictis Platonis in eodem Timeo, qui dum cauſam generationis mundi aſſignaret, non eam dixit, quia prius non erat, & poſtea fuit, ſed quia viſibilis, tāgibiliſq; eſt, & viſibile, & tangibile corpus à ſe eſſe repugnat, ſed ab alio dependere per æternam hanc dependentiam.

Chalcidius in com. Timei.

2. fundam.

Ex his igitur mundū eſſe æternum ad aures Platonis, concludunt iſti in Platonica doctrina grauiſſimi viri.

Concluſio.

Vlterius eliciunt mundi æternitatem ex illa oratione, quā habet Deus ad Cælicolas, in eodem Timeo; dum ait: *Dij*

Oratio Dei in Tim. Tertium.

genuũ noſtrorum, ſed etiam Philoſophorum, nedum Pithágoricorum, ſed etiam Platonicorum (vt ſequenti lib. ſatis longa oratione ex propoſito dicemus) in elementis pedum, necnon in elementatis, hæc eadem inueniur, vt conijci poteſt ex ordine eorum (de quo ſupra in expoſitione noſtræ diffinitionis perſpicuè oſtenſum eſt) ſed hic locus eſt hanc oſtendendi harmonicam pulchritudinem ad aures Theologorum, & præſertim Diui Auguſtini. Pulchrum, & bonum ſibi dubium eſt eſſe idem in ſubſtantia, ſicuti elicitur ex D. Dionyſio, de Diuinis Nominibus, ſed differunt ratione, & hoc dupliciter conſideramus, ſ. in ſe, & in alio, in ſe & per ſe, bonum ipſum eſt Deus, in alio autem, intra ipſum ſunt omnia creata à Deo, quæ bona dicuntur non per eſſentiam, vt eſt ipſe Deus, ſed tantùm per participationem ipſius. Simili modo pulchrum conſideratur in ſe, ſ. Deus, qui eſt talis per propriam eſſentiam, & in alio per participationem illius; vt in ſe eſt talis, dicitur ipſamet eſſentia diuina, quæ alio nomine poteſt idealis pulchritudo rectè appellari, vnde cuius cætera inferiora ſunt pulchra, & bona, non autem abſolutè vt illa, ſed vt quædam diſpoſitio ex parte formæ, relata ad exterius (vt peroptimè concludit Alexander noſter Alenſis) quæ conſiſtit in *Modo, ſpecie, &* *ordine*, quæ tria inſunt creaturæ, & ſpecies præſertim, quæ maximè videtur eſſe illud, ſecundum quod determinatur participata pulchritudo, vndè optimo iure ſpecioſum, pulchrũ dicere ſolemus, & pulchrũ, ſpecioſum, ſine vlla differentia.

Secunda parte Sũmæ.

Cum igitur bonitas rerum ſic determinetur per *modum, ſpeciem, & ordinem* in vniuerſo, per conſequens per hæc determinatur ipſa pulchritudo, nam res in tantum dicitur bona, & pulchra, in quantum tenet modum debitum, ſpeciem cõuenientem, & ordinem requiſitum, & quæ plus participant de his, plus pulchritudinis habẽt, quæ minus è cõtrario, igitur principaliter mũdi pulchritudo ex his tribus conſtat, quæ à pulchritudine prima nihilominus deſcẽdit (vt patet apud D. Auguſt. dicentem: *Tu feciſti ea, quia pulcher es: pulchra enim ſunt, non tamen ita ſicut tu conditor eorum: cui comparata, non pulchra ſunt, ſicut nec bona.* Pulchritudo enim creaturæ eſt veſtigium quoddã perueniẽdi ad cognitionem, & pulchritudinem increatam, vnde peroptimè dicit Iſidorus Hiſpalẽſis: *Ex pulchritudine circumſcriptæ creaturæ pulchritudinem ſuã, quæ circumſcribi nequit, facit Deus intelligi.* *Sed ſi deſcendunt* (dicit idem Alexander) *à prima omnia, ex mediantibus his, vbi ſunt pulchra, ſunt turpia, & mala, quæ videntur eſſe ſpontanea, poterunt ne conferre ad pulchritudinem?* Reſpondet Alenſis, quod conferunt vtique, ſed non abſolutè, ſed tantũ ſecundum ſtatum præſentem, & allegat pro hac aſſertione auctoritatem D. Auguſt. in Enchiridion dicẽtis, quod non permitteret Deus mala fieri, niſi ex his eliceret bonum, & iterum in quantũ malum culpæ debetur pœna, ſecundum hoc cõfert ad pulchritudinem vniuerſi: item in quãtum bonum, oppoſitum magis apparet bonum ex comparatione mali.

Lib. 4. confeſſ. cap. 10. tom 3.

2 par Summæ q. 16. memb. 1.

Conferunt tamen magis bona mutabilia, nempè res mutabiles, & corruptibiles, ſed non mutatio, & corruptio, quia licet ſint influxu naturæ, & in perpetua viciſſitudine, ſecundum conditionem indiuidualem, non tamen ſecundum genericam, vel ſpecificam, quia ſic æterna ſunt, & incorruptibilia.

Magis conferunt ea, quæ mirabilia apparent in mundo ad ipſius pulchritudinem, & decorem, non tamen ſecundum ſtatum inſtitutum (ait Alexander) ſed ſecundum reſtitutum, & melius facient, ſecundum innouatum in fine ipſius mũdi.

Et ſi quis inquireret, an ad eãdem pulchritudinem vniuerſi conferat admirãda Verbi incarnatio? Reſpondetur (aſſertore eodem Alexandro) non æquidem ſecundum omnem ſtatum, ſed ſecundum ſtatum tantum reparantis: nec quocumque modo, ſed ſine quo non potuit humana

Vbi ſupra.

natura decentius reparari poſt lapſum. Concludatur igitur, ſecundũ oẽs Theologos, & poſitiuos, & ſpeculatiuos; quod tali modo determinatur participata pulchritudo.

Sed videamus, quomodo hæc reperitur in creaturis, ſecundum mẽtem D. Auguſtini, incipiendo à Deo, à quo exordium trahit, & primo in Angelis, & poſtea in cæteris.

D. Auguſt. hanc pulchritudinem conſiderauit vtiq; in tribus prędictis, ſed pręſertim in ordine creaturarum, quæ tanquam partes ipſius vniuerſi conueniunt inconſpicua earum ad inuicem cõgruentia, quæ ipſum pulcherrimum efficiunt: conueniũt etiam inordinata diuerſitate, & proportione ipſorum graduum.

Pulchritud. relucet in omnibus rebus, & primo in Angelis.

Dion. c. 4. de diu. nomin.

Poſt Deum igitur, qui eſt ſumma pulchritudo, & ſumma bonitas per eſſentiã (vt dictum eſt) ſequuntur alia pulchra, & bona per participationem, & ſunt primò Angeli ipſi, qui quidem, quicquid volũt, & faciunt (ait Dionyſius) id volunt, & faciunt propter amorem, & deſiderium pulchri, & boni, quod quidem pulchrũ, & bonum nil aliud eſt, niſi ipſe Deus. Inter hos Angelos eſt inuenire ordinatam ſeriem, & admirandã gradationem, quæ reſultat ex mira diſpoſitione, & diuiſione, de qua ſatis abundè egimus ſuo loco, tractando de mirifica eorũ natura, in triplici ordine diuiſa, in qua obſeruatur mira pulchritudo, quæ poteſt dici mundi ſpiritualis, quæ non ſenſu, ſed intellectu purgato ſolummodo comprehenditur; ſed de hoc ſatis.

10 cap. cœleſtis Hierarchiæ.

Pulchritud. mundi cęleſtis, in quo conſiſtit.

Poſt huius pulchritudinem, ſequitur ea, quæ eſt mundi cęleſtis, quæ in tres cęlos principales eſt diuiſa .ſ. in cęlum cryſtallinum, in Empyreum, & firmamentũ; intra firmamentum verò ſiti ſunt ſeptem orbes erratici, qui ſunt planetę, taliter dicti ab errando, & ſunt illi, de quibus fecimus mentionem ſupra in expoſitione noſtræ diffinitionis: firmamentũ, cœlum ſtellatum nuncupatur, cryſtallinum verò dicitur, & aqueum: eſtq; illa portio materiæ primæ, quæ in duos orbes formata eſt, quorum primus dicitur primum mobile, omnes iſti ſunt mobiles, præter empyreum, quod eſt quietũ, propterea quod eſt ſempiterna manſio, & habitaculum Dei, & Angelorum, necnon animarum beatarũ, quæ cũ ipſo fęlicẽ ducunt vitam.

Poſt cryſtallinum, & primum mobile, quod quidem primum, & mobile dicitur re vera, primum in ordine cœlorum mobilium .ſ. inferiorum; mobile, quia motui deſtinatum eſt, quod alteri ſupra ipſum non accidit (vt dictũ eſt) ſequitur firmamentum, quod quidem eſt primum cęlorum viſibilium, quo ad naturam, quo verò ad nos octauum. Hoc multis, ac varijs refertum eſt luminibus, quæ ex varia eorum poſitione varias efficiunt imagines, quæ numero certo referãtur, hoc eſt quadrageſimo octauo, quarum duodecim in circulo obliquo in ordine collocatæ totum videtur illud ambire, qui circulus ob id ſignifer appellatur, & Zodiacus. Stellæ has conficientes imagines, aliæ dicuntur primæ magnitudinis, aliæ ſecundæ, aliæ tertiæ, & aliæ quartæ, quinimò aliæ quintæ, & ſextæ (vt opinantur Arabes, & multi eorum ſequaces) in hoc porrò circulo Sol ſpatio vnius anni peragrãs, varias efficit in hæc inferiora generationes, quibus magna reſultat in mũdo pulchritudo, & armonia incomparabilis.

Horum alij proprietates habent particulares, alij verò nequaquam, his mediantibus proprietatibus pulcherrimi cẽſendi ſunt, quoniam (vt diximus) nõ ſolum in congruentia partiũ conſiſtit pulchritudo, ſed etiam in diuerſitate, quæ in eis reperitur.

Proprietates, quibus congruẽtiam habere videntur, & quibus diuerſificantur alij, ſunt puritas, quæ omnibus conuenit, ſimplicitas, ſubtilitas ſumma, & incorruptibilitas: maximi in quantitate extenſiua ſunt, tamen in magnitudine vnum ſuperat aliud, quoniam ſunt continenter ſubordinati (vt proximè videbimus) in qualitate omnes lucidi ſunt, & perſpicui,

quia corpora ſunt diaphana, velut cri-ſtallum, conditione materiali, omnes de-putati, figuram cuncti habentes ſphæri-cam, & deniq; in locali ſitu ſunt ſupremi, reſpectu .ſ. elementorum, ſed vnum alio ſublimius, ſecundum quod natura diſpo-ſiti, & ordinati ſunt ad inuicem, omnes ad motũ regulatũ deputati, & deſtinati.

His nimirum proprietatibus conue-niunt, præter cęlum empyreum, quod iu ſuprema parte ab alijs diuerſum eſt, quo-niam eſt protſus immobile, vt diximus.

His alijs omninò ad inuicem differunt proprietatibus .ſ. compoſitione, altitudi-ne, ordine, magnitudine, continẽtia, mo-tus longitudine, latitudine, & tempore, quo curſum metimur, luce, colore, & fa-cultate. Compoſitio maximè in Planetis cernitur, ac cæteræ facultates, ſed nõ om-nes in omnibus ſuperioribus, nam non habent eandem compoſitionem omnes, quæ attenditur ex parte epicyclorum, & deferentium, non eandem altitudinem, neq; eundem ordinem, nec ob id eãdem magnitudinem, quoniã vnum alio altius apprehenditur, tum in eorum motibus, tum in eclypſationibus, quæ ſucceſſiuè in eorum reuolutionibus accidunt, nõ ſunt eadem luce præditi, quod aſpicientibus patet, neque eadem facultate influxiua, quæ tamen nobis ignota eſt, licet ſuper-ſtitiosè à Iudiciarijs tractetur, nõ ob hoc putamus temerè aſtra, tùm fixa, tùm er-rantia, fuiſſe à ſummo cõditore facta, cum ſciamus pro certo, naturã ne pilum qui-dem caſu inopinato produxiſſe in huma-no Microcoſmo, quãto magis in macro-coſmo, quod eſt reuera admirandum?

De quib. ex profeſſo tractant Ptolom. & Hipparcus Rhodius.

Non eſt hic opus ſuas cuique cęlo aſſi-gnare proprietates, quibus differre vide-tur; quoniã hoc magis ſpectat ad Aſtro-logum, quàm ad Theologum, ſufficit ſo-lummodo eas tetigiſſe, pro declaratione mundanæ pulchritudinis, quæ conſiſtit, & in eorum congruentia, & diuerſitate; ſi quis cupit eas videre ad Ptolomeum, ad Alfraganum, ad Purbachium, ad Al-pharabium, & alios Græcos, Latinosq; recurrat, qui in hac facultate ſunt cele-berrimi profeſſores.

Non minus cernitur hæc ordinata pul-chritudo in mundo elementali, quam in ſupercœleſti, & cœleſti, quam quidem peroptimè conſiderauit, & patefecit D. Auguſt. lib. 83. quæſt. qui in ipſis ele-mentis ordinatã perſpexit congruentiam, & in quibuſdam qualitatibus, & etiam in compoſitione mixtorum admirabilem conuenientiam, in quibuſdam verò alijs in ordine, & ſitu diuerſitatem, adeò quod ex his proprietatibus, & congruentibus, & diſcrepantibus indicant elementarem mũdum pulcherrimum; æqualitates ſunt non ſolum illæ primæ Peripatheticorum, quæ hinc in vnoquoq; elemento perſpi-ciuntur .ſ. frigiditas, caliditas, humiditas, & ſiccitas, ſed etiam illæ, quæ in eis inſpe-xerũt Academici, & optima rõne poſue-runt; hoc eſt mobilitas, immobilitas, ob-tuſitas, ſubtilitas, & crasſities, de quibus iam aliquid dictũ eſt, & multa ſatis pro-lixa oratione in ſequẽti lib. dicenda ſunt.

Pulcher eſt iſte mundus igitur his qua-litatibus præditus, & hæc pulchritudo fa-cilè cõſpicitur, non modo in eiſdem ele-mentis, & eorum qualitatibus, ſed melius in varijs mixtorum ſpeciebus, quæ ſunt partes vniuerſi, ipſumq; reddũt pulcher-rimum; apparent (inquam) in mixtis om-nibus, ſed præcipuè in perfectis, & maxi-mè in homine, in cuius partium compo-ſitione, admirabilis reuera reſultat pul-chritudo, quam videns Galenus Medi-corũ Coriphæus, dum corporũ ſectioni operã nauaret, exclamauit, dicens: *Fateri fuerit cogor, hoc opus admirandum, non niſi ſapientiſſimum opificem, eiuſmodi mentis ſiue intelligentiæ.* Hanc latè cõſiderauit pientiſſi-mus vir, non tam in cõcurſu elemẽtorum ad eius compoſitionem concurrentium, quàm in variarum partium officijs, in ſi-tu, complexione, & figura (vt videri põt apud ipſum, lib. de vſu partium) ſed de hac pulchritudine latius, cum pulchritu-dinem Platonicam contemplabimur.

1. de vſu partium.

In hac igitur partiũ elementorum cõ-

gruentia, conſiſtit eorum pulchritudo, & etiam in eorum diuerſitate, & proportione; ex qua primi Muſices præſtantiſſimi profeſſores, tetracordum inuenere ſonorum, ſicuti ex planetarum etiam proportione diuerſa, cythacordum excogitarũt, inſtrumentum omni ſuauitate repletum. Sed de hac materia fuſius ſequenti libro.

Hæc igitur ſit vniuerſi pulchritudo, prout ex noſtrorum Theologorum placitis, & præſertim D. Auguſt. elicitur; qui quidem in hac re nihil, aut parum à Philoſophis Pithagoricis, & Platoniſtis diſcrepant. Hæc ſit nimirum pulchritudo, quæ non modò admirandum reddit vniuerſum, ſed ſemper laudabilem ſuum facit auctorẽ: hæc ſit illa concordia diſcordans, ſiue è contra, quæ à primo eſſe orbaliter pulchrò ortum duxit; in hac quippe ſerie omnium vniuerſi partium admirationem, & delectationem mens humana ſuſcipiat, & eius auctorẽ, & opificem laudibus extollat, atque admiretur.

Mundus quomodo varia ſortiatur nomina apud Sapientes Chriſticolas.

Mũdus cur ſic appellatus.

Reſtat videre, pro extrema iſtius libri parte, quæ nomina eidẽ mundo à varijs indita ſint, & quare dictus ſit mundus. Mundus dicitur latinè, & Cœlum commixtim, eo quia Cęlum eſt vniuerſi pars magis principalis, ſecundũ igitur diuerſas partiũ rationes, dicitur vniuerſum primò, quatenus omnia viſibilia in ſe cõprehendit, & cum dicitur vniuerſum Cęlum, hoc eſt omnes comprehendit ſpheras, & mundum, hoc eſt omnia elementa, & elementata.

Mundus cœleſtis à quo dicitur.

Dicitur Cęlum, vel à celando, præſertim de firmamento, eo quia celat nobis alios ſuperiores cęlos, nempè primũ mobile, criſtallinum, & empyreum, vel dicitur cęlum per antiphraſim, eo quod nihil, quod ſit de eius perfectione, & pulchritudine cęlat, dum, ſ. oſtendit oĩa, quæ potentiam, ſapientiã, & bonitatem Dei nobis patefaciunt; quinimò & eiuſdem Altiſſimi gloriã, iuxta illud Pſalmographi; *Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum*: vel dicitur cęlum à cernendo, eo, quia in eo excellentiora, & eminentiora opera Dei cernantur; dicitur mundus etiam à motu, eo q. a eſt in continuo motu, & perpetua viciſſitudine, teſte Iſidoro in 3. lib. Ethimologiarum: ſed quare (dicet ingenioſus) appellantur mũdi, cum Archetypus, & Angelicus, nihilominus motui non ſubiaceant? Reſpondetur, quod mundus Archetypus, & Angelicus, non dicuntur à motu, & præſertim Archetypus, ſed potius à mũditia, cum ipſi ſint reuera ab omni labe, & macula mundi; eſt n. Idea, & illud eſſe cognitũ rerum creabiliũ, quod in mente diuina reſidet, & dicitur mũdus Archetypus, ab *Archi*, qđ eſt princeps, & *Typos*, quod reſonat mũdus, vnde mũdus principalis dici poteſt, nulla maculà contaminatus; ideò omninò mundus ab omni immunditia.

Pſal. 18.

Mũdus Archetyp⁹ dicitur à mundi.

Mundus itidem Angelicus non à motu protſus dicitur, cum non omninò moueatur ſecundum ſuperiores ordines, ſecundum mẽtem D. Thomæ, vnde poteſt dici à modo, eo quia ad modum ſuperioris ſit, ſecundũ ſubſtantiam à Deo creatus; ſolus igitur mundus cœleſtis, & elementaris dicuntur à motu rõne, vt ſupra.

Mũdus Angelicus à modo.

Sed hæc de Macrocoſmo, hoc eſt de magno mundo: quid aũt dicendum eſt de Microcoſmo, ſ. de homine paruo mundo? dicendum eſt, quod dicitur à motu, ſicut & Macrocoſmos; eo quia motu mouetur & ipſe, quamuis non circulari naturaliter, ſaltẽ progreſſiuo. habet tñ it e mũdus, vt compendiũ vniuerſi, in ſe partes, quibus poſſet dici, & à munditia, & à mũdo, ſicuti Archetypus, & Angelicus, vt eſt anima ab omni labe peccati libera; quæ dici poteſt mũdus animalis ab omni macula mundatus, quę quidem cum in ſe omnes rerum ſpecies retineat, dicitur eſſe facta ad modũ ſuperioris mundi, & in hoc ſanè ſenſu dici poteſt, & ipſa à modo, mundus. Et de hoc ſatis.

Mũdus paruus i homo dicitur à munditia, à motu, & a modo.

FINIS OCTAVI LIBRI.

CHRI-

CHRISTIANÆ THEOLOGIAE

Cum Platonica Comparationis.

LIBER NONVS

De Mundi ortu, iuxta Platonis, & Platonicorum ſententiam, cum quibus communicant vetuſtiſſimi ſapientes Chaldæorum, & Aegyptiorum.

MVNDVS cum cernentibus cōſpicuè appareat, & ſub ſenſibus, ſecūdum corpoream ſubſtantiam omninò cadat, ipſum eſſe in natura minimè negādum eſt; hoc peroptimè iudicauit Plato eſſe ſuperuacaneum inquirere in Timeo, dum ait, quod *Mundus, ſiue cœlum, & cætera videtur, tangiturq́*. Videtur re vera, & tangitur mundus, cum ſit natura corporeus, nam corporum hæc eſt maxima, & præcipua conditio, vt ſenſibus, & maximè ijs duobus, viſui videlicet, & tactui ſe ſe ſubijciant. Non ob id excluditur, quin etiam inuiſibilibus ſit poteſtatibus præditus, quæ tamē ex hoc conijciuntur ineſſe mundo, quoniam motui perpetuo, & indeficiēti, iuxta Ariſt. mentem, videmus eundem deſtinatū, & cū ratio, & origo motionis, vllo modo corporeæ naturæ ex ſe comperat de mente Platonis, ſed incorporeę ſubſtantiæ, hinc eſt, quod iudicamus (& non abſq; ratione) eaſdem ſubſtantias ineſſe mundo. Quatenus igitur corpore᷑ videtur, tāgiturq;, & corpus habet; quatenus verò motioni ſubiectus conſpicitur ex nobiliſſimis his ſubſtantijs conſtare iudicamus, ac pro certo affirmamus. Sit igitur re vera mundus ſine vlla mentis hæſitationē, quo ad has corporeas conditiones, ac rationes ſenſibiles, & quo ad incorporeas, etiam ex motu pro rato arbitramur, & pronunciamus, & ob id quæſtionem, & inquiſitionem, an ſit minimè tentabimus; ſed immediatè ad ipſum diffiniendum, & hac ratione declarandum accedemus: ſed prius ne laborem᷑ in ęquiuoco, dicamus quotuplex ſit, ſecundum Platonicos, & quot partes in eo reperiantur, quæ nomen mundi ſibi ipſis vendicate dicantur.

Mūdus materialis eſt ſenſibilis, ſecundū corpoream molem.

Alibi in ordine diuinorū multos poſuimus gradus, qui quidem ordinatiſſimi eſſe dicuntur poſt primum in via Academica, quos æquidem mundos appellari poſſe, non recuſant affirmare Platonici; primus vniuerſorum auctor Deus. ſ. vnus, cum compoſitus nequaquam exiſtat, pro vt eſt mundus, qui hac ratione mundus, hoc eſt ornamētum appellatur (quod in calce iſtius libri magis patebit) etenim ornamentum pænitus ſimplex, dici non poteſt, ſed ex varijs compoſitum, Deus autē, vt actus purus, dicitur omninò ſimplex, quinimò omnium ſimpliciſſimus.

Quotuplex ſit mundus in via Plat.

Poſt ipſum ſequitur mens imparticipata eius proles, quæ quidem vtiq; mundus,

dus, nuncupari poteſt & de facto dicitur mũdus Archetypus, & Diuinus, ad cuius exẽplar factus eſt iſte materialis (vt infra latiſſimè videbimus) & de hoc longa verborum ſerie in ſuperioribus libris dictum eſt. Poſt hunc ſequitur mundus Angelicus, & eſt illa natura ab auctore mundorum omnium creata, & hæc iure optimo poteſt dici mundus, ex hoc, quia in ſe aliqualem admittit compoſitionem, vt ſuo loco itidem dictum eſt.

Primus mũdus Archetypus mentis ...

Mundus Angelicus ſecundus.

Poſt hanc ſequitur mundus animalis, hoc eſt anima vniuerſalis, de qua pari modo tractatum eſt ſuo loco, & hæc dicitur aliquali cõpoſitione prædita (vt ibidem oſtẽſum eſt) & latiſſimè videbimus infra ſuo loco.

Mũdus animalis tertius.

Poſt hanc ſequitur vniuerſalis machina, quam cernimus, & tangimus, & de qua ſumus etiam nos partes, & quæ magis propria ſignificatione dicitur mũdus, prioribus igitur mundis, Angelico ſ. animaſtico poſtpoſitis, tanquam à nobis ſufficienter numeratis, & declaratis hunc.

Primò, diffiniamus.

Ordo ſeruandus in proceſſu iſtius libri.

2. An habuerit initium de mente Platonis, & totius veteris ſapientiæ; & qualé, & à quo, inquiramus.

3. An ex præiacenti materia, vel an ipſa habuerit cum ipſo exordium, vel fuerit conditori coæterna, peruestigemus.

4. In quo tempore, ſiue quando creatus eſt mundus, ſecundum horum ſapientiam, quæramus.

5. Quam ob cauſam finalem, ſiue ad quem finem creatus eſt, percunctemur.

6. Quomodò .i. quo medio conditus eſt, ſciſcitemur.

7. An plures fuerint creati, vel vnus dumtaxat, diſſeramus.

8. Vno concluſo, quomodo admirãda pulchritudine ſit præditus, inueſtigemus.

9. Poſtremò, quæ nomina eidem impoſita ſint, ſecundum ſe totum, & quas ſecundum partes habeat appellationes, exploremus.

Poſtpoſitis igitur partibus illis, quæ ſibi mundi nomen vindicare dicuntur in doctrina Platonis, vt eſt Regio cœleſtis, elementalis, & homo, ijs itidem relictis mũdi diffinitionibus, quę per methaphoram à varijs ſapientibus dãtur, vt eſt illa, quæ datur à Cicerone, nempè, *Mundus eſt Deorum, hominumq; domicilium*, aut quod ſit, *ad inſtar vrbis vtranq; naturam continentis*, vel quod ſit, ad aures Heſiodi, Orphei & Anaxoræ, *chaos ad ordinem reductum*, vel quod ſit, *ſcenella Promethæa ornata, vel ordinata* (vt aiebat Plotinus) modo ad veras mundi diffinitiones ferendas, & declarandas accedamus, quæ ex ſimplicibus verbis Platonis elicitæ poſſunt.

Cic. 2. de nat. Deorũ.

Enead. 4.

Ex Platone igitur hæc elicitur diffinitio in Timeo .ſ. quod *Mundus eſt magnum animal, diuina prouidentia conſtitutum intelligens, & omninò perfectum*. Quod ſit animal, ex hoc deducitur in via ſua, quoniã eſt anima præditus; quod alibi oſtenſum eſt, & hic oſtendere rationibus, ex ſuis interpretibus elicitis, facilè hoc modo valemus. Totum re vera eſt præſtantius ſuis partibus, at homo eſt pars mundi, igitur eo præſtantior eſt mundus, cum ipſe ſit totũ, & homo pars, homo eſt anima præditus, ergo à fortiori, & mũdus totus. Hoc argumentum, ſicut militat, & valet de anima, poteſt eadem ratione valere de mente, quæ eſt in animo humano, vt caput. Hoc vtitur argumento Alexander Aphrodiſienſis, ad probandũ mundum eſſe animatum, & hac ratione mente præditum.

Prima diffinitio mundi Plat. eius exacta interpretatio.

Mundus eſt animatus in via Plat.

In quæſtionibus q. 1.

Præterea non poſſet dici mundus pulcher, & re vera omni ornatu præditus, ſi eſſet vita deſtitutus, at vita præditus eſt, ergo nequit eſſe ſine anima; neq; poſſet animam habere realem, niſi ſecum haberet, & mentem (dicit Proclus in Timeo) at quia eſt pulcher, vt oculis apparet, & vt de mente eiuſdem Procli infra multis argumentis probabimus, igitur eſt anima præditus, & ſecundum ſententiam excellentiſſimi interpretis ipſius Ariſtotelis, & ſecundum eandem, quinimò ſecundum doctrinam Præceptoris Platonis, & omnium Academicorum. Quare erras (dicis

Ariſt. negat mundũ eſſe animatum.

Pro-

Proclus, dum negat mundum eſſe animatum, & nititur probare inanimatum, náq; ipſe vnicuiq; orbi propriam aſſignat animam, & propriam mentem, & vniuerſo negat inditam eſſe animam, mente præditam, animatas vult, & non iniuria, minimas mundi ipſius particulas, vti plantas, & minuta animalia, & totum, quod eſt nobilius, & præſtantius, negat eſſe animatum, quare allucinatur: eſt igitur animatus, & per cōſequens appellari animal poteſt, ſecundum Academicorū ſententiam.

Mūdus eſt diuina Prouidentia cōſtitutum. *Diuina prouidentia conſtitutum*, ex hac clara mundi diffinitione, ſiue ex his verbis, in diffinitione prolatis, cōſpicuè, Platonem diuinam admiſiſſe, & iure optimo prouidentiam, cōſpicimus, eandéq; Deo opifici tribuiſſe, tanquam vim agendi neceſſariam, & hanc triplicē feciſſe, liquidò conſtat, vnam .ſ. rerum communiū Deo præcisè propriam, quæ ad creationē rerū immaterialium, & inſenſibilium, vtpotè Angelorum, ſeu Beatarum mentium, & Dęmonum ſe extendit: aliam verò rerum minus communium cælicolis, ſeu Dijs iunioribus .i. Angelis aſſignatam, qui virtutem ſuam in hęc inferiora ad ipſius Dei nutum effundunt, vt eſt productio rerum materialium corporū videlicet omnium, & præſertim humanorum; prout elicitur ex ipſo Platone in Timeo, & alibi, necnō confirmatur à multis eiuſdem interpretibus celeberrimis, & præcipuè à D. Aug.

Triplex Prouidentia in via Plat.

D. Aug lib. 12 de Ciui. Dei cap. 26.

Tertiam demum dæmonibus commiſſam, qui hanc mundi inferiorem partem (ſecundum tamen placitum Dei ipſius) adminiſtrant. Huius prouidentiæ Platonicæ vera doctrina confirmatur à Plutarco, de fato, necnon de placitis Philoſophorum itidem à Iamblico, Proclo, & ab alijs pręclariſſimis Platonicis, qui quidem vulgatæ Peripatheticorum ſententiæ aſsētire nō poterant, circa illam nempè, quod prouidentia, niſi vſque ad globum Lunæ nō pertingat, prout eruitur ex ipſo Ariſtotele 12. diuinorum, vt ex Alexandro Aphrodiſæo clarè colligitur lib.

Lib. de fato.

Error notabilis Ariſt. circa Dei prouident.

quæſt. natural. 2. Sit igitur mundus hac ratione diuina prouidentia cōnſtitutus in via Platonica, & non caſu factus, vt falsò putarunt Epicurus, Leucippus, atq; Democritus.

Error Epicuri, & Leucippi, Democritique redarguitur à Proclo in Tim. Plat.

Sed poſſet forſan quis hic inſurgere, ſi mūdus totus eſt animatus, vt habetur ex Platone in Timeo, ergo & cœlū eſt animatum, tāquam nobiliſſima, & præcipua pars mundi, nam ſphæris cœleſtibus, & elementis, iſtius ſententiæ, ſuæ aſſignantur animæ (vt in lib. de anima latè infra declarabitur) à qua ſententia nequaquam diſſenſit Ariſt. qui explicitè dicit, quod corpora cęleſtiā ſunt vita prędita, eo quia habent operationes animales, & cum his duobus Philoſophiæ Coryphæis aſſentit Auicenna, dum ait, quod Cœlum eſt animal obediens Deo, & hanc ſententiam ex ipſomet Ariſt. ſumpſit, qui mundum eſſe animal ſempiternum prius expreſsè dixerat.

Ariſt. 2. de cœlo.

9. Met. c.

Videtur igitur ex allegatis Ariſt. ſibi ipſi contradicere, dum mundum eſſe animatum negat, & Proclo teſte concedit animatū loco allegato, ſed quid ad nos? ſi Ariſt. in hac re parum ſibi cōſtat, ſufficiat nobis probaſſe, mundum eſſe animal, & diuina prouidentia conſtitutum eſſe, vt mox probatum eſt, & ſic comprobari poteſt, iuxta Platonis dogmata.

Ariſt. ſibimet contrarius.

Modo ſi mundus eſt diuina prouidentia conſtitutus, non igitur eſt caſu factus, vt perperā ſomniabant Epicurus, & Leucippus, quos iure meritò redarguit Proclus, in Timeo Platonis, dicens: *Si caſus eſſet cauſa mundi, eſſet vel materia, vel forma, vel compoſitum, at non eſt aliquid horū, igitur nihil eſt.* Et ob id non poteſt dici cauſa conſtitutionis mundi, qui à mente opifice, tanquam à cauſa nobiliſſima, & determinata productus eſt: at vberius de hoc ſuo loco.

Mundus nō eſt caſu factus.

Si igitur mundus animal à prouidentia diuinæ mentis re vera conſtitutus, per conſequēs erit etiā intelligēs: nam ſicuti animatus eſt, ita & intelligētia præditus, vt argumentū peroptimè probat: eſt, inquam,

inquam perfectus, quoniam in ſe omnes habet perfectiones, vel omnia requiſita ad Idealem perfectionem (vt in proceſſu fuſius videbimus) hæc eſt prima diffinitio mundi ipſius Platonis, & eiuſdem abſoluta declaratio.

2. diffinitio mundi Platonica. Alia datur ab aſſeclis Platonis mundi diffinitio, & eſt talis. Mundus eſt incorporei, & inuiſibilis mũdi, viſibilis, & corporea imago. Hæc nimirum diffinitio clarè patebit, cum mundum hunc materialem factum eſſe ad exemplar mundi Archetypi, demonſtrauimus; ideo aliam adducamus diffinitionem, ab alijs Platonicis allatam. *Mundus eſt corpus ſenſibile, incorporei, & inſenſibilis Dei filius:* quod ſit corpus ſenſibile patet, quoniam ſub ſenſu cadit, & ob hoc dicebat Plato: *Viſibilis, tangibiliſq; & corpus habet* .i. mundus, quod ſit Dei filius, patet etiam, quoniam ab eo pendet per productionem, tanquã à cauſa efficiente; & etiam per exemplum, tãquam à cauſa formali; ſed de his latius ſuo loco, & tempore.

3. diff. mũdi Platonica.

4. diff quorundã Academ. Mundus itidem dicitur ab alijs, *ſenſibilium, inſenſibiliumq; rerum ordinata plenitudo;* ſenſibilium, hoc eſt cœlorum elementorum, & ex his compoſitorum; inſenſibilium verò, hoc eſt ſubſtantiarũ earum, quæ in eo neceſſariò ponuntur immaterialium ad curam ipſius habendam, & motionem.

Iſtæ omnes diffinitiones, ex Platone ipſo, & ex eiuſdem interpretibus, exceptæ ſunt ex varijs locis, & à nobis collectæ, ſed (meo iudicio) poſſet alia afferri diffinitio, pleniſſima quidem, & quæ totam mũdi naturam patefacere valet, quæ nihilominus ex Platone, & Mercurio, necnon ex varijs ſequacibus deſumpta eſt, & eſt huiuſmodi. *Mundus eſt ordinatiſſima vniuerſitas rerum omniũ tum Phyſicarũ, tùm Methaphyſicarum, à ſummo conditore, ad exemplar æternum in æuo creata, ob manifeſtationem ſuæ bonitatis, & gloriæ, ſuæq; perfectionis diuinæ.* Hęc diffinitio partim ex Platone, & Platonicis à nobis excerpta eſt, partim ex Mercurio Termaximo, quæ ſic

Alia pleniſſima diffinitio mundi eruta ex varijs Mercur. Plat. & tot. veteris ſapientiæ vetbis.

breuiſſimè, & facillimè explanari poteſt.

Eſt ordinatiſſima vniuerſitas, quoniam in mundo ampla rerum multitudo, & admirabilis conſpicitur ordo, & in rebus omnibus nõ temeraria poſitio, quæ præclaram præſeferunt ſymphoniam (vt latiſſimè videbimus infra) dum in demonſtratione mundanæ pulchritudinis inſudauerimus?

Rerum Phyſicarum, & Metaphyſicarum, quoniam in mũdo res tali modo ordinatæ, alię apparent generationi, & interitui ſubiectæ, aliæ verò minimè, ſed æternæ, & incorruptibiles, quæ licet conſpicuè ſenſibus non ſe offerant, nihilominus iudicantur abſq; dubio eaſdem in eſſe mundo, quinimò & ei præſidere, & ſunt illæ poteſtates incorporeæ, de quibus egimus ſuis locis, & etiam egemus in tractatu de mundi ornatu, & pulchritudine. Primæ ſunt de conſideratione Phyſici, vtpotè illæ, quæ verſantur in continuo fluxu naturę, ſecundum ſingularem conditionem, non autem ſecundum ſpecificam; ſecundæ verò ſpectant ad Metaph.

A ſummo conditore creata, ob id non caſu facta, ſed creata, & de nihilo producta, quod de mente ipſius Platonis, & Mercurij inferius oſtendemus.

Ad exemplar æternum, hoc eſt mundi Idealis, qui eſt prima forma, prima Idea iſtius mũdi materialis, de quo ſimili modo egimus, & agemus demonſtrando, mundum ex hoc dici, & eſſe pulcherrimum, quia factus eſt ad illud exẽplar ingenitum, & æternum, quod eſt in prima mente imparticipata.

In æuo, hoc eſt æuiternitate, non in tẽpore, neq; poſt tempus, quod itidem ſuo loco latè monſtrabimus.

Ob manifeſtationem ſuæ bonitatis, gloriæ, & perfectionis, quoniam hæc bonitas fuit cauſa impulſiua, ſecundum Platonem in Timeo, aliæ verò, ſecundum Mercurium in Epiſtola ad Aſclepium. Hæc ſit diffinitio deſcriptiua à nobis allata, ſeu melius relata ex Platone, & Mercurio, ac cęteris collecta, quæ naturam vniuerſi plenè In Tim. in epiſtola ad Aſclepium.

Oēs Philoſoph. diſcordes circ. hās quæſt.

Circa hoc video magnum diſſidium nō modò inter omnes ſectas Philoſophātium, ſed etiam inter Academicos ipſos ſequaces Platonis; hi nimirum maximè ad inuicem ſe torquēt, idcircò eorum adducendæ ſunt ſententiæ, & rationes, quibus hoc aſtruere, & affirmare videntur.

In iſtius igitur grauiſſimi Philoſophi opinione explicanda, in animo eſt multorum adducere ſententias, eaſq; rimari, vt veriorē, ac mēti præceptoris, ipſiq; veritati magis conformē, ſeligamus. Ionici, & Pithagorici mundū poſuere genitū ex ſuperiori rōne. Stoici genitū itidē, & corruptibilē aſſerūt: ortū ſanè ex igne infinities, & in eundē etiā infinities interiturū, & hoc affirmarunt Chryſippus, & Cleantes, licet poſtea nō conueniāt in ratione ignis, cum Chryſippus ex ſplendore genitum putet; Cleantes verò ex pruna: ſed his opinionibus reiectis, quę iure explodūtur à Poſſidonio, & Boetho, qui in eadem familia ſunt grauiſſimi teſtes, ad alias trāſeamus.

Stoicorū, & Ionic. opin. ✓ega.

Peripathetici, cum Præceptore, Occellum ſecuto, ingenitū omninò poſuerè mūdum, Academicorum verò alij videntur in ſententiam declinare Pythagoreæ, alij verò in hanc extremā; & vtraq; pars iſtorum pro ſua opinione firmanda, & roboranda, rationes, & auctoritates ex Platone elicitas, quibus de rato hoc dogma affirmari poſſit, habere putat.

Gēn. opin. falſa circa hanc quæſt.

Alij verò medij, dicta Platonis, & rationes iſtorū ponderando, nec ad vnam, nec ad aliam accedere videntur partem, cum non benè ſibi ipſi Platonem in mundi ꝓductione cōſtare ex dictis appareat.

Plato incōſtans circa hanc quæſt.

Nos vtrāq; ſententiam in medium adducemus, necnon vtriuſq; rationes, & dicta ſapientiſs. Philoſophi, quibus confirmantur, afferemus, ac poſtea illam, quæ magis conſentanea, & veritati Chriſtianę conformior erit, amplexabimur, ac eadem ratione tuebimur.

Mūdum æternū voluiſ in via Plat. Plot. Iambl. Nomen. Syrianus, Simplic. & Proclus.

Pars Platonicorum aſſerentium, Præceptorem voluiſſe mundum æternū, cùm Thalete, & Occello, eſt Plotinus, Iamblicus, Numenius, Syrianus, Simplicius, & Proclus: & cauſam iſtius aſſertionis deducunt, vel ex dictis eiuſdem, vel rationibus, ex eo tamen petitis probant, vel tandem exemplo inſigni comprobare videntur. Dicta Platonis ſunt, quæ in Timeo ſic ſcripta leguntur. *Principium mihi ità eſſe diſtinguendum videtur. Quid ſit, quod ſemper eſt carens generatione? quid verò, quod gignitur, neque eſt vnquam illud, quod intellectu per rationem percipitur, quod ſemper idem eſt.* & hæc ſunt ōia (dicit Proclus) ſupra aīam poſita, vt alibi dictū eſt à nobis. Hęc autem eſt, quod opinione mediante ſenſu irrationali, percipi pōt: & ſunt, quæ infra aīam poſita ſūt, hoc eſt ſēſibilia ōia.

Verba tex.

Exp. verb.

Ex his ſanè verbis, quod .ſ. ſemper gignitur, nec vnquam eſt, conſpicuè elicitur (aiunt hi grauiſſimi ſupracitati Philoſophi) Platonem patefacere voluiſſe differentiam inter corporea, & materia carentia omninò .i. incorporea: vnde hæc corporea (vt eſt mundus) dici ab eo non eſſe, ſed fieri ſemper, hoc eſt moueri ſemper, dependere ſemper, & fluere ſemper, cum ſint in perpetua viciſſitudine, & motu, & hac ratione ſub ſenſu cadere aiunt, & hanc dependentiam hunc fluxum æternaliter per continentiam à Deo deriuare, qui eſt æternus, eiuſdem mundi motor, gubernator, & conſeruator, aſſerunt.

Fund adducta ſlaſ pro æternit. mūdi. Primum.

Chalcidius in com. Timei.

Hanc dependentiam appellant, cum Chalcidio, in commentario Timei, cauſatiuam, non temporariam, ſeu rationalem, non realem mundi generationem, vt alij putarunt: & confirmant hanc ſuam ſententiam dictis Platonis in eodem Timeo, qui dum cauſam generationis mundi aſſignaret, non eam dixit, quia prius non erat, & poſtea fuit, ſed quia viſibilis, tāgibiliſq; eſt, & viſibile, & tangibile corpus à ſe eſſe repugnat, ſed ab alio dependere per æternam hanc dependentiam: Ex his igitur mundū eſſe æternum ad aures Platonis, concludunt iſti in Platonica doctrina grauiſſimi viri.

2. fundam.

Concluſio.

Oratio Dei in Tim. Tertium.

Vlterius eliciunt mundi æternitatem ex illa oratione, quā habet Deus ad Cælicolas, in eodem Timeo, dum ait: *Dij*

Oratio Dei in Timeo 3.

Deorum, quorum opifex, & pater ego ſum, hac attendite, quæ à me facta ſunt (me ita volente) indiſſolubilia ſunt, &c. at dicimus nos, ſi indiſſolubilia ſunt, independentia, quam habent ab eo, vel ex eiuſdem voluntate, licet per naturalem conditionem, ſolui poſſent, dicēte ipſo, quoquo modo indiſſolubilia dicuntur, & hac ratione, æterna dici poſſunt; at ſi omnia ab eo facta, indiſſolubilia ſunt, ipſo ſic volente, igitur & mundus indiſſolubilis, igitur æternus. ita mundi æternitatem probant.

Concl. æter. Mundi, ſecūdum hos interp.

Probatur rationib. mundū eſſe æternum in via Plat. ex ſuperioribus Philoſoph. Prima ratio.

Rationibus alijs ex eodem Platone à Plotino deductis, hanc æternitatem probant. Mūdum, voluit Deus ſibi ipſi ſimillimum fore, at Deus eſt æternus, igitur & mundus: ſimilitudo hæc non modò rationc cauſę exemplaris attenditur, ſed etiam durationis: Deus ſemper fuit, eſt, & erit, igitur & mundus: valet conſequentia à ſimili.

Secunda ratio probans Mūdi æter. in via Plot. & ſeq.

Præterea Aeuum ſēper fuit, quod eſt æternitas diuinæ mētis, igitur & tempus, quod eius imago mobilis dicitur, probatur conſequētia, dicit Plotinus, quia tempus cum cœlo factum eſt, & ad exemplar æui factum eſt, per Platonicos, igitur æternum eſt, quatenus naturam eius gerit; at ſi tempus hac ratione æternum eſt, igitur & mundus, quoniam eſt ſubiectum motus, cuius ipſum eſt menſura, nā mundo ſublato, & motus, & tempus, neceſſariò auferūtur, igitur à primo ad vltimum æternum tempus, vt imago æui, æternus motus, & per cōſequens æternus mūdus.

Tertia ratio hoc idem probans.

Præterea anima eſt æterna, ſecundum Platonis ſententiam, igitur & mundus, valet conſequentia in eius doctrina, quoniam ſi mundus eſt (vt ipſe aſſerit, & eſt probatum) animatus, numquam ſine anima fuit, quoniam fuiſſet Chaos inordinatus, & abſq; forma, at ſi talis eſſet, non fuiſſet mūdus, igitur vt mundus fuit, ſemper anima eſt formatus, & per conſequēs æternus.

4. ratio hoc idem confirmans.

Vlterius, mundus dicitur animal, & æternum, ex confeſſione ipſius Platonis in diffinitione allata, quod ſit animal, patet ibi, & ex ſuperiori ratione, quod ſit æternus, ex hoc conijci poteſt, quoniam licet ſecundum partes corrumpatur, nō tamen ſecundum ſuam totam ſubſtantiam, quæ ſemper eadem eſt: & licet indiuidua ſpecierum corrumpantur in eo, non ob id ſpecies eiuſdē annihilantur, quæ faciunt, quod iure ipſe dicatur incorruptibilis, & æternus.

10. de Rep. & 3. de legib.

Mitto, quod in 10. de Repub. dicat: *Viam hominum, ad vniuerſum tempus relatam, nihil eſſe.* & 3. de legib. *Per infinitum tempus præfuiſſe homines, & annos tranſegiſſe innumerabiles*, quod nō poteſt ex iſtorum ſententia, niſi referri ad mundi æternam durationem.

Has, & ſimiles afferūt rationes ſupracitati Philoſophi, qui de mente Platonis mundum æternū eſſe autumāt, & qui putant minimè in hac re diſſentire ab Ariſt. ſed quoniam video multos circa hāc poſitionem ex his viris tergiuerſare, & diuerſas afferre rationes iſtius mundanæ ęternitatis Platonicę, idcircò mihi, vt dubia, & inconſtans, ex animo videtur reijcienda.

Expoſitores inconſtātes circa hanc quæſt.

Audio Porphyrium in doctrina Platonica grauiſſimum in hanc cadere ſententiā, vt putet, mundū ex eo dici genitum, quod ex communibus conſtet principijs, materia nempè, & forma, quę expoſitio minimè Platonis nititur verbis.

Vide Simplicium.

Audio alium nomine Taurum velle in mūdi geneſi generabile ita ſumi, vt id ſit, quod quamuis ortum non ſit, in generabili tamen genere conſiſtere dicatur.

Lib. 6. de mundi æternitate cōtra Proclum.

Audio alios (referente Philopono de mundi æternitate, contra Proclum) velle mundum dici genitum, quatenus in ęterna exiſtit motione, nec ob id abolendum putant, quod patet in cœleſtibus ſphęris: in hoc igitur ingenti numero opinionum circa mundi ęternitatem in Platonica doctrina, dum magnam diſſidiam, & controuerſiam intueor, paruam fidem, huic poſitioni adhibendam eſſe cenſeo.

Confirmant ſuam ſententiam huiuſmodi Philoſophantes, ponentes hanc cau-

Poſitio hoc exẽplo confirmatur ab his Platon.

cauſatiuam productionem hoc notabili exemplo: nam eo pacto mundum à Deo effici dixere, quo lumen à Sole, & vmbrã à corpore: iam hæc corporea, & ſenſibilia putarunt eſſe idola, imagines, & vmbram ſupernarum ſubſtantiarum, idcircò vniuerſum hoc materiale volunt hac de cauſa pendere à mundo incorporeo, hoc eſt Archetypo, & diuino, ſicuti ſua vmbra: at ſemper eſt hic diuinus, igitur & materialis, cùm ſemper tandiù erit lumen, & vmbra, quamdiù durabit ſol, & corpus, ait Philoponus lib. vt ſupra.

Quicquid ſit de hoc exemplo, ac de rationibus pro hac opinione allatis, an .ſ. poſſint facilè aboleri, nihil ad præſens dicam, ſed alibi fuſiùs, vbi apparebit, quomodo facillimè poſsũt propulſari. Ad ſecundam igitur poſitionem, circa mentem Platonis de mũdi geneſi accedamus, quæ eſt magis veritati noſtræ Theologiæ conſẽtanea, & facilius verbis ipſius Platonis accommodatur.

Opinio afferentium Mundũ ortũ habuiſſe temporale.

Fuere igitur exaduerſò (referentibus Philopono, de mundi æternitate contra Proclum, & Proclo ipſo in Timeo) multi mundum genitum eſſe in principio temporis, ad aures Platonis exiſtimantes, & hi fuere Atticus, Plutarchus, Neſtorius, Alexander Aphrodiſienſis, celeberrimus Peripatheticus, ſed in hoc verus, & germanus Platonicus, Philoponus, & alij, qui tamen ex Dei voluntate incorruptibilem eundem putarunt.

Philoponus de mũdi æternit cõtra Proclum.

Proclus lib. 2. in Timeo

Fundam. & rationis pro opin. contraria.

Horum fundamẽta igitur, & rationes, adducemus, vti adduximus in præcedenti. Explicita verba leguntur apud Platonem multis in locis, quibus facillimè ſuadere ſibi vnuſquiſq; poteſt, ipſum mundum voluiſſe, non ſolum cauſatiuæ, vel ratione productum, ſed etiam re .ſ. temporariè, & in primis (vt ab hoc incipiam, in Timeo, in quo ex profeſſo hãc pertractat materiam) inquirit, an mundus genitus ſit, vel ex aliquo principio ſumpſerit exordium, an potius continenter fiat, adeò quod annuere videtur, perſcrutari velle eiuſdem temporale initium, nõ autem emanatiuum, vel (vt aiunt) cauſatiuum æternaliter. Itidem in eodem ait, materiam ante mũdi ortum fuiſſe ex inordinata, in ordinem redactã, pari modo ibidem, mũdum totum conſtare ex materia communi aſſerit, vnde compoſita ex his verè ortui, & interritui eſſe videtur ſubiecta, quare re vera ex hoc mundus, debet iudicari per ipſum genitus.

Materia ordinata, id eſt creata.

Vlterius in eodem ait, dies, noctes, menſes, & annos, qui ante cœlum non erant, tunc, naſcente mundo, naſci iuſſit opifex; inquiens ante cœlum non fuiſſe menſes, liquidò demonſtrat mundũ non ſemper fuiſſe, igitur initium habuiſſe.

Itidem alijs in locis apertiſſimè loquitur de hoc temporali mundi principio, vt lib. de legib. 6. aſſerens, animã ante omnia ortum habuiſſe, & tranſmutationis, ornamẽtiq; corporum eandem originem eſſe, quod (ni fallor) clarè indicat mundũ non ſemper fuiſſe, ſed exordium habuiſſe reale, non autem emanatiuum.

Lib. 6 de legib

Lib. 6. de Regno.

Demum in Euthidemo habentur hæc verba: *Conſtat itaq; quod puer ſciebas, & quãdo genitus es, & quando natus, imò & antequam naſcereris, & ante cæli, terræq; ortum ſciuiſti omnia, ſi modò ſemper ſcis, &c.* Ex his ſanè verbis demonſtrat Plato mundum non ſemper fuiſſe, cum dicat, ante cœli, terræq; ortũ, ſed incepiſſe realiter, & non per fluxum emanatiuum, vel cauſatiuum fieri, quæ eſt eius generatio myſtica, & non realis.

Verba text. in Euthidemo.

Hæc ſunt fundamenta Platonis, quæ iacere videntur, aſſerentes, & probantes mundi geneſim, de ſentẽtia eiuſdem. Hæc ſunt auctoritates (inquam) quibus innituntur ſupracitati Philoſophi, ad probãdam hanc geneſim mundanam, de conſenſu Platonis: ex ijs deſumũt argumenta, & in primis Alexander Aphrod. grauiſſimus in Philoſophia teſtis, & præcipuè in hac vna re, qui (vt refert Simplicius) validiſſimis vtitur tribus argumẽtis, pro hac veritate probanda, quorum primum eſt tale. Cum Plato in Timeo mundum factum nominet non fientẽ, neceſſarium eſt di-

Argum. via Alex. pro hac op.

1. de cœlo Comm. 10. in Timeo.

Sol. argum. Alex.

dicere cum eo, ipſum realem habuiſſe originem, & non ratione, notioneq; tãtum, ideò allucinantur, qui ſecus tenent, & leuiter probant.

Ratio ſecũda Alex. probans.

Præterea ſi incorruptibile ſumitur à Platone ſecundum tempus, cur nõ, & generabile? cũ ſit, quod corruptio propria generationem hanc cauſalem neceſſariò ſequatur? copulata eſt.n. talis generatio, tali corruptioni, cui reſpondere debet.

Hæc ſunt præcipua argumenta Alexãdri, ex dictis Platonis, mundi geneſim optimè probantia, quæ, vt vera fatear, videntur eſſe, & vera, & valida, probantia mundum non eſſe æternum in via Platonica, & hanc nos ſequi debere, tanquam probabiliorem, & conformiorem Chriſtianæ veritati manifeſtum eſt.

Alia argumenta, & ſigna in confirmatione iſtius verit.

Sed alia afferamus argumenta, & adiungamus ſigna in confirmationem iſtius veritatis, prout afferuntur à Frãciſco Piccolomineo Preceptore noſtro colendiſſimo in Philoſophia Peripathetica, quæ quidem ex ipſo Ariſt. & ex alijs grauiſſimis Philoſophis excerpta ſunt. Ex Ariſt. inquam, elicitur hoc, quod mundus, cum ſit mole finitus, etiam finitæ debet eſſe virtutis, nam ait expreſsè 8. Phyſicorum tex. 79. quod in magnitudine finita non poteſt eſſe, niſi virtus finita, ratione conſeruationis, quinimò & durationis.

8. Phyſicor. tex. 79.

Itidem ex eo eruitur, quod mũdo competat contrarium, nam mundo ineſt materia, quare iure debet dici mortalis, & corruptibilis, cùm ex contrario, & materia fluat ortus, & interritus rerum, & cum mundus ſit forma in materia (eodem Philoſopho aſſertore) ſidem omninò ſequi neceſſe eſt.

1. de cælo tex 92.

Ex his elicimus mundũ eſſe corruptibilem ex eo, quod habet corpus, & eſt sẽſibile, vt prius dixit Plato, quia omne tale per ipſum tenetur ſolubile, & mortale, imò per ſententiam Pythagoræ, vt tactum eſt.

Lib. de mũdo non interituro. Signa hanc verit. cõfirmantia.

Signa etiam rationibus adiunguntur, quæ ex Theophraſto, Ariſt. conſobrino, eliciuntur (prout refert Philo Iudæorum doctiſſimus, & diſertiſſimus libro de mũdo non interituro) & ſunt talia: primum, quod ſi mundus eſſet æternus, & per conſequens ſemper fuiſſet, montes iam cecidiſſent, & vallibus iam æquati eſſent, at non ſunt conſumpti, igitur; nam valet ratio, quoniam montes in dies ſenſim minuuntur.

Ex hac.n. inęqualitate terrę facilè conijcitur mundi ortus, & principium, ſicuti per aliud ſignum, & facilè argumentari poſſumus mundi non ęternam durationem, nam maris, & terrę continuata conſumptio, quę eſt ſenſibilis, videtur hoc conſpicuè probare, nam mare cõijcitur minui, quoniam multa loca, qui erant aquis cooperta, modò apparent aquis deſtituta, vt Rhodus, Delus, & aliæ multæ inſulæ, at ſi aqua conſumitur indiem, igitur aer, igitur ignis, ac denique omnia ex ijs conſtantia paulatim conſumuntur, ex his iudicandus eſt mortalis, & corruptibilis mundus, ex doctrina Theophraſti.

Ratio ſigni confirm.

Præterea confirmari poteſt hęc veritas ſic, partes mũdi interitui ità obnoxię conſpiciuntur, vt nullo modo dubitari queat de toto, nam ſi ipſę sũt corruptibiles, quę totum conficiunt, & totum, ne à partibus diſſentiat, corruptibile iudicari debet: & hoc facilè innoteſcere poſſet, ſi primo elemẽta eſſe ad inuicem caduca, & corruptibilia intueamur, nã nulla eſt terræ portio, quę diſſolutioni nõ ſit ſubiecta: aqua itidẽ vaporat, ignis deficit ex defectu combuſtibilis, ac denique omnia pereunt in vniuerſum, quare iure meritò mortale, corruptibile, & caducum, ſecundum totum eſſe non dubitandum.

Quicquid ſit de his rationib. nihil ad præſens.

Caducus (inquam) ex alio ſigno putatur mundus, ex ortu .ſ. rerum, quæ in eo reperiuntur, & præſertim hominum; nam ſi eſſet æternus mundus, æternaliter pręfuiſſent homines; at ſi homines æterni, æternæ eſſent artes, & ſcientiæ, quarum tamen celebrãtur inuentores primi, at non ſemper fuerunt homines, igitur nec mundus.

Deniq; natura compertũ eſt, animalia omnia naſci, & creſcere vſq; ad terminatum à natura præſtitutum, & poſtea minui, & ſeneſcere, at mundus eſt animal magnum (vt probatum eſt auctoritate Platonis, quinimò & Ariſt.) igitur ortum eſt, creuit, & modò ad ſenium tendens videtur deficere: non enim eſt maior ratio de homine, quam de mundo vniuerſo: at ſi dicatur, quod non ſit par ratio, quoniam homo eſt immortalis, ſecũdum ſpeciem, licet non ſit ſecundum indiuiduũ, mundus verò ſecundum ſe totum. Reſpõdetur, quod omnia exiſtentia in mundo videntur eſſe peioris conditionis, quàm prius fuerint, nam facultates animalium, & plantarum, videntur ſenſibiliter minui, & in deterius labi. Nam vetuſtioribus temporibus gignebantur homines maiores, & diuturniores, quare iudicandum eſt omnia pari modo ſeneſcere, & interire, & hac ratione paulatim totus mundus ex his rationibus, & ſignis iudicandus eſt corruptibilis, & caducus, & ob id ipſum ortum habuiſſe temporarium, & nõn cauſatiuum.

Hæc ratio non parum facit.

Inſtantia.

Reſpon. ad inſt. & corroboratio opin.

Hæc ſunt argumenta, & ſigna, quæ videtur nobis perſuadere mundi originale principium, ac innuere eadem ratione interitum in via Platonis, & aliorum.

Sunt tamen quidam, qui neq; hanc, neq; illam putant eſſe firmam Platonis opinionem, circa mundi originem: Propterea quod, dùm modum, quo in Philoſophando vtitur Plato ponderant, ipſum modo dubium, modo quaſi certum ſe præbentem inueniunt: & æquidem, ſi eius ſcripta rectè perpenduntur à viris intellectus perſpicacitate præditis, ipſi tantum Philoſophum ſemper de attinentibus ad Dei cultum exhibendum, de prouidentia eiuſdem, de dependentia rerum omnium ex eo, adeò certum, vt nullo modo queat in dubium vocari, quę ſit circa ea præclariſſimi intentio viri.

Plat. dubius & anceps circa mundi originẽ, vel tractatio.

Certus de attinentib. ad Deum, & ad res incorruptibiles.

Verſa vice verò, dum agit de his, quæ cum materia coniũcta ſunt, de his, quę fluxui naturę, & motui ſubijciuntur, quæ obſcuræ conditionis apparent eſſe, ſemper cum Præceptore Socrate audiemus illum proferre: *Vnum ſcio, quod nihil ſcio:* & hæc eſt ratio, quoniam in his dubius, & anceps re vera exiſtit, & hac ratione igitur videtur inconſtans in hoc negotio, in quo modo apparet, ipſum velle mũdum æternum, ſed ſola ratione mutabilem modo genitum, & re vera productum.

Incidentia corruptibilia.

Hic modus procedendi, multos ex vetuſtioribus, & ex recentioribus in eius familia viros putare fecit, & opt ma quidem ratione, ipsũ in hac re dialecticè, & ad vtrãq; partem probabilem ſe velle demonſtrare, & ad hoc firmandũm ſuas adducũt auctoritates in teſtimoniũ veritatis, quibus refragrari quiſq; minimè debet: pro hac re firmanda verba hæc præcisè ſcripta afferunt. *Scire omnes oportet, hominum generationẽ, vel nullum vnquam habuiſſe principium, neq; terminum habituram, ſed fuiſſe omnino ſemper, & fore, aut ſi cæpit, inæſtimabili ante nos temporis interuallo incæpiſſe.* Decimo pariter libro hæc alia leguntur verba: *Si quietis modo vniuerſa ſimul ſteterint, vt plurimi falſum audent dicere, quem motum potiſſimum primum in ipſis fieri aſſeremus?*

Plato iudicatur Dialecticus circa mundi originem.

6. de legib.

10. de legib.

Ex his poſtquam cauſatiuam, vel temporariam mundi generationem protulit, prout exponunt ipſum tot celeberrimi interpretes, innuere voluit ſuam mẽtis ambiguitatem, ſuamq; veram ſententiã, quæ eſt, quòd hoc dogma ſit adeò obſcurum, vt nequaquam ſit demonſtratiuè probãdum, ſed thopicè, & pro vtraq; parte diſputabile, nobis tamen pro nunc placet, velle Platonem mundum re, & tempore productum ad hoc, vt eius opinio ſententię noſtrorum conſentanea remaneat, & quod hoc ſit verum, eiuſdem auctoritates nobis clarè demonſtrant, quæ intra poſitæ ſunt.

Auctor approbat Platonem nuiſſe mũdũ genitũ.

Si igitur altius rem repetere licet, hanc poſitionem nobis probare licet eiuſdem (vt dixi) auctoritatibus, inter quas illa eſt maxima, quam nos lib. de Deo ad probandam efficientiam rerum materialium, ſeu ad demonſtrandum Deum eſſe ex effi-

Auctoritat. Plat. confirmantes hãc veram ſent.

cien-

tunc ad immortale ſyncerum ſempiternum, eodem quoq; modo ſemper ſe habens, ſe ipſam erigit, & quaſi quadam emanatio eius ad illud redit, & tunc ab errore ceſſat, & eodem modo ſemper ſe habet, quia ſempiternum attingit, quæ paſſio animæ prudentia nũcupatur. Valde rectè & verè dicis, ò Socrates; Tunc Soc. Veri ergo ſibi videtur cognatius, atq; ſimilius eſſe anima? ne quod eodem modo ſe habet, an rei mutabili? Primo (inquam) omninò. Cum autem ad ſeruiendum corpus, ad principãdum animam, natura finxerit, non ne hac etiam ratione, cum principare diuinum ſit, ſeruire autem cadutũ, atq; mortale, manifeſtum eſt, Deo Animam ſimilem eſſe?

Ecce animæ diuina ſimilitudo, in qua noſtram conſiſtere Beatitudinem, tantoperè alibi exagerat. ſ. in Philebo, in Theeteto, in Phedro, vt latè demonſtratum eſt lib. de fælicitate, ſecundum eius intentionem.

Homo de terra factus.

In Prothagora, non ſolum, ex terra hominem effeciſſe Deum, aſſerit, ſed ſibi explicitè ſimilimum fatetur, & quod melius eſt, eundem alma impleuiſſe gratia, quæ quidem in eo non permanſit; omnibus animæ, & corporis, fortunęq; bonis perpetuò fruebatur, in viridarijs ſuis eundem collocaſſe vult, & eadẽ ratione verè perpetuò gauderet, paruaq; quadam pomorum deguſtatione vitam duxiſſe cęlibem, atq; fælicem per aliquod temporis interuallum, ſubinfert. Et cũ ipſe a diuinis regulis ſibi datis paulatim declinaret, diuinam, concludit, amiſiſſe gratiam, idcircò in fœdam, & turpem animi diſpoſitionẽ, vel conditionem incidiſſe, quinimò in morbos graues, & vitę ſollicitudinem, laboreſq; innumerabiles præcipitaſſe, atq; tãdem ex amęnis illorum ortorum regionibus ad alias contrarias diuina permiſſione diuertiſſe.

In vita Plat. ſtatus innocentiæ clarè apparet.

In Charmide pro iſtorum confirmatione, ait à priſtina quadam animorum noſtrorum intemperãtia, omnia tùm corporis, tùm animę incommoda orta eſſe, ex quibus verbis innuere videtur peccatũ originale.

Hęc alia verba pro confirmatione humanæ creationis apud ipſum leguntur: *Deus (inquit) paſcebat eos, ſicuti nunc homines nonnulla alia animalium genera. Nulla tunc erat res publica, nec liberorum procreatio. A terra. n. homines emergebant, & hæc omnia, quæ modo ſunt habentes magna optimorum copia fructuum, facillimè, atq; optimè viuebant, quos non culta, ſed ſponte terra edebat, nudi ſine aliqua erant moleſtia, viciſſitudines enim tempore ſumma temperie connectebantur.*

Sent. confirmãs humanam creationem.

Ecce ex Platone hominis prima formatio, eiuſdemq; cum ſuo factore inſpirata ſimilitudo, & fælix eiuſdem conditio in illo primo ſtatu innocẽtiſſimę vitę. Ecce lapſus, quo in deteriorem incidit, qui miſerię, & culpę dici poteſt, cũ nobiliſſimũ ſtatus naturę deſtitutę.

Non reticuit collocutionem, quã inter mulierem, & callidum ſerpẽtem accidiſſe vetus ſcriptura teſtatur. Nam hęc verba, illam explicantia, in eodem ſic expreſſa leguntur. *Qui ſaturni temporibus erant, tãta virtute pollebant: vt non cum hominibus ſolũ, verũetiam cũ beſtijs oratione uti poſſent.*

Colloqutio ſerpentis cũ muliere.

Subiungit eandem collocutionem generi noſtro damni fuiſſe cauſam, & mali euentus his alijs verbis: *Sed non ad philoſophandum & inter ſe, & cum beſtijs virtute vtebantur, diligenter ſcrutantes, de ſingulorũ natura ad accumulationem prudentiæ: Sed cibo, atq; potui tanquam helluones continuè inhærentes fabulas ſecum, & cum beſtijs tales conferebant, quales modo de ipſis narrantur.*

Qualis poſtea fuerit hic ſerpẽs in Phedro, explicuit illis verbis, quibus nos vſi ſumus capite de Dæmonibus in ſua doctrina, ad demõſtrandum Cacodęmones dari. ſ. *Sunt igitur & alia mala, ſed Dæmon quidam, plurimis ipſorum præſentem ipſorum voluptatem admiſcuit.*

Deceptio ſerpentis.

Quod poſtea crediderit poſt præſentẽ vitam, aliam puriorem reperiri pro his animabus, quæ in hac rectè vixerint, clarè licet videre in Phedone, ex quo nos nedum eruimus receptaculum fęliciſſimum, & perẽne, libro de anima, ſecundum eius ſententiam; quod quidem nil aliud, ſe-

cundum piorum Platonicorum mentem, dici poteſt, quam habitatio ſuperna, quę terra ſupercæleſtis à noſtratibus meritò nuncupatur: verba hęc ſonant in eodem Phędone; *Anima verò, quæ inuiſibile quoddam eſt, in ſimilem quendam alium locum migrans excellentem, purum, inuiſibilem, vobis occultum, re vera ad bonum, ſapientemq; Deũ, quo ſi Deus voluerit, paulò poſt, meo quoq; animo eſt migrandum.*

Ex his paradiſus colligitur.

Itidem paulò infra ſubinfert: *Anima (inquam) ſi ſic affecta diſceſſerit, nõ ad aliquid ſibi ſimile diuinum abijt immortale ſapiens. quo cum peruenerit, euadit fælix ab errore, dementia, timoribus, durisq; amoribus, cæteriſq; humanis liberata malis, quemadmodum de initiatis dici ſolet, re vera reliquum tempus, vitam cum Dijs agit, &c.* paulò infra ſequitur: *Qui verò puram, moderatamq; tranſegerit vitam, Deos ſocios, duceſq; nactus ibi habitat.* Sed hæc clarius quaſi in calce Dialogi eiuſdem; *Qui autem piè præ cæteris vixiſſe inueniuntur, hi ſunt, qui ex terrenis locis, tanquam è carcere ſoluti, atq; liberati, ad altiora tranſcendunt, puramq; ſupra terram habitant regionem.*

Vnica fuit ſpes futuræ gloriæ.

En quomodo habitationem ſupercæleſtem, & credidit, & ſperauit animarum, poſt ſeparationem à corporibus, ſi tamen rectam in eiſdem duxerint vitam, ſin minus, è contra acciderit.

Spem etiam futuræ fælicitatis, & gloriæ in Gorgia habuit, dum in hæc verba prorupit: *Eum, qui iuſtè, ſanctèq; vixerit, poſtq; mortuus fuerit in Beatorum inſulas profectum, abſq; vllo incommodo ſumma in Beatitudine viuere.*

Spes futuræ gloriæ clara colligitur.

Ecce tandem non modò vniuerſi ortũ temporarium, & reale apud Platonem, ſed etiam ipſius hominis, cũ triplici eiuſdem ſtatu, ita explicitum, vt in hac re nihil clarius deſiderari poſſit. Vnde his ſic ſtantibus, recta concludimus ratione, mũdum re vera factum in doctrina excellentiſſimi viri, & pro tali eũdem & tenemus, & affirmamus pro nunc. Quicquid poſtea poſſit concludi, pro indubitata iſtius poſitionis veritate, in qua Platonici videntur cõtrouertere, pro nũc nos omittimus, & pro hac probatione relinquimus, ſed hæc ad pręſens, de hac veritate ſufficiant.

Nũ piè orbis temporaneus concludãs inuia ſibi.

Quoniã hæc ferè oĩa in proęmio Operis ſatis prolixa oratione, in teſtimonium conformitatis doctrinæ noſtræ cum Platonica, attulimus, hæc iterum nobis in teſtificationem mundanæ creationis, & non æternæ durationis repetere placuit, modò quomodo ſit eadem ratione à cauſa factus, & à qua, videamus.

Mundus cõcludit. creatus, & non æternus.

Mundus eſt à cauſa diuina factus, in doctrina Platonis.

CVm igitur mundus ſit genitus, & tẽporariè productus, nulli dubiũ eſt ab aliquo productore productũ eſſe, qui quidem eſt cauſa efficiens ipſius. Itaq; in hoc capite modò inueſtigãdum eſt, quænã ſit hæc cauſa efficiẽs mundi. Cauſæ multæ in vniuerſo enumerantur à Plat. & ab interpretibus quatuor, quas etiam Ariſtot. & omnes Philoſophi aſſignant, quę sũt materialis, formalis, efficiens, & finalis, & ad has quatuor adiecit alias duas .ſ. exẽplarem, & inſtrumentalem, non quidem alia genera conſtituentes, ſed ad hęc reductiuè accedentes. Harum cauſarum in ſua doctrina aliæ dicuntur re vera cauſæ, aliæ verò concauſæ: cauſæ dicuntur efficiens, exemplaris, & finalis; concauſæ verò materialis, formalis, & inſtrumentalis.

Quatuor genera cauſarum.

Tres cauſæ, & tres concauſæ, apud Plat.

Mundus igitur cum rę vera ſit genitus, ab his cauſis dicitur iure genitus, ſed inter has omnes vna eſt principaliſſima, & potiſſima cauſa illius, à qua per veram generationem pendet, & cum qua omnes cauſæ alię cooperatę ſunt, & iſta eſt efficiẽs, de qua modò ſumus locuturi. Plato in Timeo, mouens quęſtionem, an .ſ. mũdus ſit genitus, affirmatiuè concludẽs, inquirit, à qua nam cauſa ſit genitus, verba illius ſunt. *Quicquid gignitur, ab aliqua cauſa gignitur, & omne quod fit, à cauſa aliqua fit, quid ſibi vult hoc nomine, quod fit?* intelligere vult, nulli dubium eſt, Plato, quod omne, quod antè non erat, & fit de nouo,

Verba eius in Timeo.

&

& acquirit nouum eſſe, vt eſt mundus, id omne ab aliqua cauſa fieri neceſſe eſt, Eandem doctrinam docuit etiam in Dialogo, cui nomen eſt Philebus, Mundus igitur non modò eſt genitus, ſententia ipſius, ſed etiam ſua auctoritate eſt à cauſa genitus, ſcilicet à cauſa efficiente, & ex cauſis alijs, quod ſit genitus, & à cauſa, probatur etiam ratione illa, qua vſi ſumus in probando Deum eſſe ſuo loco, Quæres, ſi mundus eſt genitus, vel à nullo eſt genitus, vel à ſe ipſo, vel ab alio, quod non à nullo patet ex ſententia Platonicorum vulgata, quod omne, quod fit, à cauſa fit, nihil enim fieri ſine cauſa autumant, & optima ratione, Platonici, igitur vel à ſe ipſo, vel ab alio, non quidem à ſe ipſo, cum ſit corpus, igitur ab alio, Vis iſtius demonſtrationis, quæ re vera vnica eſt, ſtat in hoc, quoniam omne corpus eſt compoſitum ex materia, & forma, quæ ſanè propoſitio eſt notiſſima apud omnium ſectarū Philoſophos, Materia verò ſui natura nullam habet vim agendi, forma etiā aliunde venit, & materiæ iungitur, vnde corpus mundanum efficitur, ea forma præexiſtit mūdo, & iuncta materiæ facit mūdum, mundus à ſe ipſo non fit, ſed ab alia cauſa præexiſtente; itaq; probatū eſt, mūdum à ſe ipſo factum non eſſe, reſtat tertium membrum, ſi mundus à nullo factus eſt, neq; à ſe ipſo, reſtat (inquam) quod factus ſit ab alio.

In Philebo.

Perſcrutatio circa mundi genituram, & eiuſdem prob.

Materia nullam habet vim agendi.

Aliud argumentum, vel caſus eſt, vel cauſa aliqua poſitiua, & determinata, non eſt caſus, vt falsò putarunt Epicurus, Democritus, & Leucippus, vt alibi retulim*, igitur cauſa poſitiua, determinata, & nobiliſſima, ſi non eſt à caſu, ſed à cauſa poſitiua; non eſt etiam à cauſa debiliore .ſ. à materia, non eſt à forma corporea, nō ab inſtrumento, quoniam iſtæ non ſunt cauſæ, ſed concauſæ, & debiliores ipſo mundo, neq; eſt à cauſa æquiualente; propterea quod nulla Philoſophia, nulla ratio perſuadet mundo eſſe aliquod æquiualēs, ſi nō à cauſa debiliore, neq; à cauſa æquiualente, neceſſe eſt, vt ſit à cauſa ſuperiori, hoc eſt à cauſa incorporea, & diuina, atq; ita inuenimus mūdi cauſam efficientē, ſiue Deū mundi Opificem, ſupra quam cauſam efficientem eſt cauſa exemplaris, in quam reſpiciens Opifex mundum hūc fabrefecit, & ſupra hanc ē eſt cauſa finalis, cuius gratia hic fabrefactus eſt mūdus.

Quod mūdi cauſa efficiēs nō ſit caſus.

Mundus à cauſa diuina factus .i. à Deo.

Vna igitur ſit cauſa efficiens mundi, vnum ſit exemplar pulcherrimum, ad cuius ſimilitudinem factus eſt mundus; vna cauſa finalis, de quibus ſuis locis tractabimus, & tres ſint eiuſdem concauſæ, quæ minus principaliter operatę ſunt in mundo producendo, materia nempè, forma corporea, & inſtrumentum: vna (inquā) ſit cauſa efficiens, nobiliſſima, & diuina, quę, ex teſtimonio Procli in commentario Timei, præferenda eſt omnibus cauſis efficientibus, quas ponebant Philoſophi quidam vetuſtiores, quorum alij hanc retulerunt mundi genituram in concauſis ipſis. Alij in naturales potentias .i. in qualitates primas, in lucem, & tenebras; alij in calorē, & frigus, vt Parmenides; alij retulere in infinita principia, per inane ſparſa, vt Democritus, & alij, in omœomerias verò Anaxagoras, idest in ſimilares particulas; quidam tribuerę hanc genituram naturæ vniuerſali; alij ipſi animæ vniuerſali, ſolus in hāc efficientem cauſam Plato iure retulit; quę quidem eſt prima omnium cauſa eorum, quę in mundo fiunt, & etiā ipſius mūdi, cui cooperatur totus animarum ordo, miniſtrat ipſa natura, ſeruiunt omnes concauſæ, & mouentur ſecundum eius voluntatem; itaq; ipſa caput eſt, & concauſarum, & naturę, & animarum.

Cauſa efficiens mundi eſt nobiliſſima, & diuina.

Errores antiquorū circa cauſam mundi efficientem.

Solus Plato veram [ven]it mundi cauſam.

Sed eſt ne iſta primum bonū, primum verū, & primum vnū? ſiue eſt, ne mundus ille Idealis, vel Archetypus, tantopere à Platonicis celebratus? Minimè: quoniam illud primū, ſecundū eſſe ſdē eſt ſummus, & optimus Deus, à quo quidem ſummo omne ſempiternū, & omne quod eſt in euo, & omne quod dicitur diuinū, ſub quo poſtea eſt omne corpus .ſ. ipſe mundus, qui eſt in tempore, immediatè procedit. Vnde non eſt viſum Platoni, & Platonicis rationi

De' primus .i. primū bonū, verum, & vnū non eſt cauſa efficiens mūdi, & quare.

conſonum, vt in productione rerum à primo ſummo Deo initium eſſe ſumendū, ne ſaltus fieret: Non enim (vt alicubi etiam docet Ariſt.) natura per ſaltū in ſuis actibus obeundis, ſed ordinatè procedit, ita vt vnum poſt aliud generet, vt nihil vacui in medio relinquatur, fuiſſet autē ſaltus, ſi à Deo maximo mundus immediatè eſſet productus. Namq; inter ipſum mundum aliæ ſunt intermediæ eſſentię. ſ. totus mūdus intelligibilis .i. mens prima imparticipata; poſtea aliæ mentes participatæ, quibus mundi creator vſus eſt in productione eiuſdem, tanquam illius opificij miniſter, qui eſt ſimulacrum excellentiſſimum mūdi Archetypi, vnde in progreſſu productionis neceſſe fuit, vt prius produceretur ipſe ab ipſo Deo, mox ab intellectu, qui eſt poſtrema eſſentia ipſius mundi intelligibilis (de quo lib. de Deo vberrimè tractauimus) iſte mundus corporeus, & ab alijs eſſentijs produceretur.

Natura non procedit per ſaltum.

Eſt .n. neceſſe (aiunt Platonici) vt catena, & ordo continuatus, & nullo modo interruptus, in productione rerum à prima cauſa ſeruetur, ita vt quę propiora ſūt ad primum, cauſæ fiant eorum, quæ longius diſtant.

Hanc mūdi cauſam Plato appellat factorem, & Patrem in Timeo. Plotinus, dum tres celebrat Deos, quorum primū vocat patrem, ſecundum factorem illius mundi, tertium mundum ipſum. Atticus opificem mundi, & bonum ipſum eundē facit, ita vt primum Deum hunc mundum procreaſſe dicat. Amellius tres conſtituit opifices: exiſtentem, habentem, & videntem; primus eſt ſummus Deus primum bonum, verum, & vnum: ſecundus eſt mundus intelligibilis: tertius verò intellectus quidam, qui mēs opifex ab alijs dicitur: quę ſecundum illum diſponit omnia mundana, ſicut eadē immediatè produxit. Porphyrius opificem huius mundi exiſtimat animā eiuſdem; Proclus demiq; ſuperioribus ſententijs reiectis, & aliorū, qui varia de hoc opifice retulere (vt viſū eſt lib. de Deo in via Platonica) ſuā profert ſententiam, dicens, quod cauſa immediata efficiens illius mundi, eſt mens opifex, quæ eundem producens, reſpexit in mundum intelligibilem, & ad exēplar eiuſdem, pulcherrimum produxit, ſed de hoc fuſius paulò infra: quoquo modo res ſe habeat, mundus de mente Platonis, pendet à cauſa incorporea efficiente, & diuina, necnon ad aures Academicorum, licet ipſi ad inuicem diſſentire videantur.

Variæ Platonicor. ſententiæ circa mundi cauſam efficientem.

Sentēt Plat. firma circa mundi opificē cauſam.

An mundus ſit ex nihilo, vel ex præiacente materia creatus.

Reſtat, vt ordinem præpoſitum ſequamur, & inquiramus, an ex pręiacēte materia hic productus ſit mundus in hac via, vel eandem materiā, cū eo produxerit diuinus hic faber. Supracętęrę Philoſophi in hac itidem re, maximè videtur, eſſe diſcordes, nā Plutarchus, Atticus, Seuerus, & alij, Ariſt. opinioni nimis adhærentes, materiam primam eſſe ingenitam, & hac ratione Deo coęternam putarūt, & ſicuti benè ſenſerūt, an nęgęreſ, mūdū eſſe genitum à Deo, in hac alia re poſtea fuerunt veritatis oſores, putantes materiam in mundi productione, nullo modo habuiſſe initium, ſed ſemper fuiſſe. Eorum ratio innititur verbis Platonis in Timeo. ſ. quod Deus mundum volens producere, aſſumpſerit omne viſibile inordinatę latum, idq; in ordinem redegerit. Vel aſſumpſerit, non tranquillum, & quietum, ſed temerè agitatum, & fluitans, quod nō poteſt eſſe, niſi prima materia omnibus, formis, ordine, quiete, tranquillitateq; deſtituta, quæ tamen ante ordinatum præxiſtebat informis.

Plutarchus, & Atticus, putarūt materiam Deo coæternam, quorum primum fundamentū eſt.

V ibo tex. Plat. in Timeo.

Itidē hæc opinio alio Platonico fundamento fulcitur. Scripſit (aiunt) Plato ante mundi geneſim tria præceſſiſſe, ens, locum, & generationem, & quem Latini dicunt locum ipſe appellat ſua voce χώραν, hanc autem intelligit ipſam materiam, vt quæ ſit locus formarū, &c. at ſi aſſumpſit hoc, aſſumpſit autem, quod iam erat, vel quod

2 fundam. Plutar. ha.

quod non erat, nō quod non erat, igitur, quod prius erat in eſſe, nam ſi quod non erat aſſumpſiſſet, nihil aſſumpſiſſet, at aliquid aſſumpſit, igitur materiā, quæ prius exiſtebat. Hęc ratio eſt nullius pōderis (vt proximè videbimus) & faciliimè diluitur.

Academici, qui materiam primam putarunt genitam.

Alij in hac familia præſtantiores Platonici .ſ. qui ab Ammonio Sacco profluxerunt, de quibus & paulò ſupra, & alibi mentionem fecimus. ſ. Plotinus, Porphyrius diſcipulus, Iamblicus Porphyrij auditor, Syrianus Iamblici, Proclus Syriani, Ermias Procli, Damaſcius Ermiæ, Priſcianus Lydius, qui Damaſci fuit Pręceptor, & hæc tota ſchola Platonicorum inſigniū, materiā primam vtriq; genitam, & productam eſſe à Deo, velle videntur.

Lapſus veterum Platonic circa materiæ primæ productionem.

At ſi ego iſtorum dicta circa hanc opinionem benè pondero, hos inconſtantes inuenio, & non ſibi ipſis benè aſſentientes reperio. Nam ſi hi mundum cauſatiuè dumtaxat genitum voluere, hoc eſt ratione, non re, ſed æternum, quomodo etiam materiam non putarunt æternam, hac nimirum mundana æternitate? Dicendum eſt igitur, quod hi, ſicuti voluerunt mundum nunquam productum realiter, ita etiam materiam primam improductam re vera exiſtimarunt, ſed productam dixerunt, non productione reali, ſed productione cauſali, ſeu rationali, cum non ſolum ipſa ſit vnquam formis deſtituta, ſed etiam nec vix cogitari poſſit.

Quom. materia prima intelligitur producere ſecúdum alios Plat. melius circa ortum mundi ſentientes.

Sunt nihilominus quidam Proclum ſequentes, & alios, qui materiam re, & tempore genitam eſſe à Deo arbitrantur, quomodo autem id factum ſit, ſic conſpicuè docent, & auctoritate Platonis comprobant. Eſt hæc nimirum Philoſophia ſcitu digniſſima, atq; in ordinarijs ſcholis numquam (quod ego ſciam) audita. Neceſſe eſt prius memoria recolere Platonicam Trinitatem, de qua egimus capite de Deo: Deum .ſ. ſummum, quem bonū, & vnius nomine ipſi appellarunt, eius filium, qui exemplar, & mundus intelligibilis, & Idealis ab eis dictus eſt, & eius prolem opificem ipſum, qui prima mens eſt; huic trino ordini Deorū (Deos enim hos tres appellant) tria reſpondent, materia prima, corpus qualitate carens, & corpus inordinatum.

A quo ortū duxit materia prima.

Materiam primam ſummus ille Deus produxit, exemplar, vel mundus Idealis corpus dedit, & veſtigijs quibuſdam formatum ornauit, quod corpus viſibile factum, & ornatum mundum hunc conformarunt.

Præclara auctoritas Platon confirmans.

Hæc præclara, & ſcitu digna poſitio Platonis in Phil. auctoritate cōfirmatur. Sunt verba ipſius in Philebo, vnum illud Primum & ſe, & non ex nihilo produxiſſe πέρας, & ἄπειρον, hoc eſt terminum, & finem, vel infinitatem, quæ tanquam duo principia mixtionis entium omnium, per entia, & corpora permearēt in corporibꝰ hiſce completis; finis, & terminus eſt ipſa forma, infinitas verò eſt ipſa materia.

Modo, hoc ſtante (aiunt Platonici hi ſummi) materia eſt ipſa infinitas, & hanc, docet Plato loco præcitato, oſtendi, & hoc præciſè vtitur verbo, quod verbum ipſi interpretantur producere; *Et ſanè, quod productum eſt, principio etiam oſtenſum eſt non carere.*

Orphæi ſenten circa originem materiæ primæ vera.

Hæc verba Platonis auctoritate vetuſtiſſimi Orphæi confirmantur, qui apud Græcos ſummus fuit Theologus, & diuinus Vates; Nam ab eo, hanc ſententiam deſumpſiſſe Platonem fatentur, & Proclus, & alij ſummi Platonici.

Hermes huius ſent. primarius inuentor.

Item pro confirmatione iſtius veritatis adducuntur verba Mercurij Termaximi, à quo Orphæus, dum in Aegypto ſacerdotum auditor extitit, eandem ſententiam in Græciam attulit, verba Hermetis ſunt hæc: *Subſtantialitate produxit Deus materialitatem*; materialitas autem hæc eſt ipſa materia dubiò procul, materia .n. ſi conſideretur, vt eſt primo producta in potentia eſt, & debiliſſimum ens, & informe, atq; ideo eſt, quoq; bona aliquatenus, propterea, quod ab ipſo bono progreſſa eſt. Primo hanc exemplar ipſum veſtigijs quibuſdam exornat, cum per ſe in-

Cauſa exemplaris inducit formas in materia.

informis eſſet: eſt.n. munus exemplaris cauſæ, quæ eſt plena Ideis omnibus, formas rebus tribuere, at adhuc ſub eo fluitat, & inordinato motu mouetur, quatenus formata aliquo modo, viſibilis fit. Hāc viſibilem factā, ſumit ipſe opifex, & perficit, & quæ erant formæ imperfectæ, in perfectas redigit, & motum eius inordinatum, in ordinem reducit, hanc ipſam perficit intra ipſam animam. Hoc igitur modo dicitur materia originari ab ipſo bono, & nō eſſe Deo coæterna, vt falsò exiſtimarunt Plutarchus, cæteriq; vetuſtiores Platonici eiuſdem ſequaces.

Argu. quo prob materiam primā fuiſſe productam.

Hoc etiam argumēto confirmatur hæc eadem poſitio. Deus ſummus, vt eſt bonum ipſum, producit omnia, inter hæc omnia materia eſt comprehenſa: niſi .n. materia ab eo producta eſſet, ſequeretur hoc inconueniens, Deum non eſſe omnium productorem, non eſſe omnium Patrem, at hiſce nominibus à Platone, & Mercurio ſæpiſſimè appellatur, igitur, &c. Nam ſi materiam non produxiſſet, omnia non produxiſſet. Hoc tertium ſequeretur inconueniens, ſi materiam Deus nō produxiſſet, impotentia aliqua laboraſſet, vel et inuidia. Nā ſi non potuit, impotēs fuit, ſi noluit cum poſſet, inuidus fuit. Inuidia nulla cadit in ſummum bonum, impotentia nulla cadit in perfectiſſimum, & abſolutiſſimum, igitur à primo ad vltimum, ipſa materia à Deo creata eſt, & non eſt ei coæterna, vt perperam vetuſtiſſimi docuere Philoſophi.

Concl. quod materia habuerit exordiū per creationem.

Sed ſicuti vera eſt hæc poſitio, & omninò indubitata in Philoſophia Platonica, vt à nobis, & ratione probata, & auctoritate confirmata eſt, ita exaduerſo Attici, & Plutarchi ſententiam explodendam, & impugnandam eſſe, Porphyrius, & Iamblicus putarunt, qui quidem eandem tali ratione diluere videtur. Ponentes materiam Deo coæternam (aiunt hi grauiſſimi viri) ponunt duo principia rerum, quod eſt ex diametro cōtra dogmata Platonis, at vos hæc duo principia admittitis, igitur doctrinæ Platonis nō eſtis veri ſequaces, vt profitemini. Quod hoc dogma non ſit Platonicū, probatur, quoniam Plato multis in locis docet, vnum eſſe principium, ſ. in Republica, in epiſtola ad Dionyſium, in Philebo, & in Sophiſta, vti nos ſatis lōgo ſermone oſtendimus lib. de Deo, probantes Deum in Theologia Platonica eſſe vnum.

Porphyrius & Iamb. impugnant. & iſtæ poſitionem Attici, & Plutarchi circa æter. materiæ. 1. Ratio prima, impug.

Huic rationi addunt etiā hanc. ſ. quod opifex non eſt primus Deus, ſed tertius, igitur ante opificē aliud eſt principium, neq; anima vlla, vti illi aſſeruerunt, ſiue malefica, quæ irrationalis eſt, ſiue benefica, quæ rationalis eſt, debet, aut poteſt eſſe principium: omnis .n. anima proles eſt Deorum, at ſi proles eſt, non poteſt eſſe principium rerum, quod proles ſit, & genita, ſuo loco vberrimè oſtendimus.

Secunda ratio, impug.

Hi duo Platonici igitur aſſumētes dicta Platonis ad probandam materiæ coæternitatem cum Deo, non benè dogmata magiſtri ponderantes, & Mercurij, facillimè allucinati ſunt, ſicuti etiam Ariſt. qui, materiam ex hoc putauit æternā, eò quia eſſet ſimplicis conditionis.

Sit igitur materia creata à ſummo bono, vero, & vno, veſtigijs formarum ab exemplari cauſa inſignita, & tandem à mēte Opificis aſſumpta, ad hunc mundū procreandum, & in hoc ſenſu vera ſint dicta Platonis in Timeo, cū dixit, quòd aſſumpſit omne viſibile, vel aſſumpſit temerè fluitans ad illum formandum. Nec vllo modo eam. ſ. materiam, quæ eſt genita, quæ eſt omnium corruptrix, cum ingenito cōſeruatore omnium rerum parem faciamus, prout faciebat Ariſt. qui ingenitam, & incorruptibilem eandem omninò exiſtimabat, ſed inſignem dubitationem, quam faciunt eiuſdem ſequaces, modo abſoluamus.

Conc. quod materia prima ſit producta, & nō ſit Deo coæterna.

Inſignis dubitatio, mota à Peripatheticis, circa prædicta, & eiuſdem valida reſponſio.

VIdentur quidam Peripathetica doctrina imbuti, dubitare circa hoc

Quæſt. Plat. & reſp.

&

& dubitando inquirere, quomodo. ſ. poſſit omne corporeum ab incorporeo produci? Quo .ſ. modo naturali id poſſit effici, cùm ex nihilo nihil fieri poſſit in natura? alij Platonicæ doctrinæ addicti reſpondere videntur, quod hoc eo modo accidere poteſt, quo euenire videtur in Ariſtotelica doctrina, in eadem enim doctrina id planè accidit, quod ex forma incorporea, & ex materia pariter incorporea fiat corpus compoſitum elementi, ſeu mixti, quod ſi verum eſſe poteſt, apud Ariſt. alterum illud in Philoſophia Platonis verificari poteſt. Sol, & homo apud Ariſt. generant hominem, & reliqua omnia mixta naturalia, & animalia, & plantæ, vt à proximo agente, à ſole fiunt; verū ſol hæc non generat corpore ſuo, neq; in corpus compoſitum, quidquam ſui corporis infundit, ſed agit lumine, & calore, at lumen incorporeum eſt, calor incorporeus eſt, quo igitur modo explicabit nobis Ariſt. lumen, & calorem incorporea, corporea facere, & cum nobis hunc modum expoſuerit, exponent etiam Platonici, & fortaſſe lōgè facilius, quomodo à Deo incorporeo, poſſit, & materia incorporea, & corpus hoc mundi vniuerſi produci: facilius dixi, quoniam longè efficaciores ſunt Dei vires, quam caloris, & luminis. Eſſe autem Dei vires efficaciores: cōſtat etiam Ariſtotelica doctrina, docuit .n. nos ibi, Deum motorē eſſe primi motus, & primi mobilis .ſ. Cæli illius maximi, quod ſupremum eſt: quod quidem omnes cælos inferiores ſuo motu rapit, & per conſequens ſolis orbem, ſolis corpus, ſolis lumen, & ſolis calorem.

Quom. corporeum ab incorp. fiat per Ariſt.

Non repugnat corporea ab incorporeis fieri in via Plat.

8. Phyſicor.

Si autem hæc duo, lumen, & calor ſolis, & elementa conſeruant, & producta omnia ex elementis generant, quę corporea ſunt, quis nō videt, ab incorporeo primo motore, ab incorporeis inſtrumentis, lumine .ſ. & calore, omnia corpora gigni? Sed quid eſt in hac re immorandum, quærendo difficilia, pro reſponſione ad iſtud, cum etiam ipſemet Ariſt. infinities corpora naturalia à natura fieri dicat? & tamen quid ſit hæc natura nullibi explicat, & nunquam eandem dixit corpus eſſe; imò verò è multis ſuorum librorum locis, naturam vim quandam eſſe incorpoream compoſiti agentis, contemplamur, ſi verò vis eſt ipſa natura, profectò incorporea eſt, ſi verò natura eſt materia, & forma, ſicut docuit 2. Phyſic. & materia, & forma incorporea ſunt, & ſi à talibus naturis generatur corpus, proculdubiò corpus generatur ab incorporeis.

Natura nus quā corporea appellatur in via Ariſt.

2. Phyſicor.

Itidem ſtatuarius in marmore, ære, & huiuſmodi, durìſſima corpora, Alexādri, vel Cæſaris effigiem imprimit, quæ profectò in eo corpore non erant, ſuo corpore non imprimit, & ſi aliquo corpore in imprimendo vtitur, vt malleo, vel ſcalpello, vel manibus tanquam inſtrumentis vtitur, at figura illa neque in inſtrumentis eſt, neq; in manibus, ſed in Idea, & rōne, quæ eſt in mēte artificis, quæ incorporea eſt, ergo corpus illud, ab incorporeo formatur. Itaq; omnia corpora (concludamus) vniuerſim, quæ vel à natura generantur, vel formantur, vel ab arte figurantur omnia à vi, omnia à ſubſtantia, ab idea, & generantur, & formantur, & figurantur. Quibus experimentis Platonici hoc axioma collegerunt. Corpora, quatenus corpora, nullam habent vim agendi; & ſi quædam corpora videntur agere, id ipſum agunt per vim incorpoream, quæ eſt in eis: Ea autem vis, vel qualitas prima eſt, calor, frigus, humiditas, & ſiccitas, vel aliqua qualitatum ſecundarum vel à natura, vel ab anima, vel à mente, vel à Deo immediatè, & mediatè omnia dicenda ſunt agere, atq; ita inquiſitioni pręmotæ ſatisfactum putamus.

Omnia ab incorporeis cauſis facta ſunt, quia corpora ipſa, quatenus talia nullam habent vim agendi.

Concludit omnia fieri à vi incorporea, & ideis.

Sit igitur materia prima creata, & producta, & non coęterna Deo, vt abſq; ratione voluere Platonici vetuſtiores, licet medij quæſtionem hanc ſuperuacaneam eſſe putauerunt, hac ratione ſuffulti, quoniam materia, vt pura potentia eſt, nihil eſt; quod ſic facilimè probari exiſtimarūt. Materia non exiſtit nunc, ergo materia non eſt nunc, & ſi non exiſtit nunc, nihil eſt,

Quare q̄ſt. de materia vana reputatur.

eſt, igitur eſt veluti chaos, & chimera, quę non exiſtunt nunc, igitur nullo modo exiſtit verè, nam res non dicitur eſſe, donec actu, & verè non exiſtat. Item ſi forma eſt cauſa, vt materia exiſtat, igitur eſt cauſa, & principium materiæ, igitur datur principium principij, quod eſt falſum, ac in infinitũ ducens. Vlterius, ſi materia per formam producitur in actum, producitur vel ex nihilo, vel ex ſe ipſa, vel ex alia materia, non poteſt dici ex alia, quia iã prima non eſſet, & in infinitum daretur progreſſus, non ex ſe ipſa, quoniam ſequeretur, quod eſſet materia materiæ, quod eſt vanum. Præterea materia antequam à forma ad actum producatur, aut eſt alicubi, aut eſt nullibi, ſi nullibi eſt, ergo actu eſt, at actu eſſe non poteſt per ſupradictã rationem, igitur non eſt materia, igitur, cum ſui natura nihil ſit, ſuperfluũ fuit de ea inquirere, an ſit genita, vel ingenita; quæſtio igitur à primo ad vltimum fuit inanis, eo quia fuit de non ente.

Qui volunt materiã ſui natura nihil eſſe.

Iſtorũ opinio videtur eſſe multis nullius ponderis, eo quia volunt materiam nihil omninò eſſe, quæ tamen eſt aliquid, licet imperfectum, licet inordinatum, & propè nihil: Idcircò nos admittamus eãdem, & eſſe aliquid tali modo, & eſſe à Deo ſummo creatam, eadem ratione, qua ſupra, & ob id non eſſe Deo ipſi, qui maximè eſt, coęternam.

Materia eſt propè nihil.

Mundus an fuerit in tempore, vel in æuo creatus?

SEquamur modo perquirere, & declarare, quando fuit mundus creatus .i. an fuerit in tempore productus, vel demum in qua hora? Plutarchus, & Atticus, qui ſæpè citantur à Philopono, & cũ eis alij multi dixerunt, mundum eſſe genitum in tempore, in doctrina Platonis, & eorũ ratio forſan erat, propterea quod viderunt in cõtextu Platonis, factam eſſe explicitam mentionem, de quodam confuſo, & inordinato motu, in Timeo .ſ. antequam mundus ab Opifice ordinaretur.

Rjib. rf. de aėrma.

Putarunt ergo hi Philoſophi, quod poſtquam ex confeſſione Plat. ante mundum, erat motus inordinatus, ita cum eo motu neceſſe eſſet etiam & tempus adeſſe; fatebãtur .n. id, quod ẽt Ariſt. docuit, motum eſſe mobilis, tempus autem eſſe menſurã motus. Si igitur ante mundum fuit mobile, materia .ſ. informis, & confuſa, & veluti chaos, quod Exiodus dixit eſſe omnium primum, tunc adfuiſſe & tempus, quod motum illum inordinatum menſuraret, neceſſe eſt. Quo ſtante mundum ab Opifice factum eſſe in tempore; & ob id debere dici in tempore genitum omninò oportet.

Veteres Platon. putarũt mundũ eſſe in tempore factum.

Ex altera parte, Plotinus, & ſequaces ſupra allegati, Crantorem primum Platonis expoſitorem ſecuti, aliam ſecuti ſũt viam, & tutiorem, dicẽtes, mundum non fuiſſe in tempore productum, nam ſicut non fuit re genitus, & temporariè, ſed dũtaxat ratione, & cauſatiuè, quod iam nobis, vt dogma eorum ſupra expoſitum eſt, ita non poſſe dici eundem habuiſſe principium in tempore, ſed potius fieri in æuo. Vel, vt alij dixere, ipſum mundum per emanationem productum, & in diem produci, non autem id fieri, vel in tempore, vel extra tempus, ſed cum tempore.

Plotinus, & ſequaces putarunt mundum non in tempore factum, ſed in æuo productum.

Proclus tamen in commentario Timei, exiſtimat neceſſariam eſſe hanc explicationem declarare .ſ. An in tẽpore, vel extra tempus mundus ſit genitus, nec necùm Plato multis modis ſumat hoc nomẽ genitum in ſua Philoſophia. Ait .n. præſtantiſſimus vir, hoc poſſe tribui mundo, animæ, & tempori, nam vocat ipſe mundum genitum, animam genitam, & tempus genitum, ſed longè diuerſis rationibus, nam alia eſt animarum genitura, & eſt illa, de qua ſuo agemus loco vberrimè; alia mundi, & eſt illa, de qua ſupra, quæ non parum diſtat ab illa animæ; alia temporis, quæ ab vtraq; etiam diſcrepat.

Genitũ triplici modo ſumitur in doct. Plat.

Sed nos ad genituram mundi, quam realem, & temporariam ſtatuimus, accedamus: fuit ne in tempore aliquo determinato facta? Reſpondent Atticus, &

Plu-

De qua genitura intelligitur hic.

Plutarchus, quod ſic. Negant Crantor, Plotinus, Porphyrius, & Iamblicus: at Plato autumat mundum genitum; ergo in aliquo inſtāti temporis genitum, dicūt ipſi? Eſt vtiq; genitus mundus, aiunt hi grauiſſimi Philoſophi, ſed non genitura temporali, ſed illa, quę eſt reſpondentię; nam quadruplex eſt in Philoſophia Platonis: prima eſt temporalis, & eſt illa, in qua res producta habet eſſendi principiū. Secunda eſt compoſitiua ex rebus etiam incorporeis, & eſt illa animæ generatio, & compoſitio, quę dicitur conſtare ex eſſentia indiuiſibili, diuiſibiliq; ſtatu, & motu (vt in lib. de anima ad aures Platonis latè explicabimus.) Tertia eſt deriuatiua, & eſt illa, quæ applicari poteſt dumtaxat rebus in ęternitate æui productis. Quarta eſt genitura in potentia, & eſt earum rerum, quæ generari poſſunt, licet nunquam generentur; Hanc diſtinctionem etiam afferemus lib. de anima, vt ibi patebit.

Genitum verum eſt in quadruplici differentia, ſecundū Platon.

Quæ genitura ſit mūdus genitus ſecūdū Platon. & ſeq.

Modo admittimus, Platonē velle mūdum genitum, & eundem appellare genitum, tertia, & quarta genitura, nō autem prima, quæ eſt temporalis, eò quia mundus in tempore nō eſt re vera productus, neq; de his vult intelligere Plato.

At Proclus volēs nihilominus hos cōciliare Philoſophos, ſiue hanc quæſtionē determinare, interrogat ſic Atticum, & Plutarchum; *De qua genitura vultis mundum genitum ex his quatuor, ò Attice, & Plutarche?* Reſpondent, ex omnibus hiſce genituris genitum eſſe mundum; & hæc eſt ratio prima, quæ ex Platone eruitur, igitur & aliæ tres, nam neceſſariò ſequitur, quod id, quod primo modo eſt genitum .ſ. tempore, habeat etiā tres reliquos modos ſupradictos, nam quod in tempore gignitur, & compoſitum eſt, & à cauſa factum eſt, eſt etiam ſui natura generabile; at primum modum generationis habet mundus, igitur & tres reliquos, at habet tres reliquos, ergo habet & primum, ergo à primo ad vltimum mundus eſt in tēpore genitus.

Proclus id prorſus negat, nam & ipſe eſt de ea ſecta, quæ putat mundum genitum altiore quodam ſenſu, & magis myſtico, quàm reali. Idcircò pro abſoluenda quæſtione, in medium diſtinctionem pulcherrimam adducit, quæ eſt ſcitu digniſſima; & eſt talis: Occurrit ergo Attico, & ait: *Duplex eſt tempus ò Attice, alterum ante mundum, quod eſt .ſ. mēſura motus inordinati ipſius chaos; alterum eſt tempus, quod quidem factum eſt cùm cælo, & iure dicitur menſura motus ipſius cæli, atq; hoc eſt tempus ordinatiſſimum, ſicuti motus, cuius eſt menſura, eſt ordinatiſſimus. Si ergo dicis mundum eſſe factum in tēpore priore ſignificatione, concedam* (inquit Proclus) *ſi verò intelligis ſecundo modo, nego prorſus: nam ſi tempus eſt menſura motus cæli, neceſſe eſt, vt ante ipſum ſit, & mobile, hoc eſt cælum, ergo cælum ſui natura precedit tempus.* Cœlum autem eſt pars mundi, ergo mundus ante tempus, ergo non poteſt dici mundus, quod præcedit tempus, tribus gradibus eſſe factus, poſt tempus, vel in tempore, quod eſt poſterius ipſo mundo, atq; ita diſtinctione iſta, abſoluta remaneret tota quæſtio, ſi tamen alij Platonici vellent, ad mentem Pręceptoris, mūdum habuiſſe ortum realem, & non myſticum.

Diſtin. pulcherrima pro abſolutione quæſt.

Proclus impugnat Plutarch & ſeq. eiuſmodi genituram tēporalem.

Hoc diſt. remanet abſoluta quæſt.

Sed nos, & cum Platone ipſo, & cum vetuſtiſſimo Mercurio, nolumus mūdum in tempore genitum, quoquo modo ſumatur tempus primo, vel ſecundo modo, & ad hoc aſſerendum cōſpicuè me mouēt rationes. Mundus non eſt in tempore factus, quo ad primam temporis ſignificationem, nam cùm tempus ſit menſura motus, eſt mobilis paſſio, at mobile ad hoc vt re vera dicatur moueri, oportet eſſe in actu, materia verò, vel eſt nihil, vel eſt propè, nihil, vel eſt pura potētia, igitur nō re vera moueri dicitur, nec per conſequens tempus cauſari, & fieri menſura, ex eius imperfectiſſimo motu.

Mundus nō eſt factus in tēpore vllo modo.

Prima ratio

Præterea à Platone, mūdus dicitur iure genitus, ea nimirum generatione, de qua ſupra; anima dicitur genita modo iā dicto, & tempus dicitur genitum: at geni-

2. Ratio.

tum in tempore dicitur, quatenus dependet à motu mobilis perfecti, & perfectè actu exiſtētis (Proclo aſſertore in Timeo) igitur non pōt dici, quod ex materia, quæ eſt ens imperfectum, & nullo modo in actu exiſtens, ſed in pura potentia; non dicatur: igitur mundus in tēpore factus hoc modo, niſi ineptè, niſi abſq; vera temporis ratione.

3. Ratio.

Neq; quoad ſecūdum temporis ſignificatum, mundus dici poteſt in tempore creatus, quod ſic probari poteſt. Si Deus fecit mundum, vel fecit in tempore, vel ante tempus, vel in principio temporis, vel poſt tempus, nō in tempore, quoniam ſi non erat mundus, non erat mobile, non erat motus, & per cōſequens nō erat tempus, quod, vt menſura eiuſdem, non poteſt eſſe, & abſq; ipſo, & ſine mundo (ſi tamen admittimus Ariſt. diffinitionem temporis, prout admittere ad præſens debemus, & etiam eiuſdem determinationem de motu. ſ. quod neceſſario fiat à mobili) vnde ſi eſt motus, eſt etiam aliquid, quod mouetur, &c. hac ratione igitur nō eſt mundus in tempore factus. Nec ante tempus, quoniam ex eo inſtanti, quo factus eſt mundus, ex eo factum eſt mobile, motus, & tempus. Nec in principio temporis, quoniam ſequeretur, quod eſſet tempus ante mundū, quod eſt maximum inconueniens, vnde iam contrarium à nobis probatum eſt . ſ. nullo modo tempus ante mundi ortum reperiri. Nec tandem poſt tempus, quoniam ſequeretur idem abſurdum, quod eſt maximum in Philoſophia omnium ſectarum . ſ. quod fuiſſet tempus ante motum, & ante mobile.

4. Phyſic.
5. ibid.
5. 6. 7. & 8. ibid.

Concluſio.

A primo igitur ad vltimum, mundus non eſt factus, neq; in tempore, neq; ante tempus, neq; in principio tēporis, neq; demum poſt tempus, igitur nullo modo in tempore factus.

Poſit Aſtrologor. circa hanc doctr. ridicula.

Aſtrologorum tamen nonnulli videntur velle mundum in principio temporis genitum . ſ. quando Sol ingreditur principium Arietis, tunc (aiunt) Deum mundum cōdidiſſe, ideo ipſi ab illo anni principio ſuam incipiunt Aſtrologiam.

Ridicula Aſtrolog. doctrina circa hanc poſit.

Ridiculum ſanè dogma, & vndequaq; explodēdum, nam quo modo Sol erat in principio Arietis, ſi adhuc neq; Sol erat, neq; aries, neq; eiuſdem principium? non . n. loquimur mundum factum eſſe à Deo per partes, vt . ſ. prius vnam partem faceret, quam aliā, ſed ſimul totus factus eſt; ideò hæc poſitio, vt ridicula relinquatur, quemadmodum & ipſi ridiculi mimi vt plurimum apparent, quomodo poſſit eſſe hoc verum in Theologia noſtra, reſtat probatum, vt . ſ. dicit habitudinem menſuræ, quam expoſitionem ſuperiori lib. attulimus.

Mundus eſt productus in æuo.

Tandem ſi nullo horum modorum factus eſt mundus, quando igitur factus eſt . ſ. in quo inſtanti, & in qua mora? Dicendum eſt, quod in nulla, ſed in quo: nullo igitur modo tempus habet quidquam rei cum mundi creatione, habet tamen æuum, in quo dicimus mūdū eſſe factum. & ſi quis vellet curioſè perquirere, quid ſit æuum per Platonem, & quomodo à tempore differat? dici poſſet cum Plotino lib. de æternitate, & tempore, quod æuum eſt exemplar, ſiue idea ipſius temporis, at ſi idea eſt, vtiq; eſt indiuiſibile, cum idea cuiuſcunq; rei ſit de genere diuinorum.

Quid ſit æuum in via Plat.

Alij dicunt, æuum eſſe continentiam temporis, & nos volumus, æuum dici totum tempus indiuiſibile, ſicuti æuum dici poteſt ipſum, & tempus diuiſibile, è contra.

Quinque ſe conſequuntur ſecundū doctr. Triſmegiſti.

Aeuum immediatè conſequitur ipſum Deum, qui vitam cum Cælicolis ducit ſempiternam, & beatam; quinq; (ait Mercurius Termaximus) ſe ſe conſequuntur Deus, æuum, mundus, tempus, & generatio, & vnum dicitur eſſe in alio, præter Deum, qui eſt in ſe ipſo, & non in alio.

Lib. de æternit. & tempore.

Sed æuum eſt in Deo, hoc eſt æuum, quod eſt permanentia æterna, non poteſt eſſe niſi in æterna, & immutabili eſſentia, quæ eſt ipſe Deus: Mundus poſtea dicitur in æuo factus, & perſeuerans; tempus verò in mundo dicitur iure, quoniā abſq; eius motu, & eſſe, & concipi non poteſt, cum ſit diuiſibilis permanentia, quæ ab

alio

alio pendet, & quo ad eſſe, & quo ad diuiſibilitatem, vterq; eſt permanentia, ſiue perſeuerantia ſempiterna, in vita conſiſtens (teſte Plotino) ſed diuerſa ratione, nam æuum eſt perſeuerantia, ſimul tota permanens, & indiuiſibilis, tempus verò eſt vtiq; perſeuerantia, ſed ſucceſſiuè progrediens per partes præteriti, & diuiſibilis, in æuo nihil eſt præteritum, nihil præſens, nihilq; futurum, omnia ſunt ſimul tota, & hæc eſt magna inter æuum, & tēpus differentia, ſecundum eundem Plotinum lib. de æternitate, & tempore; idem æuum eſt vita infinita, tota ſimul, tempus verò eſt vita, ſed procedens per differentias tres, in infinitum tamē æuū nunquam præterit, neq; ſuccedit pars parti, tempus, & præterit, & ſuccedit pars alia. In æuo nihil prius, nihilq; poſterius; in tempore & prius, & poſterius; æuum conſiſtit in ſtatu, in identitate, in vno; tempus verò conſiſtit in contrarijs; hoc eſt in motu, in diuerſitate, in multitudine partiū. Aeuum nūquam eſſe deſinit, neq; toto, neq; parte, tempus partibus deſinit, & ex eſſe, & non eſſe veluti innouatur.

Differentiæ inter æuum & tempus.

Vlterius; æuū non cœpit eſſe, tēpus verò cæpit eſſe cum motu, & cū mobili; nā ſi motus nō eſſet (vt millies iam dictum eſt) non eſſet tempus, & ex hac alia differentia æui, & temporis, à Plotino conſtituta loco præcitato, eruitur, quod mundus nūquam poteſt dici in tempore factus. Demum, æuum eſt in rebus æternis, intelligibilibus, & diuinis, tempus verò eſt in rebus corporeis genitis, & corruptibilibus.

Nunquid hæc dicta de Aeuo, Scoto, ac D. Bonau. ſint cōſentanea? vide hunc lib. 1. d. 37. par. 2. dub. 3. & 2. d. 2. par. 1. per tot. & illum lib. 2. d. 2. q. 3. & 4.

Mundus igitur eſt in æuo factus, quod minimè ambigi poteſt, quoniam, quando ipſum produxit opifex, nulla determinati temporis differentia concipi poterat. Benè poteſt dici, mundum cum ipſo tēpore factum, quia in illa mora, in qua productus eſt mundus, in eadem, & tempus, cum ſimul totum illicò, & in inſtanti produxerit. Sit igitur mundus genitus, non tamen ex præuia materia creatus, neq; in tēpore productus, ſed in æuo, quod maximè differt à tempore, & quod immediatè ſequitur Deum, &c.

Cōcl. quod mundus ſit in æuo factus, & non in tempore.

Quare opifex creauit mundum.

PRoſequamur modò quærere, ſecundum ordinem præmiſſum, quam ob cauſam .ſ. finalem, mundum produxerit opifex. Cauſam efficientem iſtius mundi ſat ſ conſpicuè (ni fallor) vſq; modo explicuimus, ordo expoſcit cōgruus, vt finalem explicemus, quam omnium nobiliſſimam, omnium præſtantiſſimam exiſtimamus, & optimo iure, nam ſicuti efficiens eſt tertia Triadis Platonicæ ſubſtantia .ſ. mens opifex, ita ſecunda eſt exemplaris; de qua infra agemus, demonſtrando mūdi materialis admirandam pulchritudinem. Primaq; eſt primum verum, primum vnum, & primum bonum, hoc eſt Deus ſummus, de quo ſatis abundè ſuo loco dictū eſt. Hic eſt cauſa finalis iſtius mundi: at quomodo, & qua ratione dicatur talis, videamus modo.

Quare Deus creauit mūdum.

Deus eſt cauſa finalis mundi, & quomodo.

Sunt verba Platonis in Timeo, quę facillimè hanc veritatem vnicuiq; aperire poſſunt. *Dicamus igitur* (ait ibi Timeus Locrus, qui eſt principalis Dialogi perſona) *quam ob cauſam ille rerum auctor generationem, & hoc vniuerſum conſtituit? Bonus erat, bonum autem nulla vnquam aliqua de re inuidia tangitur, ergo cum liuor ab eo alieniſſimus eſſet, omnia ſibi, quantum fieri poterat, ſimillima fieri voluit.* In his ſanè verbis clarè apparet, Platonem velle cauſam hanc finalem vniuerſi perſcrutari, quinimò videtur eādem liquidò proferre, cum ait. *Voluit omnia ſibi quantum poterant ſimillima fieri.* At nos dicimus Deus Bonus eſt, & optima ratione, ſuper omnia, igitur Bonum voluit fieri mundum, bona voluit fieri omnia, in eo exiſtentia, & ad hunc eundem finem, & eadem produxit, & creauit.

Verba text. in Timeo.

Deus gratia ſuæ bonitatis creauit mundum, & omnia, quæ in eo ſunt.

Quod ſit mundus ad finem præuiſum, & præcognitū factus, liquet ex hoc, quoniam non eſt caſu factus (quod alibi probauimus) igitur ad finem, factus eſt, at ſi ad finem, in quem reſpexit opifex, factus eſt, igitur non eſt, neq; eſſe poteſt alius,

 quam

quam hic, quem Plato ponit in contextu Timei, his verbis. *Omnia ſibi, quantum fieri poterant, ſimillima fieri voluit.*

Sed eſt nihilominus conſiderandum, quod hæc ſimilitudo licet poſſit dici finis mundi, non tamen ſupremus eſt, ſed ſupremus iſtius factionis eſt, vt bonũ ipſum cõſequatur homo, & ſuam participet bonitatem, quæ in ipſo eſt eſſentialis proprietas, & omnium excellentiſſima.

Eſt itidem conſiderandum, quod artifex, & opifex mundi, eſt mens illa, quæ tertio loco Triadis Platonicæ à Proclo collocatur, & eſt bona, quia eſt ſummi boni filia, & quia omnia ad ſimilitudinem patris voluit fieri, hoc eſt bonitatis. Bonitas igitur hæc nõ eſt ſimpliciter cauſa finalis iſtius mundi, ſed etiam eſſe poteſt veluti cauſa efficiens, quinimò & cauſa (vt ita dicam) impulſiua illius, neq; hoc repugnare dicitur, cum cauſę, in doctrina Peripathetica, ſunt ſibi inuicem cauſæ.

Non ſolum Dei bonitas dicitur cauſa finalis mundi, ſed etiam impulſiua.

Quidam de Peripathetica illa familia detorſerunt hæc verba, tanquam Plato dixerit, Bonitatem opificis ſtare præciſè pro cauſa finali: ſed perperam intellexerunt; cauſam finalem habet opifex à ſe, & ab eſſentia ſua longè diuerſam; alteram, quam in mundi corpus veluti trãsfundit, alteram verò, quam ſummum bonum reſpicit; rectè igitur hic locus, & ſano mentis oculo percipiatur.

Concluſio.

Dicamus igitur pro concluſione iſtius poſitionis, opificem hunc mundum produxiſſe, vt omnia, quantum fieri poſſent, quam ſimillima ipſi primo, ac illi etiam efficerentur, hoc eſt cum ipſe bonus ſit, ipſa quoq; bona fierent. Bonitas autem hęc ipſius opificis, quatenus eſt in ſe, cauſa efficiẽs fuit, ſeu impulſiua, vt mundum hũc produceret, atq; hæc eadem bonitas cauſa eſt finalis, vt omnia, quæ ipſe fecit, ad ipſum primum conuertantur, & illum, vt proprium finem appetant.

Bonitas Dei finalis cauſa nõ ſolũ eſt, ſed efficiens mundi.

Mercurius Termaximus tamen videtur aliam voluiſſe mundi iſtius cauſam finalem, quando hunc conſtituiſſe, ait, ad manifeſtandam propriam gloriam, & ad demonſtrandum ipſum nõ eſſe imperfectum, inquit enim in epiſtola ad Aſclepium. *Deus mundum fecit, vt patefaceret ſuam gloriam*; Itidem in libello mẽtis; *Vna .n. eſt eius gloria facere omnia*. alibi: *Quæ gloria maior eſt, vt non videatur imperfectus, aut otioſus, otioſus quidem, ſi nihil faceret; imperfectus, ſi non omnia faceret*. Nam niſi omnia faceret, ob impotẽtiam id accideret, ob impotentiam quidem, vt aliquid poſſet facere, aliquid autem aliud non; cùm autem nulla impotẽtia in Deum cadat, neque in eum cadere poteſt imperfectio, itaque gloria eius in hoc conſiſtit, vt neq; otioſus reperiatur, neq; imperfectus. Verum hæc gloria in quonam cõſiſtat, nempè in eo, quod cognoſcatur.

Merc. cauſam mundi finalẽ aliam voluit.

Epiſtola ad Aſclep. Deus mũdum fecit, vt patefaceret ſuã gloriam.

Finis igitur creationis mundi, ex ipſo videtur eſſe, vt manifeſtetur gloria creatoris, potentiaq;, & perfectio eiuſdem, necnon, vt eiuſdem exacta habeatur cognitio, & non eſt bonitas.

Verum, ſi verba Mercurij alibi ſcripta rectè perpendantur, vt in Sermone Catholico, inueniemus Deum, nil aliud eſſe, per ipſum, quam bonum, & naturam, & ſubſtantiam eius: nil aliud dici debere, quam bonum, vnde nos dicimus, ſi eius natura, eius ſubſtantia, eſt bonitas ipſa, in ea conſiſtit eius gloria, eius manifeſtatio, & eius cognitio, quæ vult haberi, ſi quidem, ſi mũdum fecit propter has opifex, & ipſe ſit propter bonitatem, igitur magis his mediantibus propter bonitatem conſtituit mundum, & ſic bonitas dicitur mundi finalis cauſa, & ſic Mercurius concordat cum Platone ipſo, ſicuti etiam in cæteris ab eo non diſcrepat.

Coincidit Merc cum Plat. in cauſa finali mũdi.

Quod autem Deus ſit bonum ipſum, probat ſapientiſſimus vir, ex conditionibus Dei ipſius. *Deus bonus eſt (ait) quia omnia dat, Bonus eſt, quia accipit nihil*, & probatur ſic ab eo in eodem Catholico: *Ibi nullum malum, vbi ſolum bonum, in Deo nullum malum, ergo in eo ſolum bonum*. Quod in eo nullum ſit malum, ex hoc probatur, quoniam in Deo nulla cadit paſſio, quia nulla eſt debilitas, quia Deo nihil eſt poten-

Pulcherrima doctrina Mercur. qua probat Dei bonitat.

tentius, igitur nihil timet. *In Deo* (proſequitur) *nulla eſt ignorantia, ergo Deo nihil eſt ſapientius, ergo in Deo nulla inuidia, nulla debilitas, nullus timor. Deo nihil eſt par, ergo cum nullo contendit; in Deo nulla eſt iracundia, igitur Deus eſt perfectiſſimus, & ex perfectione ſua nihil amittit, ergo amiſſione non dolet; ergo in eo nullus eſt dolor: iſtæ ſunt principaliſſimę paſſiones, quarum nulla in Deũ cadit, ergo in Deo nulla eſt paſſio, igitur nullum malum, ergo, à primo ad vltimum, in Deo ſolum bonum, igitur in Deo præter bonitatẽ nihil aliud eſt.* hæc omnia habentur in Catholico.

In Catholico, & alibi.

Præterea Bonus etiam dicitur Deus, quoniam nihil accipit, quia non habet, à quo accipiat, non habet par, non habet ſuperius, quia primus eſt, & ante primum nihil eſt; par non habet, quia eſſent duo Dij, ergo ſolus eſt, & ſolus Bonus.

Ex his argumentationibus Deus ſolus Bonus eſſe concluditur, at ſi vult gloriam ſuæ Bonitatis manifeſtari in mundi productione, idem eſt, ac ſi diceretur, voluit bonitatem ſuam glorioſam manifeſtari, ac eadem ratione communicari, quibus ſe eſſe perfectiſſimum oſtendit, ideo non otioſum, non ſuperbum, non inſcientem, non impotentem, non inuidum; itaq; ſicut bonus glorificatur, vt perfecta bonitate præditus cognoſcitur, ac eadem ratione diligitur; igitur omnia, quæ de ipſo dicuntur, gratia ſuæ bonitatis dicuntur.

Dicitur iure non inuidus (vt cætera munera pertranſeam) & à Mercurio hic, & à Platone in Timeo, in illis verbis: *Bonum nullius vnquam rei inuidia tangitur, quoniam in ſe ipſo ſuę bonitatis munera minimè retinet, ſed diffundit eiuſdem radios per omnia, quæ ſunt extra ſe:* vnde ſicuti dicitur ipſe Bonus ſolus per eſſentiam, cętera dicuntur bona per participationem iſtorum radiorum; dicũtur bona meritò, quinimò valde bona, quoniã infuſionem ſuæ bonitatis participant, & à voluntate ſua acquiſiuere inſignia iſti[a] admirabilis bonitatis. Vnde Plato in eodem Timeo dicit: *Cum vellet Deus omnia bona fore*; hoc eſt, hæc omnia bonitate inſigniri, *nil verò malum*, hoc eſt nihil voluit mali admiſceri, vt ipſe in omnibus, & per omnia cognoſceretur, & glorificaretur, vt Bonus, atq; ideo amaretur, vt perfectus, & Bonus, hæc eſt cauſa finalis mundanæ creationis.

Inſignis dubitatio circa hanc diuinam bonitatem, & eiuſdem Platonica, & præclara ſolutio.

SEd hic oritur nõ leuis difficultas, quomodo .ſ. omnia dicãtur bona, eo quia ſint participantia eius bonitatis, cùm in mundo multa cernamus mala, quinimò valdè mala, quę ad perniciem ſæpè, ſępius ducunt homines? Proclus, & Maximus Tyrius, Platonici præſtantiſſimi, hanc mouent quæſtionem, & eandem abſoluunt, & in abſoluendo pulcherrimas afferunt contemplationes, & admirabiles conceptus.

Proclus in Timeo & Maximus Tyrius ſermo. 25.

Dicit igitur Proclus ſuper hæc verba Platonis: *Cum vellet Deus omnia bona fore*, & voluiſſe quidem Deum omnia bona eſſe ob ſuperexcellentem ſuãm bonitatem, & ſi voluit potuit, fruſtra .n. eſſet ea volũtas, ſi non potuiſſet, quod volebat: ſi verò potuit, etiam effecit; nam ſi non effeciſſet, potentia eius fruſtra fuiſſet, at in Deo nihil eſt fruſtra, igitur & cætera.

Hæc ratio ſolũ habet efficaciã in operibus ad intra.

Quæſtio hæc hinc videtur pendere. Si Deus voluit, & potuit, & effecit, cuncta eſſe bona in vniuerſo, vnde igitur tot mala in hoc mundo? Malum .n. eſt oppoſitum ipſi bono; bonum autẽ ex axiomate Trimagiſtri, & omne largiens bonum (vt vidimus) videtur eſſe eius contrariũ malum. Id quod contrariam operationem largitioni infert, hoc eſt omne afferens malum.

Omnia bona fecit Deus in mundo.

Eſſe autem mala in mundo, ſatis conſtat, propterea quod & plantę multę noxiæ ſunt, & animalia, & reptilia noxia, vt ſerpentes, ſcorpiones, & alia venenoſa

mul-

multa aſſerentia mala: homines quoque multi, & praui, & iniuſti, & violenti, & crudeles, &c.

Peccata omnia, mala, vitia quoq; omnia, infirmitates corporis, prauitas ſenſuum, ſtupiditas ratiocinij, & obſcuritas intellectus; & quidem pleriq;, & maxima pars eorum videntur tales, quare, &c.

Proponitur quæſtio diſput.

Quomodo igitur Plato in Timeo dixit, Deum noluiſſe malum eſſe quidquam in mundo? allucinatur, & cùm eo Ariſt. qui ſecundo Phyſicorum auſus eſt adſtruere hominem eſſe finem omnium rerum, & eius cauſa: cuncta etiam animalia, & reliqua omnia eſſe, vt bona: qui quidem homo, ſi malus plerunq; eſt, & tot mala habeat ſibi coniuncta, quo pacto dici poteſt finis omnium rerum, cùm ſub ratione finis non aliud, quam bonum comprehédatur, & contineatur, vt modò cõcluſum eſt ad aures Platonis, & Mercurij?

Sanè Proclus in agitanda hac quæſtione, pulcherrima multa, & ea quidem magna, & altæ contemplationis diſcutit: quæ omnia hic adducere ſuperuacaneum puto; pauca quidem adducam, ſed maximè memoria retinenda: at concluſionem accipiamus.

Concluſio.

Deus mundum condidit, Deus bonus eſt, mundus autem hic (vt ait Mercurius) imago illius eſt, ergo bonus. Itaq; in vniuerſo hoc, quo ad Deum conditorem nihil mali ineſt in mundo, quatenus mundus eſt, quatenus mente præditus, quatenus anima viuens, quatenus natura motus, nihil eſt mali; vniuerſalia corpora cęli elementa, nihil mali in ſe habent, nihil mali patiuntur, nam omnia, & ęterna ſũt, & ſemper ſecũdum naturam eodem modo ſe habent. Relinquitur ergo, ſi neq; reſpectu Dei, neq; reſpectu opificis, neque reſpectu animæ mundanæ, neq; reſpectu vniuerſalis naturæ malum in mundo reperiatur, vt in particularibus, & animabus, & naturis, & corporibus itidem omnia mala inſint, quæ & ſentimus, & cognoſcimus, & quodammodo tangimus.

Omnia in mundo exiſtentia inferiori bona ſunt, ſecundum Merc.

Dicamus igitur nos cum Proclo ipſo, animas omnes, corpora cuncta, naturas ſingulas, tria in ſe habere: Eſſentiam, potentiam, & actionem. Malum non eſt in eſſentia animarum, omnes .n. eſſentię earum ſunt à Deo, neq; eſt in potentijs earũ, quoniam omnes potentiæ ſeſe habent ſecũdum naturam, quod autem ſecundum naturam eſt, malum eſſe non poteſt, ergo ſi aliquod animæ malum ineſt, neceſſe eſt actionibus ineſſe, & in his non eſt in rationalibus actionibus, quæ .n. actiones ſecundum rationem fiunt, omnes bonum appetunt, omnes ad bonum diriguntur, non ergo ſunt malæ: neq; etiam reperitur malum in actionibus animæ irrationalis, omnes enim animæ irrationales, & vires, & actiones ſecũdum naturam operantur, à qua diriguntur.

Nullū malū reperitur in animarū eſſentijs, potentijs, & actionibus.

Sunt autem aliæ, quæ ex animoſa potentia proficiſcuntur, & ſecundum propriam naturam nocua expendunt, ergo bonæ ſunt. Aliæ verò ſunt concupiſcibilis partis, & hæ ſecundum ſui naturam appetunt iucunda, quæ ad propriam animalis conſeruationem pertinent, ergo cum cõſeruatio bona ſit, ipſę quoq; bonæ ſunt. Hæc eſt doctrina Platonis, quam colligit Proclus ex Politico, ex Republica, & ex Theeteto, vbi docet, ſi vnaquęq; animæ vis, ſuum munus exequatur, & obediat, in anima ſummã iuſtitiam gigni, & ſumma pace frui, nam ſi ratio imperet animoſæ, animoſa obediat rationi, & ſimul imperet concupiſcibili, concupiſcibilis autem obediat animoſæ ſecundum rationem imperanti, proculdubiò & pax, & iuſtitia efficitur in anima, pax autem bona eſt, iuſtitia, vt virtus, bona eſt, ergo in anima ſecundum naturam cõſtituta nullum eſt malum.

Hæc doctrina eruitur ex Plat. in Politico, Republica, & Theeteto.

At vitia, quæ dicebamus eſſe iniuſtitiam, timiditatem, nimiũ luxum, crudelitatem, & cætera, non ne mala ſunt? non ne animæ ſũt? igitur in anima ſunt, igitur quomodo in anima nullum dicitur ineſſe malum? Soluit Proclus facillimè hanc difficultatem. Malum omne, quod in anima eſt, poſitũ eſt in ἀσυμμετρίᾳ. Aſſimetria, hoc

A quo om͠ia ducat vitia, & peccata in anima. hoc eſt in nõ recta commenſuratione actionum harum virium. Nam cum animoſa vis non obediat rationi, non impe-ret concupiſcibili, iam hæc eſt confuſio præter naturam ipſius animæ, & hoc eſt malum ipſius, hincq; oriũtur omnia animę vitia, omnia eius mala.

Malum itidem in corporibus ſecũdum naturam conſtitutis, nullum eſt, nã cum materia, & forma conſtent, malum non eſt in materia, quoniam ſui natura appetit formam (Ariſt. aſſertore) tanquam aliquod diuinum; hic autem appetitus, cum oriatur ab ipſa materia, malum eſſe non poteſt, malũ enim in materiæ eſſentia nullum. Non eſt in forma corporis malum, propterea quod forma tum exornat ipſam materiam, ornatus autem hic bonus eſt, tum etiã forma diuinũ quoddam eſt, diuinum autẽ nullum malũ eſt; ſed vnde tot mala corporibus inſunt, deformitates nempè, defectus, & infirmitates? proculdubiò in eadẽ Aſſymetria formæ, & materiæ. Natura aũt, quæ videtur eſſe vinculũ animę, cum corpore, nullum itidem recipit malum, ſi ſecundum naturam ſunt conſtituta. Voco autem hic naturam ex more, nõ ſolum Platonicorum, ſed etiam Galeni, & Ariſt. eã vim, quę ab anima, veluti è fonte proprio, tanquam riuulus, & tanquam radius deſcendit in corpus, illiq; vitam indit, & ea munera in corpore exercet, quæ potentias, & ſpiritus naturales, ſeu vitales Medici vocãt, & in hoc radio, & vita nullũ eſt malum, ſi, ſecũdum quod oportet, ſit cõſtitutum: ſed malũ omne eſt in Aſsymetria eadem virium harum, cùm viribus, vel cùm intemperie partium ipſius corporis.

Igitur omnia mala, quæ vel in anima, vt vitia, & peccata, vel in corporibus, vel in natura colligante animam cum corpore, reperiuntur, omnia vel poſita ſunt in hac Aſsymetria, vel ex ea oriuntur, tanquam ex cauſa omnis mali, omniſq; peccati: Vnde autem hæc Aſsymetria habeat ortum, par eſt modo declarare. Dicerent quidam, mala omnia venire ab eodem fonte, à quo etiam bona deriuare dicuntur .ſ. ab ipſo opifice. Sed quomodo ab opifice bono mala euenire poſsũt? nemo dat, quod non habet, ſi ipſe eſt natura bonus, ſi nihil ſcit, nihil vult, nihilq; poteſt, niſi bonum diffundere, quomodo (inquam) ab ipſo mala accidere poſſunt? nam ſicuti ignis, qui in eſſentia ſua calidus eſt, non poteſt frigefacere, ſed ſemper calefacere, ita quoq; quod ſui eſſentia bonum eſt, malum producere nõ poteſt, ſed bona efficit neceſſariò, quomodo ergo dicitur ab ipſo, tanquã à ſuo fonte, etiam deriuari mala?

Margin notes: 1. Phyſicor. — Mala in corporibus ex eadem cauſa procedũt. — Quom. appellatur natura vis animaſtica à Platonicis, à Peripath. & Medicis. — A quo om͠ia ducit nõ recta cõmẽſuratio, quæ Aſſymetria dicitur.

Huic pulcherrimæ quęſtioni, pulcherrimã Proclus deniq; affert ſolutionẽ, hac diſtinctione premiſſa. *Alia* (dicit ipſe) *ſunt in mũdo tota, alia ſunt partes; In totis nullum eſt malum, in partibus aliquando eſt malum, quod bonum ſit*; itaq; & idem malum, & bonum reſpectu diuerſorum eſt, malum .ſ. parti, bonum toti. At opifex fecit bona omnia reſpectu totius, quæ mala parti videntur aliquando eſſe. Solut. quęſt. ex Proclo.

Maximus Tyrius, in hac Platonica familia vetuſtus interpres, ante Proclum, hanc quæſtionem excitauit, & ſoluit, dicens, quod opifex mundi principaliter totũ ipsũ reſpexit, partes verò per conſequens, vt ad totũ pertinent: itaq; & cũ eo concordat Proclus. *Si quid malum* (inquit) *eſt huic parti, id ipſum bonum eſt toti*: veluti corruptio alicuius animalis, exempli gratia, malum quidem eſt ipſi animali, quod corrumpitur, & eſſe animal deſinit, ſed in nihilum nõ abit, verùm fit, vel aqua, vel terra, vel aer, vel ignis, vel aliquid huiuſmodi, itaut reficiat in toto id, quod ad componẽdum animal inde natura acceperat, & aſſumpſerat in partibus; corruptio quidem illa malum eſt illius animalis, ſed bonum eſt, quatenus inde totum reintegratur. Solut. iſtius quęſt. Maximi Tyrii in ſermon. ſer. 25.

Aliam addit rationem Proclus, hoc malum corruptionis non eſſe principaliter intẽtum ab opifice, ſed generatio eſt principaliter ab eo intenta. Verũ, quia ſi generationẽ oportet fieri, neceſſe eſt, & cor- Alia ratio Procli.

corruptionem præcedere, quàm præcedit neceſſariò diſpoſitio naturalis, quæ eſt via ad huiuſmodi corruptionem, ex accidente, & non ex prima intentione. Corruptio autem, vt via eſt ad generationē, quæ eſt prima intentio naturæ, & bona eſt, & neceſſaria.

Auct. concluſio circa prædicta.

Sic igitur dicemus nos, mala corporis, vel ſunt, vel oriuntur ab intrinſeca diſpoſitione, vel ab extrinſeco inferuntur; ſi ab extrinſeco, verbi gratia, ſi ſerpēs me momorderit; ſi leo me lacerauerit; hoc ipſum, quod mihi malum eſt, ipſi leoni, ipſi ſerpenti, bonum eſt. Propterea quod inditum eſt ab opifice, omnibus rebus, & animalibus cunctis deſiderium, & appetitus propriæ conſeruationis, & earum rerum, quæ ad conſeruationē faciunt. Conſeruatio proculdubiò, & eius inſtrumenta bona ſūt, ſi leo me lacerauit, cōſeruandi ſui gratia id egit, idem dicitur de ſerpente, idem de reliquis rebus omnibus, quæ nos lędunt, & ſicuti illis conſeruatio bona eſt, ita læſio mihi mala eſt, & hæc per accidens mihi eſt, illis verò per ſe, & primario.

Itidem ſi mala in meo corpore oriuntur, via ſunt ad corruptionem mei, vt via bona; quoniam eſt via ad generationem, & ad reintegrationem earum partium, quæ ab elementis ad mei corporis conflationem defluxerunt.

Quomodo mala poſſunt cenſeri bona, & qua ratione.

Si pari modo mala ſunt, in animabus noſtris, exempli gratia, vitia, peccata, nō poſſunt dici abſolutè mala; quoniam ei, qui peccatū committit, iucundū eſt, & ex electione ſua, & actio illa ordine peccatum formale præcedit, ordo autem rationem habet boni. Præterea poſt commiſſum peccatum (ait Proclus) illicò pœnitētia ſequitur, pœnitentia hæc principium eſt purgationis animi, purgatio autem ad perfectionem via eſt, atq; ita bona; itaq; iam concludatur in vniuerſo, nihil eſſe, ita ſimpliciter malum, vt nō ſit alicui bono coniunctum, eoq; coloratum.

Altera ratio Procli pro huius ſolut.

Ratione altiore vtitur idem Proclus, probando nihil omninò eorum, quæ homines appellāt mala, eſſe ſui natura malum, eius ratio hæc eſt. Malum hoc, vel eſt ens, vel non eſt ens; ſi non ſit ens, ergo nihil omninò; ſi ens eſt, neceſſariò particeps eſt entis veri; ergo vnius, ſi vnius, quę attributio eſt ipſius ſummi Dei, neceſſariò eſt etiam boni. Bonitas enim altera eſt attributio ipſius ſummi boni Dei (vt viſum eſt alibi fuſius) ſi particeps eſt boni, neceſſariò non eſt ſimpliciter malum: ergo nihil eſt in mundo ſincerè malum.

Quæſtionis vltima ſolutio.

At hoc ipſum ens, dum eſt, neceſſariò ab opifice proceſſit; omnia.n.entia ab ipſo opifice progreſſa ſūt, opifex cauſa malorum eſt, quæ mala tamen bona ſunt; cauſa (inquam) non primaria intentione, ſed ſecundaria, quatenus hæc mala omnia, via ſunt ad bona, & quo ad vniuerſum bona ſunt, quoniam ad conſeruationem vniuerſi pertinent; ſi verò mala ſunt, per accidens ſunt, quatenus. ſ. vel ad conſeruationem alicuius rei faciunt omninò, vel vt faciunt ad reintegrationē partium totalium, vel vt ſunt via ad generationem, & ad bonum ipſum.

Pulcherrimæ quæſt. ſolutio, & Platon. doctrinæ circa Dei bonitatem ſincera interpretatio. Sed an aliquid noſtræ Theol. conſentanea? prudens lector conſideret.

Hæc eſt pulcherrima quæſtio abſoluta, quę in longum aliquatenus protracta eſt, eò quod occaſio ſic poſtulabat ad manifeſtationem veritatis, & ſic reſtat verū, quod Deus, vt Bonus eſt, cauſa eſt finalis mundi, ad quem omnia tendunt Bona per participationem, eò quia ab eo profluxere, tanquam à fonte perenni omnis bonitatis, & ſic vera eſt ſententia tūm Platonis in Timeo, tūm Mercurij pluribus in locis.

Quo medio Deus produxit Mundum.

Reſtat modo, atq; ordo expoſtulat, vt quomodo, vel quo medio, ſiue inſtrumento, produxerit mundum hic opifex bonus, perquiramus. Cum igitur natura ipſius ſit eſſe bonum, vt tale, nequaquā cognoſceretur, nec laudaretur, nec propterea appeteretur, ſi intra ſe ſuæ bonitatis munera retineret, nec eius radios

dios in omnibus, & per omnia diffunderet, ſæcundus .n. apparet, & intrinſecè producendo, & extrinſecè creando, & mundum materialem hũc efficiendo. Intrinſecè bonum primum, verum, & vnum mentem imparticipatam produxit, & ipſam animam (vt latè ſuo loco vidimus.) Extrinſecè verò, mundum, & mundana omnia effecit, mediante hac prima mente, & anima, quæ alio nomine dicuntur à Platone, & à Mercurio, Verbum, ideſt mens prima, & ignis, ſiue ſpiritus, tertia, altera ſubſtantia.

Mediante verbo Deus creauit mũdum, ſecundum Merc. & Plat.

Quid ſit verbum in diu.

Spontè, & non coactè Deus, mediãte verbo, creauit mũdum.

Hac igitur mente prima Deus, hoc eſt Verbo, tanquam medio, & quaſi inſtrumento, effecit mundum, & hoc ſpontè, liberè, non coactè, quia agens primum eſt ab omni coactione valde ſemotum: quia voluit, & potuit, & quia voluntas fuit quædam intrinſeca impulſio, idcircò & voluntate, & verbo mediantibus ritè dici poteſt, mundum feciſſe diuinum Opificem.

Hæc vera poſitio grauiſſimis auctoritatibus, & Platonis, & Mercurij comprobari poteſt. In epiſtola ſexta ad tres amicos, mentionẽ faciens de tribus ſuę Triadis ſubſtantijs, vel rectius ſubſiſtentijs: primo vocat Patrem ducẽ omnium, quæ ſunt, & quæ erunt: Verba illius ſunt, quę adduximus etiam lib. de Deo. ſ. *Et ducem omnium ducem eorum, quę ſunt, & futurorum & ducis huius, & cauſæ, patrem dominum adiurantes*: In his appellat ſecundam Triadis perſonam cauſam, &c. at quoniam inter cauſam, & cauſatũ datur mutua relatio, hinc eſt, quod ſi eſt cauſa, eſt alicuius cauſati cauſa, non eſt cauſatus Pater eiuſdem, quinimò ipſe cauſatur ab eo, ergo omnia ſibi inferiora dicuntur ab eo eſſe cauſata ſ. & anima vniuerſalis, & mundus ipſe. At ſi mundus eſt ita cauſatus, nõ tamen dicitur pręcisè, ita ab eo factus, quin ſit à Deo ipſo primo productus, eo mediante, & ſi ipſe, & pater fecerunt mũdum, Pater vſus eſt eo in efficiendo, vt medio, quaſi inſtrumento, & quia à voluntate libera facientis pependit hęc factio, idcircò & voluntate, & verbo mediante factus eſt mundus.

Caute hic.

Factus eſt mũdus à libera Dei voluntate, mediante verbo.

Lib. 3. c. 2. Theologiæ Aegypt.

Scriptum inuenitur etiam in myſtica Philoſophia, ſecundũ Aegyptios, quæ à voce Platonis legentis initium habuit, & ab auditore quodam, quem volunt multi fuiſſe Ariſt. in vnum volumen recepta eſt, & digeſta doctrina inuenitur (inquã) primum intellectũ à Deo primo eſſe procreatum, & hunc rebus alijs procreandis eſſe præfectum, procreauit autem hunc intellectum per mediũ verbum, ergo verbum fuit mediũ illius procreationis, hoc eſt illius poſtea opificis, qui fuit cauſa efficiens mundi, igitur medio verbo primo omnia facta ſunt, igitur mundus.

Lib. 10. cap. 13. vt ſup.

In eodem volumine, cum loqueretur de primario auctore bono omnipotenti, ſubiungit hæc verba: *Ex quo omnia orta ſunt, eadem etiã ſunt ab ipſo verbo procreata.* Procreat quidem primarius auctor, & opifex, procreat etiam verbum, itaut duę hæ perſonæ ſint rerum procreatrices.

Cap. 15. vt ſup.

In eodem habet hæc alia verba: *Nec ipſum verbum aliud ab intellectu informat, nec intellectus, niſi à verbo conformatur, intellectus verò agens, verbo diuino eſt proximus:* intellectus hic intelligẽdus eſt per ipſum tertia Triadis ſubſtantia.

In Cratere, & alibi.

In Pimandro.

Hermes, ante Platonem per multa ſęcula viuens, hãc eandem tradidit doctrinam, mundum ſ. factum eſſe mediante verbo diuino. In Cratere hæc expreſſa leguntur verba ſ. *Deus mundum fecit, non manibus, ſed voluntate, & verbo:* alibi ait ſ. in Pimandro, verba ſunt: *Mens verò Deus, vita, & lux, exiſtens, parturijt verbo alteram mẽtem opificem, quę cum Deus, ignis, & ſpiritus eſſet, effecit ſeptem rectores.*

Qui ſint ſeptem rectores Mercu. bat mundi à cauſa ad effectum argumentando.

In his habemus mẽtionem Dei verbi, & ſpiritus ignis, & pariter habemus Deũ, verbo mediante, produxiſſe mentem opificem, ex quibus poſtea (dicimus nos) omnia ad extra emanarunt, ergo voluntate libera facta ſunt omnia, ergo primo mediante verbo: Septem verò rectores ſunt (ni fallor) ſeptem cœli erratici Planetæ, qui eorum motibus, & influxibus

dicuntur, & efficere generabilia, & regere tempora, & viciſſitudines.

In Claue explicitè ait, voluntatem eſſe eſſentiam ipſius, & actionem; Verba sũt: *Cuius actio voluntas eſt, & eſſentia ipſius velle omnia eſſe. Si hæc ita ſe habent; dicimus nos à ſua voluntate quodammodo coactus bona omnia fecit.* In Pimandro ait de ipſo verbo: *Exilijt illicò ex inferis elementis Dei verbum in purum naturæ opificium.*

In Claue.

In Pimandro.

Habemus ergo hucuſq; duo fuiſſe Dei veluti inſtrumenta, quibus mundum hũc effecit Deus .ſ. voluntatem, & verbum, ſed melius per eundem Hermetem hæc veritas eluceſcit in ſermone ſacro, vbi hęc explicita legũtur verba: *Alius erit Dei genitus filius, qui per vniuerſum in vniuerſo ex omnibus viribus conſtituit: Iterum, quis eſt auctor regenerationis?* Reſpondet. *Homo vnus voluntate Dei:* Hominem hunc vocat Dei filium, qui ſit auctor regenerationis, non alia de cauſa, quam voluntate.

In ſermone ſacro.

Sanè ex his verbis, non modò habemus claram mentionem mundanæ productionis, & eiuſdem producentis, ſed etiam medij ipſius .ſ. voluntatis Diuinæ, diuiniq; verbi, quod verbum liquidò eſſe filium Dei, qui eſt Chriſtus Dominus, in noſtra Theologia clariſſimè patet.

Hic videtur Mercurium Chriſtũ Dominum noſtrum vaticinatus.

Sed clarius ad Aſclepium loquens, de ipſo, ait: *Omnia in ipſo, & ex ipſo ſunt, nam verbum ex ipſo procedens perfectiſſimum, & fœcundum, in fœcundam naturam incidens, ſuper fœcunda aqua grauidam fecit aquam, &c.* Iterum ait: *Habet .n. Dominum ſuperpoſitum opifex verbum Domini omnium, quod eſt verbũ Domini, quod omniũ eſt opifex, habet ſuperpoſitũ Dominum.* Item: *Poſt ipſum prima poteſtas ingenita, eſt infinita, eò quod procedẽs, & ſuperpoſita eſt, & dominatur eis, quæ ab eo ſunt effecta, eſt autem perfectiſſimi primus genitus, & perfectus, & fœcundus, & verus filius, nam intellectualis eius verbi natura inquit verbi eſt, natura gignitur, & opifex, & quoniã perfectus eſt imperfecto, & à perfecto, perfecta bona operatur, & efficit, & viuificat.*

Inuocat tãdem ipſum verbum, his vocibus: *Adiuro te vocem Patris, quam pronunciauit primam, quoniam vniuerſum mundum firmauit, &c.*

Ex quibus omnibus ſententijs, tùm Mercurij, tùm Platonis, facillimè cognoſcitur, mundum effeciſſe ſenſibilem Deus voluntate bona mediante, verboq; ipſo, qđ eſt prima eius propago, & prima vniuerſi productiua cauſalitas, & principiũ.

Cùm his inuenio concordem etiam Philonem Hebræorum doctiſſimum lib. 2. de opificio Dei, qui dum exponit flumina Paradiſi, ait: *Fluuius eſt generatiua Dei bonitas, & profluit ex ſapientia Dei:* quæ ſapientia ſanè, nil aliud eſt, niſi ipſum verbum.

Verba Philonis Iudæi in cõfirmationẽ iſtorũ lib. 2. de opificio Dei.

Habemus ex his omnibus ſummorum virorum ſententijs (iam ſi mea non fallit opinio) & cauſam efficientem mundi, & finalẽ, & inſtrumẽtalem, diuinam, ſiue inſtrumenta, quibus eundem fabrefecit. Et ſi quis perquireret modum, quo vſus eſt opifex in producẽdo mundũ, Mercurius idẽ illicò notabili exẽplo hoc declararet in epiſtola: Agricolę .ſ. in terram iaciẽtis grana frumenti, vel hordei, vel alterius ſeminis: in hãc enim terrã iacit grana frumenti, in illã hordei, & alio ſemen aliud. Item vitem alibi plantat, alibi pomum, & alias arbores: ita Deus in Cœlo quidem ſeminauit immortalitatem, in terra mutationem, in vniuerſo vitam, & motum, nihil .n. eſt in mundo, quod & non viuat, & non moueatur, &c.

Exemplum.

Modo, quo vſus eſt opifex in creãdo mundũ, ſecundum Merc.

An Mundus ſit vnus, vel plures, in via Plat. & vet. ſapientiæ.

IAm videamus, ordinem ſeruando, an ſit vnus dumtaxat mũdus, vel plures; quod vnum produxerit opifex iſte diuinus, varię ſententię circumferri videntur circa mũdi vnitatẽ, & eius pluralitatem. Thales, Pythagoras, & Ariſtoteles, & omnes eorum ſcholæ, vnum tantum poſuere mundum, eundemq; probauere, & ſicuti in poſitione vnitatis omnes conueniunt, in probatione verò eiuſdem nequaquam concordant, & præſertim Pla-

Vnicum eſſe mũdum, ſecundũ omnes Philoſophos, qui nihilominus in eius vnitatem probando diſſentiunt.

to,

to, & Ariſt. vt proximè videbimus.

Plato in Timeo, vbi ex profeſſo hanc quæſtionem agitare videtur, trimẽbrem eandem facit .ſ. an mundus ſit vnus, an verò plures, aut infiniti, & non innumeri, prout nimis craſsè exponit Ficinus. Quod ſit vnus, omnes ſupracitati Philoſophi aſtruũt rationabili de cauſa moti, & nos eorum vetis ſentẽtijs adhęremus, & hoc probare, de mente Platonis, ad præſens eſt noſtra intentio. Quod ſint plures, multi multa, & varia dixere. Chaldæi tres poſuere mundos .ſ. Empyreum, Aethereum, & Ylleum, ſiue materialem: & ſi accuratè eorum ſententia perpendi- tur, non eſt omninò reijcienda, cum ſecundum noſtrum, quinimò ſapientum, & Philoſophorum, & Aſtrologorum dicẽdi modum appellamus mundũ empyreum, hoc eſt cęlum illud, quod inhabitat Deus, & Angelicæ mentes; Aethereum, cęleſtem regionẽ; Ylleum verò, elementarem. Alij appellant illud primum cœlum, mundum lucis, & hunc noſtrum tenebrarum, illum amicitiæ, hunc litis.

Opin. Chaldeorũ circa pluralitatẽ mundorũ.

Mundus eſt triplex, ſecundũ Chaldæos.

In doctrina itidem hac noſtra Platonica, plures poſſunt enumerari mũdi, ſed potius per metaphoram, quam per realem denominationem. Nam mens illa diuina imparticipata (vt pluries diximus) appellatur mũdus intelligibilis, archetypus, & idealis, ſiue originalis. Anima, mundus rationalis, cum ſit omnia per inſitas rationes. Natura, mundus ſeminarius, cum ſit omnia per ſemina. Mũdus corporeus, vmbratilis per vmbras, & imitationes, quæ ſunt in eo refulgentes. Sed hi omnes mundi partiales quodammodo vnum efficiunt totalem (vt videbimus) ad imitationem ſuperni, excellentiſſimi, & diuini, qui ſolus dicitur re vera mundus perfectus, incorruptibilis, & æternus.

Plures ſunt mundi partiales efficiẽtes mũdum vnum vniuerſalem, de quibus etiã in principio iſtius libri.

Alij nedum plures enumerant mundos, excogitatos à quodam Barbaro ſapiente (prout refert Plutarchus lib. de defectu oraculorum) in perſona Cleombroti, habitante ad Mare rubrum, qui quidem ſine vlla probatione, aut demonſtratione aiebat mundos reperiri, vti eſt hic noſter, cẽtum octuaginta tres: Sed quoniam hęc opinio nullam viderur habere firmitatem, tanquam ver tati aduerſa, à Proclo reijcitur, & tanquam fabuloſa exploditur prima facie, licet tandem, vt ſymbolica ab eo exponatur. Nos igitur & opinionem futilem, & expoſitionem ingenioſam hic referre ſuperuacaneum duximus, cum noſtra intentio ſit realiter, & nõ per ſymbola, ſeu metaphoras philoſophari, in hoc mundi diſcurſu, qui eſt in Philoſophia, & neceſſarius, & re vera admirandus.

Futilis opinio Cleombroti, de pluralitate mũdorum.

Alij non modo plures, quinimò & infinitos fatentur reperiri mundos, inter quos eſt Democritus, & alij ſequaces; ſed quoniã hæc pariter opinio videtur, & eſt de facto vana; ideò, vt ridicula reijcienda eſt, cum infinitum in actu penes quoſcunq; Philoſophos reijciatur.

Vana opin. Democriti.

Qui plures, ſed numero determinato concluſos huiuſmodi mũdos opinantur, videntur aliquales adducere rõnes, quas de mẽte Simplicij hic volumus afferre, & iure impugnare, prout alij afferunt, & confodiunt, inter quos eſt Alexander Aphrodiſæus (referente eodem Simplicio) primo de Cœlo tex. com. 9.

Rationes Alexand. ex Simplicio, quibus probatur mundorum pluralitas.

Dicunt igitur iſti fautores opinionis Democriti, quem ſecuti ſunt Leucippus, & Epicurus, quod ſiue natura, ſiue Deus hunc mundum effecerit, rationabile eſt, etiam alios potuiſſe efficere eiuſdem conditionis mundos, quia in efficiendo, non poteſt dici, illum limitatam habuiſſe potentiam producendi. **Ratio 1.**

Itidem, ſi in alijs imperfectis videbimus ſpecies in indiuidua plura partitas, veriſimile eſt etiam hoc magis in optimo, & perfecto eſſe. **Ratio 2.**

Prærerea, ſi melius eſt plura eſſe optima, quam vnum, optimus dicitur mundus, proinde perſcrutabile eſt, plures eſſe mundos. **Ratio 3.**

Hãc opinionem, quæ etiã à Plutarcho defenditur, omninò falsã eſſe omnes aſ-

fir-

firmant ſapientes, & Ariſt. & Plat. aſſeclæ: vnde has facilè retorquere videntur rationes.

Primam deſtruit Simplicius hoc dilemmate, ſi efficiens cauſa mundi multos effecit, aut aliquo pacto ſimiles, aut omninò diſſimiles effecit; ſi ſimiles, omninò fruſtra eſſent multi; ſi aliquo pacto diſſimiles, vnus vtiq; iam erit, & non plures, qui ex omnibus conſtabit tanquam perfectis.

Secundam facilè etiam diluit, dicens, multitudinem imperfectionem non perfectionem augere, vt plures Dij, plures ſoles, & his ſimilia perfecta.

Tertiã demùm propulſat, dicẽs, quod quæ plura ſunt, non poſſunt prima eſſe, niſi vno comprehẽdantur, quia omnium optimum, & bonum vnũ eſt, neq; .n. ſẽper verum eſt, multiplicationem plurium bonorum eſſe meliorem, quã vnius, præſertim, vbi ex ea multiplicatione conſurgit aliqua naturæ inordinatio, & otioſitas, non enim præſtat plures eſſe naturæ Principes, quam vnum, vt etiam diximus de pluribus ſolibus, nec decet plura eſſe hominis capita, quam vnum, quoniam poſitis pluribus, alterum eſſet otioſum, quãd quidem, vnum per ſe eſt ſufficiẽs, ſic ſi plures mundi darẽtur, alter eſſet ſuperuacaneus, cum iſte corporibus omnibus ſufficiat.

Ratio pulcherrima, qua improbitur mundorum pluralitas.

Concluſio.

Reſtat igitur, his rationibus admiſſis, prout admitti debent, quod vnus dumtaxat dicatur eſſe mundus, vnum vniuerſum pulcherrimum, ad pulcherrimum exemplar, ab opifice factum, vt paulò infra auctoritate, & argumentis Platonicis probabimus. Reſtat (inquam) quod ſicut vnum rationabiliter concluſimus, de præcipuorũ Philoſophantium conſenſu, etiam eũdem vnicum eſſe, præcipuè in Philoſophia Platonis, & Platonicorum probemus.

Plato in Timeo, poſtquam propoſuit inquiſitionem de mundo, trimembrem, an .ſ. vel vnus ſit, vel plures, vel infiniti; reijcit duo membra huiuſce diuiſionis, quod non ſint plures, neq; (& multò minus) infiniti: at ſi non ſunt tales, neceſſe putat vnum eſſe, facta hac ſufficienti partium enumeratione, & ideò ſibi ipſi reſpondet his verbis: *Vnum profectò, ſi modo ad vnius ſimilitudinem formatũ tenemus.* Hoc eſt argumẽtum, quo Plato probat, vnum eſſe mundnm, eò quod ipſe ſit formatus ad ſimilitudinem vnius, ergo &c. Quid ſit autẽ hic vnus, pluries diximus, eſſe mundum Idealem, qui quidem reuera eſt vnus, quia ab vno principio eſt procreatus. Itaq; hæc ratio procedit, probando, vnum eſſe rerũ omnium principium, vnum eſſe rerum omnium exemplar, vnum omnium opificem, igitur à primo ad vltimum vnus erit mundus.

Quomodo probat Plato vnicum eſſe mũdum.

Ratio prima affirmatiua.

Sed hoc axiomate ferè demonſtratiuè probatur ab eodem Philoſopho ratione negatiua, quod nõ ſint plures mundi, & ſi plures non ſint, neceſſariò ſequitur eos non eſſe infinitos; ſiquidem, ſi nec plures, nec infiniti, igitur vnum eſſe fatendum eſt. Ratio hæc negatiua his verbis Platonis nititur: *Quod .n. viuentia omnia intelligantur continet, ſocium alterum habere non poteſt*. Horum verborum in Timeo ſenſus eſt: exemplar ipſum, in quo ſunt omnes ideæ, non poteſt habere aliud exemplar ſibi ſocium, cur nam? ſubiungit ipſe: *Alioquin aliud animal, quod duo cõtinens eſſe oporteret, cuius duæ hæc partes eſſent, nec illorum, ſed tertij huius mundus, hic ſimulachrum rectius diceretur, vt igitur hic mundus eſſet animali abſoluto ſimillimus, eò quod ſolus, atq; vnus eſſet, idcircò neq; duo, neq; innumerabiles procreati ſunt, ſed vnus mundus factus eſt, & erit, &c.*

Ratio negatiua.

Verba text.

Verba text.

In his nimirum verbis Platonis adeò cõſpicua apparet probatio vnitatis mũdi, vt nihil amplius pro hac demonſtratione deſiderari poſſit.

Hanc inſignem probationem ab auctoritate Philoſophi, Proclus in Commentario ita nectit: *Si itaque* (ait Proclus) *duo eſſent exemplaria, vel vtrunq; haberet in ſe omnia, vel vnum haberet omnia, alterum autem minimè, vel neutrum haberet om-*

omnia : diuiſio hæc eſt neceſſaria, propterea quod aliud membrum non admittit, tunc ſic infert Proclus : *Si dicamus neutrũ exemplarium habere omnia*, ideſt omnes ideas, *tunc vtrunq; eſſet imperfectum, at non decet, neq; eſt poſſibile, vt perfectiſſima rei; qualis eſt mundus hic, duo imperfecta principia dentur* : itaq; hoc membrum tertium ruit, ſecundum autem, quãdo dicebamus, vel alterũ erit omnia continens, alterum verò non omnia continebit. Tunc ſequitur neceſſariò alterum illud, quod non omnia cõtinet, eſſe imperfectum, & Ideò perfectiſſimę rei non poſſe dici principiũ: reiecto igitur hoc ſecundo, remanet vnũ, quod omnia continet: ergo ex parte huius membri, vnum erit exemplar mundi, ergo vnus mundus.

Procli confirmatio, & cõprobatio corpicua Platonicæ opinionis.

Vnus concluditur mũdus, ad vni° exẽplar factus.

Primum verò membrum, in quo dicebatur vtrunq; exemplar omnia continere; tunc infert Plato, & Proclus in probatione, neceſſe eſſe, vt hæc duo ſimul non ſint primũ principium, propterea quod ante duo neceſſarium eſt vnum, à quo & ipſa dualitas pronaſcatur, & vniatur, itaq; neceſſariò ſequitur, vnum tantummodo eſſe exemplar, quod omnia continet, ad vnius ſimilitudinem, ab vno opifice intellectu efformatũ, & productum. Hæc eſt inſignis, & irrefragabilis probatio Platonis vnitatis mundi.

Hãc nihilominus Alexãder Aphrodiſæus, qui mundos multos ſine repugnantia reperiri poſſe, probauit ſupra, ſed leuiter (vt vidimus) tanquam inanem carpit, dicens, ſi neq; homo ſingularis, neq; equus licet vtriuſq; vna ſit idea, reperitur, quid vetát non vnicum in natura eſſe mundum, ſed plures extare?

Alex impugnatio com probationis Procli.

Huic dubitationi occurrit Simplicius, etiam hac diſtinctione, dicens : *Exemplata alia prima ſunt, alia ſecũda, prima ſpecies appellantur, ſecunda verò indiuidua*, vni exemplari, vnum exemplatum reſpondet, primo modo ſumptum, non autem ſecũdo modo.

Simplic. diluit Alex. poſitionẽ.

Sed, hanc reſolutionem eſſe nullius momenti, exiſtimant quidam in Platonica familia clari, & ex vetuſtioribus, & ex Neothericis, quare à Proclo in hac re iſtius dilemmatis, reſponſionem quærũt, dicentes cum eo, non eſſe mundi eãdem, & cæterarum rerum rationem: quoniam, vt exemplar primum, primaq; rerum omnium Idea vnica eſt, quæ cæterarũ rerum exemplaria, & Ideas in ſe cõtinet, ſic primam imaginem, quæ in mundo hoc ſenſibili eſt expreſſa (.i. ſenſibile primũ) oportuit in ſe continere cæterarum Idearum imagines, alioquin futurum non erat; quod Plato in hac ratione ſupponit, vt mũdus hic in ſenſibilibus perfectiſſimus, perfectiſſimo, & primo intelligibili omni ex parte reſponderet: ſit igitur omni ex parte verum, quod mundus ſit vnus, ad vnius exemplar formatus, in hac doctrina Platonica, ac etiam in Ariſtotelica, & omnium illorum Pythagoricorum, & Ionicorum.

Platonici oẽs & veteres, & recentiores optimè impugnãt Alex. poſitionẽ.

In hoc tamen differt Ariſt. à Platone, quoniam illud, quod probat Plato ab anteriori, & ſuperiori .ſ. mundum eſſe vnũ, eò quia ad vnius exemplar efformatum, Ariſt. probat à poſteriori .ſ. ab vna materia, quæ eſt omnium entium poſtrema: ideò licet in vera conueniant poſitione, differunt tamen in modo eandẽ probãdi, vt patet 1. de cœlo c. 9. Si tamẽ nolumus dicere, quod etiam in hac re conueniant, cũ in Metaphyſicis Ariſt. ab vnitate vniuerſalis cauſę, vnitatem quoq; mũdi concludere videtur. Sed hæc miſſa faciamus, & iam concludamus vnum mundũ in via omnium Philoſophantium, & eũdem ab vnitate cauſæ omninò pendere. Reſtat videre modo, quomodo hic mũdus vnicus, & taliter genitus, ſit omni pulchritudine præditus.

Differ. Plat. & Ariſt. circa probationem mũdanæ vnitatis.

Cap. 9. de cœlo.

Quom poſſunt conciliari Plat. & Ariſt. in hac re.

Mundus eſt omni admiranda pulchritudine præditus.

EST axioma Platonicũ in Timeo, omne id, quod quidem ad intelligibile exemplar factũ eſt, neceſſariò pulchrum eſſe, verſa vice, omne, quod ad exemplar ge-

Quare mundus eſt pulcherrimus.

genitum factum eſt, turpè neceſſariò dici. At quoniam mundus à cauſa efficiente factus eſt, & ob finem aliquem factus eſt, & ex aliqua materia (tamen & ipſa genita) & diuino medio, ſiue inſtrumento factus eſt, neceſſariò ſequitur, vt ad aliquod exemplar factus ex conſequenti dicatur; At non ad exemplar genitum factus eſt, quoniam turpis eſſet, & iam pulcher apparet ſenſibus, & eſt re vera talis, ex ſentẽtia Platonis, igitur ad exẽplar intelligibile ęternũ, & pulcherrimũ.

Quod mundus ſit factus, & à cauſa factus, & quo medio, & ob quem finem, iã ſupra fuſiſſimè dictum eſt. Reliquum eſt, vt videamus eundem eſſe omnium rerum pulcherrimum, & ex hoc eſſe tale, quoniam ad exemplar iſtud diuinum, & pulcherrimum factus eſt.

Plato in eodem Timeo habet hæc explicita verba: *Cum verò mundus omnium genitorũ pulcherrimus ſit, & eius auctor cauſarum omnium optimus, dubium non eſt, quin ſempiternum ſit ſecutus exemplar, &c.*

Verba ĩn Timæo.

Circa hæc verba Platonis non leuis concurrit dubitatio; primò, quomodo .ſ. mundus dicatur omnium rerum, ſiue genitorum pulcherrimus, cùm nihil aliud dicatur genitum, præter ipſum mundũ? Reſolutè reſpõdetur à Proclo, quod mũdus dicitur genitorum pulcherrimus, ad temporis differentiam, & animæ ipſius, quæ nedum genita, in doctrina Platonica, dicuntur eo modo, & ea genitura, de quibus ſuo loco (Deo fauente) agemus.

Sit igitur pulcherrimus mundus, quia ad pulcherrimum exemplar effectus, vel quia pulchrũ auctor ſit ſecutus exẽplar. Hoc axioma facillimè ſolida ratione ꝓbari poteſt, ſi dicamus ſic; Qui ad exemplar intelligibile facit, neceſſariò pulchrũ facit, ſi quidem vel ſimile exemplo facit, vel diſſimile; ſi ſimile ipſi exemplo, pulchrum facit, quia exemplum intelligibile non aliud eſt, quam mundus intelligibilis, ſiue idealis (vt millies iam dictum eſt) in quo quidem omnis ineſt pulchritudo, ſicuti Plato docet in Philebo, vbi ait: *In foribus diuinitatis ſunt Pulchritudo, Veritas, & Symmetria*, atq; hęc eſt cauſa, vt mundi opifex, quia reſpexit in exemplar intelligibile, & pulchritudinem illam primam ſimile illi opus faciat, & ideò pulchrum, quia neq; in exemplo, neq; in opifice vllus eſt defectus, vlla imperfectio: ſi verò facit diſſimile, tunc arguit defectum, vel in exemplo quidem eſt defectus, quando eſt corporeum, & genitũ; in opifice quoque eſt defectus, quando & ipſe eſt genitus, qualis eſt natura corporibus admixta, quæ aliquando & pulchra, & etiam turpia facit, vt patet in productione hominis, qui aliquãdo pulcher efficitur, aliquando turpis, vt monſtrũ; defectum .n. patitur artifex, qui itidem & pulchra, & turpia fecit.

Quare pulcher eſt mũdus.

Verba Plat in Philebo.

Ita tamen diſtinguendum eſt, vt pulchritudo, vel turpitudo proueniat ab exẽplo, ſimilitudo verò, & diſſimilitudo ab opifice: imago autem ad vtrunq; reſpicit, dicitur .n. imago exempli, dicitur itidem imago, quatenus ſimilis eſt, quia ab ipſo opifice prouenit. Hoc autem probato ſcilicet, quod ad pulcherrimum exemplar mundus factus ſit, & ob id pulcher iure dicatur perquirendum eſt, quid ſit iſta pulchritudo, in quo conſiſtat, & quomodo mundo huic genito conueniat, & inſit, qua de re iure pulcherrimus ab omnibus Philoſophis, & præſertim à Platonicis dicatur.

Quæ ſit differentia inter exemplum, ſimilitudinem, & imaginẽ.

Concluſio.

Quod ſit pulchritudo in via Plat.

PVlchritudo vario modo ſolet deſcribi à diuerſis in Academia pręſtantibus viris. Dicitur aliquando: *Splendor ſummi boni, fulgens in his, quæ oculis, auribus, menteuè percipiuntur, conuertens nos ad Bonum ipſum*. Aliquando dicitur. *Gratia alliciens homines per viſum, auditum, & rationem*. A Iamblico appellatur: *Actus boni* (& nos dicimus) *intra ſe perfectus exiſtẽs, extra verò actuans omnia, quare Bona, & pulchra dicantur per participationem illius*.

Diffinitio.

Pulchritud. primæ diffinitio.

In his nimirum deſcriptionibus apparet,

ret, quod ſiue ſplendor, ſiue gratia, ſiue actus, qui idem ſũt, ſit ipſa pulchritudo, eſt partus, & proles ſummi Boni, qui eã-dẽ in vniuerſum diffundit & Bonitatem, & pulchritudinem. Vnde Proclus in Com. in Timeum, volens probare, mundi puchritudinem, à cauſa ad effectũ argumentatur tali dilemmate. Opifex vel bonus eſt, vel non bonus, ſi bonus eſt, pulchrum effectum facit; ſi non bonus, effectum turpem: Sed opifex bonus eſt, ergo effectum produxit pulchrũ: omnis n. opifex, ſi bonus eſt, ſuæ materiæ dominatur, & formam illis imprimit, quam ipſe vult, vt experimento noſtrorum opifice cognoſci poteſt.

Proclus probat mundi pulchritud. à cauſa ad effectum argumentando.

Ex hoc ſanè argumẽto facilè elicitur, quod pulchritudo eſt actus, ſiue ſplẽdor, ſiue gratia ab eo emanans, tanquam effectus à ſua nobiliſſima cauſa: nec repugnat dicere, bonitatem alterã eſſe à pulchritudine, quoniam nõ differunt, niſi ratione; nam ſecundum vniuerſam Platonicorũ ſcholam, vnum bonũ, & pulchrum, licet tria videantur, re tamen eadem ſunt, & ſola ratione, & noſtro capiendi modo diſtincta (vt alibi vidimus.) Vnum in apice, tanquam caput eminet, mediat bonum, & ex bono pulchrum refulget, adeò quod dicitur vnum per eminentiam, bonum per eſſentiam, pulchrum per radiorum emanationem, à ſummo illo bono, ſiue per allicinem, quod in ſenſibus, in animo, in mente, excitat cupiditatem fruendi, quę cupiditas dicitur Amor.

Vnũ bonũ, & pulchrum coincidunt.

Vide Plat. in Sympoſio, & ibi Ficinum.

Hæc igitur pulchritudo, hic fulgor, hæc gratia, habet ſuum eſſe originale ab ipſo vno vero, & bono, eſſe cauſale à prima mẽte impartecipata, in qua per Ideas refulget, eſſe participatum in anima primò, in qua radij ipſius dicuntur rationes, in qua ijdem radij dicuntur ſemina; in materia, in qua appellantur formæ, ſed vmbratiles, & caducæ: Quare à recentioribus Academicis iure appellatur vitalis quidam fulgor, ſiue (vt noſtra eſt ſententia) vitalis quędã qualitas, ab ipſo ſummo bono fluens, ex eodem emanans, in ipſum reſidens, & per ipſum, & ad ipſum ſemper refluens. Emanans (inquam) per Ideas in prima mẽte, per rationes in anima, per ſemina in natura, per formas in materia.

Sed quomodo hęc pulchritudo ab ipſo bono emanans, nos ad ipſam quęrendam, & amandam allicit, & quomodo in nobis eius cognitionem parit & allicit nos mediantibus ſenſibus, viſus, & auditus, qui ſunt nuncij ipſius intellectus (aſſertore Plotino) quinimò & mediante ratione, cui deferuntur ab ipſis ſenſibus eiuſdẽ pulchritudinis conditiones. Nam viſu allicit, dum in corporibus perſpicit fulgentes admirabiles proportiones, in debita partium ſymmetria, & colorũ admixtione conſiſtẽtes: auditu allicit, dũ in eiſdem cõueniẽs diuerſatũ parit um conſonantia, ſiue vocum admirandus, ab anima concentus percipitur. Ratione, dum in animis virtutum diuerſarum itidem admirabilis cõcinnitas, quæ dicitur primaria pulchritudo, conſpicitur, nam hac ratione, & his mediantibus duobus ſenſibus, triplex ſolet fieri pulchritudo à Platonicis, & præſertim à Plotino, qui libros compoſuit de hac re; alterum ſ. de pulchritudine in ſe ipſa, alterum verò de intelligibili pulchritudine, &c.

Quom. pulchritudo à bono fluens in nobis pariat eius cognitionem.

Quom allicit nos pulchrit. mundi, mediantib. ſenſib.

Quom his duobus ſenſib mediantibus, & ipſa ratione in animo triplex appareat pulchritudo.

Prima dicitur pulchritudo animi, quæ per Philoſophiam acquiritur, & eſt hæc animi concordia, in hiſce virtutibus conſiſtẽs, per Philoſophiam (inquam) ſãctã, non contentioſam, ſed rectam. Secunda dicitur corporis, quæ percipitur (vt paulò ſupra dictum eſt) in cõcordia partium conſiſtens, & nos ad philoſophandum excitans. Tertia dicitur vocum, ſeu harmoniæ, in concordia motuũ, & ſonorum pariter conſiſtens, quę etiam ad philoſophandum nos prouocat, vt etiam patet apud eũdem Plotinum lib. de triplici ad Deum reditu.

Prima dicitur pulchritudo animi.

Secũda corporis.

Tertia vocũ, ſiue harmoniæ.

Hæ tres pulchritudines (ait ipſe Plotinus) ſunt veluti ſcala, quædam tribus gradibus conſtans, per quam animæ noſtræ poſſunt ad Deum Optimum Maximum

Hæc trina pulchritudo dicitur Anagogica à Platonicis.

mum reuerti, per hos .ſ. gradus Philoſophiam, Amorem, & Muſicam; pulchritudines iſtæ ab omnibus ferè Platonicis Anagogicæ appellãtur, eo quia animum humanum ad diuina reducunt.

Habemus iam, quid ſit ipſa pulchritudo, & quotuplex, & in quibus conſiſtat, modo quomodo in vniuerſo inſit, & in eodem perfulgeat, videamus. Proclus in multis eiſdem partibus mundanam inuenit pulchritudinem, atq; iudicat, cũ præceptore Platone, eundem genitorũ pulcherrimum, idq. probat multis argumentis, & rationibus, quorum aliæ pertinent ad corpus ipſius mundi, & ad partes eiuſdem materiales, aliæ verò ad vires diuinas, quæ in eo ſunt, atq; eundem ordinatæ regunt.

Quibus argum. probet Proclus pulchritud. inesse in partib. mundi.

Primum argum.

Mundanam probat pulchritud.

Primum argumẽtum eſt ex pulchritudine cœli, cœlum .n. omnium rerum, quę oculis cerni poſſunt, pulcherrimum eſt, ea autẽ pulchritudo conſiſtit in luminum pulchritudine, & multitudine, varietate, & ſitu: eſt .n. prima pulchritudinis ſenſibilis ratio, lux, & lumen, etiam in hiſce corporibus ex elementis conflatis, quæ apud nos & generabilia, & corruptibilia ſunt: nulla .n. res ex noſtris pulchra dici poteſt, niſi ſit luce aliqua prædita, & coloribus, qui lumina ſũt in opaco, vti etiã docuit ſchola Peripathetica, ratione igitur luminũ cœlũ eſt omniũ pulcherrimũ.

2. argum.

Secundum argumentum ſumptum eſt ex motibus varijs, & harmonicis ipſorum cœlorum. Fuit enim dogma Pythagorę, cœlos ſuauiſſimam ſuis motibus producere harmoniam: cuius ſententiam Ariſt. adnixus eſt refutare, perperam interpretando Pythagoræ mentem, quaſi ille dixiſſet, cœlos talem harmoniam ædere, qualem nos ſentimus in inſtrumẽtis muſicis, quæ quidem inſtrumentorum harmonia, in ſonis varijs conſiſtit, qui per aeris refractum fiunt, ex diffinitione eiuſdem, quod .ſ. ſonus ſit aer colliſus, vbi habet, inter cœlos nullũ eſſe aerem, neq; aeris vllam colliſionem, ergo nullus ſonus, ergo nulla harmonia.

Ariſt. 2. de cœlo.

2. de anima.

Lapſus Ariſtot. contra Pythag.

Allucinatur re vera Ariſt. eò quia apud Pythagoram harmonia nõ capitur ſolum pro vocibus, & ſonis variè concinnatis, ſed pro motibus etiam variè diſpoſitis, ex quibus pendet etiam ſonorum harmonia: vt motus exempli gratia cordarum, ſi ſunt concordes inter ſe, vel diſcordes, ſic etiam ſonos varios inter ſe, & concordes, & diſcordes procreãt. Pythagoras ergo vniuerſalius accipiẽs harmoniam pro cõcinnitate motuum quorumcunq; inter eos, veluti ſpeciẽ, poſuit concinnitatem, & harmoniam motuum cœleſtium, Ariſt. autem accepit harmoniam tantummodò illorum ſonorum, itaq; argumentum eius alium ſcopum ferit, ad quem re vera Pythagoras ipſe nõ tendit.

Pythagoræ vera ſentẽt. circa hoc.

Duplex harmonia intelligibilis, & ſenſibilis.

Harmonia autẽ omnis, vel Pythagorica, vel Ariſtotelica ſit, in ſe dicitur habere pulchritudinem, & quia mũdus hãc habet harmoniam, quæ alibi à nobis appellata eſt intelligibilis, eò quia intellectu dumtaxat attingitur, ſicut Ariſtotelica dicta eſt ſenſibilis, eò quia ſenſu percipitur, idcircò mundus hac ratione dicitur re vera pulcher.

Declaratur cœlorum, & elementorũ harmonia.

Sed hic popoſcit occaſio declarandi, quomodo in cœlis, & elementis eximia lateat harmonia, quæ tamen à ſenſibus minimè percipitur, ſed à mente purgata peroptimè intelligitur, quæ doctrina nõ eſt ſolius Pythagorę, ſed etiam Mercurij Triſmaximi, qui Pythagoram & ætate, & doctrina præceſſit.

Sent. Merc. circa mundi harmoniã, & pulchrit.

Sciendum eſt, quod Mercurius, eũq; ſecuti Pythagoras, Ariſtides, Nicomacus, Geraſin, Briennius, & Cenſorinus ex antiquis: necnon Quintilianus, Philo Hebræorum doctiſſimus, Plinius, & alij ex vetuſtis, ex recẽtioribus verò Leo Hebræus, Nicolaus Cupernicus, Valentinus Naiboda, & multi, in cœlorum motibus admirandã inuenere harmoniam, quæ tota conſiſtit, ſecundum eorum placita, in debitis interuallis, quæ numero clauduntur octauo; ex quibus poſtea reſultant concordes conſonantiæ, re vera admirabiles, Sextonſ, qui perfectam cõſi-

In quo cõſiſtit cœlorũ harm. ſecũdum antiq. & recent.

ſciunt Dyapaſon (teſte Pythagora) quinq; .ſ. ſemitoni, duo, vnus, medius; in interuallo, quod eſt inter Lunam, & Mercurium, ſemitonum à Mercurio, ad Venerem alium ſemitonum, à Venere ad Solem tonum alterũ, à Sole ad Martem ſemitonum, à Marte ad Iouem tonum itidem alium, à Ioue ad Saturnum pari modo tonum, à Saturno demum ad firmamentũ ſemitonũ. In his omnibus muſicales reperiuntur conſonantiæ, & ſimplices, & complicatæ. Nam à terra ad cœlum ſtelliferum ſpatium interiacet, in quo eſt magna conſonãtia .ſ. Dyapaſon, in eo quod eſt inter terram, & Solem reperitur Dyapente, in eo quod eſt inter Lunam, & Solem Dyateſſaron, à Sole itidem ad firmamentum alia Dyateſſaron, in eo .ſ. interuallo obſeruatur.

Celeſtiũ cõſonantiæ in cœl reperiantur.

In Planetis itidem perfectos obſeruarunt concentus, qui quidem fuerunt appellati nominibus varijs. Luna habet cõcẽtum *Ypodoricum*, Mercurius *Ypofrigium*, Venus *Ypolidium*, Sol *Doricum*, Mars *Frigium*, Iupiter *Lydium*, Saturnus *Mixolidium*, Firmamentum deniq; *Ypermixolidium*.

In omnibus his tũ interuallis, ex quibus ſoni ſex reſultant, tùm concentibus, ex quibus, & in quibus conſonantiæ reperiuntur, admirabilis oritur harmonia mundana, & per conſequens diuina pulchritudo, non tamen ea (vt diximus) quę in ſonis percipitur, ſed quæ ab intellectu obſeruatur.

Tertium argum mundanæ pulchritud.

Tertium argumentum mundanę pulchritudinis, ſumitur ex temperie quatuor anni horarum .ſ. Veris, Aeſtatis, Autumni, & Hyemis: ita enim hæ inter ſe ſunt concordes, & ordinatæ, & ſibi correſpõdentes, vt videantur muſica quadã proportione, & ratione conſtare, nam ſicuti muſica harmonia quatuor vocum conſtat: grauiſſimi, acutiſſimi, & duobus medijs, ita quoq; quatuor iſtæ horæ, ſiue tempeſtates inter ſe ſibi correſpondent. Hyems, grauiſſimæ vocis vires obtinet. Aeſtas, acutiſſimæ eius, quam vocant tenorem. Autumnus autem eius, quam vocant altum, ſeu vulgò contraltum, & de his auctores ſupracitati clariſſimã faciunt mentionem.

Quatuor anni tempora ſeruant harmoniam.

Naſcitur hæc concordia ex his, quemadmodum muſica vocalis ex varijs vocibus, & ex hac concordia quędam concinnitas qualitatum aeris inter ſe per vices temporum, ita vt recta ratione dici poſſit quædam harmonia, & ſi harmonia, etiam pulchritudo ex fundamento à nobis ſupra iacto.

Quartum argumentum, ex quo conijcitur mundus eſſe pulcherrimus, eruitur à Proclo ex harmonia elementorum. Sunt .n. ex ſententia omnium elementa quatuor .ſ. ex ſentẽtia Occelli Lucani, Hippocratis, Ariſtotelis, & Peripatheticorũ oĩum, necnon Galeni, & omnium deniq; Medicorum; ſed hanc ſententiam non approbant omninò Plato, Platonici, Pythagorici, Aegyptij, Chaldęi, & Hebręi, propterea quod admittunt tria dumtaxat, terram .ſ. aquam, & aerem, ſed nequaquam ignem, qui ab his ſuperioribus inter elementa vſurpatur, nam maxima cum ratione loco ignis ponunt Cœlum ipſum, quod putant eſſe quartum elemẽtum, & non quintum, ſiue quintam quãdam eſſentiam, vt ſæpiſſimè, ait Ariſtot. Hoc dogma ab omnibus Platonicis, tanquam verũ recipitur, & probatur, & præſertim à Plotino, libro proprio ad hoc dicato. Hoc idem dogma docetur à Proclo in com. in Timeum, qui omnes nullum alium opinantur ignẽ ſupra aerem, & ſub Luna, niſi Cœlum ipſum, quod etiam Parmenides cenſuit, ex teſtimonio Ariſt. qui atteſtatur Parmenidem, duo principia poſuiſſe .ſ. ignem, & terram, quod dogma noſtris tẽporibus arripuit Bernardinus Teleſius, illudq; longè, lateq; comprobauit.

Quartũ argum. mundanæ pulchritud.

Quinta eſſentia non eſt 5. argumentũ, ſed 4. ſecũdum Plat.

Cœlum pro 4. elemento volunt Platonici etc.

1. Phyſicor.

Bernard. Teleſius de rerũ natura.

Quocunq; modo tamen intelligatur, ſiue quatuor elementa ſine cœlo, ſiue cęlũ inter quatuor ponatur, admirabilis redũdat harmonia, & per cõſequens ex cognitione ipſorũ admiranda pulchritudo.

corruptionem præcedere, quam præcedit neceſſariò diſpoſitio naturalis, quæ eſt via ad huiuſmodi corruptionem, ex accidente, & non ex prima intentione. Corruptio autem, vt via eſt ad generationē, quæ eſt prima intentio naturæ, & bona eſt, & neceſſaria.

Auth. concluſio circa prædicta.

Sic igitur dicemus nos, mala corporis, vel ſunt, vel oriuntur ab intrinſeca diſpoſitione, vel ab extrinſeco inferuntur; ſi ab extrinſeco, verbi gratia, ſi ſerpēs me momorderit; ſi leo me lacerauerit; hoc ipſum, quod mihi malum eſt, ipſi leoni, ipſi ſerpenti, bonum eſt. Propterea quod inditum eſt ab opifice, omnibus rebus, & animalibus cunctis deſiderium, & appetitus propriæ conſeruationis, & earum rerum, quæ ad conſeruationē faciunt. Conſeruatio proculdubiò, & eius inſtrumenta bona sūt, ſi leo me lacerauit, cōſeruandi ſui gratia id egit, idem dicitur de ſerpente, idem de reliquis rebus omnibus, quæ nos lędunt, & ſicut illis conſeruatio bona eſt, ita læſio mihi mala eſt, & hæc per accidens mihi eſt, illis verò per ſe, & primario.

Itidem ſi mala in meo corpore oriuntur, via fiunt ad corruptionem mei, vt via bona; quoniam eſt via ad generationem, & ad reintegrationem earum partium, quæ ab elementis ad mei corporis conflationem defluxerunt.

Quomodo mala poſſunt cenſeri bona, & qua ratione.

Si pari modo mala ſunt, in animabus noſtris, exempli gratia, vitia, peccata, nō poſſunt dici abſolutè mala; quoniam ei, qui peccatū committit, iucundū eſt, & ex electione ſua, & actio illa ordine peccatum formale præcedit, ordo autem rationem habet boni. Præterea poſt commiſſum peccatum (ait Proclus) illicò pœnitentia ſequitur, pœnitentia hæc principium eſt purgationis animi, purgatio autem ad perfectionem via eſt, atq; ita bona; itaq; iam concludatur in vniuerſo, nihil eſſe, ita ſimpliciter malum, vt nō ſit alicui bono coniunctum, eoq; coloratum.

Altera ratio Procli pro bonitate malorum.

Ratione altiore vtitur idem Proclus, probando nihil omninò eorum, quæ homines appellāt mala, eſſe ſui natura malum, eius ratio hæc eſt. Malum hoc, vel eſt ens, vel non eſt ens; ſi non ſit ens, ergo nihil omninò; ſi ens eſt, neceſſariò particeps eſt entis veri; ergo vnius, ſi vnius, quę attributio eſt ipſius ſummi Dei, neceſſariò eſt etiam boni. Bonitas enim altera eſt attributio ipſius ſummi boni Dei (vt viſum eſt alibi ſolius) ſi particeps eſt boni, neceſſariò non eſt ſimpliciter malum: ergo nihil eſt in mundo ſincerè malum.

Quæſtionis vltima ſolutio.

At hoc ipſum ens, dum eſt, neceſſariò ab opifice proceſſit; omnia.n.entia ab ipſo opifice progreſſa sūt, opifex cauſa malorum eſt, quæ mala tamen bona ſunt; cauſa (inquam) non primaria intentione, ſed ſecundaria, quatenus hæc mala omnia, via ſunt ad bona, & quo ad vniuerſum bona ſunt, quoniam ad conſeruationem vniuerſi pertinent; ſi verò mala ſunt, per accidens ſunt, quatenus.ſ. vel ad conſeruationem alicuius rei faciunt omninò, vel vt faciunt ad reintegrationē partium totalium, vel vt ſunt via ad generationem, & ad bonum ipſum.

Pulcherrimæ quæſt. ſolutio, & Platon. doctrinæ circa Dei bonitatem ſincera interpretatio. Sed aliquid noſtræ Theol. conſentanea? prudens lector cenſideret.

Hæc eſt pulcherrima quæſtio abſoluta, quę in longum aliquatenus protracta eſt, eò quod occaſio ſic poſtulabat ad manifeſtationem veritatis, & ſic reſtat verū, quod Deus, vt Bonus eſt, cauſa eſt finalis mundi, ad quem omnia tendunt Bona per participationem, eò quia ab eo profluxere, tanquam à fonte perenni omnis bonitatis, & ſic vera eſt ſententia tùm Platonis in Timeo, tùm Mercurij pluribus in locis.

Quo medio Deus produxit Mundum.

Reſtat modo, atq; ordo expoſtulat, vt quomodo, vel quo medio, ſiue inſtrumento, produxerit mundum hic opifex bonus, perquiramus. Cum igitur natura ipſius ſit eſſe bonum, vt tale, nequaquā cognoſceretur, neo laudaretur, nec propterea appeteretur; ſi intra ſe ſuæ bonitatis munera retineret, nec eius radios

dios in omnibus, & per omnia diffunderet, ſecundus .n. apparet, & intrinſecè producendo, & extrinſecè creando, & mundum materialem hûc efficiendo. Intrinſecè bonum primum, verum, & vnum mentem imparticipatam produxit, & ipſam animam (vt latè ſuo loco vidimus.) Extrinſecè verò, mundum, & mundana omnia effecit, mediante hac prima mente, & anima, quæ alio nomine dicuntur à Platone, & à Mercurio, Verbum, idest mens prima, & ignis, ſiue ſpiritus, tertia, altera ſubſtantia.

Mediante verbo Deus creauit mũdum, ſecundũ Merc. & Plat.

Quid ſit verbum in diu.

Hac igitur mente prima Deus, hoc eſt Verbo, tanquam medio, & quaſi inſtrumento, effecit mundum, & hoc ſpontè, liberè, non coactè, quia agens primum eſt ab omni coactione valde ſemotum: quia voluit, & potuit, & quia voluntas fuit quædam intrinſeca impulſio, idcircò & voluntate, & verbo mediantibus ritè dici poteſt, mundum feciſſe diuinum Opificem.

Spontè, & non coactè Deus, mediãte verbo, creauit mũdum.

Hæc vera poſitio grauiſſimis auctoritatibus, & Platonis, & Mercurij comprobari poteſt. In epiſtola ſexta ad tres amicos, mentionẽ faciens de tribus ſuę Triadis ſubſtantijs, vel rectius ſubſiſtentijs; primo vocat Patrem ducẽ omnium, quæ ſunt, & quæ erunt: Verba illius ſunt, quę adduximus etiam lib. de Deo .ſ. *Et ducem omnium ducem eorum, quę ſunt, & futurorum & ducis huius, & cauſæ, patrem dominum adiurantes*: In his appellat ſecundam Triadis perſonam cauſam, &c. at quoniam inter cauſam, & cauſatũ datur mutua relatio, hinc eſt, quod ſi eſt cauſa, eſt alicuius cauſati cauſa, non eſt cauſatus Pater eiuſdem, quinimò ipſe cauſatur ab eo, ergo omnia ſibi inferiora dicuntur ab eo eſſe cauſata .ſ. & anima vniuerſalis, & mundus ipſe. At ſi mundus eſt ita cauſatus, nõ tamen dicitur pręcisè, ita ab eo factus, quin ſit à Deo ipſo primo productus, eo mediante, & ſi ipſe, & pater fecerunt mũdum, Pater vſus eſt eo in efficiendo, vt medio, quaſi inſtrumento, & quia à voluntate libera facientis pependit hęc factio, idcircò & voluntate, & verbo mediante factus eſt mundus.

Caute hic.

Factus eſt mũdus à libera Dei voluntate, mediante verbo.

Scriptum inuenitur etiam in myſtica Philoſophia, ſecundũ Aegyptios, quæ à voce Platonis legentis initium habuit, & ab auditore quodam, quem volunt multi fuiſſe Ariſt. in vnum volumen recepta eſt, & digeſta doctrina: inuenitur (inquã) primum intellectũ à Deo primo eſſe procreatum, & hunc rebus alijs procreandis eſſe præfectum, procreauit autem hunc intellectum per mediũ verbum, ergo verbum fuit mediũ illius procreationis, hoc eſt illius poſtea opificis, qui fuit cauſa efficiens mundi, igitur medio verbo primo omnia facta ſunt, igitur mundus.

Lib. 3. c. 2. Theologiæ Aegypt.

In eodem volumine, cum loqueretur de primario auctore bono omnipotenti, ſubiungit hæc verba: *Ex quo omnia orta ſunt, eadem etiã ſunt ab ipſo verbo procreata.* Procreat quidem primarius auctor, & opifex, procreat etiam verbum, itaut duę hæ perſonæ ſint rerum procreatrices.

Lib. 10. cap. 13. vt ſup.

In eodem habet hæc alia verba: *Nec ipſum verbum aliud ab intellectu informat, nec intellectus, niſi à verbo conformatur, intellectus verò agens, verbo diuino eſt proximus*: intellectus hic intelligẽdus eſt per ipſum tertia Triadis ſubſtantia.

Cap. 15. vt ſup.

Hermes, ante Platonem per multa ſęcula viuens, hãc eandem tradidit doctrinam, mundum .ſ. factum eſſe mediante verbo diuino. In Cratere hæc expreſſa leguntur verba .ſ. *Deus mundum fecit, non manibus, ſed voluntate, & verbo*: alibi ait .ſ. in Pimandro, verba ſunt: *Mens verò Deus, vita, & lux, exiſtens, parturijt verbo alteram mẽtem opificem, quę cum Deus, ignis, & ſpiritus eſſet, effecit ſeptem rectores.*

In Cratere, & alibi.

In Pimandro.

In his habemus mẽtionem Dei verbi, & ſpiritus ignis, & pariter habemus Deũ, verbo mediante, produxiſſe mentem opificem, ex quibus poſtea (dicimus nos) omnia ad extra emanarunt, ergo voluntate libera facta ſunt omnia, ergo primo mediante verbo: Septem verò rectores ſunt (ni fallor) ſeptem cœli erratici Planetæ, qui eorum motibus, & influxibus di-

Qui ſint ſeptem rectores Merc. hic mundi à cauſis ad effectum argumentando.

dicuntur, & efficere generabilia, & regere tempora, & viciſſitudines.

In Claue explicitè ait, voluntatem eſſe eſſentiam ipſius, & actionem; Verba sũt: *Cuius actio voluntas eſt, & eſſentia ipſius velle omnia eſſe. Si hæc ita ſe habent, dicimus nos à ſua voluntate quodammodo coactus bona omnia fecit.* In Pimandro ait de ipſo verbo: *Exiliſt illicò ex inferis elementis Dei verbum in purum naturæ opificium.*

In Claue.

In Pimandro.

Habemus ergo hucuſq; duo fuiſſe Dei veluti inſtrumenta, quibus mundum hũc effecit Deus .ſ. voluntatem, & verbum, ſed melius per eundem Hermetem hæc veritas elucеſcit in ſermone ſacro, vbi hęc explicita legũtur verba: *Alius erit Dei genitus filius, qui per vniuerſum in vniuerſo ex omnibus viribus conſtituit: Iterum, quis eſt auctor regenerationis?* Reſpondet. *Homo vnus voluntate Dei:* Hominem hunc vocat Dei filium, qui ſit auctor regenerationis, non alia de cauſa, quam voluntate.

In ſermone ſacro.

Sanè ex his verbis, non modò habemus claram mentionem mundanæ productionis, & eiuſdem producentis, ſed etiam medij ipſius .ſ. voluntatis Diuinæ, diuiniq; verbi, quod verbum liquidò eſſe filium Dei, qui eſt Chriſtus Dominus, in noſtra Theologia clariſſimè patet.

Hic videtur Mercurius Chriſtũ Dominum noſtrum vaticinatus.

Sed clarius ad Aſclepium loquens, de ipſo, ait: *Omnia in ipſo, & ex ipſo ſunt, nam verbum ex ipſo procedens perfectiſſimum, & fœcundum, in fœcundam naturam incidens, ſuper fœcunda aqua grauidam fecit aquam, &c.* Iterum ait: *Habet .n. Dominum ſuperpoſitum opifex verbum Domini omnium, quod eſt verbũ Domini, quod omniũ eſt opifex, habet ſuperpoſitũ Dominum.* Item: *Poſt ipſum prima poteſtas ingenita, eſt infinita, eò quod procedẽs, & ſuperpoſita eſt, & dominatur eis, quæ ab eo ſunt effecta, eſt autem perfectiſſimi primus genitus, & perfectus, & fœcundus, & verus filius, nam intellectualis eius verbi natura inquit verbi eſt, natura gignitur, & opifex, & quoniã perfectus eſt imperfecto, & à perfecto, perfecta bona operatur, & efficit, & viuificat.*

Inuocat tãdem ipſum verbum, his vocibus: *Adiuro te vocem Patris, quam pronunciauit primam, quoniam vniuerſum mundum firmauit, &c.*

Ex quibus omnibus ſententijs, tùm Mercurij, tùm Platonis, faciliimè cognoſcitur, mundum effeciſſe ſenſibilem Deus voluntate bona mediante, verboq; ipſo, qđ eſt primæuus propago, & prima vniuerſi productiua cauſalitas, & principiũ.

Cùm his inuenio concordem etiam Philonem Hebræorum doctiſſimum libi 2. de opificio Dei, qui dum exponit flumina Paradiſi, ait: *Fluuius eſt generatiua Dei bonitas, & profluit ex ſapientia Dei:* quæ ſapientia ſanè, nil aliud eſt, niſi ipſum verbum.

Verba Philonis Iudæi in cõfirmationẽ iſtorũ lib. 2. de opificio Dei.

Habemus ex his omnibus ſummorum virorum ſententijs (iam ſi mea non fallit opinio) & cauſam efficientem mundi, & finalẽ, & inſtrumẽtalem, diuinam, ſiue inſtrumenta, quibus eundem fabrefecit. Et ſi quis perquireret modum, quo vſus eſt opifex in producẽdo mundũ, Mercurius idẽ illicò notabili exẽplo hoc declararet in epiſtola: Agricolę .ſ. in terram iaciẽtis grana frumenti, vel hordei, vel alterius ſeminis: in hãc enim terrã iacit grana frumenti, in illã hordei, & alio ſemen aliud. Item vitem alibi plantat, alibi pomum, & alias arbores: ita Deus in Cœlo quidem ſeminauit immortalitatem, in terra mutationem, in vniuerſo vitam, & motum, nihil .n. eſt in mundo, quod & non viuat, & non moueatur, &c.

Exemplum.

Modo, quo vſus eſt opifex in creãdo mundũ, ſecundum Merc.

An Mundus ſit vnus, vel plures, in via Plat. & vet. ſapientiæ.

IAm videamus, ordinem ſeruando, an ſit vnus dumtaxat mũdus, vel plures; quod vnum produxerit opifex iſte diuinus, varię ſententię circumferri videntur circa mũdi vnitatẽ, & eius pluralitatem. Thales, Pythagoras, & Ariſtoteles, & omnes eorum ſcholæ, vnum tantum poſuere mundum, eundemq; probauere, & ſicuti in poſitione vnitatis omnes conueniunt, in probatione verò eiuſdem nequaquam concordant, & præſertim Plato,

Vnicum eſſe mũdum, ſecundũ omnes Philoſophos, qui nihilominus in eius vnitatem probando diſſentiunt.

to,

to, & Ariſt. vt proximè videbimus.

Plato in Timeo, vbi ex profeſſo hanc quæſtionem agitare videtur, trimẽbrem eandem facit .ſ. an mundus ſit vnus, an verò plures, aut infiniti, & non innumeri, prout nimis craſsè exponit Ficinus. Quod ſit vnus, omnes ſupracitati Philoſophi aſtruũt rationabili de cauſa moti, & nos eorum veris ſentẽtijs adhęremus, & hoc probare, de mente Platonis, ad præſens eſt noſtra intentio. Quod ſint plures, multi multa, & varia dixere.

Opin. Chaldeorũ circa pluralitatẽ mundorũ.

Chaldæi tres poſuere mundos .ſ. Empyreum, Aethereum, & Ylleum, ſiue materialem: & ſi accuratè eorum ſententia perpenditur, non eſt omninò reijcienda, cum ſecundum noſtrum, quinimò ſapientum, & Philoſophorum, & Aſtrolog rum dicẽdi modum appellemus mundũ empyreum, hoc eſt cęlum illud, quod inhabitãt Deus, & Angelicæ mentes; Aethereum, cęleſtem regionẽ. Ylleum verò, elementarem. Alij appellant illud primum cœlum, mundum lucis, & hunc noſtrum tenebrarum, illum amicitiæ, hunc litis.

Mundus eſt triplex, ſecundũ Chaldæos.

In doctrina itidem hac noſtra Platonica, plures poſſunt enumerari mũdi, ſed potius per metaphoram, quam per realem denominationem. Nam mens illa diuina imparticipata (vt pluries diximus) appellatur mũdus intelligibilis, archetypus, & idealis, ſiue originalis. Anima, mundus rationalis, cum ſit omnia per inſitas rationes. Natura, mundus ſeminarius, cum ſit omnia per ſemina. Mũdus corporeus, vmbratilis per vmbras, & imitationes, quæ ſunt in eo refulgentes. Sed hi omnes mundi partiales quodammodo vnum efficiunt totalem (vt videbimus) ad imitationem ſuperni, excellentiſſimi, & diuini, qui ſolus dicitur re vera mundus perfectus, incorruptibilis, & æternus.

Plures ſunt mundi partiales efficiẽtes mũdum vnum vniuerſalem, de quibus etiã in principio iſtius libri.

Alij nedum plures enumerant mundos, excogitatos à quodam Barbaro ſapiente (prout refert Plutarchus lib. de defectu oraculorum) in perſona Cleombroti, habitante ad Mare rubrum, qui quidem ſine vlla probatione, aut demonſtratione aiebat mundos reperiri, vti eſt hic noſter, cẽtum octuaginta tres: Sed quoniam hęc opinio nullam videtur habere firmitatem, tanquam veritati aduerſa, à Proclo reijcitur, & tanquam fabuloſa exploditur prima facie, licet tandem, vt ſymbolica ab eo exponatur. Nos igitur & opinionem futilem, & expoſitionem ingenioſam hic referre ſuperuacaneum duximus, cum noſtra intentio ſit realiter, & nõ per ſymbola, ſeu metaphoras philoſophari, in hoc mundi diſcurſu, qui eſt in Philoſophia, & neceſſarius, & re vera admirandus.

Futilis opinio Cleombroti, de pluralitate mũdorum.

Alij non modo plures, quinimò & infinitos fatentur reperiri mundos, inter quos eſt Democritus, & alij ſequaces: ſed quoniã hæc pariter opinio vidętur, & eſt de facto vana; ideò, vt ridicula reijcienda eſt, cum infinitum in actu penes quoſcunq; Philoſophos reijciatur.

Vana opin. Democriti.

Qui plures, ſed numero determinato concluſos huiuſmodi mũdos opinantur, videntur aliquales adducere rõnes, quas de mẽte Simplicij hic volumus afferre, & iure impugnare, prout alij afferunt, & confirmant, inter quos eſt Alexander Aphrodiſæus (referente eodem Simplicio) primo de Cœlo tex. com. 9.

Rationes Alexand. ex Simplicio, quibus probatur mundorum pluralitas.

Dicunt igitur iſti fautores opinionis Democriti, quem ſecuti ſunt Leucippus, & Epicurus, quod ſiue natura, ſiue Deus hunc mundum effecerit, rationabile eſt, etiam alios potuiſſe efficere eiuſdem conditionis mundos, quia in efficiendo, non poteſt dici, illum limitatam habuiſſe potentiam producendi.

Ratio 1.

Itidem, ſi in alijs imperfectis videbimus ſpecies in indiuidua plura partitas, veriſimile eſt etiam hoc magis in optimo, & perfecto eſſe.

Ratio 2.

Præterea, ſi melius eſt plura eſſe optima, quam vnum, optimus dicitur mundus, proinde perſcrutabile eſt, plures eſſe mundos.

Ratio 3.

Hãc opinionem, quæ etiã à Plutarcho defenditur, omninò falſã eſſe omnes af-

firmant ſapientes, & Ariſt. & Plat. aſſeclæ: vnde has facilè retorquere videntur rationes.

Primam deſtruit Simplicius hoc dilemmate, ſi efficiens cauſa mundi multos effecit, aut aliquo pacto ſimiles, aut omninò diſſimiles effecit; ſi ſimiles, omninò fruſtra eſſent multi; ſi aliquo pacto diſſimiles, vnus vtiq; iam erit, & non plures; qui ex omnibus conſtabit tanquam perfectis.

Secundam facilè etiam diluit, dicens, multitudinem imperfectionem non perfectionem augere, vt plures Dij, plures ſoles, & his ſimilia perfecta.

Tertiã demùm propulſat, dicẽs, quod quæ plura ſunt, non poſſunt prima eſſe, niſi vno comprehẽdantur, quia omnium optimum, & bonum vnũ eſt, neq; .n. ſẽper verum eſt, multiplicationem plurium bonorum eſſe meliorem, quã vnius, præſertim, vbi ex ea multiplicatione conſurgit aliqua naturæ inordinatio, & otioſitas, non enim præſtat plures eſſe naturæ

Ratio pulcherrima, qua improbitur mundorum pluralitas. Principes, quam vnum, vt etiam diximus de pluribus ſolibus, nec decet plura eſſe hominis capita, quam vnum, quoniam, poſitis pluribus, alterum eſſet otioſum, quãdoquidem, vnum per ſe eſt ſufficiẽs, ſic ſi plures mundi darẽtur, alter eſſet ſuperuacaneus, cum iſte corporibus omnibus ſufficiat.

Concluſio. Reſtat igitur, his rationibus admiſſis, prout admitti debent, quod vnus dumtaxat dicatur eſſe mundus, vnum vniuerſum pulcherrimum, ad pulcherrimum exemplar, ab opifice factum, vt paulò infra auctoritate, & argumentis Platonicis probabimus. Reſtat (inquam) quod ſicut vnum rationabiliter concluſimus, de præcipuorũ Philoſophantium conſenſu, etiam eũdem vnicum eſſe, præcipuè in Philoſophia Platonis, & Platonicorum probemus.

Plato in Timeo, poſtquam propoſuit inquiſitionem de mundo, trimembrem, an .ſ. vel vnus ſit, vel plures, vel infiniti; reijcit duo membra huiuſce diuiſionis, quod non ſint plures, neq; (& multò minus) infiniti: at ſi non ſunt tales, neceſſe Quomodo probat Plato vnicum eſſe mũdum
putat vnum eſſe, facta hac ſufficienti partium enumeratione, & ideò ſibi ipſi reſpondet his verbis: *Vnum profectò, ſi modo ad vnius ſimilitudinem formatũ tenemus.*

Hoc eſt argumẽtum, quo Plato probat, Ratio prima affirmatiua.
vnum eſſe mundum, eò quod ipſe ſit formatus ad ſimilitudinem vnius, ergo &c. Quid ſit autẽ hic vnus, pluries diximus, eſſe mundum Idealem, qui quidem reuera eſt vnus, quia ab vno principio eſt procreatus. Itaq; hæc ratio procedit, probando, vnum eſſe rerũ omnium principium, vnum eſſe rerum omnium exemplar, vnum omnium opificem, igitur à primo ad vltimum vnus erit mundus.

Sed hoc axiomate ferè demonſtratiuè probatur ab eodem Philoſopho ratione negatiua, quod nõ ſint plures mundi, & ſi plures non ſint, neceſſariò ſequitur eos non eſſe infinitos; ſiquidem, ſi nec plures, nec infiniti, igitur vnum eſſe fatendum eſt. Ratio hæc negatiua his verbis Ratio negatiua.
Platonis nititur: *Quod .n. viuentia omnia* Verba text.
intelligantur continet, ſocium alterum habere non poteſt. Horum verborum in Timeo ſenſus eſt: exemplar ipſum, in quo ſunt omnes ideæ, non poteſt habere aliud exemplar ſibi ſocium, cur nam? ſubiungit ipſe: *Alioquin aliud animal, quod duo cõ-* Verba text.
tineret eſſe oporteret, cuius duæ hæc partes eſſent, nec illorum, ſed tertij huius mundus, hic ſimulachrum rectius diceretur, vt igitur hic mundus eſſet animali abſoluto ſimillimus, eò quod ſolus, atq; vnus eſſet, idcircò neq; duo, neq; innumerabiles procreati ſunt, ſed vnus mundus factus eſt, & erit, &c.

In his nimirum verbis Platonis adeò cõſpicua apparet probatio vnitatis mũdi, vt nihil amplius pro hac demonſtratione deſiderari poſſit.

Hanc inſignem probationem ab auctoritate Philoſophi, Proclus in Commentario ita nectit: *Si itaque* (ait Proclus) *duo eſſent exemplaria, vel vtrunq; haberet in ſe omnia, vel vnum haberet omnia, alterum autem minimè, vel neutrum haberet om-*

omnia: diuiſio hæc eſt neceſſaria, propterea quod aliud membrum non admittit, tunc ſic infert Proclus: *Si dicamus neutrũ exemplarium habere omnia*, idest omnes ideas, *tunc vtrunq; eſſet imperfectum, at non decet, neq; eſt poſſibile, vt perfectiſſima rei, qualis eſt mundus hic, duo imperfecta principia dentur*: itaq; hoc membrum tertium ruit, ſecundum autem, quãdo dicebamus, vel alterũ erit omnia continens, alterum verò non omnia continebit. Tunc ſequitur neceſſariò alterum illud, quod non omnia cõtinet, eſſe imperfectum, & ideò perfectiſſimę rei non poſſe dici principiũ: reiecto igitur hoc ſecundo, remanet vnũ, quod omnia continet: ergo ex parte huius membri, vnum erit exemplar mundi, ergo vnus mundus.

Procli confirmatio, & cõprobatio conſpicua Platonicæ opinionis.

Vnus concluditur mũdus, ad vni° exẽplar factus.

Primum verò membrum, in quo dicebatur vtrunq; exemplar omnia continere; tunc infert Plato, & Proclus in probatione, neceſſe eſſe, vt hæc duo ſimul non ſint primũ principium, propterea quod ante duo neceſſarium eſt vnum, à quo & ipſa dualitas pronaſcatur, & vniatur, itaq; neceſſariò ſequitur, vnum tantummodo eſſe exemplar, quod omnia continet, ad vnius ſimilitudinem, ab vno opifice intellectu effformatũ, & productum. Hæc eſt inſignis, & irrefragabilis probatio Platonis vnitatis mundi.

Hãc nihilominus Alexãder Aphrodiſæus, qui mundos multos ſine repugnantia reperiri poſſe, probauit ſupra, ſed leuiter (vt vidimus) tanquam inanem carpit, dicens, ſi neq; homo ſingularis, neq; equus licet vtriuſq; vna ſit idea, reperitur, quid vetat non vnicum in natura eſſe mundum, ſed plures extare?

Alex impugnatio com probationis Procli.

Huic dubitationi occurrit Simplicius, etiam hac diſtinctione, dicens: *Exemplata alia prima ſunt, alia ſecũda, prima ſpecies appellantur, ſecunda verò indiuidua*, vni exemplari, vnum exemplatum reſpondet, primo modo ſumptum, non autem ſecũdo modo.

Simplic. diluit Alex. poſitionẽ.

Sed, hanc reſolutionem eſſe nullius momenti, exiſtimant quidam in Platonica familia clari, & ex vetuſtioribus, & ex Neothericis, quare à Proclo in hac re iſtius dilemmatis, reſponſionem quærũt, dicentes cum eo, non eſſe mundi eãdem, & cæterarum rerum rationem: quoniam, vt exemplar primum, primaq; rerum omnium Idea vnica eſt, quæ cæterarũ rerum exemplaria, & Ideas in ſe cõtinet, ſic primam imaginem, quæ in mundo hoc ſenſibili eſt expreſſa (.i. ſenſibile primũ) oportuit in ſe continere cæterarum Idearum imagines, alioquin futurum non erat quod Plato in hac ratione ſupponit, vt mũdus hic in ſenſibilibus perfectiſſimus, perfectiſſimo, & primo intelligibili omni ex parte reſponderet: ſit igitur omni ex parte verum, quod mundus ſit vnus, ad vnius exemplar formatus, in hac doctrina Platonica, ac etiam in Ariſtotelica, & omnium illorum Pythagoricorum, & Ionicorum.

Platonici oẽs & veteres, & recentiores optimè impugnãt Alex. poſitionẽ.

In hoc tamen differt Ariſt. à Platone, quoniam illud, quod probat Plato ab anteriori, & ſuperiori .ſ. mundum eſſe vnũ, eò quia ad vnius exemplar effformatum, Ariſt. probat à poſteriori.ſ. ab vna materia, quæ eſt omnium entium poſtrema: ideò licet in vera conueniant poſitione, differunt tamen in modo eandẽ probãdi, vt patet 1. de cœlo c. 9. Si tamẽ nolumus dicere, quod etiam in hac re conueniant, cũ in Metaphyſicis Ariſt. ab vnitate vniuerſalis cauſę, vnitatem quoq; mũdi concludere videtur. Sed hæc miſſa faciamus, & iam concludamus vnum mundũ in via omnium Philoſophantium, & eũdem ab vnitate cauſæ omninò pendere. Reſtat videre modo, quomodo hic mũdus vnicus, & taliter genitus, ſit omni pulchritudine præditus.

Differ. Plat. & Ariſt. circa probationem mũdanæ vnitatis.

Cap. 9. de cœlo.

Quom poſſunt conciliari Plat. & Ariſt. in hac re.

Mundus eſt omni admiranda pulchritudine præditus.

Eſt axioma Platonicũ in Timeo, omne id, quod quidem ad intelligibile exemplar factũ eſt, neceſſariò pulchrum eſſe, verſa vice, omne, quod ad exemplar ge-

Quare mundus eſt pulcherrimus.

genitum factum eſt, turpè neceſſariò dici. At quoniam mundus à cauſa efficiente factus eſt, & ob finem aliquem factus eſt, & ex aliqua materia (tamen & ipſa genita) & diuino medio, ſiue inſtrumento factus eſt, neceſſariò ſequitur, vt ad aliquod exemplar factus ex conſequenti dicatur; At non ad exemplar genitum factus eſt, quoniam turpis eſſet, & iam pulcher apparet ſenſibus, & eſt re vera talis, ex ſententia Platonis, igitur ad exemplar intelligibile æternũ, & pulcherrimũ.

Quod mundus ſit factus, & à cauſa factus, & quo medio, & ob quem finem, iã ſupra fuſiſſimè dictum eſt. Reliquum eſt, vt videamus eundem eſſe omnium rerum pulcherrimum, & ex hoc eſſe tale, quoniam ad exemplar iſtud diuinum, & pulcherrimum factus eſt.

Plato in eodem Timeo habet hæc explicita verba: *Cum verò mundus omnium genitorũ pulcherrimus ſit, & eius auctor cauſarum omnium optimus, dubium non eſt, quin ſempiternum ſit ſecutus exemplar, &c.* — Verba ex Timæo.

Circa hæc verba Platonis non leuis concurrit dubitatio; primò, quomodo ſi mundus dicatur omnium rerum, ſiue genitorum pulcherrimus, cùm nihil aliud dicatur genitum, præter ipſum mundũ? Reſolutè reſpõdetur à Proclo, quod mũdus dicitur genitorum pulcherrimus, ad temporis differentiam, & animæ ipſius, quæ nedum genita, in doctrina Platonica, dicuntur eo modo, & ea genitura, de quibus ſuo loco (Deo fauente) agemus. — Ab[...] [...] Proclo, [...] [...]

Sit igitur pulcherrimus mundus, quia ad pulcherrimum exemplar effectus, vel quia pulchrũ auctor ſit ſecutus exẽplar. Hoc axioma facillimè ſolida ratione probari poteſt, ſi dicamus ſic; Qui ad exemplar intelligibile facit, neceſſariò pulchrũ facit, ſi quidem vel ſimile exemplo facit, vel diſſimile; ſi ſimile ipſi exemplo, pulchrum facit, quia exemplum intelligibile non aliud eſt, quam mundus intelligibilis, ſiue idealis (vt millies iam dictum eſt) in quo quidem omnis ineſt pulchritudo, ſicuti Plato docet in Philebo, vbi ait: *In foribus diuinitatis ſunt Pulchritudo, Veritas, & Symmetria*, atq; hęc eſt cauſa, vt mundi opifex, quia reſpexit in exemplar intelligibile, & pulchritudinem illam primam ſimile illi opus faciat, & ideò pulchrum, quia neq; in exemplo, neq; in opifice vllus eſt defectus, vlla imperfectio: ſi verò facit diſſimile, tunc arguit defectum, vel in exemplo, quidem eſt defectus, quando eſt corporeum, & genitũ; in opifice quoque eſt defectus, quando & ipſe eſt genitus, qualis erit natura corporibus admixta, quæ aliquando & pulchra, & etiam turpia facit, vt patet in productione hominis, qui aliquãdo pulcher efficitur, aliquando turpis, vt monſtrũ; defectum.n. patitur artifex, qui itidem & pulchra, & turpia fecit. — Quare pulcher eſt mundus. — Verba Plat. in Philebo.

Ita tamen diſtinguendum eſt, vt pulchritudo, vel turpitudo proueniat ab exẽplo, ſimilitudo verò, & diſſimilitudo ab opifice: imago autem ad vtrunq; reſpicit, dicitur.n. imago exempli, dicitur itidem imago, quatenus ſimilis eſt, quia ab ipſo opifice prouenit. Hoc autem probato ſcilicet, quod ad pulcherrimum exemplar mundus factus ſit, & ob id pulcher iure dicatur perquirendum eſt, quid ſit iſta pulchritudo, in quo conſiſtat, & quomodo mundo huic genito conueniat, & in ſit, quã de re iure pulcherrimus ab omnibus Philoſophis, & præſertim à Platonicis dicatur. — Quæ ſit differentia inter exemplum, ſimilitudinem, & imaginẽ. — Concluſio.

Quod ſit pulchritudo in via Plat.

PVlchritudo vario modo ſolet deſcribi à diuerſis in Academia pręſtantibus viris. Dicitur aliquando: *Splendor ſummi boni, fulgens in his, quæ oculis, auribus, menteuè percipiuntur, conuertens nos ad Bonum ipſum.* Aliquando dicitur. *Gratia alliciens homines per viſum, auditum, & rationem.* A Iamblico appellatur: *Actus boni (& nos dicimus) intra ſe perfectus exiſtẽs, extra verò actuans omnia, quare Bona, & pulchra dicantur per participationem illius.* — Diffinitio. — Pulchritud. plures diffinitio.

In his nimirum deſcriptionibus appa-

ret,

ret, quod ſiue ſplendor, ſiue gratia, ſiue actus, qui idem sũt, ſit ipſa pulchritudo, eſt partus, & proles ſummi Boni, qui eãdẽ in vniuerſum diffundit & Bonitatem, & pulchritudinem. Vnde Proclus in Com: in Timeum, volens probare, mundi puchritudinem, à cauſa ad effectũ argumentatur tali dilemmate. Opifex vel bonus eſt, vel non bonus, ſi bonus eſt, pulchrum effectum facit; ſi non bonus, effectum turpem: Sed opifex bonus eſt, ergo effectum produxit pulchrũ: omnis .n. opifex, ſi bonus eſt, ſuæ materiæ dominatur, & formam illis imprimit, quam ipſe vult, vt experimento noſtrorum opifice cognoſci poteſt.

Proclus probat mundi pulchritud. à cauſa ad effectum argumentando.

Ex hoc ſanè argumẽto facilè elicitur, quod pulchritudo eſt actus, ſiue ſplẽdor, ſiue gratia ab eo emanans, tanquam effectus à ſua nobiliſſima cauſa: nec repugnat dicere, bonitatem alterã eſſe à pulchritudine, quoniam nõ differunt, niſi ratione; nam ſecundum vniuerſam Platonicorũ ſcholam, vnum bonũ, & pulchrum, licet tria vĩdeantur, re tamen eadem ſunt, & ſola ratione, & noſtro capiendi modo diſtincta (vt alibi vidimus.) Vnum in apice, tanquam caput eminet, mediat bonum, & ex bono pulchrum refulget, adeò quod dicitur vnum per eminentiam, bonum per eſſentiam, pulchrum per radiorum emanationem, à ſummo illo bono, ſiue per allicienem, quod in ſenſibus, in animo, in mente, excitat cupiditatem fruendi, quę cupiditas dicitur Amor.

Vnũ Bonũ, & pulchrum coincidunt.

Vide Plat. in Sympoſio, & ibi Ficinum.

Hæc igitur pulchritudo, hic fulgor, hæc gratia, habet ſuum eſſe originale ab ipſo vno vero, & bono, eſſe cauſale à prima mẽte imparticipata, in qua per Ideas refulget, eſſe participatum in anima primò, in qua radij ipſius dicuntur rationes, in qua ijdem radij dicuntur ſemina; in materia, in qua appellantur formæ, ſed vmbratiles, & caducæ. Quare à recentioribus Academicis iure appellatur vitalis quidam fulgor, ſiue (vt noſtra eſt ſententia) vitalis quædã qualitas, ab ipſo ſummo bono fluens, ex eodem emanans, in ipſum reſidens, & per ipſum, & ad ipſum ſemper refluens. Emanans (inquam) per Ideas in prima mẽte, per rationes in anima, per ſemina in natura, per formas in materia.

Sed quomodo hęc pulchritudo ab ipſo bono emanans, nos ad ipſam quęrendam, & amandam allicit, & quomodo in nobis eius cognitionem parit & allicit nos mediantibus ſenſibus, viſus, & auditus, qui ſunt nuncij ipſius intellectus (aſſertore Plotino) quinimò & mediante ratione, cui deferuntur ab ipſis ſenſibus eiuſdẽ pulchritudinis conditiones. Nam viſu allicit, dum in corporibus perſpicit fulgentes admirabiles proportiones, in debita partium ſymmetria, & colorũ admixtione conſiſtẽtes: auditu allicit, dũ in eiſdem cõueniẽs diuerſarũ partium conſonantia, ſiue vocum admirandus, ab anima concentus percipitur. Ratione, dum in animis virtutum diuerſarum itidem admirabilis cõcinnitas, quæ dicitur primaria pulchritudo, conſpicitur, nam hac ratione, & his mediantibus duobus ſenſibus, triplex ſolet fieri pulchritudo à Platonicis, & præſertim à Plotino, qui libros compoſuit de hac re; alterum .ſ. de pulchritudine in ſe ipſa, alterum verò de intelligibili pulchritudine, &c.

Quom. pulchritudo à bono fluens in nobis pariat eius cognitionem.

Quom allicit nos pulchrit. mundi, mediantib. ſenſib.

Quom his duobus ſenſib. mediantibus, & ipſa ratione in animo triplex appareat pulchritudo.

Prima dicitur pulchritudo animi, quæ per Philoſophiam acquiritur, & eſt hæc animi concordia, in hiſce virtutibus conſiſtẽs, per Philoſophiam (inquam) facta, non contentioſam, ſed rectam. Secunda dicitur corporis, quæ percipitur (vt paulò ſupra dictum eſt) in cõcordia partium conſiſtens, & nos ad philoſophandum excitans. Tertia dicitur vocum, ſeu harmoniæ, in concordia motuũ, & ſonorum pariter conſiſtens, quę etiam ad philoſophandum nos prouocat, vt etiam patet apud eũdem Plotinum lib. de triplici ad Deum reditu.

Prima dicitur pulchritudo animi.

Secũda corporis.

Tertia vocũ, ſiue harmoniæ.

Hæ tres pulchritudines (ait ipſe Plotinus) ſunt veluti ſcala, quædam tribus gradibus conſtans, per quam animæ noſtræ poſſunt ad Deum Optimum Maxi-

mum

mum reuerti, per hos .ſ. gradus Philoſophiam, Amorem, & Muſicam; pulchritudines iſtæ ab omnibus ferè Platonicis Anagogicæ appellantur, eo quia animum humanum ad diuina reducunt.

Hæc trina pulchritudo dicitur Anagogica a Platonicis.

Habemus iam, quid ſit ipſa pulchritudo, & quotuplex, & in quibus conſiſtat, modo quomodo in vniuerſo inſit, & in eodem perfulgeat, videamus. Proclus in multis eiſdem partibus mundanam inuenit pulchritudinem, atq; iudicat, cũ præceptore Platone, eundem genitorũ pulcherrimum, idq; probat multis argumentis, & rationibus, quorum aliæ pertinent ad corpus ipſius mundi, & ad partes eiuſdem materiales, aliæ verò ad vires diuinas, quæ in eo ſunt, atq; eundem ordinatæ regunt.

Quibus argum. probet Proclus pulchritud. ineſſe in partib. mundi.

Primum argumẽtum eſt ex pulchritudine cœli, cœlum .n. omnium rerum, quę oculis cerni poſſunt, pulcherrimum eſt, ea autẽ pulchritudo conſiſtit in luminum pulchritudine, & multitudine, varietate, & ſitu: eſt .n. prima pulchritudinis ſenſibilis ratio, lux, & lumen, etiam in hiſce corporibus ex elementis conflatis, quæ apud nos & generabilia, & corruptibilia ſunt: nulla .n. res ex noſtris pulchra dici poteſt, niſi ſit luce aliqua prædita, & coloribus, qui lumina sũt in opaco, vti etiã docuit ſchola Peripathetica, ratione igitur luminũ cœlũ eſt omniũ pulcherrimũ.

Primum argum.

Mundanam probat pulchritud.

Secundum argumentum ſumptum eſt ex motibus varijs, & harmonicis ipſorum cœlorum. Fuit enim dogma Pythagorę, cœlos ſuauiſſimam ſuis motibus producere harmoniam: cuius ſententiam Ariſt. adnixus eſt refutare, perperam interpretando Pythagoræ mentem, quaſi ille dixiſſet, cœlos talem harmoniam ædere, qualem nos ſentimus in inſtrumẽtis muſicis, quæ quidem inſtrumentorum harmonia, in ſonis varijs conſiſtit, qui per aeris refractum fiunt, ex diffinitione eiuſdem, quod .ſ. ſonus ſit aer colliſus, vbi habet, inter cœlos nullũ eſſe aerem, neq; aeris vllam colliſionem, ergo nullus ſonus, ergo nulla harmonia.

2. argum.

Ariſt. 2. de cœlo.

2. de anima.

Allucinatur re vera Ariſt. eò quia apud Pythagoram harmonia nõ capitur ſolum pro vocibus, & ſonis variè concinnatis, ſed pro motibus etiam variè diſpoſitis, ex quibus pendet etiam ſonorum harmonia: vt motus exempli gratia cordarum, ſi ſunt concordes inter ſe, vel diſcordes, ſic etiam ſonos varios inter ſe, & concordes, & diſcordes procreãt. Pythagoras ergo vniuerſalius accipiẽs harmoniam pro cõcinnitate motuum quorumcunq; inter eos, veluti ſpeciẽ, poſuit concinnitatem, & harmoniam motuum cœleſtium, Ariſt. autem accepit harmoniam tantummodò iſtorum ſonorum, itaq; argumentum eius alium ſcopum ferit, ad quem re vera Pythagoras ipſe nõ tendit.

Lapſus Ariſtot. contra Pythag.

Pythagoræ vera ſentẽt. circa hoc.

Harmonia autẽ omnis, vel Pythagorica, vel Ariſtotelica ſit, in ſe dicitur habere pulchritudinem, & quia mũdus hãc habet harmoniam, quæ alibi à nobis appellata eſt intelligibilis, eò quia intellectu dumtaxat attingitur, ſicut Ariſtotelica dicta eſt ſenſibilis, eò quia ſenſu percipitur, idcircò mundus hac ratione dicitur re vera pulcher.

Duplex harmonia intelligibilis, & ſenſibilis.

Sed hic popoſcit occaſio declarandi, quomodo in cœlis, & elementis eximia lateat harmonia, quæ tamen à ſenſibus minimè percipitur, ſed à mente purgata peroptimè intelligitur, quæ doctrina nõ eſt ſolius Pythagorę, ſed etiam Mercurij Triſmaximi, qui Pythagoram & ætate, & doctrina præceſſit.

Declaratur cœlorum, & elementorũ harmonia.

Sciendum eſt, quod Mercurius, eũq; ſecuti Pythagoras, Ariſtides, Nicomacus, Geratin, Briennins, & Cenſorinus ex antiquis: nec non Quintilianus, Philo Hebræorum doctiſſimus, Plinius, & alij ex vetuſtis, ex recẽtioribus verò Leo Hebræus, Nicolaus Cupernicus, Valentinus Naiboda, & multi, in cœlorum motibus admirandã inuenere harmoniam, quæ tota conſiſtit, ſecundum eorum placita, in debitis interuallis, quæ numero clauduntur octauo; ex quibus poſtea reſultant concordes conſonantiæ, re vera admirabiles, Sextonĩ, qui perfectam cõ-

Sent. Merc. circa mundi harmoniã, & pulchrit.

In quo cõſiſtit cęlorũ harm. ſecũdum antiq. & recent.

ſi-

ficiunt Dyapaſon (teſte Pythagora.) quinq; .ſ. ſemitoni, duo, vnus, medius, qui in interuallo, quod eſt inter Lunam, & Mercurium, ſemitonum à Mercurio, ad Venerem alium ſemitonum, à Venere ad Solem tonum alterũ, à Sole ad Martem ſemitonum, à Marte ad Iouem tonum itidem alium, à Ioue ad Saturnum pari modo tonum, à Saturno demum ad firmamentũ ſemitonũ. In his omnibus muſicales reperiuntur conſonantiæ, & ſimplices, & complicatæ: Nam à terra ad

Cœlorũ cõſonantiæ in cęl reperiantur.

cœlum ſtelliferum ſpatium interiacet, in quo eſt magna conſonãtia .ſ. Dyapaſon, in eo quod eſt inter terram, & Solem reperitur Dyapente, in eo quod eſt inter Lunam, & Solem Dyateſſaron, à Sole itidem ad firmamentum alia Dyateſſaron, in eo .ſ. interuallo obſeruatur.

In Planetis itidem perfectos obſeruarunt concentus, qui quidem fuerunt appellati nominibus varijs. Luna habet cõcẽtum *Ypodoricum*, Mercurius *Ypofrigium*, Venus *Ypolidium*, Sol *Doricum*, Mars *Frigium*, Iupiter *Lydium*, Saturnus *Mixolidium*, Firmamentum deniq; *Ypermixolidium*.

In omnibus his tũ interuallis, ex quibus ſoni ſex reſultant, tùm concentibus, ex quibus, & in quibus conſonantiæ reperiuntur, admirabilis oritur harmonia mundana, & per conſequens diuina pulchritudo, non tamen ea (vt diximus) quę in ſonis percipitur, ſed quæ ab intellectu obſeruatur.

Tertium argum mundanæ pulchritud.

Tertium argũmentum mundanę pulchritudinis, ſumitur ex temperie quatuor anni horarum .ſ. Veris, Aeſtatis, Autumni, & Hyemis: ita enim hæ inter ſe ſunt concordes, & ordinatæ, & ſibi correſpõdentes, vt videantur muſica quadã proportione, & ratione conſtare, nam ſicuti muſica harmonia quatuor vocum conſtat: grauiſſimi, acutiſſimi, & duobus me-

Quatuor anni tempora pariunt harmoniam.

dijs, ita quoq; quatuor iſtæ horæ, ſiue tempeſtates inter ſe ſibi correſpondent. Hyems, grauiſſimæ vocis vires obtinet. Aeſtas, acutiſſimæ eius, quam vocant tenorem. Autumnus autem eius, quam vocant altum, ſeu vulgò contraltum, & de his auctores ſupracitati clariſſimã faciunt mentionem.

Naſcitur hæc concordia ex his, quemadmodum muſica vocalis ex varijs vocibus, & ex hac concordia quędam concinnitas qualitatum aeris inter ſe per vices temporum, ita vt recta ratione dici poſſit quædam harmonia, & ſi harmonia, etiam pulchritudo ex fundamento à nobis ſupra iacto.

Quartũ argum. mundanæ pulchritud.

Quartum argumentum, ex quo conijcitur mundus eſſe pulcherrimus, eruitur à Proclo ex harmonia elementorum. Sunt .n. ex ſententia omnium elementa quatuor .ſ. ex ſentẽtia Occelli Luccani, Hippocratis, Ariſtotelis, & Peripatheticorũ oĩm, necnon Galeni, & omnium deniq; Medicorum; ſed hanc ſententiam non approbant omninò Plato, Platonici, Pythagorici, Aegyptij, Chaldęi, & Hebręi, propterea quod admittunt tria dumtaxat, terram .ſ. aquam, & aerem, ſed nequaquam ignem, qui ab his ſuperioribus inter elementa vſurpatur, nam maxima cum ratione loco ignis ponunt Cœlum ipſum, quod putant eſſe quartum elemẽtum, & non quintum, ſiue quintam quã-

Quinta eſſentia non eſt 5. argumentũ, ſed 4 ſecũdum Plat.

dam eſſentiam, vt ſæpiſſimè, ait Ariſtot. Hoc dogma ab omnibus Platonicis, tanquam verũ recipitur, & probatur, & præſertim à Plotino, libro proprio ad hoc dicato. Hoc idem dogma docetur à Pro-

Cœlum pro 4. elemento volunt Platonici oẽs.

clo in com. in Timeum, qui omnes nullum alium opinantur ignẽ ſupra aerem, & ſub Luna, niſi Cœlum ipſum, quod etiam Parmenides cenſuit, ex teſtimonio Ariſt. qui atteſtatur Parmenidem, duo principia poſuiſſe .ſ. ignem, & terram, quod dogma noſtris tẽporibus arripuit Bernardinus Teleſius, illudq; longè, latèq; comprobauit.

1. Phyſicor.

Bernard Teleſius de te. rũ natura.

Quocunq; modo tamen intelligatur, ſiue quatuor elementa ſine cœlo, ſiue cęlũ inter quatuor ponatur, admirabilis redũdat harmonia, & per cõſequens ex cognitione ipſorũ admiranda pulchritudo.

Quom intelligatur hęc harmonia.

Et hæc itidem harmonia non eſt intelligenda pro harmonia ſonorum, & muſices,ſed pro cócinnitate quadam, & & naturali concord a e rum ad inuicem, ſicuti etiam de harmonia cœlorum Pythagorica dictum eſt, ac etiã pro eorum diſcordia, ex quibus ea reſultat. Nam nomen hoc,harmonia,Græcum eſt,& latè ſumitur .ſ. pro concordia rerum omnium inter ſe diſcordium, & concinnitate quadam ſibi inuicem cohærentes,omnis enim talis cócinnitas, & diſcors,concordia appellantur, in qua mira obſeruatur pulchritudo,quæ ſic à Ioanne Pico deſcribitur, & ab alijs.

Quom. fiat harmonia elemétaris.

At quomodo hæc fiat, breuiter libet explanare, hæc elementa eſſe quatuor iã ſtatutum eſt, & licet in qualitatibus contraria appareant, nihilominus vnumquodq; cum ſuo proximo cócinnè iungitur. Quoniam, ſi ſecundũ vnam ex ſuis qualitatibus contrariantur,ſecundũ alteram iunguntur, ſicuti in numeris exẽplificari poteſt. Sint duo numeri cubi, qui habeant duos alios medios eoſdem coniungentes, numeri cu i ſint, Octo, & viginti ſeptem, hi habent duos medios .ſ. duodenarium, & decimum octauum, qui inter eos ſunt eiuſdem proportionis; quoniam ſicuti duodenarius numerus eſt ſeſquialterus octauo numero, ita decim⁹ octauus, eſt ſeſquialterus duodenario,ac vigeſimus ſeptimus decimo octauo. Hoc ſtãte, terræ tribuitur octauus,aquæ duodenarius, aeri decimus octauus,igni demum vigeſimus ſeptimus. Et hæc eſt mira elementorum proportio, qua iunguntur in admirabili harmonia, & per conſequens admirabilem reddunt pulchritudinem.

Proportio. nes pulchrę repertuntur in elemétis .i. numeralés.

Harmonia conſpicitur,dum leuia elementa ſurſũ attrahunt grauia,grauia deorſũ attrahũt leuia, itaut reſultet ex hac, & ex colligatione pdicta illa mira pulchritudo,q́ intellectu dũtaxat optimè pcipit.

Origo tetracordi, & eptacordi ortũ duxit

Ex hoc numero elemẽtorum quaternario,veteres Tetracordum inuenere ſonorum,ſicuti ex Planetarum numero ſeptenario,Eptacordum excogitarunt,inſtrumenta ſuauiſſima. Nam ſicut mundus Idealis eſt exemplar mũdi materialis noſtri, ita conſonantiæ intelligibiles ſphærarum cœleſtium, & elementorum ſunt exemplaria conſonãtiarum ſenſibilium, .i. eorum ſonorum, qui in inſtrumentis ſunt materialibus manufactis, qui ſenſu percipi valent: ſed ad quintum iam tranſeamus argumentum.

ex elementum, & planetarũ numero

Quintum argumentum, mũdanę pulchritudinis eſt illud, quo Proclus putat, mundum eſſe pulchrum,propterea quod porportio eius partium per omnia penetrat. proportio au.ẽ nihil aliud eſt,quam certa quædam habitudo alterius rei ab altera: & quanquam Mathematici eius tractationem, quaſi propriam ſibi vſurpent, eamq; conſiderent in quantitate, tùm diſcreta, tùm continua, attamẽ Plato, totaq; eius ſchola eam conſiderat in corporibus ipſius mundi, ex qua eliciunt eius diuinam pulchritudinem. In tribus nempè eandem conſiderant. In numero partium, quę dicuntur totales ipſius vniuerſi primò. In mole ipſorum corporum ſecundo: & præterea in viribus, & potẽtijs tertio, eorum .ſ. quibus corpora ipſa mũdi ſũt prędita, & hac ratione pulchra.

Quintũ argum. mundanæ pulchritud.

In quibus conſiderant Platon. pulchritud. proportionem.

Numerus eſt iã à nobis explicatus, qui quaternus eſt pulchritudinem ardens eximiam, in eo computato cœlo, quod totum igneum eſt, ac præterea reiecta ignis ſphæra à Peripathet:cis tantoperè celebrata, quam figmentum eſſe putant Platonici, & non iniuria, firmis rationibus, & auctoritatibus freti. In hoc numero quaterno, ineſt proportio perfecta (vt diximus) ſed non ob id excluditur, quod etiam poſſit conſiſtere in duobus, ac tribus, vt Mathematici ipſi, & Euclides eorum Anteſignanus peroptimè probat. In mole ipſorum nedum maxima inuenitur proportio, non illa, quæ decupla appellatur ab Ariſt. & à ſuis, quæ omninò tãquam falſa à Platonicis impugnatur, & reijcitur, vti ipſi experimento contraria, ſed in debita quadam diſtantia, quę tota

Euclid. lib. 5. cõſiderat proport. nõ ſolũ in numero quaterno, ſed in bino, & terno. 1. Meteororum.

con-

conſiſtit in craſſitudine cuiuſcũq; elemẽti, & etiam in craſſitudine ſphærarum, in quibus tonos muſicales, & harmonicam probauimus ineſſe proportionem. In viribus etiam perfecta cõſiderantur proportiõ, & menſura, necnon in facultatibus elemẽtaribus, non in iis ſolũ, quas volũt Peripathetici, & binas in vnoquoq; elemẽto ponunt. ſ. frigiditatẽ, caliditatẽ, humiditatẽ, & ſiccitatẽ, ſed in aliis, quas introduxit Plato; Nam experimento etiam probatur has qualitates nõ præciſè ineſſe elementis. ſ. frigiditatẽ, & humiditatẽ, aquæ caliditatẽ, & ſiccitatẽ igni, caliditatem, & humiditatẽ aeri, frigiditatẽ, & ſiccitatem terræ; idcircò non eſt abſolutè dicendum, eadem his mediantibus, iungi, & necti ad inuicem, & ob id pulchritudinem mũdanam gignere, ſed mediantibus Platonicis, duæ ſunt infra poſitæ.

In viribus elementorũ inuenitur optima proportio.

Illud fuit dogma Hippocratis, & Ocelli Lucani, & poſtea Ariſt. (vt ſupra dictum eſt) quod eſſe falſum, rationibus probant Platonici, ſed hic non eſt locus reprobandi, cum refragante ſenſu, & experimentis variis tale appareat.

Plato igitur illud animaduertens, aliã eſt ingreſſus viam, conſiderauitq; ſingula elementa habere tria. ſ. ſubſtantiam; vires, vel facultates ad agendum, necnon actionem. Omnia enim entia, tam incorporea, & diuina, quam corporea, & caduca, docet ipſe, & ſequaces, tria hæc habere. Itaq; à ſubſtantia incipiendo, in qua ſunt vires, ex quibus proueniunt actiones, ait proportionẽ eſſe in ea, quæ eſt elementorum, vt. ſ. ignis ſubſtantia ſit ſubtilis, aeris itidem licet non ita, aquæ verò ſit craſſa, & itidẽ craſſior terræ. Ita vt, quod ad ſubſtantiam pertinet, duo ſunt elementa ſubtilia, duo verò craſſa: intelligatur ſemper cum Plato, & Platonici ignem, vt elementum nominant, cũ pro igne ſumere cœlum ex dogmate, etiam omnium vetuſtorum ſapientũ, Græcorum nempè, Aegyptiorum, Hebræorũ, & Chaldæorum, vt iam retulimus.

Plat. ſent. circa qualitates elementales in Timæo.

Vide Procl. & Ficinũ in com. Timæi.

Sit igitur cœlum ſubſtantia ſubtilis, & tenuis: quo autem ad vires, præuidit Plato, illum eſſe virium acutarum, penetrat. n. eius vis elementa reliqua, aerẽ, aquã, & terram, mediantibus radiis ſolaribus, & ſtellarũ, deferentibus ſecum prolificũ calorem, & vim quandam occultam, quæ per omnia permeat, quã vim etiã Ariſtoteles nequiuit negare in libello de mundo ad Alexandrum: eſt ergo cœli vis acutiſſima, obtuſior eſt aer, obtuſior aere aqua, aqua verò ipſa terra; ita quod de quatuor elementis vnum ſit acutum, tria verò obtuſa.

Libello de mundo ad Alex.

Ariſtot. cognouit vim aniſtaſticã per oĩa penetrantem.

In actionibus autem, quas iſtæ vires edunt, eſt alia diſcordia, & concordia, tria. n. ſunt mobilia, cœlum mobiliſſimũ, aer ſecũdo loco mobilis, tertio loco aqua, quarto verò terra, oppoſita cœlo, eſt prorſus immobilis, quo ad totũ, atq; inter hæc duo eſt contrarietas, tùm in ſubſtantia, tùm in viribus, tùm etiam in actionibus. Illud. n. tenue eſt, terra craſſa, illud acutum, hæc obtuſa, illud mobile, hæc immobilis. Reliqua duo intermedia medio modo ſe habent, nam quo ad ſubſtantiam communicat aer in tenuitate cum cœlo in actione, itidem & aqua, mobilia. n. ſunt: at in viribus communicant cum terra, atq; ita integra, & ſana vndequaq; eſt, ex dogmate Platonis, tota elementorum proportio, quæ mundi conſpicuam intuentibus oſtendit pulchritudinem: atq; ex his habemus duo extrema elementa, quæ ſe habent, vt duo prima fundamenta muſicalia. ſ. grauiſſimum, & acutiſſimum, ac duo media, quæ ſunt eorum ligamenta, & ſe habent, vt tenor, & in muſica mundana, in qua hæc admirabilis ſpectatur pulchritudo; iã ad ſextum accedamus argumentum, quo probatur à Proclo hæc eadem pulchritudo.

Diſcordia actionũ in elemẽtis, & eorum concordia.

Ex proportione demũ optima reſultat pulchritudo.

Sicuti mundus habet has cauſas corporeas, cur pulcher dicatur, & ſit re vera, habet etiam cauſas incorporeas, cur ſic dicatur. Sunt autem hæ: ordo. ſ. poteſtatum non apparentiũ, quæ veluti omnem ſenſum effugiunt, quæ ſunt triplices.

Sextũ mundanæ pulchritud. argum.

Primò, eſt ſpiritus quidam per omnia

Prima vis occulta pulchritudinem reddens mundum.

corpora means,& penetrans, de quo ſatis multa ſunt dicta ab Ariſt. libello ad Alexandrum,de mundo: de quo ſpiritu, quem ipſe vocat naturam, extant quædam pulcherrima carmina apud Virgilium, videlicet:

6. Aeneid.

Principio cælum, ac terras, cāpoſq; liquētes
Lucentemq; globum Lunæ, Titaniaq; aſtra
Spiritus intus alit, totāq; infuſa per artus
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.

Ex his Virgilius indicatur Platonicus.

Poteſtates non apparentes pulchrū reddentes mundū.

Hic ſpiritus, penes Platonicos, eſt anima ipſius mūdi, quę per omnia penetrat, omnia implet, ac eadē ratione viuificat, itaut viuificata pulchra in mundo appareant.

Secunda vis occulta.

Quid ſit ſympathia, & antipathia rerum.

Secunda vis occulta eſt ea, quam vocant Sympathiam,& Antipathiam, qualis cernitur in magnete, & ferro, necnon in ſuccino,& paleis, & rebus alijs multis, non ſolum in attractione, verumetiam in expulſione rerum inter ſeſe cognatarū, & diſcordium, vnde ſolet ſic diffiniri: *Sympathia eſt mutua quædam mundanarum rerum actio, & paſſio, per quas corpora, corporumq; proprietates omnes inter ſe, & agunt, & patiuntur, & ſeſe mutuo amant, & odio habent, prout vnius cuiuſq; eſſentia requirit.* Ex qua actione, & paſſione mutua, non aliter mundi partes inter ſe cōſentiunt, quā in vno animali membra omnia, etiam ſi diuerſa ſint cuiuſcunq; officia, & vires, ita.n. concurrunt ad vnam concordiam, & vnitatem totius animalis.

Dubit. diff.

Cum igitur ex hoc partium cōcurſu in animali, pulchra reſultet harmonia, & concentus, à ſimili in mūdo, ex ipſius partium concurſu, harmonia reſultat, & concentus, & ob id pulchritudo.

Tertia vis occulta.

Tertia vis occulta prouenit à cœlis, & comes eſt luminis, & caloris, & appellatur influxus, de quo ſatis multa dicunt Aſtrologi, nā in his multa varia cernuntur, in quibus eximia obſeruatur pulchritudo, ſed hanc in præſentiarum miſſam faciamus.

Quarta vis occulta.

Præter has tres vires, quæ concordiā in vniuerſo, & ſibi vndequaq; correſpondentem proportionem conciliant, in qua ſine dubio pulchritudo conſiſtit, præter has (inquam) eſt animarum Chorea, de qua agimus fuſius lib. de anima; nam ſicuti in Chorea, quæ in vſu erat, & multiplex apud veteres, & eſt etiam aliquādo apud nos, vt multi, & iuuenes, & puellæ manibus ſimul iunctæ, varios cient motus. Ita in vniuerſo orbe, multæ ſunt animarū ſpecies, quę, veluti iunctæ ſimul, tripudium partium mundi ſuis motibus exercent.

Animæ mūdanæ ſunt numero 12. concluſæ.

Sunt autem duodecim (vt dictum eſt) quę vniuerſales dicuntur, vna, quę appellatur anima mundi, aliæ verò octo cœlorum, & trium elementorum, quæ cōpletum faciunt numerum duodenarium, ſed has nouem vocant Orphęi ſequaces muſas hoc diſpoſitas ordine (vt iā diximus) Lunæ ineſt Thalia, Mercurio, Euterpe; Veneri, Erato; Soli, Melpomene; Marti, Clio; Ioui, Terpſicore; Saturno, Polymnia; Orbi ſtellato, Vrania; nona autem, quæ eſt reliquis præſtantior, appellatur Calliope: & ratio huius rei partim legitur apud ipſum Orphæum in Hymno Apollinis, partim verò apud Proclum, Macrobiū, & alios Platonicos antiquiores.

Nomē Muſarū .i. animarum cœlorū, ſecundū Orphęū, & ſequaces.

Dum igitur iſtæ cum elementaribus Choream, & Tripudium ordinatiſſimum exercēt, pulcherrimā edunt harmoniam, & concentum, & per cōſequens, pulchritudinem admirandam, in mundo præſeferunt.

Sunt præterea animæ mixtorum, metallorum, lapidum, & plantarum, necnon animalium, hominumq; quarum aliæ improprię dicuntur animæ, aliæ verò propriè, vt hominum, & animaliū, quæ cum obediant ordini prouidentię, & fati, eiſque per catenam quandam Homericam auream ſimul iungantur, & à prouidentia pendeant, recta ratione, & ipſę Choreā exercere, & ob id pulchritudinem parere admirabilem dicuntur.

Concluſio.

In his igitur argumentis tota cōtinetur mundana pulchritudo, igitur verum eſt, ipſum mundum eſſe pulchrum, quinimò

imò de mente Platonis, & ſuorum omnium, eſſe genitorum pulcherrimum.

Contradictio in dictis Platonis conciliata, circa hanc mundi pulchritudinem.

In Timeo. Inſtātia notabilis.

NEc obſtat dicere, quod Plato ſibi ipſi cōtradicat, dum in Timeo ait, ipſum eſſe omnium genitorū pulcherrimum, probando à priori.ſ. à cauſa ad effectum, eo quia opifex ſit perfectus, bonus, & pulcher, igitur mundum fecit perfectum bonum, & pulchrum, quoniam in 6. de Republica, comparauit cum ad antrū, & ſpeluncam, & eam quidem obſcuram, & ferè nullo lumine peruiam, quia Proclus ibi facillimè hanc contradictionem euertit, & conciliat, dicens, quod vtiq; mundus, in ſe ipſo conſideratus, eſt pulcherrimus, ſed comparatus ad mundum Intelligibilem, & incorporeum, eſt veluti ſpelunca, & antrum, eò quod nitatur ſuper materia informi, ac deformi, quæ reſponſio, & vera, & valida eſt, ac vnicuiq; clara.

Conciliatio Procli in dictis Plat. circa hoc.

Nec valet dicere, quod opifex iſtius mundi, non ſit bonus, auctoritate Heracliti, argumentando, quod .ſ. hunc producendo opifex quaſi luſerit, & quaſi iocatus ſit, & etiam auctoritate Platonis cōfirmando, nos homines eſſe veluti iocularia Deorum, quoniam idē Proclus, reſpondet, dicens, recta ratione ſic dici poſſe, ſi conſideretur opifex noua faciēs, & fabricans in materia, & ex materia, qui ſimilitudinem quandam habet cum figulo, qui varia vaſa, variaſq; imagines, & pulchras, & deformes (currente rota, vt ait Horatius) veluti iocans effingit. At ſi, vt eſt, vnus Deorum conſideretur, & ex numero Diuinitatis per ſe ſimplex, & inuariabilis, ſeriò agit, quidquid agit, maximaq; ratione operatur.

Alia inſt. & reſp.

Nec demum contrariatur, concedens, opificem eſſe bonū, quinimò optimum, nō tamen neceſſariò ſequi, vt opus ab eo factum ſit pulcherrimū; reluctante enim materia, in qua formam exprimit, poteſt effectus ex ea reluctatione produci non pulcherrimus. Quoniam, vt ait Proclus, idem poteſt quidem in cæteris opificibus accidere, qui non poſſunt materiā, ſuo modo efformare, ſed primus ille opifex, qui dictus eſt inter cauſas optimus, potentiæ ſuæ vi, ita materiam, & eius luctaméta euincit, vt nihil prorſus ſibi ſint impedimento, eſt .n. ferè omnipotens.ſ. nō ſimpliciter, & primo, ſed reſpectu rerum corporearū à ſe productarum, nam primus omnipotēs dici debet, Deus Optimus Maximus, qui & hunc opificem, & etiam alium mundum Idealem, & intelligibilem ex ſemetipſo produxit. Alia quoq; ratione exēplaris .ſ. perfectiſſimi omnium.ſ. diuinarum Idearum, ad quod opifex reſpexit, neceſſe eſt, vt opus pulcherrimum euaſerit.

Alia inſt. & reſp. Quomodo, & qua rōne aliquando reſultat turpitudo.

Quanā differentia ſit inter opificem diuinū, & reliquos.

Eſt igitur mundus hic ideo pulcherrimus, quoniam ab opifice optimo factus eſt, & quoniam ad exemplar optimum Ideale factus eſt, & euaſit imago illius ſimillima, quatenus.ſ. res materia coniuncta, & corporea rei incorporeæ, & Diuinæ ſimilis euadere poteſt: & hæc de mūdi pulchritudine dicta ſufficiant.

Cōcl. quod mundus ſit pulcherr.

Quare mundus ſic paſſim appelletur, ſiue quæ varia ſortiatur nomina.

APpellatur Mundus varijs nominibus à Platone, & Platonicis, à Græcis dicitur κόσμος, quod eſt latinè, ornamentum, quoniam (vt vidimus) omnem ornatum in ſe continet; ornatus autem, vt etiam dicunt noſtrates, conſiſtit in modo, ſpecie, & ordine, hoc eſt in varietate rerum earum, de quibus modo egimus ſuſiſſimè, hoc eſt in multiplicitate earum vnitatum, quæ illum vnū efficiūt, & pulcherrimum.

Quare mūdus dicatur coſmos.

Septem cauſas habet mundus, quia dici poteſt ornamentum, & ſunt principaliſſimæ, ex quibus aliæ emanare dicuntur: habet vnam mentem, qua dicitur ad exemplar factus; vnam naturam, qua dici-

Septem cauſas habet mūdus, quibus appelletur ornamentum.

citur ſilicus mundus; vnam materiã, quæ dicitur Yllcus; vnam vitam, quæ dicitur viuens; vnam formam, quæ dicitur ſphæricus; vnam concordiam, & ſympathiam omnium virtũ, quæ dicitur ornatiſſimus; & ideò iure ornamentum appellatur.

Appellatur & à Latinis Platonicis mũdus, à modo, hoc eſt ab exemplari æterno, quod quidem eſt modus, ſiue idealis forma, ad cuius modum omnia debito modo ſunt effecta, nõ caſu, vt millies diximus. Vel dicitur mundus, vel in recto ſenſu, vel per contrarium ſenſum; ſi per contrarium mũdus primus dicitur à motu, quem non habet (loquendo de mundo Archetypo) ſi in recto, dicitur à motu, quem habet regulatum, & perpetuũ, loquendo de mundo cœleſti, & elementari, quem conſpicuè eundem motum habere apparet.

Dicitur & mundus, & cœlum indifferenter à Platone in Timeo, mundus modo, quo ſupra, Cœlum; Græcè οὐρανός, vel ab vrendo, vel ab auriendo, non quòd vrat, veluti ignis noſter, ſed quoniam facit animos noſtros vrere cupiditate illud cœlum videndi, & poſſidendi, cò quia ab eo ortum habuere, hinc affectant illud adipiſci: ſi ab auriendo, ſic dicitur, eò quòd ex eo auriuntur omnia bona, & animæ, & corporis, animæ, quoniam ipſa ex eo aurit viam, ſuũ inueniendi creatorem: corporis, quoniam ab eo pendent omnia inferiora, quæ in vſu ſunt humano. *Quare cœlum dicitur vranos.*

Si dicitur cœlum, latinè ſic dicitur, vel quia faciat nos cernere magnitudinem creatoris, & ob id faciat, quod vndequaq; laudetur. Nam quanta ſit præſtantia creatoris, ex cœli pulcherrima diſpoſitione comprehenditur; vel quod celet nos ea, quæ à ſenſibus ſunt remotiſſima, vel demum mũdus forſan appellatur, eò quia omni imperfectione ſit carens, vel quòd ſit ab omni labe prorſus mũdus, vel mundatus, &c. *Quare dicitur mũdus.*

Hæc ſunt, quæ per compendium de mundi diffinitione, ortu, cauſis, vnitate, pulchritudine, & nominibus in doctrina totius veteris ſapientiæ, & præſertim Mercurij, Platonis, & omnium Platonicorum, dici poterant.

Finis Noni Libri.

CHRISTIANÆ THEOLOGIAE Cum Platonica Comparationis.

LIBER DECIMVS.

In quo abſolutiſſimè fiunt comparationes earum rerum, de quibus tractatum eſt circa mundi originem in ſuperioribus libris, ſecundum vtriuſque Theologiæ decreta.

SINE vlla animi dubitatione, Theologos noſtrates, & Platonicos, conuenire in ijs omnibus, quæ ponuntur in diſtinctionibus mūdi totius, quęq; in ſuperioribus libris tradita, & declarata fuerunt, exploratum habeo; pręterquam in vno, & hoc eſt, quod ipſe mūdus dicatur animal. Etenim licet Platonici probēt (vt viſum eſt) eundem eſſe animatū pluribus rationibus, iure tamen negatur à Theologis noſtris, ſ. Damaſceno, Baſilio, D. Auguſtino, & alijs præſtantiſſimis, & ratio negationis eſt, eò quia caret multis proprietatibus, quę neceſſariò ad animalis eſſentiam, atq; rationem requiruntur, quicquid vult Proclus in Comm. in Timeum: ſed pro hac reprobatione vide infra in cautionibus rationes Theologorum.

Damaſc. Baſilius, Auguſt. & alij.

Præterea mirū in modū miror Ariſt. ſolidiſſimę doctrinę virum, modo admittere mundum animatū, modo negare, vt patet lib. de mundo ad Alex. de Cœlo, & mundo, & 12. Metaph. Nos igitur cum noſtris PP. id ipſum, & iure negamus, & in hoc nequaquam concordare tenemus.

De mundo ad Alex. De cœlo, & mundo, & 12. Metaph.

Concordant verò dubiò procul, quod mundus ſit corpus ordinatiſſimum, quod ſit diuina prouidentia cōſtitutum, quod ſit ad imaginem diuinā creatum, & quod ſit ſummè perfectum, repletum omnibus his rebus, & ſubſtantijs, de quibus in diffinitionibus actum eſt; concordant (inquam) in prædictis, cū hac ſola differentia, quod illa diuina prouidentia tota ſit in ipſo Deo repoſita, non autem Dijs iunioribus, neq; Dæmonibus participata, quoniam ad hos parum de ea pertinet, niſi quatenus Deus ipſis vtitur, tanquam Miniſtris ad libitum ſuę voluntatis: nam ex ſe eſt ſufficiens minima quæq; prouidere, & ex æquo omnibus adeſt, & conſulit: id quod de potentia ſua loquens Pſal. ait. *Omnia à te expectant, vt des illis eſcam in tempore: dante te illis colligent, aperiente te manum tuam; omnia implebuntur bonitate, auertente te autem faciem, turbabuntur, &c.*

Ibi Ariſtot. nō de mēte propria, vel metaphoricè loqui, prudens lector aduertat.

In hac re optimè cōcordant noſtri, & Plat. ſed diſcordant omnis ab Ariſt.

Pſal. 103.

In via noſtra dubiò procul mūdus habuit ortum per creationem, quod longè, latèq; demōſtratum eſt ſuo loco, & à nobis tāquam dogma verum, & indubitatū, tenetur, ab oībuſq; catholicis defenditur.

In Platonica autē ſecus ſe habet, nam

cum

cum ingens in ea reperiatur copia ſententiarum diuerſorum interpretum, qui rationibus, & auctoritatibus ipſius Platonis freti, audent ſuam ferre, & probare opinionem, hinc eſt, quod dubius, & anceps vnuſquiſq; ſiſtit in approbando, vel iſtam, vel illam opinionem, hoc eſt,

Reijcitur opinio Plotini.

vel primam Plotini, & aſſeclarum, vel ſecundam Plutarchi, Attici, & Seueri; nos aũt tenemus ſecundã, & tãquã veriorem, & tutiorem ſuſtinemus, non ſolum, quia verbis Platonis in Timeo magis innititur, ſed quia magis eandem conformem, & maximo iure, veritati Theologiæ noſtrę eſſe putamus; vnde ſi in comparationem ſententiam Plotini, Iamblici, Numenij, Syriani, & Procli ponamus .ſ. mundum nõ habuiſſe originem per creationem, ſed per æternam cauſatiuam emanationem, abſq; dubio à noſtra nimirum catholica veritate diſſentiunt. Si,

Quæ magis eſt approbanda, & reprobanda opinio Philoſ. circa mundi creationem.

verſa vice, ob oculos Plutarchi, Attici, Neſtorij, & Alexandri ſententiam ponamus, eandem, tanquam noſtræ veritati, proximiorem approbare nitimur, ſecluſa tamen opinione eorum falſa, quod .ſ. materia nullũ habuerit principium, ſed quod sẽper extiterit Deo coęterna, quod eſt maximum in Theologia noſtra, quinimò in vera, & germana Platonis, Pythagoræ, & Stoicorum Philoſophia abſurdum; ſunt pro hac veritate, auctoritates Platonis, & argumenta in ſuperiori lib. allata, & non ſolum de mente ipſius, ſed etiam aliorum ſummorum Philoſophorum.

Sunt (inquam) omnia, quæ pro confirmanda ſententia vera, adducta ſunt in

In Timeo.

Timeo, de mundi geneſi, quibus conſentire videtur, cum Moyſe Doctorũ Alpha .ſ. quod mundus ſit à Deo productus, & propter eius bonitatẽ, & ex nihilo, quod eſt per veram creationem, quæ nullam

In Theeteto.

pręſupponit materiam (vt patet in Theeteto) aſtruunt ſaltem adumbratè, quæ expreſsè fatetur de hominis creatione ad Dei ſimilitudinem, & eiuſdem ex terra

In 1. Alcib. & Politico.

productione; vt patet in primo Alcibiade, & Politico; confirmant, quæ de hominis fœlicitate profert in ſtatu innocentiæ, ſiue naturæ inſtitutæ, fauent quæ de eiuſdem miſeria dicit in ſtatu culpæ, ſiue

In Prothagora.

naturæ deſtitutæ in Prothagora, adſtipulantur ſub cortice tamen, quę affert de collocutione ſerpentis cum muliere, in Prothagora; congruunt demum, quę circumſcribere videtur circa extractionem eiuſdem ex coſta primi Parentis, ſub velamine Androgeni, intelligendo tamen

D. Auguſt. lib. 3. ſuper Gen.

cum D. Auguſtino lib. 3. ſuper Geneſim ad literam, quod non in vtroq; ſexu ipſum Adam creauerit, & formauerit, vt quidam ex Hebręis ineptè fabulãtur, ſed quod ſexu vtroq; humanum genus diſcreuerit, & conſtare voluerit, & hęc omnia, quæ in ſuperiori lib. fuere ad aures Platonis à nobis expreſſa. Quare iudicandum eſt, hunc Philoſophum in re dubia, hanc potiorem ſententiam approbare, licet arripuiſſe velint ex Moſaicis dogmatibus præſtãtes in Chriſtiana doctri-

Contra gentes in Pareneſ.

na Patres, videlicet Tatianus, Iuſtinus Martyr, Euſebius, Theodoretus, Cy-

De præparat.

rillus, & Ariſtobolus Iudæus, cum alijs

De curatione cõtra Iulianum.

multis. Quare concludendum eſt, Platonem in hac re duplici proceſſiſſe modo,

Concluſio.

vel duplici via .ſ. via traditionis, & via probationis; via traditionis putat religiosè, & non iniquè mundum habuiſſe initium per creationem à Deo, vt ſupra.

Duplici via proceſſit Plato in mundi product.

Via verò probationis putat mundum non productum, & productum, poſſe ſuſtineri, prout dialecticè, ſeu topicè ſuadent rationes, vt ſuo loco viſum eſt; concludamus igitur pro hac prima comparatione, quod vna pars Platonicorum nobiſcum in hac mundi Geneſi concordat; Alia verò omninò diſſentit, & ſupponamus mundum per veram creationẽ productum in vtraq; via, ſecluſa nihilominus coęternitate materiæ, videamus modò, an conueniant noſtrates, & Platonici in opifice creante.

Quomodo communicẽt, & pugnẽt noſtri, & Platonici in cau-

Mundus eſt creatus dubiò procul, igitur à cauſa creatus, ſed quænam eſt iſta cauſa? nam in diuina natura tria fuere à

no-

ſa creatrix mundi.

nobis, & ab vniuerſa Theologorum noſtrorum, & Platonicorum caterua, diuina ſuppoſita cōtemplata; cuinam ex iſtis creandi ratio, & facultas, quæ omnipotentiam requirit, iure attribuitur?

Noſtrates illicò dicerent abſq; mendatio, Patri primæ huius ſāctiſſimę Triadis perſonæ; nā ſonat in Symbolo Apoſtolico, *Credo in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cœli, & terræ*; Verum eſt, ſed nunquid excluditur ab hac creatione Filius, & Spiritus ſanctus? nequaquā: nam creatio eſt opus ad extra, quod indiuiſum conuenit omnibus (ſed vt viſum eſt ſuo loco) Patri, ratione ſuæ omnipotentiæ; Filio, ratione ſapientiæ; Spiritui ſancto ratione amoris; adeò quod in mūdi creatione, & vnus, ratione eſſentiæ, fuit creator, & tres ratione perſonarum, qui quidem tres creatores dici nequaquam poſſunt, ſed tres creantes.

Huic veræ, & catholicæ aſſertioni videtur conſentire Plato in Timeo, dum hanc cauſam expreſsè appellat Patrem, & factorem, vnde ſi intelligit, hanc eſſe Deum ſummum, & non mentem illam, ab eo re ſeparatā, licet ab eo productam, & non animam mundi, quę eſt tertia ſuę Triadis perſona, benè dicit, & cum noſtris aliquo modo concordare videtur; ſi autem intelligit (quemadmodum exponit Proclus) hanc eſſe mentem quandam opificem realiter ab eo diſtinctam, allucinatur, & à noſtratibus longiſſimè diſtat.

Plotinus in ſuper. lib. de Deo.

Longè quoq; diſtat à noſtra veritate in hac vnā re Plotinus eius primarius aſſecla. Qui primum eorum, quos celebrat Deos, appellat Patrem, ſecundum verò mundi factorem prædicat, adeò quod creandi ratio perperam videtur ſecundæ ſuæ Triadis ſubſtantię tribuere. Propius videtur accedere huic veritati Atticus, qui primum Deum, bonum, & verū appellat mundi opificem. Sed præceps labitur Amellius, qui mentem quandam opificem, infra Deum, facit mūdi productricem, abſq; vlla ratione. Errat toto

Lapſus Amellij.

cœlo Porphyrius, & in hac re, ſicut in omnibus longiſſimè à noſtris diſtare videtur, dum animam vniuerſalem eſſe mundi creatricē autumat. Labitur tandem Proclus, dum mentem opificem, & ipſe, reſpiciētem in mundum intelligibilem, mundi iſtius materialis procreatricē conſtituit. Nam vel iſta mens eſt eadem cum Deo, aut non, ſi eſt eadem, dicitur mēs diuina ipſius Dei, & ſic eſt ipſe creator; ſi non eſt eadem, ſed eſt infra ipſum, ergo mundus ab aliqua potētia inferiori ipſi Deo fuit creatus, quod eſt impium aſſerere: Sit igitur creatus mūdus à Deo vero, & non ab alia ſubſtantia, eſſentia, & natura, prout optimo iure fides noſtra docet. Valeant igitur in re hac, quę eſt luce meridiana clarior, in veraq; & ſyncera Theologia noſtra elucens, ſic philoſophantes.

Lapſus Porphyrij.

Lapſus Procli.

Concluſio.

Creatus eſt mundus igitur, & à cauſa efficiente creatus eſt, ſed non eodem modo, & eadē ratione creatus eſt in vtraq; via (vt viſum eſt) adeò quod in hoc minimè communicare videntur. Sed nunquid creatus eſt, ſecundū placita vtriuſq; ex præexiſtenti (vt aiunt) materia? Reſpondetur, ſi ex nihilo creatus eſt (vt iam determinatū eſt) nulla materia ante eius productionē exiſtebat, quod in ſententia noſtra clarum eſt, in Platonica minimè, ſi tamen eorum ſententiam, vt veram approbare velimus, quod .ſ. materia fuerit, & ipſa producta, quæ poſitio non eſt poſtea congrua ſententiæ illorum, qui dumtaxat admittunt productionē mundi cauſatiuam; ſic nec aliam admittimus, quod materia fuerit Deo coęterna, cum à noſtra etiam veritate diſſentire affirmemus: nam abſurdiſſimum, & iure, putamus eſſe ponere duo rerum principia à ſe ipſis remotiſſima .ſ. Deum, qui eſt ipſum eſſe re vera, & materiam, quæ eſt propè nihil; vnum, quod eſt ſupra naturam eminentiſſimum, alterum, quod eſt in natura ita debile, & abſconditum, vt nihil ferè reputetur.

Non eſt factus mūdus ex præui materia Deo coęterna.

Sed fuit ne mundus in tēpore factus?

Futilis inquiſitio.

& quando habuit originē per creatiuam productionem? abſurda, & ridicula ſanè inquiſitio, quę longè, latèq; ſuo loco fuit à nobis diſcuſſa; ſed quantum in præſentiarum ad rationem comparationis, & adnotationis attinet, dicimus, nullo pacto conijci poſſe mundum eſſe factum, vel in tempore, vel in principio temporis, nec in noſtra, nec in Platonica ſententia, prout rationes optimè probāt, quæ longa verborū ſerie in ſuperiori lib. adductæ fuerunt.

Nō eſt mundus in tempore factus, nec in noſtra, nec in Plat. via.

Concluſio.

In via noſtra fuit creatus in principio, hoc eſt in verbo, & non in principio, hoc eſt in inſtanti temporis. In via Platonica itidem fuit creatus, non in tempore, quia nō erat nec mobile, nec motus, cuius eſt menſura tempus, ſed in non tempore, hoc eſt in æuo, & in hac parte facilè noſtri, & Platonici conuenire videntur.

Conſenſus Plat. cū noſtris, & cum Merc. quod mundus ſit in æuo factus.

Nec valet dicere, vel adducere, inordinatam, & fluctuantem materiæ iactationem; & motionem, ante eiuſdem productionem, ad mentem Platonis, cuius menſura motus ſit tempus, & ita in hoc ſenſu dicatur mundus in tali tempore factus; quoniam ſicuti materia eſt ens imperfectiſſimum, & quaſi non ens, & propè nihil, cum non ſit nec quid, nec quale, nec quantū, ſic eius motus, cuius fluctuationes ſunt imperfectiſſimæ paſſiones, & per conſequens imperfectiſſimū tempus, quod non meretur dici re vera tempus, quod eſt menſura motus perfecti mobilis, vt eſt cœlum, quare, &c.

Cuiuſdā occaſionis cōfutatio.

Ratio adducta pro opinione Plutarchi, & Attici eſt nullius ponderis.

Ariſt. Phyſic. 4.

Cauſa efficiens iam eſt mūdo aſſignata, ſecundum ſententiam vtriuſq; Theologiæ, & animarum conſenſum circa ipſam cauſam itidem materialem, eidem tribuimus ſ. materiam creatam; & productam, & non Deo coæternam; modo de cauſa formali, & finali eiuſdem quid dicemus?

Mundi formalis cauſa eſt ipſamet forma indita mundo, cuius exemplar eſt illa notio diuina, illa Idea æterna, quæ ſemper manſit in mente diuina, in mūdo Archetypo, ad cuius ſimilitudinē procreatus eſt mundus iſte noſter materialis, ſecundum mentem ſ. Baſilij, Ambroſij in Exameron, Origenis in Periarchon, Auguſtini, & aliorum Latinorum ſuper Geneſim. In via Platonica nedū eſt eadem forma pulcherrima, ad pulcherrimum mundi idealis exemplar, huic mundo indita, non à mente opifice (vt tenent illi interpretes ſupra allegati) quæ eſt totaliter abiuncta à Patre, & factore, ſed ab ipſomet, qui fuit omnium creator, mediante verbo (vt infra videbimus) cum quo indiſſociatè, & cum Spiritu ſancto produxit mundum, & in hoc videtur ſententia Platonis communicare in Timeo, dum Patrem, & factorem appellat iſtius mundi opificem, ſed interpretum minimè. In hoc nimirum videtur aliqualiter concordare ipſe Plato (inquam) non autē interpretes, quia diſſociatè, Patrem, factorē, & exemplar mūdi cognouerunt.

Omnes ſupe Geneſ. Pat. Græci, & Latini.

Cauſa itidem finalis ipſius mūdi, bonitas exiſtit, qua quodammodo compulſus Dominus hunc fabrefecit mundum, omni bonitate refertum. Bonus eſt per eſſētiam, igitur ab ipſo bono eſſentiali omnia debebant emanare bona, quæ tamen talia dicuntur eſſe per participationem ipſius. Bonum, vt bonum, eſt ſuimet diffuſiuum (aſſertore Dionyſio) diffunditur nimirū ad intra, & ad extra; ad intra; in generatione Filij, & in ſpiratione Spiritus ſancti: ad extra, in mundi creatione, vnde eius productio ſummi Boni, & diffuſio, & manifeſtatio dici poteſt ſempiternæ ſuæ bonitatis, & impulſiua cauſa, & finalis iſtius mundi, vt ſuo loco latè dictum eſt.

Dionyſ. de diuin. nom. & alibi.

Hæc in via noſtra nullam habent difficultatem, nec etiam in Platonica, quoniam omnes haud negare audent Deum mundum produxiſſe ſola vi ſuæ eminentiſſimæ bonitatis, & non alia de cauſa.

Cauſa finalis mūdi bonitas.

Deus eſt verus (quod iam millies dictum eſt) ſecundum communē Plat. ſententiam, mundus eſt verus, quoniam patet ſenſibus, nam ſecūdum ipſos videtur, tangiturq; Deus eſt vnus, vnus eſt mundus,

In Repub. & in Tim.

dus,&non plures;Bonus eſt Deus,igitur mundus eſt Bonus, quia à Bono opifice creatus, & propter ſuam Bonitatem,& non alia de cauſa. Quare in veritatem hanc concurrere, & noſtros, & Platonicos, iure affirmare nil prohibet.

Quod poſtea,non omnia Bona appareant in mundo, ſed experientia doceat, & manifeſtet multa in eo reperiri mala, non benè conſentiunt noſtri,& interpretes Platonici.ſ.Proclus, & Maximus Tirius, de malo pęnæ, & culpæ,& de cauſis malorum, quas ipſi afferunt, quare in hac re minimè conuenire videntur, nãq; diuerſę adſignãtur cauſę à noſtris Theologicæ, ab illis autem Philoſophicæ, & ob id non coincidunt.

Proclus in Timeo, & Maximus Tirius in ſer.

Inquiritur vltra,an ſicuti in cauſa mũdi finali ſic communicant, in modo, quò vſus eſt Deus in mundo procreãdo conſentiant? Noſtrates aſſertiuè, & reſolutè aiunt, mundum in lucem per creationem prodijſſe, mediãte æterna ſapiẽtia, quæ eſt verbum diuinũ, iuxta illud Pſalmographi vulgatum, & alibi allegatum. *Verbo Domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum* : ex quibus verbis facilè cõijcitur mũdi creationẽ à Deo pendere.ſ.à Deo Patre,mediante verbo, & Spiritu ſancto,qui cum in eodem nexu eſſentialiter exiſtant, omnia produxerũt ad extra indiuiſa productione.

Psal. 32.

Platonici, & Hermetis aſſeclæ hoc idem confiteri videntur (vt patet ſuo loco) adeò quod pari modo in hoc conuenire vidẽtur; & ſi aliquod eſt diſcrimen, prout eſt re vera, inter noſtros, & illorũ ſapientes, in hoc conſiſtit, quod noſtrates,Patrem, mediante verbo,& concurſu Spiritus ſancti,quatenus.ſ.conueniũt indiſtinctè in vnica eſſentię, ſubſtantiæ, & Deitatis natura mundum produxiſſe fatentur. Platonici verò non ſic, quoniam (vt viſum eſt ſuo loco) verbum, non ſolum Patre inferius, ſed ab eo formaliter diſtinctum, & tertiam Triadis perſonam etiam ſeiũctam ab vtroq; volunt, & perperam quidem, arbitrantur.

Conueniũt Platonici, & Hermet. Aſſeclæ circa medium productionis mundi.

Communicant etiam noſtri, & Platonici, in mundi vnitate (loquendo de magno mundo, non autem de paruo) licet non eodem modo probent eiuſdem ſingularitatem, & vnitatem: conueniũt (inquam) quoniam probatur mundi ſingularis natura in via noſtra, non ſolùm ratione vnitatis materiæ, ſed ratione vnius ordinantis, vnius gubernantis, & vnius exemplaris, quod non audẽt negare Platonici, quinimò optima ratione affirmare, & non ſolùm ipſi, ſed Philoſophi omnium ſectarum, & pręſertim Peripathetici, qui cum præceptore Ariſt. clamant, & probant, illud re vera dicitur vnum, cuius materia eſt vna: at quia mundi materia eſt vna, idcircò mundus eſt vnus, & non plures; quod etiam affirmant noſtri, & præſertim D. Thomas, & ſequaces, vt pariter ſuo loco oſtenſum eſt.

Conueniũt etiã in vnitate mundi.

Peripatetici lib 1. de cęlo, & mũdo.

In ratione igitur vnitatis communicãt dubiò procul, & ſi aliquid eſt diſcrepantiæ inter noſtros, & illos, ratio diſcrepantiæ in hoc conſiſtit, quod mundus ex eo non dicitur vnus, quatenus eſt vniuerſali anima prāditus, & vna mente, namque à noſtris negatur, & optimo iure, mundus eſſe animatus, vt etiam alibi tactum eſt.

Concluſio.

Communicant demum, quod ſit mira pulchritudine ornatus, & quamuis videantur in verbis, & in diffiniẽnda, ac diſponenda pulchritudine diſcordes, in ſenſu, & re tamen conuenire dicuntur, & in ordine præſertim, in quo admiranda conſiſtit mundi pulchritudo, itaq; concludendum eſt, & noſtros, & Platonicos, in mundi vniuerſali Philoſophia, in paucis diſſentire (omiſſis illis tamen duabus opinionibus, quæ à vera, & ſyncera Philoſophia omninò arcẽdæ ſunt). ſ. in mundi illa cauſatiuà productione Plotini, Iãblici, & aliorũ, de quibus ſupra: necnon in coæternitate materiæ, quæ coincidunt cum Philoſophia Ariſt. & ſunt vndequaque explodendæ, tanquam hæreticæ, & prauæ, vt proximè in cautionibus, Deo fauente, videbimus.

Conueniũt in pulchritudine mũdi. quo ad verba diſſentire videantur.

Hęc ſint dicta breuiter, & reſolutè pro comparatione noſtræ Theologiæ, cum Ethnica doctrina, circa mundi originem.

Videamus modo, per cõcluſiones abſolutiſſimas, an cum noſtra, & Platonica Philoſophia, in hac re conueniant Ariſtotelis ipſius dogmata, qui ex profeſſo hanc rem, & ſeriò pertractauit in lib. de cœlo, & mundo, necnon de mundo ad Alexandrum.

Ariſtotelicæ Philoſophiæ, abſolutiſſima comparatio cum ſacra Theologia noſtra, necnon cum Platonica, circa mundi originem, & conditiones.

In Exameron Petr. chon. Mundus creatus eſt a Deo libera ſua voluntate, ait Auguſtinus, Ambroſius, Origenes, & omnes deniq; Patres Græci, & Latini.

Mundus creatus eſt à Patre factore in æuo, qui non coactus, ſed ſponte eundem fabrefecit, ait Plato in Timeo, quem ſecuti ſunt pars vna Platonicorum .ſ. Atticus, Plutarchus, & ſequaces.

Mundus nunquam originem habuit, nec habiturus eſt finem, idcircò æternus eſt à parte ante, & à parte poſt; nec eiuſdem problema eſt dialecticũ, vt diximus primo Topicorum, de mente Academicorum, ſed re vera eſt talis, ſecundum Ariſt. opinionem, quæ quidẽ in hoc imitatur Occelli Lucani, & Thaletis Mileſij ſententiam, ait ipſe Ariſt. lib. de Cœlo, & mundo. De cœlo, & mundo.

Mundus factus eſt ex nihilo, & non ex præiacente materia, quoniam & ipſa à Deo creata eſt, ait Auguſt. & alij Patres, vt ſupra in Gen.

Mundus eſt ex nihilo factus, eò quia ante ipſum non erat aliqua materia, quæ eſſet Deo coæterna, vt perperam cogitauerunt multi, ait Plato in Timeo.

Mundus non eſt factus, nã ſi eſſet productus, neceſſariò ex aliqua materia eſſet productus. Sed ex nihilo nihil fit, ait Ariſt. primo Phyſicorum.

Mundus factus eſt nõ in tempore, ſed ante tempus, quinimò tempus, quod eſt motus ipſius, cuius eſt mobile, factum eſt cum eo, & cum alijs coæuis, ait Auguſt. vbi ſupra, omneſq; Catholici. Beda. D. Alber. Mag. & alij.

Mundus eſt in æuo factus, cuius tempus eſt imago, ait Plato in Timeo.

Mundus ſemper fuit, & ob id tempus, quod eſt mẽſura motus ipſius cœli, quod eſt mundi pars potiſſima, ait Ariſt. primo Phyſicorum, & de cœlo.

Mundus eſt corpus finitum, ideò finitam habet potentiã ſuæ durationis, ideò finietur, ait Auguſtinus, & alij.

Mundus, vt corpus, finitam habet potentiam, ideò & eſſentiam, & actionem, quare dubiò procul finietur, ait Plato in Timeo, & interpretes quidam.

Mundus, & cœlum infinitam habet potentiam ſe mouendi: quo ad eſſe eſt finitæ quantitatis, ſed quo ad motum infinitam habet actionem, ait Ariſt. primo de cœlo, & 12. Metaph.

Mundus, & cœlum ipſum, vt corpora, ſunt finita, & re vera corruptibilia, & caduca, quando, ſ. ad debitum peruenerint durationis periodum, qui modo in mente diuina latet, ait Auguſt. Lactantius, Philo Hebræus, & alij Rabbini.

Mundus, & cœlum corpora ſunt finita, vnde & ſubſtantiam, & potentiam, & actionem habent finitas ſui natura, ideò corruptibilia ſunt, ait Plato in Timeo.

Mundus, & cœlum nequaquam ſunt corruptioni obnoxia, ſed in ęternum duratura, ait Ariſtoteles de cœlo, & mũdo.

Mundus eſt vnus, & non plures, quia vnus eſt Deus, qui ipſum creauit, quoniam ſi plures eſſent mundi, plures etiam eſſent Dij ipſorum motores, & Gubernatores, ait Damaſcenus de mundo, Auguſtinus, Thomas, Scotus, & omnes deniq; tũm poſitiui, tũm ſpeculatiui Patres.

Mundus eſt vnus, ait Plato, qui vnum habet ordinatorem, & motorem, qui vna mente imparticipata conſtat, vna anima, vna materia, & vna forma, 10. de legib. in Parmenide, in Timeo.

Mundus eſt vnus, dicit Ariſt. quia eiuſdem

dē materia eſt vna, & videtur argumentari vnitatem hanc ex infimo entium, & non ex ſupremo, vt faciunt ſuperiores opiniones de cœlo, & mundo.

Mundus eſt pulcherrimus, quoniam eſt ad pulcherrimum exemplar factus, & miro modo ſpecie, & ordine compoſitus, Auguſtinus, Philo Hebræus, & omnes poſitiui, & ſcholaſtici Patres.

Mundus eſt pulcherrimus, eadem ratione, quia ad pulcherrimum exemplar factus, quod eſt mundus Idealis, ait Plato in Timeo, & Proclus.

Mundus eſt pulcher, ait Ariſtoteles, quoniam in ipſo cōſpicitur externa perfectio corporum diſſimilium partium, ex earum congruente ordine, menſura, & terminis conſurgens; eſt pulcher etiam, ait Auerroes, quia in eo conſpicitur proportio inter membra ſuperiora, media, & extrema, quę ſunt diſpoſita ſecundum curſum ſuæ naturæ, ſic Ariſt. 13. Metaph. cap. 2. ſic Auerroes 7. Phyſicorum tex. 17.

Hæc ſufficiant pro comparatione abſolutiſſima vtriuſq; Philoſophi, cum noſtratibus, circa mundani Opificij naturā. Iam ad cautiones accedamus.

Cautiones, quibus vti debet pius Chriſticola in doctrina Platonis, & Platonicorum, necnon vniuerſæ ſapientiæ veteris, circa mundi exordium.

CAutè in primis legatur Plato, vbi mūdum animal magnum appellat, aſſerens, ipſum eſſe animatum; quod à noſtris iure negatur (vt tactum eſt ſuo loco) quod ſi admitteretur, eſſet anſam dare his Hęreticis, qui putarunt (iniquè) cœlū, & elementa eſſe animatā, quoniam vt falſa, & hæretica opinio eſt iure damnāda, & reprobāda, propterea quod fuit maximi erroris cauſa Manichęorum, qui inter multos ab ipſis prolatos, hic enixè fuit à D. Auguſt. nō iniuria reprobatus, & reiectus rationibus firmis, argumentiſq; ſolidiſſimis.

Licet & ipſe hanc opinionem habuerit, quam poſtea iure retractauit lib. Retract. 1. cap. 9. in fine, in quo hæc affert verba, pro eadem retractatione. *Animal eſſe mundum, ſicut Plato ſenſit, & alij Philoſophi, nec ratione certa indagari, nec diuinarum ſcripturarum auctoritate perſuaderi poſſe cognoui. Vnde tale aliquid à me dictum, quod id accipi poſſit, in lib. de immortalitate animæ temerè dictum notaui, &c.*

Rationes reprobantes hanc poſitionem Platonicam, ſunt multæ (vt alibi, & paulò ſupra oſtenſum eſt) & Patrum, & ſcholaſticorum, & præſertim Alexandri Alenſis 2. p. ſummæ, mēbro 5. quæſt. 18.

Cautè etiam eſt procedendum in doctrina illorum Philoſophantium, qui tenent, hanc animā mūdi totius eſſe Deum; quę opinio recitatur ab Auguſt. & reprobatur hac ratione lib. 4. de Ciuit. Dei. *Si animus mundi Deus eſt, eiq; animo mundus, vt corpus eſt, vt ſit vnum animal conſtans ex anima, & corpore, cum tota moles huius mundi viuificetur ex hac anima. Quis non videt, quanta impietas conſequatur, vt quod calcauerit, quiſq; partem Dei calcaret: & in omni animanti occidendo pars Dei trucidetur: quod cum impium ſit, & irreligioſum dicere, non eſt Deus anima mundi.* Aliæ rationes requiri poſſunt ex Alexandro, vt ſupra.

Hoc tenere, & aſſerere dogma tanquā verum, eſt prauam ſequi hæreſim, non ſolum Manichæorum (vt dictum eſt) ſed incidere in impium errorem excommunicatum, & damnatum Pariſijs.

Si mundus igitur hac ratione non eſt animatus, nec cœlum per cōſequens, nec elementa, & ob id cautè eſt legendus Plato, & Platonici in hac vna re.

Non poſſum niſi admirari, & Ariſtotelis inſanam ſententiam damnare, qui quidem reputatur Philoſophorū ſapientiſſimus, & tamē ſtultè, & ipſe (ne dicam impiè) Deum appellauit animal in Metaph. namq; ſi metaphoricè accipiatur apud ipſum vox animal, legibus ſuis præiudicat, quę in topicis vetant, in ſcientijs realibus, vti metaphoris, quod ſæpenu-

Lapſus notabilis Ariſ. de Deo, quē appellat animal in Metaph.

me-

In Top. Auer. ibi, & alibi.

mero Auerroes inculcat: ſi verò hoc non admittamus, tunc euadit ridicula, nam quis vnquã ſomniauerit Deum eſſe compoſitum ex anima, & corpore, prout eſt omne animal? valeat igitur, &c.

Cautè procedatur in lectione Platonicorum, & præſertim Porphyrij, Iamblici, Procli, & aliorum, vbi aiunt cum Ariſtotele, Deum, & naturam non procedere per ſaltum, ideò mundum non fuiſſe immediatè à Deo productum, ſed mediantibus alijs eſſentijs, & potentijs, vtpote mentibus ſecundis participatis, quæ ſunt Dij Minores, ſecundum communem Theologorum noſtrorum opinionem. Nam ſi quis huic aſſertioni adhæreret, incideret in fatuam ſententiam, Angelicorum, Archonticorum, Carpogratianorum, Cherinthianorum, Saturninorum, qui omnes partim (duce Ariſtotele) probant omnia in hæc inferiora producta eſſe ab intelligentijs, partim (aſſertore Simone Mago) prædicabant mundum eſſe ab Angelis, & non à Deo immediatè creatum: quod eſt impium aſſerere, cum Deus prima die creauerit naturam Angelicam, & poſtea mundum ipſum, ſolo verbo, & Spiritu ſancto, & non alio medio, vt oſtenſum eſt.

Vide Alfonſus de Caſtro, Prateolũ, Bellarm. & alios.

Cautè legatur fatua Plutarchi, Attici, Seueri, & aliorum Platonicorum opinio, quod .ſ. materia ſit Deo coętetna, quia qui hanc ſentẽtiam approbarent, inciderent in lapſum, & pernicioſum errorem Seleucianorum, Stoicorum, & Hermiæ, qui tempore Valentis, & Valentiniani irrepſit, qui omnes opinantur, & ineptè, cum ipſis Stoicis, non ſolum Deum corporeum, ſed materiam primam eidem coęqualem, quæ tamen eſt à Deo creata re vera, ſecundum non ſolum noſtram doctrinam, ſed etiam ſecundum multorum Platonicorum ſententiam.

Cautè intelligatur ſententia Platonis circa Dei prouidentiam .ſ. quod ſit participata Dijs iunioribus abſolutè, ita quod ad illos pertineat cunctis prouidere, quoniam eſſet erronea ſententia, cùm ipſa abſolutè ſiſtat in Dei voluntate, in qua repoſita ſunt omnia ſuperiora, inferiora, magna, parua vſq; ad minima, & ſi videantur aliqua illis commiſſa ad miniſterium mundi ſpectantia, hoc accidit ex libera Dei ipſius voluntate, qui illis vtitur tãquam miniſtris ab eo creatis, cum cæteris rebus in mundi vniuerſi creatione primaria. Etenim nullam habent Dij iuniores, & Dæmones .ſ. Angeli, in ſententia noſtra, vim agendi in mundo, niſi illam, quæ ſibimet à ſuo Creatore, & factore ad libitum ſuæ voluntatis datur. Tota igitur prouidentię ratio, ſtat in ipſo Deo, & ob hoc non eſt triplici diuiſione ſeccanda, alioquin non eſſet in Deo ſumma, & abſoluta poteſtas: & qui hoc dogma teneret Platonicum in prauam incideret hæreſim multorum, & præſertim Origenis (ſi tamen fuit eius ſentẽtia) & Manichæorum, quare &c.

Qui itidem teneret opinionẽ Peripatheticam, fatuam re vera, & impiam .ſ. quod prouidentia non pertingat, niſi vſq; ad concauum Lunæ, facilè conueniret, vel cum Saducæis apud Hebręos, vel cum Epicureis Philoſophis, qui omnem prouidentiã è medio auferre nituntur.

Finis Decimi Libri.

CHRI-

CHRISTIANÆ THEOLOGIÆ

Cum Platonica Comparationis.

LIBER VNDECIMVS.

De animæ natura, & conditionibus, ſecundum Theologorum noſtrorum, atq; SS. Patrum, & Scholaſticorum placita.

ANIMAM eſſe in natura, ita cõſpicuè cernitur, vt nemo ſine demẽtiæ nota contrarium aſſerere poſſit; nam dum hoc quis negate tãquam figmentum niteretur ipſam eſſe adeò declararet, vt locus dubitationi vllo modo re vera non remaneret. Etenim vnuſquiſq; Ingenij acumine præditus, dum aliquod euidens, euertere nititur pro viribus oſtentationis gratia, & nõ ratione vera ductus, ſuæ intentioni ſemper oppoſitũ manifeſtare videtur, equidẽ in negotio animaſtico hoc maximè accideret, cum animam eſſe liquidò ex hoc pateat, quod *per ipſam viuimus, mouemur, & ſumus* (aſſertore Philoſopho.) Viuimus (inquam) hac mediãte, quoniam, anima ablata, aufertur & vita, aufertur & motus, quoniam ipſam eſſe principium omnis motionis, ore vno fatentur cuncti re vera Philoſophantes, & ſicut aufertur & vita, & motus, ex abolitione animæ; ita aufertur & eſſe: adeò quod nõ eſt in dubium vocandum, an anima ſit, ſed immediatè eſt inueſtigandum, quid ſit anima in Theologia noſtra, demiſſis pro nunc Philoſophorum diffinitionibus, & varijs opinionibus de ipſa: de quibus in ſequẽti lib. latiſſimè agendum eſt, & præſertim ad aures Platonis, & Platonicorum. In hoc nihilominus lib. multa adducemus, quæ erunt communia noſtratibus, & Peripatheticis, ex quibus multa ſumpſerunt pro declaratione naturæ ipſius animę. Diffiniamus igitur ipſam primo, iuxta grauiſſimorum Patrum decreta, & præcipuè D. Auguſtini, Eccleſię celeberrimi Doctoris.

Cum magis homo ſe ingenioſũ oſtendit, magis animatũ eſſe ſe declarat.

Ariſt. 2. de anima.

Quid ſit anima, ſecundum ſententiam D. Auguſtini.

Diffinit. 1.

DIuus Auguſtinus igitur lib. de cognitione veræ vitæ, talem animæ diffinitionem videtur afferre, *Anima eſt ſubſtantia incorporea, corporis ſui vita, inuiſibilis, ſenſibilis, mutabilis, paſſibilis, illocabilis, nec quantitatis mẽſura, nec qualitatis forma, ſuſceptibilis, memorabilis, rationalis, & immortalis.*

D. Auguſt. de cognit. veræ vitæ.

Hæc animæ diffinitio, ſancti, & celeberrimi Doctoris in ſe multas videtur habere cõditiones nobiliſſimas, & diuinas, ex quibus facilè conijci poteſt, quod re vera ipſa inter omnes Dei facturas, primatum tenet, Angelo tamen dẽpto, ſaltem in quibuſdam.

Primò, quod ſit ſubſtãtia incorporea, patet, quoniam ipſa eſt actus, & forma corpus ipſum informans, & perficiẽs, ita

Diffinit. Interpret.

vt non poſſit dici corpus, quoniam aliud informaret, quod eſt abſurdum pænes omnes Philoſophos veritatis ſequaces, & apud omnes Theologos.

Anima qua ſit vita.

Secūdò eſt corporis ſui vita, quoniam in tantum dicitur corpus viuum eſſe, vel opera exercere vitalia, in quantum anima informatur, nam recedente anima ab ipſo, dicitur mortuum, & inanimatum. Dicitur etiā ex ſe inuiſibilis, eò quia non videtur, neq; in corpore, licet exerceat in eo opera vitæ, quæ videntur, neq; extra ipſum corpus anima, vt anima eſt.

Quare dicitur ſenſibilis.

Tertiò dicitur ſēſibilis, non quod ſenſibus, tùm particularibus, tùm communibus ſentiatur, ſed quoniam ipſa, omnibus vtitur ſenſibus, vnde ſenſitoria ſunt veluti organa materialia, quæ de ſe nullam habent virtutem, niſi illam, quam in ipſis videtur anima exercere.

Quare dicitur mutabilis.

Quartò dicitur mutabilis, ex hoc, quia in electione eſt arbitrio libera, & circa quodcunq; habet ſuum velle, & ſuum nolle liberum, & ab omni conatu alterius potentiæ, prorſus alienum, quod ſibi diuina diſpenſatione traditum eſt.

Quom. dicitur paſſibilis.

Quintò dicitur paſſibilis, quoniam poteſt affectibus .ſ. gaudio, mœrore, odio, & amore præmi, & in hoc dicitur Dæmones excellere, qui neq; poſſunt (vt ſuo videbimus loco) gaudere, neq; de peccatis dolere.

Quom. dicitur illocabilis.

Sextò dicitur illocabilis, hoc eſt non loci occupatiua, circumſcriptiua occupatione, cum non ſit materialis habens in ſe magnitudinis molem, qua poſſit menſurari, ſed indiuiſibilis, & ideò diffinitiua occupatione loci, vt dictum eſt de Angelo, qui eſt in hac re eiuſdem conditionis.

Quom. eſt à forma accid. immunis à qua.

Septimò dicitur qualitatis formę minimè ſuſceptibilis .i. formæ accidentalis, .ſ. coloris, & alterius qualitatis non admittens conditionem.

Quom. dicitur memorabilis.

Octauò dicitur memorabilis, cum memoria vtatur in corpore, ſi quidē memoriæ appellationem ſuſtinet, dum recordatur, intellectus, dum intelligit, & voluntatis, dum vult.

Quom. dicitur rationalis.

Nonò dicitur rationalis, quoniam procedit de noto, ad ignotum, ratiocinando, & ſyllogizando, ad differentiam Angeli, qui quidem non ſic procedit (vt oſtenſum eſt ſuo loco) hinc eſt, quod non rationalis, ſed potius intellectualis appellatur Angelus.

Immortalis quom. dicitur.

Decimò dicitur immortalis, quoniam cum corpore non moritur, vt animæ brutorum, ſed ſecūdum merita, & demerita, & ad Beatitudinem, & ad miſeriam tendit, poſt iſtius vitæ curſum, quibus autem rationibus probetur, eius indubitata immortalitas, in ſacra Theologia noſtra latiſſimè paulò infra videbimus.

Alia animæ diffinitio, ex eodem D. Auguſtino excerpta, lib. de quantitate animæ.

Diffinitio.

Alia itidem diffinitio obſeruatur, in doctrina D. Auguſtini, & eſt talis. *Anima eſt ſubſtantia rationis particeps, regendo corpori accōmodata, incorporea, diſpoſita ad corpus viuificandum, informandum, & hac ratione regendum.*

D. Auguſt. lib. de quant. animæ.

Hæc animæ diffinitio, videtur ferè eſſe eiuſdem ſenſus, cum diffinitione Caſſiodori, quæ talis legitur. *Anima rationalis eſt ſubſtantia ſpiritualis, à Deo creata, proprij ſui corporis viuificatrix.* Et ſubſtantia ſpiritualis, hoc eſt incorporea, *apta nata, viuificare corpus, voluntate ſūi creatoris .ſ. Dei Benedicti.*

Diffin. animæ Caſſiodori.

Alibi deſcribitur ſic. *Anima eſt ſpiritus intellectualis, rationalis, viuens ſemper in motu, bona, malaq; voluntatis capax.* Hęc deſcriptio cum ſuperioribus in quibuſdam conuenire videtur. *Eſt ſpiritus intellectualis rationalis,* ad differentiam Angeli, qui non eſt rationalis, ſimulq; intellectualis, ſed ſimpliciter intellectualis; *in motu ſemper viuēs,* quoniam mobilis pro ſtatu iſto videtur, dum ipſa mouet corpora, ad quorum motionem & ipſa mouetur; *mala, bonaq; voluntatis capax,* vt habens actū indifferentem ad Bonum, & ad malum ex arbitrij libertate.

Lib. de ſpiritu & anima.

Ani-

Animæ diffinitio data à quibuſdam Theologis, quæ amplificatur, & declaratur ab Auctore.

Diffin. ãis Theolog. ab Auctore amplificata, & declar.

A Lia datur animę diffinitio à quibuſdam Theologis, quam iudicamus nos amplificare, & declarare, ne nimis diminuta remaneat, & hoc ad maiorem ipſius animæ declarationem, eſt igitur talis. *Anima eſt ſubſtantia quædam ſpiritualis, mente prædita, rationis compos, de nihilo à Deo immediatè creata ad propriam imaginem, Beatitudinis, & miſeriæ capax, arbitrio libera, immortalis.*

Quatuor genera cauſarum animæ, quod patet interpret.

In hac diffinitione, quæ tamen cum ſuperioribus in multis cõuenire videtur, quatuor genera cauſarum poſſunt notari: Cauſa materialis, ibi, *eſt ſubſtantia ſpiritualis* .i. abſq; materia, quoniam non educitur de aliqua præiacenti materia, vt notat Magiſt. ſent. & cum eo omnes Theologi, nemine diſcrepãte, ſed de nihilo. Cauſa efficiens ibi tangitur, *à Deo immediatè creata*, quoniam immediatè pendet à Deo ſuo creatore, neq; per cauſas creatur ſecũdas, prout eo loci itidem declarat Magiſter, & cum eo Theologi omnes pariter. Cauſa formalis ibi tangitur, *ad propriam imaginem*, quoniam ſcimus eam ad Dei ipſius imaginem creatam eſſe, ex ore proprio Dei ipſius. Cauſa tandem tangitur finalis ibi *Beatitudinis, & miſeriæ capax*, cũ ipſa propria arbitrij libertate, & beatitudinem, & miſeriam aſſequi valeat. Eſt tamen animaduertendum, quod quãdo anima fuit à ſummo Conditore creata, ad hunc præciſè finem eandem creauit ipſe altiſſimus, vt .ſ. beatitudinem aſſequeretur, nõ autem miſeriam, ſi verò miſeriam pro beatitudine aſſequitur, hoc non eſt Deo impingendum, ſed ipſi animæ; & auctoritate D. Auguſtini facilè affirmari poteſt. *Fecit Deus* (dicit S. Doctor) *rationalem creaturam* .i. animam, *vt ſummum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando poſſideret, & poſſidẽdo eo frueretur*: adiungimus autem nos miſeriam, quoniã ipſa finem, ad quem creauit illam Deus, amittit ſępè ex propria culpa, & alium miſerum ex proprijs defectibus acquirit.

Magiſ. ſent. in 2. diſt. 12.

Gen. 1.

D. Auguſt. ſuper Gen. & alibi.

Nos ſuperuacaneũ minimè putamus, oſtendere hanc diffinitionem omnes in ſe habere veræ diffinitionis conditiones .ſ. genus, & differentias, antequam harum cauſarum clarius, & vberius veritatem aperiamus SS. Doctorum, & auctoritatibus, & rationibus freti.

Hæc diffin. habet requiſita ad verã diffinit. cõpetentia.

Genus primo ibi notatur, *eſt ſubſtantia ſpiritualis* ponitur ad differentiam ſubſtantiarũ corporearũ: *mente prædita*, ad differentiam animarũ irrationalium, quæ non ſolum merè ſenſitiuæ ſunt, ſed, vt viuificatrices eorum corporũ, quæ informant, dicuntur ſpirituales, ſed mente deſtitutæ: *rationis particeps*, ad differentiam Angelorum, qui non dicuntur rationales, ſed meri intellectuales: *de nihilo à Deo creata*, ad differentiam rerum ex præiacente materia productarum: *ad propriam imaginem*, ad differẽtiã rerum, quæ potius imagines, ſed nequaquam ad imaginem Dei dicuntur eſſe creatę, vt ſunt itidem Angeli, qui non dicuntur ad imaginem, ſed imagines (vt iam viſum eſt) & animæ irrationales, quę neq; imagines, neq; ad imaginem: ſed tamen, vt veſtigium quoddam creatæ, &c. *Beatitudinis, & miſeriæ capax*, ad differentiam Dæmonum, qui ſolũmodo miſerię capaces ſunt: & etiam ad differentiam earum formarum, quæ cùm corpore interire videntur, vt ſunt ſupradictæ animę: adiungimus *arbitrio libera*, ad differentiam pari modo animarum, quę ducũtur ex materia: adiungimus *immortalis*, de qua immortalitatis veritate proximè videbimus Theologicas rationes.

Diff. declaratio de verbo ad verb.

Cauſæ animæ quatuor, & earum declaratio.

Cauſa materialis animæ, & aliæ decl.

I Ncipiamus ſuperiores animæ cauſas fuſius declarare, vt totam eius quidditatem melius intelligamus, & incipiamus à cauſa materiali eiuſdem, & dicamus primò, quod non eſt ex aliqua præ-

uia materia, neq; ex traduce creata; ſed ex nihilo, vti etiam Angeli, & ratio eſt, dicit D. Bonau. quoniam, cùm rationalis anima ſit hęc aliquid, & per ſe nata ſubſiſtere, eſt etiam immortalis poſt ſeparationem à corpore, & per ſe poteſt agere, & pati, necnon mouere, & moueri, nec ob id dicitur compoſita, niſi eo modo, quo infra dicemus, quoniam eſt forma informãs corpus ſecundũ totum; oportet etiam, quod intra ſe habeat ſuæ exiſtentiæ fundamentum, nec habeat aliquam materiam ſuimet partem, in quam poſſit reſolui, vti reſoluuntur materialia compoſita, ſed ſit merè ſpiritualis, & immortalis, veluti Angelus, igitur eſt ex nihilo:

D. Bonau. in 2. ſentẽt. diſt. 17.

Quare anima non dicatur materialis, ratio D. Bonau.

Non etiam ex traduce, hoc eſt ex alia anima facta eſt, vt corpus ex corpore videtur fieri, quoniam aut traducitur ab anima alia, aut à corpore; non ab anima alia, quoniam hoc non poteſt accidere, nec ſecundum partem animæ rationalis, cum ſit indiuiſibilis, nec ſecũdum totum, quoniam tunc anima generans, generãdo aliam moreretur, cum totum ſuum eſſe illi daret. Non à corpore traducitur, quoniam per naturam nõ poteſt ex corpore fieri non corpus (D. Auguſtino aſſertore) etenim anima eſt ſubſtantia incorporea, ſecundũ placita omniũ Theologorum, necnon Philoſophantium.

Anima nõ eſt ex alia facta, & quare.

De dubijs animæ.

Nec obſtat illud Gen. *Omnes.* ſ. animæ, *quæ egreſſæ ſunt de femore Iacob*, quoniam ille animarum egreſſus intelligitur per ſynecdochen, capiendo totũ pro parte, adeò quod ille modus, quo etiã frequenter vtuntur Theologi, nõ intelligitur ex traduce animarum, ſed corporum, quibus organizatis, à Deo infundũtur animæ ab illo ſolummodo (vt dictũ eſt) creatæ, & ex nihilo, igitur non ex traduce.

Gen. c. 47.

Inſtantia, & ſolutio.

Sequamur cauſam efficientem declarare animæ, & eandẽ ratione, & auctoritate probare. Animæ immediatè efficiẽs cauſa eſt Deus, prout omnes, & iure, aſtruunt Doctores, quoniam nulla creatura operatur in effectione animæ intellectiuæ. Rationibus ſolidiſſimis, & pariter pijſſimis probatur hæc poſitio; D. Bonauentura, ſolus Deus eſt, qui habet vitam in ſemetipſo indeficiẽtem, igitur poteſt alteri dare perpetuam, & incorruptibilem: creatura autem nequaquã, cum ipſa in ſe non habeat vitam, ſed ab alio, vt Angelus, &c. Vnde nemo dat, quod non habet, per regulã Philoſophi; ſed quare cùm Angelus, & anima ab alio dicantur habere vitam, & non à ſe ipſis, non deficiunt? hoc eſt ex Dei volũtate, q̃ ſua miſeratione has nobiliſſimas ſubſtantias conſeruat. Itidem poteſt hac ratione confirmari poſitio, cum ſolummodo ſit Dei proprium creare, & anima nõ ſit per propagationem (vt probatum eſt ſupra) ſequitur, quod ſit per creationem, igitur à Deo, & non ab alia cauſa. Itidem, ſi ad Beatitudinem creata eſt, prout tetigimus, & fuſius declarabimus in cauſa finali, & proprium ſit dumtaxat Dei beatificare, & ſicuti à ſolo Deo habet finem, ita ab eodem habet & principium, igitur à Deo immediatè creata eſt, & nulla creatura, cum eo cooperata eſt, & hoc non ſine rationabili cauſa, ſecundum D. Auguſt. & Magiſt. ſent. quoniã eius intentio in creãdo animam hęc fuit, vt ſolſimodo ſibi inſeruiret, & ob id nullius imperio ſubeſſet, ſed ipſum pro viribus diligeret, ac eius præcepta ſeruaret. A ſolo igitur Deo, tanquam à cauſa efficiente, habet immediatum eſſe dubiò procul anima noſtra.

Cauſa efficiẽs animæ declar.

2. ſent. diſt. 18. quæſt. & art. vlt.

Quare Deus ſolus ſit efficiens ...

3. & 2. Elh.

Quare non deficiũt Angelus, & anima.

Creata eſt immediatè à Deo aĩa.

In Gen.

Auctoritate hoc confirmatur etiã primo Gen. quoniam, homine iam de limo terræ formato, hoc eſt corpore, *Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ*; & hoc eſt anima rationalis, non ſenſitiua, neq; vegetatiua, quoniam ex traduce, & per generationem factæ ſunt, vt in eodem loco liquidò probant ſacræ ſcripturæ auctoritates, vt puta, *Producant aquæ rep. animæ viuentis, & volat. ſuper terram.* & iterum: *Producat terra animam viuentem, & beſtias ſecundum ſpecies ſuas*, hoc eſt intelligendum tamen paſſiuè, quoniam hæ itidem

Comprobatio huius ſent. auctoritate.

Gen. 1.

ſen-

ſenſitiuę animę, actiuè ab ipſo Deo creatæ ſunt, paſſiuè ex elementis.

Cauſa formalis animæ.

Cauſa formalis animę etiam declaratur à Doctoribus .ſ. quod ad propriam imaginem ipſã ſummus creauerit Deus, & probatur à D. Bonauentura, à quo ferè tota hæc excerpta eſt doctrina, probatur (inquam) ratione: primo ſic, vbi eſt vera repreſentatio alicuius, ſecundum eius nobiliſſimum actum; & ſecundum diſtinctionem, & ordinem ibi eſt vera imago, ſed in animo humano eſt huiuſmodi, ſecundum ſupradicta igitur in ipſo eſt vera repreſentatio Dei. Primò repreſentat Deum, ſecundum actum intelligendi, quoniam repreſentat ipſum non ſolum inquantum ens, & inquantum viuens, ſed etiam inquantum intelligẽs, & ſic excellentiori modo, & proximiori, quam cætera creata corporea. Mox inde repreſentat diſtinctionem, & ordinẽ, quæ in diuinis extat perſonis, quantum ad memoriam, intellectum, & voluntatem. Etenim imago conſiſtit in tribus potentijs; ſicuti eſt vna anima, ita eſt vna eſſentia in diuinis, in ea sũt tres prędictæ potentiæ, & in eſſentia tres perſonæ, ſuis proprietatibus diſtinctæ, &c. vt patet in primo, &c.

1. ſent. diſt. 36. ar. 1. qu. 2. & vlt.

Animæ rationalis imago Dei, quæ dicitur cauſa formalis.

Quom anima repręſẽtat diuinam Trinitatem & eſſentiam & perſonas. Intellige hic potẽtias in ſuis actibus ſecũdis.

Auctoritas hanc veritatẽ confirmãs, patet primo Gen. illis .ſ. verbis *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*, & quoniam hæc verba ſunt ab ore Altiſſimi prolata, igitur nõ eſt dubitandum hoc verum eſſe.

Auctoritas Gen. 1.

Eſt tamen animaduerſione dignum illud, quod dicit, *Ad imaginem, & ſimilitudinem*, quoniam non eſt idem imago, & ſimilitudo, ſed differunt, ſecundum communiter Doctores, & expoſitores illius loci, & principaliter in hoc, quoniam imago, & anima conſiſtit, quantum ad proprietates naturales, quæ ſunt ſuperiores .ſ. memoria, intelligentia, & voluntas; ſimilitudo ſolũ in gratuitis, ſimilitudo eſt quędam perfectio ipſius imaginis, quoniam gratia perficit naturam. Differunt ſecundo (aſſertoribus D. Auguſtino, & Bonauentura) quoniam imago principaliter in cognitiua ponitur. Nã eſt imago, qua capax eſt æternorum, hoc eſt per cognitionem, ſimilitudo verò eſt in affectiua principalius, quoniam in qualitate dicit conuenientiam, & quoniã qualitas, qua anima aſſimilatur Deo, conſiſtit principalius in vnione ad ipſum Deum, per amorem, qui principaliter eſt in voluntate, vel effectiua potentia, igitur aliæ itidem rationes, quibus differũt ad inuicem imago, & ſimilitudo, afferuntur à Lyrano, quas breuitatis gratia tacitas prætereo, ne compendij terminos tranſeam.

Quom imago, & ſimilitudo differant.

Lyranus ibi ſic declarat.

Vbi ſupra 1. ſuper Gen. Auguſ & 2. ſent. Bonauent.

Vide Lyranum ſuper Gen.

Cauſa finalis tandem animę eſt, quod .ſ. ipſam ad ęternam creauit Deus Beatitudinem aſſequendam, quod D. Auguſtinus, & cum eo Magiſter ſent. videntur vnanimi affirmare cõſenſu, habet D. Auguſtinus hæc verba in lib. Pſal. *Mundus idcircò factus eſt, vt fieret homo; homo ideo factus eſt, vt Deum factorem ſuum agnoſceret, vt amaret, & coleret, ideo amaret, & coleret, vt beatam immortalitatem pro mercede laboris caperet, ideo autẽ præmio beatæ immortalitatis afficeretur, vt ſimilis effectus, Angelo, ſummo, & immortali Deo in perpetuum deſeruiret, ipſum laudando, & eſſet regnum æternũ ipſi Deo, hæc eſt ſumma rerum hæc conditi hominis ratio hoc arcanum Dei.* Ex hac excellentiſſimi, & probatiſſimi Doctoris Eccleſiæ ſententia facilè comprehẽdimus cauſam finalem, beatitudinem eſſe æternam.

Cauſa finalis animæ.

Lib. Pſal. in Præfat. 2. ſent. diſt. 1.

Admiranda D. Aug. doctrina.

Huic irrefragabili auctoritati tria adhibentur ſigna, eius veritatẽ confirmantia, & ſunt: Primũ, perpetua anhelatio, qua anima ſemper affectat, & anhelat ad Deũ ipſum, nec eius appetitus vnquam acquieſcit in hoc mundo, ſi totum etiam ipſum poſſideret, ſolus Deus illũ acquieſcit, igitur in ipſo eſt vltima ſua quies; ſi habet hunc, prout habet, ſine dubio appetitum talem, qui non poteſt quietari, niſi in ſolo Deo, & ipſe non ſit fruſtra factus, prout veritas Philoſophica confirmat, debemus cõcludere, igitur, quod ſo-

Tria ſigna, quibus probatur hominem eſſe ad beatitudinẽ creatum. Primum.

Philoſ. 1. de cœlo.

ſolus Deus eſt ſua vltima quies; in quo, tanquam in obiecto beatifico quietatur; ob beatitudinem igitur facta eſt anima. Confirmatur hoc argumentum auctoritate eiuſdem D. Auguſtini. *Feciſti Domine cor meum ad te, & ideò inquietum eſt, donec perueniat ad te.*

a lib. Confeſſionum.

2. Argum. ſiue ſignũ, quod aïa ſit ad beatitud. creata

Aliud argumẽtum, ſiue ſignum, quod anima ſit ad beatitudinem æternam facta, eſt, quod Deus vult, cum anima tale pactum, & confederationem, quod ſicut in ſolo Deo quietari placet, ita & Deo in ſola anima habitare per gratiam complacet; vnde ſi omnia bona mundi etiam homo offerret Deo nihil faceret, ſi propriam animam non ei exhiberet, vnde dicit Deus Prou. *Filij præbe mihi cor tuum, & ſufficit mihi, &c.*

Prou. 23.

Arg. aliud hoc confirmans.

Aliud itidem argumentum eſt, quod in anima adeſt diuina miſeratione illapſus ſolius Deitatis, quoniã Deus ſic voluit animam cõdere, vt nihil in eam poſſit illabi, niſi ſolus Deus; vnde nec Angelus, nec Dæmon, dicuntur animæ illabi: & hoc itidem confirmatur auctoritate D. Auguſtini, dicentis: Solus Deus illabitur menti, ideoq; conſtat, quod ad ſe ſolum inhabitandum facit animum, per gratiam, & gloriã, & per conſequens ad ęternam Beatitudinem, &c. igitur immortalis. At videamus rationes Theologorum, eiuſdem immortalitatem confirmantes.

Deus illabitur ſolummodo.

Rationes immortalitatis animæ noſtræ, ſecundum Theologorum noſtrorum placita.

AT videamus rationes Theologorum, immortalitatis animæ veritatem confirmantes, quæ ex eiſdem cauſis, quas explicauimus in eius quidditate declaranda, eliciuntur, & primo à cauſa materiali.

Prima ratio immortalitatis animæ Theolog.

Anima (inquiunt) ex nihilo creata eſt, ſi igitur aliquando corrumperetur, in id, ex quo facta eſt, reſolueretur, at ex nihilo creata eſt, igitur in nihilum abiret; ſed quodnã ſequeretur inconueniẽs? ſequeretur, nulli dubiũ eſt, quod aliquod bonum irremuneratum remaneret, & aliquod malum impunitum, quod eſt contra iuris diuini ordinẽ, quod ſemper bono præmium, malo verò pœnã iniungit, ex merito, & demerito, &c.

Ordo diuinæ expoſcit iuſtitiæ, vt multa bona, quę ſiunt à mortalibus, quę non poſſũt remunerari in hoc ſæculo, in alio remunerẽtur, ſicut etiã multa mala non poſſunt puniri in hoc eodem, in alio puniantur, ſed hoc non poſſet accidere, ſi ad interitum corporis interiret & anima; non igitur hac ratione interire dicitur, & relinquitur, quod immortalis, & incorruptibilis cenſeatur.

2. ratio immortalit. animæ Theolog.

Item, ſi anima (vt concluſum eſt) à Deo, tanquam à cauſa efficiente, ſuam habet originem, & non aliunde, quid eſt putandum ipſum nequaquam velle eandem in eſſe perpetuò conſeruari? ſtante, quod ſemper eidem aſſiſtat Deus, tanquam propriæ facturæ, quinimò proprię rei ad ſuam diuinam imaginem factæ; nunquam eam deſerit Deus, niſi quando ipſa deficiens, deſerit ſuum creatorem, quę eidem aſſiſtit per eſſentiam, potentiam, & præſentiam, igitur diuina voluntate hac ratione putetur immortalis.

3. ratio immortalit. aïę Theol.

Nec obſtat illud ſcripturæ. ſ. quod ſolus Deus habeat immortalitatẽ, qđ hoc eſt intelligendum, quoniã Deus ex ſe ipſo eſt immortalis ſine alterius manutenentia, reliqua autem nequaquã, vt anima, & Angelus, quoniã licet immortalia iure dicãtur, non tamen ex ſe ipſis, ſed ex manutenentia altiſſimi, qui ſicut ex nihilo eam produxit, ita & in eſſe perpetuò vult conſeruari ex mera ſua clementia.

4. ratio immortalit. aïę Theol.

Item, ſi eſt ad ſuam (vt vidimus) imaginem formata, & ſimilitudinem, quare nõ debet ei in immortalitate aſſimilari? debet re vera, quoniam Deus, vt excellens intelligibile intellectũ hominis perficere põt; at pro ſtatu iſto non videtur hoc planè accidere; relinquitur ergo, qđ

5. ratio immortalit. aïę Theol.

Philoſ in Metaph.

in

in futuro pleniſſimè accidet, & ſic anima exiſtimetur immortalis, & ſuperſtes, igitur hac etiam ratione incorruptibilis.

11. de Trin. 1. de Ciuit. 6. ratio immortalit. aiæ Theol. Itidem, teſtimonio D. Auguſtini, hãc immortalitatem poſſumus affirmare ex fine animæ; finis erat beatitudo, paulò ſupra, at beatitudinem hanc non poſſet aſſequi anima, niſi eſſet immortalis, & ratio eſt, quoniam in hoc ſæculo, nunquam acquieſcit in aliquo obiecto, dum nõ acquieſcit, nõ dicitur, & non eſt re vera beata, vnde ſi hanc nõ poteſt adipiſci pro ſtatu præſenti, reſtat, quod poſſit, & debeat pro futuro, igitur hac ratione immortalis, & incorruptibilis oſtenditur.

7. ratio immortalit. animæ Theolog. Anima naturaliter appetit beatitudinem, & ille appetitus non poteſt eſſe fruſtra, at eſſet fruſtra, ſi eſſet mortalis, cum non poſſit aſſequi in hac vita ſuum finem, igitur teſtat, quod ſit immortalis, ad hoc, vt dicatur illa debere eundem aſſequi finẽ ſaltem poſt ſeparationem eiuſdem à ſuo corpore.

8. ratio immortalit. aiæ Theol. Scotiſt. Ex quibuſdam cõiecturis itidem cenſent Scotiſtæ noſtri, cum Aureolo, animam eſſe, prout eſt re vera, immortalem, quoniam experitur homo (inquiunt) in ſe, quod animæ operatio nõ ſubeſt corruptioni, ſed ſubſtantia animæ, quæ eſt principium operationis, ſemper habet eſſe ſtabilius, quam ſua operatio: igitur non eſt cenſenda mortalis, hoc clarè experimur, quod liberè intelligimus, eligimus, iudicamus, nec ob id dicitur anima ſeneſcere, dum eſt corpori alligata, nec dicitur magis eſſe antiqua per tẽpus intelligendo, imò potius ſapientior iudicatur, & hæc poteſt eſſe cauſa, quoniam extra corpus eſt immortalis, & incorruptibilis.

Fũdam. Philoſoph. corroborantur iſtæ rõnes. Hæ ſunt rationes merè Theologicæ, quæ animę veram probant immortalitatem, fundamentis nihilominus Philoſophicis adeò fultæ, vt re vera irrefragabiles dici poſſint. Et hæ prærallegatæ rationes, quę ſunt SS. Patrum, & Græcorum, & Latinorum, faciũt pro immortalitate animæ humanæ pracisè, quia re vera eſt immortalis, beatificabilis, & ęterna à parte poſt, non autem valent pro animabus brutorum, quæ cum corpore naſcuntur, & cum eodem intereũt, nec officit dicere cum Salomone, quod *Vnus, & idem ſit hominum, & iumentorum interitus*; quoniam id proculdubiò intelligitur de interitu corporum, non autem animorũm. Eccleſiaſt. 3.

Relictis igitur alijs, quę poſſent afferri in confirmatione veritatis, elicitis ex ſacra Scriptura veteri, & noua, & de Chriſti Domini vera, & indubitata reſurrectione de Lazaro, & de alijs ad vitam reuocatis, necnõ de multis veris apparitionibus, & de multis legibus, hanc veritatem confirmantibus, concludamus, animam re vera immortalem, incorruptibilem, & æternam: & hęc ſufficiant pro explicatione, & interpretatione tùm cauſarũ, tùm immortalitatis eiuſdẽ animæ. Aliæ omittunt rõnes, & fundam. pro hac immortalit.

Quod anima humana non ſit vna, vt perperam cenſuere multi vtriuſq; Philoſophiæ profeſſores, vt Auerroes Peripatheticus, & Amellius Platonicus, ſed multiplex ſecũdum multiplicitatem indiuiduorum.

SEd antequam ad alias animæ conſiderationes accedamus, ſ. quis ſit eius ſtatus, & conditio, antequam corpus informet, quis in corpore, & extra, poſt eius ſeparationem, & quas habeat prærogatiuas in omni ſtatu, & tempore, & quas etiam ex propria culpa miſerias incurrat; dicamus, quomodo non eſt dumtaxat vna in tota ſpecie humana, prout falsò, & impiè tenuerunt, & explicuerunt quidam hæretici maledicti, Auerrois opinionem ſectantes, loquendo ſemper de anima intellectiua, & hãc veritatem oſtendamus breuiter, & reſolutè more noſtro, ſicuti oſtendimus Dei vnitatem, & Angelorum diſcretam multiplicitatem ſuis locis. Hæc ordine ſunt inquirenda. Auerroes, & Auerroiſtæ 3. de anima.

Animam vnicã non eſſe in tota ſphęra humana, ſic oſtendunt Patres Theologi,

Quod anima non ſit vna in tota ſpecie humana.

logi, tùm poſitiui, tùm ſcholaſtici, vt verè pietatis cultores, vt nequaquã pijs Chriſticolis locum dubitandi relinquere videatur: quoniam ſi vna eſſet anima in cunctis hominibus, non poſſet plus mereri iuſtus, quam iniuſtus, nec ille præmium reciperet bonorum operum, hoc eſt beatitudinem, nec iſte pro peccatis miſeriam ſempiternam, & ſic fruſtra quis ex peccatore euaderet iuſtus: experientia hoc idem clarè oſtenditur, quoniam videmus, diuerſos homines contrarijs præmi affectibus, nam quidam Deum pro viribus diligunt, quidam verò eundem contemnunt: quidam ſunt indocti, & quidam ſapientes. Itidem (& eſt ratio Phyſica) ſi vna eſſet anima intellectiua in omnibus hominibus, non eſſet forma ſpecifica hominis, prout iniquè putauit maledictus Auerroes, & eiuſdem ſequaces, & hanc veritatem conſpicuè probat validiſſimo argumento D. Thomas Angelicus, & ſolidiſſimus Doctor, tùm in contextu ſeptimo, tertij libri de anima, tùm in Opuſculo decimo ſexto, dicẽs; Si anima rationalis non daret homini eſſe ſpecificum, homo non diceretur intelligens, quia ſi intellectus eſt in homine, vt forma aſſiſtens ſeparata à materia, ergo, quemadmodum Nauta, cum ſit ſecundum ſubſtantiam ſeparatus à naui ſpeculatur in naui, neq; ob id nauis ſpeculari dicitur, ita intellectus in homine intelligeret, neq; ob id homo diceretur intelligens, igitur, quomodo homo intelligat oſtẽdi nullo modo poſſet.

Argum. ex coniecturis, quo oſtẽditur animarum multiplicitas.

Ratio Phyſica hoc idẽ oſtendens, aſſumpta à Theol.

D. Tho. in cótex. 7. lib. 3. de anima. In Opuſc. 16. & alibi.

Nec ſufficit dicere pro Auerroe, quod intellectus iũgatur homini per phantaſmata, & ita fieri, vt intellectu intelligẽte, homo dicatur intelligere, quoniam, inquit D. Thomas, hoc nihil eſt, dum ponitur intellectus ſecũdum ſuam eſſentiam à natura humana ſeparatus, nihil facit illius coniunctio, per phantaſmata, ad reddendum hominem intelligentem, quia phãtaſmata ſunt quidem humana, ſed reſpectu intellectus non habent niſi locum obiecti mouentis, & rei cognitæ, at non cognoſcentis, ita igitur per ſua phantaſmata homo non fit intelligens, ſicuti paries per ſuum colorem, quo mouet oculum, non fit videns, &c. Sileant igitur Auerroes, & aſſeclæ, nec aliud repetant in hac re pro ſua tutela, quoniam multi philoſophãtes, & vetuſtæ, & iſtius tempeſtatis, admittũt hoc argumẽtum, vt re vera demonſtratiuum, & irrefragabile.

Rationes futiles pro contraria opin. idem Auer.

Hæc ratio Auer. optimè diluitur à Caiet. & Zabarella.

Si igitur hæc veritas admitti debet, prout re vera debet, vnumquodq; indiuiduum ſuam habet ex congruentia formam, non ſimplicem corporeitatis (vt aiunt) ſed ſubſtantialem, quæ eſt anima rationalis, igitur tot indiuidua, tot formæ ſubſtantiales, & tot animæ in vnica ſpecie, igitur non vna ſola.

Anima nõ eſt forma aſſiſtens, ſed informans.

Si tandem vnica eſt ſpeciei humanæ anima, oppoſita poſſent in eodem ſimul verificari, quoniam vna anima diligit, quod alia odio habet, vna ſapit, quod alia ignorat, vna poſtremò affirmat, quod alia omninò negat. Sunt igitur tot animæ intellectiuę, quot corpora humana, ſic videntur affirmare ſanctiſſimi Doctores Thomas, & Bonauẽrura, necnon Richardus, & Scotus in quarto ſẽt. & denique omnes Catholici Doctores.

Alia ratio pulcherrima.

Oẽs Theol. hoc affirmare, & probare nituntur.

Nec valent rationes impij Auerrois, quod immateriale, non multiplicetur ad corporum multiplicationem; quoniam anima intellectiua non multiplicatur effectiuè, ex corporibus, ſed ex proprijs gradibus indiuiduantibus; & hæc ratio concludit etiam contra illud, quod iſte aſſerere ſolet. ſ. quod anima intellectiua nõ eſt corpus, nec virtus in corpore, &c. Nec itidem valet, quod ſi eſſet multiplicata anima intellectiua moueret ſe ipsã, quoniam intellectus in potentia mouet intelligentem; non valet (inquam) quia maior propoſitio huius ſyllogiſmi eſt falſa in ſpiritualibus, quamuis in corporibus ſit dubiũ, quod aliquid ſe ipſum moueat. Nec concludit tandem illa ratio, quam pro ſua opinione affert, quod illud, quod recipitur in aliquo, recipia-

3. de anima Com. 18.

Rationes Auer. quomodo ſoluuntur, & optimè à Theologis noſtris.

Notab. ſolut. Aureoli iſtius futilis rõnis impij Auer.

piatur per modum recipiẽtis, vnde ſpecies, quæ recipitur in intellectu meo, & tuo, cum ſit vna, igitur & intellectus, vel anima intellectiua vna, quoniam, ſecundum Aureoli doctrinam, per oppoſitum poteſt hæc ratio futilis facillimè retorqueri, & ſolui, dicendo, quod ſequeretur, quod omnes intelligẽtiæ cœli eſſent vna intelligẽtia, & ſic intellectus intelligentiæ mouentis orbem Lunæ eſſet idẽ cum intelligentia, quæ mouet orbem Solis, ſed hoc eſt maximum inconueniens, igitur allucinatur improbus Auerroes.

Hæc ſint obiter dicta, pro euerſione Auerroiſticæ falſitatis, & veritate noſtra confirmanda, licet hic non ſit locus admiſcẽdi Theologicis Philoſophica dogmata, & præſertim impia, & execranda: verumtamen pro maiori iſtius veritatis euidentia, hoc iure nos feciſſe putamus.

Cõcluditur, q̃ tot ſint animę intellect. quot indiuidua.

Sint igitur nõ vna, ſed ferè infinitæ animę intellectiuæ, quod & innumeris poſſet affirmari rationibus, & auctoritatibus tùm veteris, tùm nouæ ſcripturæ, & pręcipuè Chriſti Domini, diuinæ veritatis oraculi.

Iam habemus animarum veritatem, quod ſine vlla probatione liquidò vnicuiq; patet. Iam habemus earum quidditatem, & eſſentiam, per diffinitiones Sanctorum explicatas, necnon multiplicitatem etiã rationibus pijſſimis probatam, contra concludentes earum vnitatem iniquè, ne dicam malignè, & ſine ſolida ratione.

Animarum aliæ conſiderat.

Par eſt modo alias animæ intellectiuæ dotes, & circunſtantias in medium afferre, vt perfectè (vt aiunt intus, & incutè) eius naturam, & conditionem contemplari valeamus. Quæ hucuſq; de ea diximus, ſpectant ad actum primum ipſius .ſ. ad eſſe, quæ autem afferre modo tentabimus, erunt ſpectantia ad actum ſecundum .ſ. ad eius operationes, functiones, & munera, & ad hoc, vt melius id à nobis effici poſſit, conſiderabimus animam primò ante corporis ingreſſum, in ipſo corpore, & extra, poſtquam ab ipſo naturali ſorte migrauerit, & ad alium acceſſerit locum: & ſic finem huic negotio imponemus, & hæc omnia petractabimus more noſtro compendioſè, breuiter, & reſolutè, ſemper tamen rationibus, & auctoritatibus ſanctorum Patrum.

In triplici ſtatu conſideranda eſt anima.

Qualis ſit animæ ſtatus ante corporis informationem.

Animæ ſtatus ante corporis informat.

QVantum ad primum .ſ. quis ſit animæ intellectiuæ ſtatus, antequam ad corpus informandum diuina mittatur voluntate. Non eſt ijs adhęrendum, qui tenẽt ineptè, omnes animas, cũ cæteris rebus in primordio mundi fuiſſe creatas, vt Origenes Adamantius, & nonnulli eius ſequaces, prout referunt Auctores non pauci, quoniam contrarium ratione primò ſic probatur, deinde auctoritatibus Sanctorum cõfirmatur.

Opinio, quã volunt eſſe Origenis.

Si animæ ſunt à principio mundi, cum Angelis in cœlo Empyreo creatæ, & ibi manent, aut ſunt fælices, aut miſeræ, non miſeræ, quoniam ibi non eſt miſeriæ, neq; pænarum ſtatus, cum ſemper diuinæ aſſiſtant Maieſtati; cuius præſentia beatificat, igitur fælices: at ſi in termino fælicitatis ſunt, ad quid corporis ingreſſum anhelant, vbi facilius miſeriam, quam beatitudinem aſſequi valent? nam ſi eam beatitudinem, quam quærunt habent, quid amplius capiunt? Itidem ſi fælicem, & cælibem ibi vitam agunt, & non poſſunt neq; mereri, neq; demereri, ad quid corpora ingredi caduca, vbi, à ſenſibus deluſæ, poſſunt gratiam, & gloriam, quam habent ammittere? falſa igitur, & erronea cenſenda eſt opinio hæc.

Hic aprimè opinio Origenis improbatur à Thomiſtis 1. 2.

Opin. Origenis reiicitur à Scotiſtis ſic.

2 Itidem arguunt quidam Scotiſtæ ſic cum Guillermo Vorill. ſecũdo ſent. diſt. 18. concluſione 2. Si animæ eſſent à principio creatæ omnes ſimul, aut nolũt ingredi iſta corpora, aut l'c; ſi ſ c; fatuæ omninò iudicãdæ ſunt, quod velint originali inquinari peccato, & mortalibus fædari piaculis. Nam quo ad originale

occa-

Vide Scotel li lib. ſent.

occaſionaliter, vel materialiter ex infecto corpore contrahunt ex obligatione diuinæ legis, ſi nolunt, & contra propriam voluntatem, & in inſtinctum veniſſit, igitur miſeræ, & antequam peccent, pœnam patiuntur. Confirmatur, quoniam non eſt veriſimile, quod tanto tempore ſine actu aliquo, vel meritorio, vel demeritorio maneant, & ita, ſi mereantur, fiunt mox beatæ, veluti Angeli; ſi demerentur, fiunt miſeræ veluti dæmones, ſed hoc dicere erroneum eſt, igitur erronea opinio Origenis, ſi tamen eſt ſua, & non eius calumniatorũ, malitia ſibi attributa.

Concluſio.

Pro firma cõcluſione, igitur & vndequaq; vera, & catholica aſſerere debemus, cùm omnibus ſanctis Doctoribus Eccleſię, quod animę intellectiuę creando infunduntur, & infundẽdo creantur,

Confirmat. concl. auct. D. Aug. de Eccleſ. dogmatib. c. 17.

& hoc primo, auctoritate D. Auguſtini confirmatur, dicentis: *Animas hominum dicimus non eſſe ab æterno, inter cæteras intellectuales naturas, vt Academici quidam finxere, nec ſimul à conſtitutione mundi creatas, vt Origenes, ſed ſimul creando infunduntur, & infundendo creantur*. Sufficeret tanti viri auctoritas ad opinionem iſtam futilem euertendam, ſed quoniam hæc alia adiungitur ab alijs, ideò & nos eandẽ afferre ad maiorem veritatis expreſ-

Alia auctoritas confir.

ſionem volumus: ſuper illud Pſalmographi,

Pſal. 32.

Qui finxit ſigillatim corda eorum, dicit gloſa .i. animas, quæ ſigillatim, & ſucceſſiuè creantur, ſicut & earum corpora. Sic ob id non eſt in via catholica tenendum, animam eſſe antiquã, & ante corpus formatam, & hac ratione eandẽ cenſeri non debet mundanæ animæ portionẽ eſſe, niſi in ſenſu, quo videbimus lib. ſequenti.

Anima nõ eſt portio animæ mundi.

Quoniam ſicuti mundus minimè animatus eſt (vt viſum eſt) ad aures noſtrorum Theologorum, ita nec eam eiuſdem partem iure exiſtimandum eſſe, cum eiſdem affirmamus.

Longum eſſet pro hac veritate (quæ eſt luce meridiana clarior) afferre auctoritates ſanctorum Thomæ, & Bonauenturæ, ideò hæc miſſa facimus, ne videamur nimis laborare, circa illud probando, quod ab omnibus Theologis tùm poſitiuis, tùm ſcholaſticis, tanquam verum, & indubitatum videtur eſſe confeſſum.

Inſig. dubitatio, & ſolutio.

Sed ſolet oriri dubitatio, an prius fiat animæ creatio, vel eiuſdem infuſio? ſed promptè quis reſpondere poteſt, quod prius natura fit eius creatio, quam infuſio, ſicuti in ſe prius res conſideratur, quã in comparatione ad aliud, & hoc ordine naturæ: Verumtamen ſimul tempore in eodem inſtãti fit creatio, & infuſio. Sed

Qua ratione motus hæc ſcripſit Orig.

qua ratione permotus Origenes, talia ſcripſit veritati omninò aduerſantia? & ratione quadam; ſed inani, & auctoritatibus, ſed non in rectum ſenſum intellectis concitus, talia protulit celeberrimus Doctor: ratio ſua fuit, quod nõ dependet à corpore ſecundum ſuum eſſe, poteſt à Deo creari abſq; illo, anima non dependet à corpore (aſſertore Philoſopho 2. de anima) igitur ſine illo poteſt

2. de anima.

creari, & ſic creata eſt, in mũdi exordio, cum cæteris ſubſtantijs ſpiritualibus .ſ. Angelis: hæc ratio, quæ (vt falſa ab omnibus reprobatur, & iure) auctoritate ſic ab eodem Origene comprobatur, & corroboratur primo Gen. *Deus ſeptima die requieuit ab omni opere, quod patrarat*, prout ſacra dicit ſcriptura, igitur poſtea nihil creauit, igitur nec animas, & eo magis, quod etiam legitur in Eccleſiaſt. c. 18. *Qui viuit in æternũ creauit omnia ſimul*. Auctoritates ſanè verè, ſed malè ab eodem intellectæ, ratio ſubtilis, ſed anilis: Fateri oportet, quod re vera anima nõ habet dependentiam à corpore, quantum ad ſuum eſſe ſubſtantiale, & ad finem, ad quem creata eſt à à Deo: habet tamen ab illo dependentiam quãtum ad ſuum eſſe indiuiduale, quod quidẽ eſſe, initiũ ſumit ab ipſo corpore, cuius eſt forma, & quoniam tale eſſe eſt abſolutum, licet acquiſitum, hinc eſt, quod poſt corporis etiam abſolutionẽ remanet tale eſſe, & ſic ſuperſtes anima, poſt eiuſdem corporis corruptionem, viuit ſeorſum ab eo.

Ratio Origenis falſa pro hac cõcluſ.

Eccleſ. c. 18.

Anima nõ habet depẽdentiã à corpore, quoniã ad eſſe ſubſtãtiale, ſed indiuiduale.

Sed

Reſp. ad auctorit.

Sed quid eſt dicendum ad auctoritates diuinæ ſcripturæ? ad primā dici poteſt, quod vtiq; *die ſeptimo requieuit ab omni opere, quod patrarat*, quo ad ſupercœleſtem, cœleſtem, atq; elementarem regionem, & quo ad opificium, quod iam perfectum effecerat, & quo tandem ad ſpecies perfectas, quibus prædita vniuerſa terra conſpicitur, non autem ab effectione requieuit indiuiduorum, quæ in diem naſcuntur, quę indiuidua conſtāt ex anima, & corpore: ceſſauit ab his operibus, quæ immediatè ipſe perfecerat, & valdè bona, in ſpecie propria, non autem ab ijs, quæ, mediantibus cauſis ſecundis, in diem producuntur: requieuit tandem ab vniuerſalibus, ſed non à ſingularibus, quæ vſq; modo operatur, iuxta illud Chriſti Domini: *Pater meus vſq; modo operatur, & ego operor, &c.* Multi multa dicunt pro hac auctoritate, ego verò ſic reſolutè reſpondere audeo.

Auct. reſp. ad auctor. pro Orig.

Ioan. 5.

Ad illā præciſè Eccleſ. reſpond.

Ad illā Eccleſiaſtici dicitur pari modo, quod Deus in æternum viuens *creauit omnia ſimul*, quantum ad ea, quæ in cœlo ſunt, & quæ in ſpeciebus his etiam perfectis, eis tamen poſtea indicens ſucceſſionem, & generationem ſingularium ex propagatione. Sed melius dici poteſt cum Alberto, re, & cognomēto magno, quod hęc auctoritas eſt intelligenda, quantum ad ſcientiam Dei, ſimul apprehēdentis, vel quantū ad quatuor coęua ſimul creata .ſ. naturā Angelicā, cœlum Empyreum, tempus, & materiam primam, quatuor elementa, in quibus omnia erant ſi non formaliter, & ſaltem virtualiter, & vnuſquiſq; conijcere poteſt.

Reſp. Alb. Mag.

Lib. de quatuor coæuis.

Sic in germanum ſenſum, & verum, licet interpretari ſacrę ſcripturæ ſentētias, quas immeritò pro ſua ratione cōfirmandas aſſumit Origenes. Vt falſa igitur, & erroneà reprobata ſit eiuſdem opinio de animabus ante corporis ingreſſum, & exiſtentiam; vt vera igitur, & indubitata approbata ſit ſententia D. Auguſtini, Magiſtri ſent. & omniū Theologorum, de infuſione, & creatione animarū. Sed quoniam in hoc ferè momentaneo harum animarum ſtatu, nihil fit ab eis commemoratione dignum, quod tanquam ad actum ſecundum ipſarū .ſ. ad aliquam operationem ſpectare videatur, idcircò ad earum cōſiderationem accedamus .ſ. ad tempus, quo corpora informant, pro ſtatu iſto: ſiue prius aliquid dicamus de mora ingreſſus in ipſa corpora, quando diuina ſorte ab altiſſimo mittuntur in ea, idest, quando creatur in materno vtero à ſuæ conceptionis principio.

Opin. Orig. omninò reprobanda.

Quando anima corpora informat, ſiue quādo in ipſū ingreditur.

In hoc nō videtur diſcors Theologorum ſchola, à Philoſophica, etenim cum Deus, nequaquam voluerit animam ante corporis ſui informationem diù viuere ſeorſum ab eo, & hoc (prout probat Doctor ſubtiliſſimus Scotus) ne eſſet imperfecta, quoniam perfecta ſunt cuncta Dei opera, at hęc eſſet imperfecta, ſi creata ante eſſet, pār erat ergo illā & creare, & creando infundere, quando corpus in vtero materno eſt debitè organizatum, cum ipſa (teſte Philoſopho) *Sit actus corporis Phyſici organici*: hoc eſt perfectè completi, & organizati. hæc Scotus ſubtiliū Princeps 2. ſent. diſt. 17. quæſt. prima. Sed quando nam dicitur ita perfectè organizatum, vt ſit aptum ad ipſam ſuſcipiendam, tanquam ſuum actum perfectiuum ſuæ formæ ſubſtantialis? Reſpondetur, ſecundum D. Auguſtini ſent. quod perfecta organizatio fit in ſpatio dierum quinque, & quadraginta à principio conceptionis; Medici verò oppoſitam tenent ſententiam .ſ. quod formetur in ſpatio dumtaxat quadraginta dierū, ſed res quomodocunque ſe habeat, tunc dicitur fieri, & creatio, & infuſio rationalis animæ, citiùs in maſculis, tardiùs verò in fæmellis, prout etiam Philoſophus fatetur, cuius opinio facilè, & cum Theologis, & cū Medicis conciliari poteſt, quod alibi videbimus.

2. ſent. diſt. 17. quæſt. 1.

Statim infunditur corpore organizato.

2. de anima.

Quando eſt corpus organ.

Lib. quæſt. quæſt. 83. D. Aug.

10. de animalib.

Infunditur igitur tunc temporis, anima nuper creata, & ſtatim infuſa, incipit ipſū informare, quo poſtea informato,

Concluſio.

Statim infuſa anima operatur. exercet opera vitæ, vnde ex vtroque fit vnum nobiliſſimum compoſitum, quod eſt homo, inter omnia mixta longè excellentiſſimum.

An anima ex ſe ſimpliciter conſiderata ſit aliqua compoſitione compoſita.

Quomodo anima eſt cōpoſita ex cōpoſit. AN poſtea anima in ſua ſimplici natura conſiderata, ſit aliqua compoſitione compoſita? Reſpondetur ad aures omnium Theologorū, quod vtiq; eſt compoſita; & ratio eſt, quoniā ſumma ſimplicitas competit præcisè Deo, qui quidem eſt actus purus, citra quem omnia iure dicuntur eſſe compoſita, inter quæ eſt anima ipſa, & ſi quis interrogaret, quæ nam eſt ratio compoſitionis ipſius animæ? ſiue ex quibus partibus dicitur compoſita? Reſpondetur, quod eſt compoſita ex partibus eſſentialibus, quæ ratio compoſitionis reperitur per ſe in omnibus creatis. Confirmatur auctoritate Boetij Seuerini, dicentis, quod in omnibus citra Deum differt, *Quo eſt, & quod eſt,* id eſt eſſentia, & eſſe, adeò quod innuitur animam hâc habere cōpoſitionē, ſicuti habet Angelus. Dicitur etiam compoſita anima ex actu, & potentia, quod facilè poteſt concludi, eò quia iam eſt actus ex ſententia Philoſophi, à quo non diſcrepant Theologi noſtri, & in ſe habet potentiam, nō ſolum corpori coniuncta, ſed etiam ab eo ſeparara, vel potius ex poſitiuo, & priuatiuo, iuxta Scoti ſententiam.

Anima ex partib. eſſentialib. cōpoſita. Prima compoſitio. 2. comp. Scot. 1. diſt. 8. q. 2.

Excluditur poſtea, & iure ab ea illa compoſitio, quæ conſtat ex partibus integrantibus, & materialibus, eò quia hęc compoſitio conceditur dumtaxat rebus ex materia, & forma conſtantibus; Excluditur etiam illa compoſitio, quę eſt ex partibus diſſimilibus, quæ in omnibus animatis viuentibus conſpicitur, in quibus eſt anima, quæ eſt eorum vitæ principium, & ipſum corpus. Reſtat igitur, quod ſolùm ſit cōpoſita his duabus nimirum compoſitionibus. Sic concludūt celeberrimi Doctores Thomas, ſic Bonauētura, ſic Alexander Aleſis, Richardus, ac deniq; omnes Theologi, nemine diſcrepante.

Ex quib. nō eſt compoſita. Concluſio. D. Tho. pri. ſent. diſt. 8. q. 5 art. 2 Richar. Bonau. diſt. 8. q. 2. Alex. Aleſ p. 1.

Quare diuinus opifex, animam immortalem, corpori corruptibili, & mortali iungat.

ANtequam operationes animæ in ſuo corpore declarare pergamus, neceſſarium eſſe duximus pr us enarrare cauſas, quibus ſummus Deus animam corpori vnire ſibi cōplacuerit, ad quē nā finem nobiliſſimam naturam corruptibili corpori conſortem deſtinauerit, quę nam primaria eius intentio fuerit, duas in vnum coniungere naturas valdè diſtantes, & tam differentes, animam incorruptibilem, ac immortalem, & corpus corruptibile, & caducum, animam incorpoream, & corpus materiale, animam demum immixtam, & corpus mixtum, & compoſitum?

Difficilis, ſed pulchra inquiſitio.

Rationes, & cauſæ, quibus ſummus rerum conditor animam corpori iunxerit, multæ ſunt, prout multi ſunt Theologi præſtantes, qui quidem eaſdem afferunt, quæ poſtea colliguntur à multis, & ordine mirifico diſponuntur. Prima eſt Magiſtri ſententia qui abſolutè fatetur, Deum feciſſe hominem ex materiali, & immateriali ſubſtātia, corpus ex luto, & animam de nihilo, & non de propria ſubſtantia (vt perperam voluerunt quidam Ethnici, quos ſecuti ſunt multi Heretici) atq; eandē in corpore collocauit, vt in eo Deo creatori ſuo famulans, maiorem mereretur in Cœlis coronam.

Rationes, quibus corporib. opifex iunxit animas. Prima eſt Mag. ſent. in 2. ſent. diſt. 1.

Secunda ratio eſt D. Auguſtini, qui dicit, quod Deus rerum omnium maximus Opifex, & ordinatiſſimus eſt, & ob id voluit ſuum ordinem ſic oſtendere in rebus, vt eius admiranda ſapientia cerneretur in eis. Cernitur re vera maxima ſapientia, in natura Angelica, quæ ſemper (vt viſum eſt) eidem aſſiſtit æterno famulatu, à corpore prorſus libera in-

Secunda ratio D. Aug.

mundo corporeo; decuit etiam eandem ſapientiam elucere in mundo corporeo, aliqua creatura corporea mediante, & hæc eſt homo, in quo verè, etiam iudicio Ethnicorum, maxima eluceſcit primæ cauſæ ſapientia .ſ. Dei, & non modo in ordine partium corporis, ſed etiam in animæ functionibus, hac igitur ratione, voluit eandem ſpiritualem corporeæ vnire naturæ; dixi iudicio Ethnicorum, eò quia Galenus Medicorum maximus, dum rei Anathomicæ operam nauaret, ac mirabilem corporis humani ſtructuram inſpiceret, exclamaſſe fertur. *O opus re vera admirandum in natura, inter opera primæ cauſæ præſtantiſſimum; & principale, hoc eſt humanum corpus.*

Galenus 1. de vſu part.

Tertia ratio D. Amb.

Tertia ratio, quę eſt D. Ambroſij, eſt talis; Deus, vt maximus, & Rex Regũ, & Dominus dominantium, in cunctis ſui Regni partibus famulos voluit deſtinari, ſecundum earum regionum exigentiam, in mundi Archetypi partibus, in quibus ſuam collocauit regiam poſuit in eius famulatu ſeruos merè intellectuales, & ſpirituales .ſ. Angelos; In mundo cęleſti, hoc eſt in ſphęris, intellectuales, & ſpirituales, ſed tamen ſemper in incorruptibilibus corporibus mouẽdis intentos. In mundo itidem corporeo voluit ſeruos ex ſpirituali, rationali, & corporali ſubſtantia compoſitos, vt ei perpetuò inſeruirent, ſicuti voluit, eiſdem poſtea cuncta inſeruire animata, & inanimata in eadem regione terreſtri, & hac de cauſa etiam animam ſpiritualem corpori adiunxit materiali.

Pulchra ratio.

Quarta ratio D. Dionyſ.

Quarta ratio eruitur ex D. Dionyſio, quæ quidem eſt, quod ſicuti in ſuperiori mundo fecit Angelos, qui intelligibiles ſubſtantiæ ſunt, quæ non procedunt à noto, ad ignotũ ſyllogizando, vel minus homines, ſed ſine diſcurſu intelligunt, ita in inferiori mundo quaſdam voluit creare ſubſtantias rationales, eaſq; in caduco corpore collocare, vt à noto ad ignotum procederẽ ſyllogizando valerent; & hac ratione intelligere: & hinc dicerentur non ſimpliciter intellectuales vt ſuperiores, ſed rationales, & intellectuales ſimul, vnde hac ratione itidem eaſdem in corpore poſuit.

Quinta ratio D. Dionyſ.

Quinta ratio eſt eiuſdem Dionyſij, ex quo eandem aſſumpſit D. Auguſtinus, dicens, quod ad perfectionem vniuerſi, & ad eiuſdem pulchritudinem, varias creauit Deus naturas, & ex his alias non viſibiles corpori, vt intellectus ſeparati; alias viſibiles, vt animæ noſtrates, idcircò eaſdem ad talem vnionem, & iure dotauit.

Sexta ratio D. Thomæ a.ſ. nt

Sexta ratio, quæ eſt D. Thomæ, eſt, quod anima intellectiua creatur, deſtituta omnibus ſcientijs, propterea quod eſt tanquam tabula raſa (teſte Philoſopho) ideò ad hoc, vt poſſet perfici in ſeſe, cognitione, mediantibus ſpeciebus ſenſibilibus, neceſſe fuit ipſam in corpore organico, ſenſibus prædito collocari, ad hoc, vt poſſet adminiculo ſenſuum intelligere quodcunq; intelligibile, & perfectam eiuſdem adipiſci cognitionem, quã ab ipſis ortũ habere fatentur etiã Ariſt. & aſſeclæ, ideò hac ratione dicitur, & iure, eſſe corpori iuncta.

3. de anima.

2. de anima.

Septima ratio D. Ant. p. 1. ſum.

Septima ratio, quæ eſt D. Antonini Archiepiſcopi Florentini, eſt, vt numerus electorum adimpleatur, quod nequaquam accideret, niſi fieret animæ ad ſuum corpus deſtinata vnio, & per innumeras generationes multiplicatio, quæ fit (vt notum eſt) per continuã propagationem humanam, & per copulam viri, & mulieris.

Octaua ratio D Gregorij.

Octaua ratio, quæ elicitur ex Diuo Gregorio, eſt, vt anima iuncta corpori mortali, & caduco, paſſibiliq;, poſſit proficere ad maiorem gloriã promerendam, per patientiam, & alia opera bona in corpore, vt per caſtitatem, & continentiam, per virginitatem, & abſtinentiam, ac denique per miſericordiæ opera, erga proximum, quibus mediantibus dicitur anima in cœlis mereri coronam perpetuam.

Nona ratio D. Bernard.

Nona ratio, quæ eſt D. Bernardi, ſecundũ aliquos, eſt ad hoc, vt poſſit Deus exercere iuſtitiam, & miſericordiam; iuſtitiã aduerſus malos, & impios, qui poterant (& decens erat, ſed renuerunt) benefacere; miſericordiam erga bonos, & pios, qui poterant mala facere, & noluerunt, ideò meruerunt conſequi, diuina miſeratione, æternæ vitæ præmium, illi verò æterna ſupplicia.

10 & vlt. ratio D. Thom. in Opuſc.

Decima, & vltima, quæ affertur à D. Thoma in Opuſculis (multis alijs, quæ poſſunt allegari à nobis, breuitatis cauſa omiſſis) eſt ad hoc, vt oſtenderet Deus hominibus, quomodo deberent in terris has exercere virtutes erga ſubditos, nam vtranq; præcipit exerceri, quemadmodum ipſe exercet, dum de miſericordia exclamat, dicens: *Eſtote miſericordes, ſicut Pater veſter cæleſtis miſericors eſt:* de iuſtitia verò, per Salomonem dicit: *Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram:* ſed hoc ad votum minimè ſuccedere poſſet, niſi fieret corporis, & animæ copulatio: igitur his de cauſis Deus animam deſtinauit corpori: & cuinam corpori (diceret ingenioſus) nobiliſſimo, excellentiſſimo inter cætera corpora mundi? nequaquam, ſed vili, caduco, & corruptibili, non homogeneo, ſed etherogeneo, & organico: nõ tamen tã duro, & terreſtri, ſicuti in brutis, & hoc nõ ſine rationabilibus de cauſis, dicunt multi Patres, & Doctores celeberrimi.

Lucæ c. 6.

Salom. Sap. 1.

Concluſio.

Quare Deus corpori corruptibili, & caduco, animam deſtinauerit noſtram, non autem præſtantiſſimo, & excellentiſſimo.

QVare Deus animam, corpori elementari, & corruptibili copulauerit, rationes afferunt pulcherrimas præſtantiſſimi Theologi. Prima ratio, quę eſt Magiſtri ſent. eſt, quoniam ſic copulauit Deus ad libitum ſuę voluntatis, nec cauſa eſt quærenda, quoniam voluntatis diuinæ propoſitum non eſt quærendum, poſſet tamen dici, quod hoc fortaſſe fecit Deus, ne anima ſuperbiæ vento tumeſceret, & ob hoc faciliimè in errorem incideret, & hac ratione in pernitiem, ſed ad pænitentiam magis ſe humiliaret, conſiderando ſui habitaculi miſerrimam conditionem. Quemadmodum de Pauone accidit, qui venuſtate plumarum, & varijs coloribus, in oculatas rotas pictis, repletus, in maximam incidit elationem, & ſui ipſius æſtimationem, ſed quãdo ſordidos inſpicit pedes, humiliatus, & mortificatus, maximos, & horribiles edit clamoſos: hac igitur ratione corpus vile tradidit animæ Deus.

Magiſ. ſent. lib. 2. diſt. 1.

Prima ratio Mag. ſtim. copul.

Pia ratio Mag. ſent.

Sed quare non eidem tribuit incorruptibile, ſed corruptibile, & caducum? Quoniam ſic itidem ſibi complacuit, ne ſua æterna præordinatio falleretur, quæ fuit ab æterno, quod Chriſtus Dominus eius vnigenitus filius, corpus aſſumeret paſſibile, & mortale, pro hominibus redimendis, à mortis æternæ pœnis. Poſſet tamen, ſi vellet (ait D. Thomas) quoniam, vt omnipotens omnia poteſt, ſed in conſtitutione rerum naturalium, non eſt conſiderandum, dicit Doctor, quid poſſet facere Deus, ſed quid deceat, quid ſit naturę conueniens, prout etiam ex D. Auguſt. ſuper Gen. ad litteram habetur.

Quare anima informet corpus corruptibile.

D. Th. p. 1. q. 76. art. 5.

D. Auguſt. ſuper Gen.

Neq; eidem corpus homogeneũ, ſed etherogeneum dedit (D. Thomas aſſertore) quoniam anima rationalis, quamquam ſit ſimplex, quo ad eſſentiam, eſt tamen multiplex, quo ad potentias, ideò neceſſe fuit eandem vnire corpori organico, quod varia organa partialia haberet, ad varias, & diuerſas operationes apta: prout patet de oculis, de auribus, atq; de alijs ſenſiferis, necnon de cæteris organicis partibus. Hæc D. Thomas.

D Tho. 2. ſent. diſt. 1.

Nec eidem poſtremò corpus terreſtre, durumq; dedit, quoniam anima rationalis habet perfectè omnem virtutem ſenſitiuam, & præcipuè tactum, ſuper quem omnes alij ſenſus fundantur, vnde hac ratione dicit idem S. Doct. vbi ſupra, de-

2. ſent. diſt. 1.

cens fuit corpus, cui vniri debebat, eſſe mixtum, magiſq; ad æqualitatem complexionis redactum, vtpotè molle, & delicatum, & ipſius ſenſu tactus maximè pollēs, quoniam homines optimi tactus, ſunt & optimi intellectus (teſte Philoſopho) qui expreſſè dicit: *Molles carne, mente aptiſſimi*, &c. hac igitur ratione, vt poſſet nobiliſſimas mentis exercere functiones, corpus tale ei iure deſtinauit; non autem durum, veluti corpora brutorum.

3 de anima.

... conclusio.

Quas anima ſedes habeat præcipuas in humano corpore.

IAm habemus tempus, cauſas, & rationes coniunctionis animarum cum ſuis corporibus, par eſt inquirere modo locum primarium in eis, in quo ſuam habeant ſedem, ſuaſq; exerceant operationes, eiuſdemq; potentias magis, quam in alia parte corporum, quoniam de hac re variæ videntur circumferri opiniones apud Philoſophos, & Medicos, vnde videndum eſt, quam Theologi noſtrates, tanquam magis veriorem ſequi videantur.

Quam præcipuam ſedem habeant animæ in corporibus.

Animam in corpore noſtro vnum habere præcipuum ſitum, pro confeſſo habent omnes Philoſophi, ſed quonnam habeat proprium, non omnes eandem videntur habere ſententiam. Nam alij proprium habere locum in capite, animosè fatentur cum Platone, & cum tota eiuſdem ſchola; alij in corde, cum Ariſtotele, & aſſeclis; alij tandem in ſanguine, cum Galeno, & cum vniuerſa Medicorum caterua; & quoniam hanc ſententiarum diuerſitatem ad noſtrum modo non facit propoſitum, hic recenſere, eaſque, quibus fulciuntur rationes, hic adducere, non eſt modo conueniens, licet vnaquæq; poſſit etiam confirmari auctoritate ſacræ ſcripturæ, ideò à nobis iure omittuntur, vſq; ad librum, in quo debet fieri vtriuſq; Theologiæ cōparatio, in eo quidem, occaſione ſumpta ab auctoritatibus ſupradictis, videbimus, quomodo hę opiniones poſſint breuiter, & facillimè conciliari. Nunc verò ſincerā Theologorum veritatem adducere, eſt noſtra, & non abſq; ratione, intentio, qui quidem Theologi in hac vna rē (nullo diſſentiente) conueniunt, & huic, tanquam indubitatę veritati, aſſentiunt.

Quam præcipuè ſedem anima occupet in corpore.

Pro nunc reijciuntur Philoſoph. & Medicor. variæ ſent.

Dicunt igitur omnes, quod anima eſt tota in toto corpore, & in qualibet parte eiuſdem tota, & hoc intelligatur, quo ad eius eſſentiam, prout tenet D. Auguſtinus, & cum eo vniuerſa Theologorum ſocietas. Benè verum eſt (D. Thoma aſſertore, & cum eo Richardo) quod dupliciter poteſt anima conſiderari, vno modo quo ad eſſentiam, alio modo quo ad potētias; quo ad eſſentiam ſituatur in toto corpore, vt firma concluſione omniū determinauimus Theologorū; quantum verò ad potentias minimè.

D. Tho. p. 1. ſum. q. ... art. vlt. lib. ... Richard. in ... ſent. diſt. 8. art. vlt.

Prima conſideratio, quod anima ſit tota in toto corpore, & tota in qualibet parte eiuſdem, ſic ſimilitudine pulcherrima declaratur à celeberrimis Theologis, Damaſceno, Auguſt. qui inter Græcos, & Latinos Theologos, vera lumina, & clariſſima ſunt. Sicut Angelus eſt totus in loco, vbi operatur, & in qualibet parte loci illius totus, cum ſimplex, indiuiſibiliſq; ſit, ita etiam anima in ſuo corpore eſt tota, & in qualibet parte eiuſdem operatur, & ſecūdum eſſentiam, cum ſit indiuiſibilis.

Damaſ. lib. 1. cap. 23. & ... D. Auguſt. 6. de Trinit. c. 6.

Hæc veritas duabus cōfirmatur rationibus, Theologica vna, altera Philoſophica, voluit Deus animam ſic eſſe in corpore (inquit Theologos) vt homo ſecūdum ſe totum, & per ſingula membra, ei ſemper inſeruiret, à quo habet eādem animā in omnibus totam viuificantem. Secundum verò rationem Philoſophicam, anima habet in corpore huiuſmodi ſedem, quoniam ipſa eſt ſui corporis ſubſtantialis forma, & perfectio totius, tota, & ſimplex, non extenſa ſecundum materiæ extenſionem, cum indiuiſibilis omninò exiſtat, ergo ſubſtantialis

Rōnes duæ id confirmantes.

Anima eſt tota in toto corpore, ſi qua forma.

per-

perfectio ſecūdum ſe totam etiam cuiuſlibet partis corporis.

Pulcherr. ſimilitud. cōfirmatur.

Alia itidem ſimilitudine, & re vera diuina eadem veritas manifeſtatur, ſicut .n. Deus ipſe eſt totus in toto mūdo vnicus, & vbiq; in qualibet re totus, cum ſit indiuiſibilis, ſic & anima in corpore: ſic poteſt dici de radio ſolari in aere, & de imagine in ſpeculo integro, & fracto, &c. eſt igitur anima quo ad eſſentiam tali modo in ſuo corpore, & hic eſt verus animæ ſitus.

Quom. ad ſuas potentias ſit in plurib. partibus.

Non eſt autem ſic quo ad ſuas potentias, quod facilè demonſtrabimus, ſi prius numerū, & conditionem potentiarum ipſius declarabimus. Potentiarum animæ aliquæ ſunt, quæ ſuas functiones valent ſine organo corporeo explere; vt intelligere, quæ eſt actio intellectus, velle quæ eſt actio voluntatis, memorari, quæ eſt actio memoriæ: anima etenim, etiam ſeorſum à corpore, has omnes operationes poteſt exercere, hinc eſt, quod iſtæ potentiæ non dicuntur eſſe determinatæ in toto corpore, nec in aliqua parte eiuſdem, niſi quo ad operandi modum, prout etiam dicimus, cum Philoſopho, quod intelligere eſt cum phantaſmate, &c. quoniam hoc modo benè dicimus, vnamquamq; potentiam proprium habere locum in corpore, in quo ſuū compleat officium .ſ. mediam cerebri cellulā intellectus, ventriculum quoddam ipſa voluntas, occiput autem memoria.

Potentiæ animæ etiā pōt exercere ſeorſum à corpore.

3. de anima.

Si de memoria intellectuali hoc ſit verū, prudens Lector aduertat.

Aliæ ſunt potentiæ animæ, quæ non poſſunt expleri, niſi mediāte organo corporeo, vt potentiæ ſenſitiuæ, de quibus latiùs infra poſt intellectiuā potentiam tractabitur: iſtæ ſemper ſuum requirunt ſenſiterium, ad hoc, vt rectè ſuas valeāt exercere functiones, vt potentia viſiua oculum, auditiua aurē, & ſic de ſingulis.

Potētiæ animę, quę ſine organo proprio, nō poſſunt ſuas functiones exercere.

In quo ſita eſt motiua potentia.

Alia eſt potentia animæ, quæ dicitur motiua, & hæc principaliter ſuam ſedem habet in corde, quod eſt fons perennis caloris, & per conſequens omnis vitalis motus, etiam localis. Aliæ ſunt tandem potentiæ animæ, quæ dicuntur diffuſiuę caloris viuificantis, & ſunt, quæ per omnia membra corporis educunt, & extendunt totum vitalem calorē, & ſpiritum, & iſtę præcipuè vigent in ſanguine, hinc eſt, quod ſecundum quoſdam, Galenum ſequētes, anima dicitur eſſe in ſanguine (vt alibi videbimus) quod non eſt dogma, ſtāte hac poſitione à veritate in Philoſophia alienum.

Quæ potentiæ vigent in ſanguine.

His ſic ſtantibus, patet verum eſſe, quod diximus, animam ſecundum ſuam eſſentiam totā in toto ſitam eſſe corpore, non verò ad potentias nequaquam, quoniam vnaquæq; ſuum proprium requirit organum determinatum.

In confirm. exemplum Mag. ſent.

Confirmatur admiranda hæc veritas exēplo à Magiſtro ſent. ſicut .n. Deus dicitur per eſſentiam, potentiam, &. præſentiam eſſe totus in maximo mundo, & vbiq; totus, ſed tamen ſecundū gloriam manifeſtam in cœlo principalius, ſecundum iuſtitiam itidem manifeſtam in inferno, & ſecūdum miſericordiam in hoc mundo: ſic anima rationalis, ſecundum ſuam eſſentiam eſt in toto ſuo corpore tota, vt in ſuo paruo mundo, tamen per varias eius operationes ſecundum ſuam variam potentiā dicitur eſſe, & meritò in diuerſis corporis partibus, & nō in qualibet tota.

Prædicta mirabili confirmatur exemplo.

Concluſio.

Hic igitur eſt animæ ſitus in corpore ſuo, ſecundum Theologorum placita, quæ tamen (vt in ſequenti videbimus libro) à Philoſophicis minimè diſcrepare videntur; nunc agendum eſt de intellectiuæ animæ potentijs, & functionibus, dum ipſa pro ſtatu ipſo eſt corpori alligata.

De potentijs animæ intellectiuæ, & eius actionibus, dum informat hoc corruptibile, & materiale corpus.

A Nimæ intellectiuæ potentiæ, ſecūdum omnium Theologorum, & Philoſophorum decreta, ſunt numero tres .ſ. Intellectus, Memoria, & Voluntas, quæ potentiæ breuiter, & compendio-

dioſè à nobis ſunt examinandę, & declarandæ. Intellectus, qui iure dicitur prima potentia, & ſimpliciter alijs nobilior (Philoſopho teſte) à quo non diſcrepat D. Augu.t. dicitur talis tanquam agens, quod de communi conſenſu ſapientum eſt nobilius paſſo, & eo præſtantius, non vno modo, conſideratur à Philoſophis, præſertim Peripatheticis, quorum doctrina in hoc minimè diſcrepat à Theologia noſtra. Nam ſex præcipuè modis ſolet accipi ab illis, ſecundum quod ſex modis manifeſtatur eiuſdem actio, quatenus agit ſimpliciter, & omnia facere ſibi cōpetit, dicitur intellectus agens; quatenus recipit, ſiue quo oīa fieri dicuntur, poſſibilis appellatur; quatenus habitu informatur ſcientifico, ſiue ſpecie intelligibili, dicitur intellectus in habitu; ſi pro imaginatione, ſiue fantaſia deſumitur, paſſiuus itidem nuncupatur; ſi ex materiali potentia, & functione actuali compoſitus quodammodo conſpicitur, dicitur intellectus ſpeculatiuus; ſi tandem ex lumine agentis, & materiali potentia, mixtus apparet, dicitur intellectus adeptus. & omnes iſti modi nō dicuntur diuerſificare, ſiue diuidere intellectum diuiſione formali, & reali, ſed potius modali, quoniam vnicus eſt intellectus in vnoquoq; homine, non autem in ſpecie humana tota, vt falsò putauit maledictus Auerroes, quod ſupra obiter oſtenſum eſt.

Ariſt. 3. de anima.
Aug. ſuper Gen.

Sex modis intell. capitur in doct. noſtra. quæ à Peripath. minimè diſcrepat.

Diuiſio hic intell. quomodo intel.

Memoria ſequitur, altera ex his animę potentijs, quæ memoratiuum à Damaſceno nuncupatur, & eſt ipſius memorię, & rememorationis promptuarium, quæ memoria itidem dicitur ab eodem celeberrimo Doctore, ſenſus, & intelligentiæ coaceruatio; nam ſenſus exterior à ſpeciebus rerum materialiū depromit ipſas ſpecies, & ſenſibus interioribus denunciat, qui pari modo intellectui eaſdē ſpecies ad phātaſmata deferunt, quæ poſtea depuratæ ab intellectu, à memoria conſeruantur in ſuo proprio organo, qđ ab eodem Damaſc. in poſteriori cerebri ventriculo collocatur. Non diuiditur memoria, vt memoria eſt, vnde reminiſcentia nō dicitur eſſe de quidditate memoriæ, cum memoria ſit retentio ſpecierum, ſiue intentionum, & repreſentatio actualis earundem: ſed reminiſcentia ſit potius requiſitio formarum, à memoria per obliuionem deletarū. Differt etiam (Philoſopho teſte) tùm quia reminiſcentia ſequitur memoriā, tùm quia eſt dumtaxat in hominibus, memoria verò etiam in brutis.

Io. Damaſc. lib. 2. c. 20.

Quæ differ. ſit inter memoriam, & reminiſcentiam.

Lib. 2. de mem. & reminiſc.

Sed præ cæteris memoria eſt dignior potentia in hominibus, quam in eiſdem brutis, cum ſit ſemper memoria reminiſcentiæ adiuncta in illis, ſecus autem in brutis (vt peroptimè animaduertit D. Auguſt. & cū ipſa in hominibus ſit pars diuinæ imaginis; vnde videtur eſſe hæc nobiliſſima potentia, nō ſolum vis conſeruatiua ſēſibilis ſpeciei, ſed etiā (quod eſt mirabile dictu) conſeruatiua diuinæ imaginis, & ſimilitudinis.

D. Aug lib Confeſſ.

Sequitur altera animæ noſtræ potentia, quę optimè deſcribitur à D. Auguſt. dicente: *Voluntas eſt motus animi, cogente nullo, ad aliquid adipiſcendum, vel non admittendū*: eſt re vera animi motus ex hoc, quoniam mouetur hæc potentia, ad aliquid extra ſe volendum, quod prius ab intellectiua potētia fuit cognitum, vnde dicitur non immeritò à ſapientibus ipſa non ferri, niſi in præcognitum, tamen liberè, ideò nullo cogēte, dicit iure S. Doctor ad aliquid adipiſcendum, vel non admittendum, quoniam eſt indifferens ad aliquid volendum, vel reſpuendum, cum ſit vis quædam, quæ ſe ipſam applicat ad illud, quod magis placet eligendum (etiam teſte Boetio) & poteſt à diūgi, ſiue bonum, ſiue malum ſit.

D. Aug. lib de duab animab ſic diff. voluntas.

Volūtas nō fertur, niſi in pręcognitum ab intellectu.

De conſol.

Solet hęc potentia à SS. Doctoribus, & præſertim à Damaſceno, ſecari in tres voluntates; prima dicitur naturalis voluntas, quæ Theleſis, grecè nuncupatur; ſecunda dicitur voluntas rationalis; tertia eſt quidā generalis appetitus, poſſibilium, & dicitur Buliſis. Prima eſt natu-

Damaſc. diuidit voluntatē in tres partes, & quom.

turalis vis, & diſpoſitio nondum applicata? Secunda eſt applicatione ad aliquid, cum ratione volendum. Tertia eſt vis, & diſpoſitio ad poſſibile, efficaciter volendum, & impoſſibile cupiendum, iſtæ tamen non diſtinguuntur, niſi ratione, & noſtro capiendi modo.

Inquiſitio Philoſoph. à Theol. approbata.

Solet perquiri, an iſta nobiliſſima potentia ſemper ſit ſita in ratione. Reſpondent illicò, quod vtiq. & optimo iure ſolet affirmari, conditione tamen præmiſſa; dicitur, quod ſemper volũtas in ratione cẽſetur ex hoc, quod pars ſubiecti conſpicitur animæ .ſ. rationalis, vnde non eſt in brutis, niſi impropriè volũtas conſideretur in comparatione ad obiectum volitum, quod ipſa aſpicit, non dicitur eſſe in ratione abſoluè, & præſertim ſi non ſit ordinata, vnde reſtat, quod ſola ordinata voluntas ſit dublò procul in ratione. Nec poteſt moueri contra iudicium rationis, tùm quia ipſa nihil vult ſub ratione mali, tùm quia, ſicut ſemper verum determinat intellectus, ita ſemper bonum, ſiue ſub ratione boni eligit voluntas ipſa, ex conſenſu etiã Philoſophi.

Quom. voluntas dicitur eſſe in ratione.

3 de anima. & 6. de Metaph.

Concluſio.

Concludamus voluntatem eſſe ſemper in ratione; quod ſi ſecus eſſet, non diceretur nobiliſſima potentiarum animæ, licet quidam putent animarum potẽtias æquales in nobilitate exiſtere, hac ſola fulti ratione, quoniam ipſa in potentijs nobilitas eſt accipiẽda, per comparationem ad primum obiectũ, primitate perfectionis, ſed obiectum primum harum potentiarum eſt diuina eſſentia, quę non eſt nobilior ſe ipſa, igitur &c. At melius concluditur ipſa eſſe nobiliſſima, nõ modò, quoniam in rõne ſita determinetur, ſed etiam, quoniã omnes SS. Patres, & præſertim Latini, hoc pro firma tenent concluſione, vtpotè Auguſt. pluribus in locis, Anſelmus, Bernardus, & alij, qui tamen rationibus muniti, ijs aſſentiunt dictis. Eſt nobiliſſima potentia, quoniã eſt libera per eſſentiam, intellectus verò per participationem: eſt nobiliſſima etiã, quoniam per eius actum, homo ſuũ attingit finem, non autem per actum intellectus; imò actus ipſi⁹ intellectus, eſt per actum volũtatis, & ob id dicitur, & non iniuria ignobilior, ſed melius dicendum eſt, quod cum ſit excellentiſſimę libertatis, ſuper omnes alias eſt etiam excellentiſſimę nobilitatis, & eſt ſuper omnes vires animæ, in toto eius Regno, Regina.

Quom. voluntas dicatur nobilior pot. cæteris, & quomodo non

Anſelm. de Cõcep. Vir. Bernard. de lib. arbit.

Sed hoc melius patebit lib. de Beat.

Hæc igitur pauca dicta ſint, de animę potentijs, quo ad earum nobilitatem, ſecũdum Patrum dicta, qui & in numero, & in multis alijs à Philoſophorum dogmatibus minimè diſcrepare videntur. Nunc reſtat videre, quomodo cenſeantur diſtinctè ad inuicem, & quæ ſit ratio diſtinctionis.

Per quæ diſtinguantur ad inuicem nobiliſſimæ animarum potentiæ.

Variæ opin. de diſtinct. poten. aiæ.

VAriæ apud Theologos circumferuntur opiniones de potentiarum diſtinctione, quæ tamen poſſunt, ſecundum alios ad inuicem facillimè conciliari; prima eſt D. Thomæ Doctoris Angelici, qui potentiarum animæ diſtinctionem realem admittit, ſiue realiter fatetur eſſe diſtinctas ad inuicem, & ab eſſentia animæ pari modo diſiunctas, ſed ab eadem nihilominus fluentes, ſicut accidens à ſuo ſubiecto (inſeparabile tamen) & hoc aſſerit 1. parte, quæſt. 77. art. 1. & hæc opinio, videtur Ariſtotelica ratione confirmari ab eo, quæ talis eſt. Ariſt. in Prædicamentis ait, quod naturalis potentia, vel impotentia eſt in ſecunda ſpecie qualitatis reponẽda, at omne tale eſt accidens, igitur apparet, quod differant potentiæ, ſicut diuerſæ accidentales proprietates in eodem ſubiecto; hæc opinio licet impugnetur à Scoto, & ab aſſeclis, poteſt tamen teneri, & defendi ſine vllo animę prçiudicio, prout aſſerit D. Bonau. qui tamen tenet eſt via communi, quod animæ potentiæ, nec adeò ſint idem ipſi animę, ſicuti principia intrinſeca, & eſſentialia, nec adeò diuerſæ, vt cadant in aliud ab ea diuerſum genus, ſicuti

Opinio pri. D. Th. p. 1. q. 77. ar. 1.

Quom. diſtinguantur potentiæ animæ. ſecũdum doctr. D. Tho.

D. Bonau. 2. ſent. diſt. 24.

ti

ti ſunt accidentia, ſed in genere ſubſtantiæ ſunt, per reductionem ad animæ ſubſtantiam, & ob id non dicuntur differre ab ea eſſentialiter, ſic quod aliam dicant eſſentiam diuerſam ab eſſentia animæ, nec tamen ita omninò per eſſentiã idem, ſed differentes eſſentialiter in genere, ita vt diuerſæ dicantur potentiæ, ſiue diuerſa eiuſdem ſubſtantiæ inſtrumenta. Iſtæ opiniones, licet ſint probabiles, atque his ſummis Theologis dignæ, nihilominus ſecundum alios etiam dici poſſet, pro hac veritate; quòd ſint quædam proprietates, conſubſtantiales, efflu ẽtes ab ipſa anima, & emanantes, non tamen declinantes, in aliud genus; adeò quod ſaltem per quandam collectionem, poſſint cũ anima eędem nuncupari, ſiue per quandam reductionem, ad idem genus ſubſtantiæ, poſſint idem eſſe cenſeri, & in hoc fortaſſe ſenſu poſſunt intelligi diſcordes opiniones Doctorum, & eadem ratione (vt diximus) facillimè conciliari, vt D. Bonau. optima ratione exiſtimauit.

Alia opinio Scoti probabilis.

Iſtæ opin. poſſunt facillimè conciliari.

Nec obſtat, quod dicant Sancti quidam Doctores, cùm quibuſdam Philoſophis, vt D. Auguſt. Boetius, & Simplicius, Auerroes, Auicenna, quod omne id, quod in rerum natura reperitur, aut eſt ſubſtantia, aut accidẽs, quoniam alij in Philoſophia præclari auctores, inter ſubſtantiam, & accidens medium admiſerunt, hoc eſt aliud in alio exiſtens, neq; tanquam ſubſtantiã, neq; tanquam accidens, & ſunt Auerroes, & Auicenna.

D. Aug. 5. de Trinit. Boetius, & Simplic. in prædic. Auer. 1. de cœlo. Auicen. 6. natural.

Tametſi, quicquid dicũt Scotiſtæ noſtri ad aures ſubtiliſſimi Præceptoris, de vnitate reali, & diſtinctione formali potentiarum animę, ſit optimè dictum, iuxta ſua principia, in ſenſu tamen, quo ſupra, & ob id minimè à veritate alienum, cum & ipſe poſſit cũ alijs facillimè componi, quoniam lis, & controuerſia eſt ſolum in verbis, & non in ſenſu, & re, ſtantibus allegatis.

Potētię animæ ſunt eędẽ realiter, ſed diſtinguitur formal. ſecundum Scot.

De functionibus præſertim intellectiuę potentiæ.

At aliquid dicere par eſt, præſertim de nobiliſſima potentia intellectiua, quę prima ſui diſtinctione diſtinguitur (vt vidimus) in intellectum agentem, & poſſibilem. Relictis igitur alijs diſtinctionibus intellectus, quas tetigimus, hãc tanquam magis neceſſariam, breuiter declarare more noſtro, ad præſens eſt noſtra intentio. Intellectus igitur hi poſſunt conſiderari, non vt diuerſæ potentiæ primò, quatenus in vnitate integritatis, & in habitudine ad vnum actum conueniunt, quoniam videntur negotiari circa eundem actum vna cauſando, altera recipiendo, & ſic vnã ſimul dicuntur integrare intellectionem, ſicuti per ſimilitudinem ea, quæ videntur concurrere ad eundem effectum, vt Sol, & homo dicuntur vna cauſa generationis, licet vnus concurrat tanquã cauſa remota, & alius tanquam cauſa proxima, ſed melius dici poteſt: ſicuti homo, & mulier, qui dicuntur vna cauſa, & meritò eiuſdem generationis, licet vnus concurrat tanquam agens, alia autem tanquam patiens, licet ad aures Scoti mulier non quidem merè paſſiuè concurrit.

Intell. duplex, & eorum diſtinctio.

Quomodo intellect. & connectantur animæ potentiæ ſ. intellectus & voluntas.

Exemplũ prob.

Exaduerſò dicuntur poſtea diuerſificari iſtæ potentiæ extra animam, vel extra conceptum eiuſdẽ formaliter, ex parte rei, quoniam vni competit agere, alteri verò pati, & cum agenti repugnet paſſibilitas, poſſibili pari modo repugnat agere. Vnde intelligere, quod eſt pati per Philoſophum, cõuenit ex natura potentiæ, ſiue rei, intellectui poſſibili, quod è contrario non competit agenti. Hac igitur ratione dicuntur & vna potentia, & diuerſæ ſecundum doctrinam Illuminati Doctoris Franciſci Mayronis, qui fuit diſcipulus ſubtiliſſimi noſtri Doctoris Scoti.

Philoſ. 3 de anima.

Hoc quo ad receptionẽ, nõ quo ad cauſationẽ intell.

Frãc. Mayro. 1. ſent. diſt. 36. q. 2.

Eſt tamen notandum, ſecundum eiuſdem Doctoris ſententiam, quod, vt diuerſæ cauſę, concurrunt iſtæ potentię ad

Sed aliquid hoc Peripathetici?

cauſandam intellectionem in anima noſtra, nam intellectus poſſibilis concurrit, vt cauſa materialis, agens verò vt cauſa efficiens, & vterq; quadrupliceṁ habet functionem, quibus apparet eorum natura, & diſtinctio. Intellectus poſſibilis prima functio eſt recipere ſpeciē intelligibilem; ſecundò, actum ſpeciei; tertiò, diſpoſitionem ad habitum; quartò, habitum ipſum, qui ex actibus frequentatis, iā qualitas animæ acquiſita dicitur eſſe. hæc patēt ex eodē Mayrone in Cōflatu.

Quadrupl. functio vtriuſq; intell.

Ytſe Mayr. in Conflatu

Eadem ratione intellectus agens, in genere cauſæ efficientis, habet quadruplicem functionem, vel cauſalitatem. Primò concurrit cùm phantaſmate, ad cauſandam ſpeciem actu intelligibilem, nam (Ariſt. teſte) *Oportet intelligentem phantaſmata ſpeculari.* Secundò, cum ipſa ſpecie cauſat actum intelligēdi de facto. Tertiò, cum eadem ſpecie cauſat diſpoſitionem ad habitum actibus iteratis. Quartò, cum eadem ſpecie cauſat poſtremò habitum; Vnde, ſicut intellectus poſſibilis dicitur, quo eſt omnia fieri, ita intellectus agens dicitur, quo eſt omnia facere, quoniam omnia prædicta cauſat in intellectu poſſibili.

Quatuor funct. intel. agentis

Philoſ. 3. de anima. Nec Scoti, nec Peripath. dicta.

Hæc ſunt, in quibus & conuenire, & differre dicūtur intellectus ij, quibus vna potentia animæ, & plures ſubdiuiſæ apparent, ſecundum differentiam naturæ. Solent etiam vnanimi conſenſu Philoſophi morales, à quibus minimè diſcrepant Theologi præſtantiſſimi, alias aſſignare intellectus differentias, præter differentiam naturæ .ſ. modi, & qualitatis, aliam verò ordinis, quæ re vera eſt animaduerſione digna, ſecundum hanc ipſe intellectus diuiditur in rationem ſuperiorem, & inferiorem, ſiue melius in portionem ſuperiorem, & inferiorem, quæ non dicuntur diſtinctæ potentiæ in anima humana, ſiue ſecundum potentias non diſtinguuntur ad inuicem, ſed dumtaxat, ſecundū officia, vt Theologi omnes pari voto fatentur, & præſertim Angelicus, & Seraphicus Doctor, ſecundo ſent. vnde D. Auguſt. qui horum nominum fuit primarius inuentor, portionem ſuperiorem excogitauit, in quantum ratio Deum contemplatur, & incommutabilem eius veritatem, inferiorem verò in quantum cætera inferiora creata contemplatur, & idem S. Doctor expreſſè aſſerit, quod non differunt iſtæ rationes ſecundum potentias, ſed ſecundum officia, & hæc patent 12. de Trinit. quod probat ſubtilis Doctor, hoc euidenti ſigno, quoniam eadem Charitas eſt in voluntate mea, qua diligo Deum, & eadem, qua diligo proximum, & nihilominus in primò, dicitur portio ſuperior, in ſecundò inferior, ergo dicuntur diſtingui penes officia. Dicimus tamen rationem ſuperiorem regere inferiorem, ſicuti vir mulierem: Superior dicitur inhærere rationibus æternis, & diuinis legibus, inferior nequaquam: ſuperior habet præſentare inferiori practica principia, ex diuina lege deſumpta, & ſimilia: inferior his omnibus officijs omninò caret, hinc igitur iure penes officia dicuntur diſtincta, non ſecus à primo ad vltimum: hæc igitur eſt potentiæ intellectiuæ natura, & diſtinctio breuiſſimè declarata.

Alia moralis diff. inter hos intell.

Tho. & Bonau. 2. ſent.

Horum portionum ſuperi. & infer. fuit inuent.

D. Aug. 12. de Trinit.

Hoc euidenti ſigno probat 2. ſent. diſt. 24. q. 2.

Quid portio ſuperior, & inferior, & quæ eorum diff. & officia.

Quæ neceſſitas cogit ponere diſtinctionem hanc in hac nobiliſſima potentia .ſ. intellectus agentis.

RESTAT videre, quæ eſt neceſſitas ponendi hanc diſtinctionem in has nobiliſſima potentia, quo ordine dicatur intelligere, & quonam vtatur organo, vel in qua parte corporis ſitus intellectus operari dicatur, & tandem quomodo ſe habeat ad intelligendam diuinam eſſentiam, & cætera infra ipſam, pro ſtatu iſto. Quæ erunt quatuor quæſita circa ipſam abſolutiſſima.

Quæſt. quat. ſita de intellectu in cōi .ſ. agen.

Neceſſitatē ponendi intellectus agentis potentiam, in anima humana, ex hoc primò eliciūt Philoſophi, & cum eis vniuerſa Theologorum ſchola, quoniam actus intelligendi ipſius, quæ eſt functio pri-

Neceſſitas prima ponē di intell a gen.

primaria, nō poteſt ſufficienter ab intellectu poſſibili cauſari, quoniā ſolus poteſt formaliter intelligere. Et ſi quis percunctari vellet huius neceſſitatis cauſas, & rationes, primò diceretur propter neceſſitatem phantaſmatum, quæ requirūtur pro ſtatu iſto ad animę intellectionē, nam illius eſt proprium phātaſmata apprehendere, ſicuti eiſdem apprehenſis, proprium eſt poſſibilis eadem depurare.

Eſt ſecunda neceſſitas, & principalis.

Secundò diceretur propter diſtinctæ cognitionis perfectionem, quoniam agentis apprehenſio, eſt ſingularium phant. ex ſingularibus materialibus ſenſitiuis; potentiarum apprehenſio, quæ in poſſibili mox fiunt vniuerſalia, ſed melius dicendum eſt, quod hæc neceſſitas elicitur ex phant. abſtractione, quæ maxima, & principalis proprietas eſt intellectus agētis, & ſic vnica reſponſione, & valida ſatisfacit quæſito, nam (vt tetigimus) intellectus agens habet operationem abſtrahendi ſpecies intelligibiles à phant. & iſtæ recipiuntur in poſſibili, tanquam in ſubiecto, vel in materia propria.

Quo ordine abſtrahat intell. ſpecies à rebus.

In abſtrahēdo verò à reb⁹ ſpecies, quo ordine ſuccedat abſtractio in eodem, aſſerunt omnes, quod ſi loquamur de formis à materia abiūctis per propriam naturam, modo vtuntur diuino. ſ. vt primò cognoſcendo Deum, per propriam imaginem, & ſimilitudinem primę veritatis, hoc faciunt ſibi ipſis impreſſam, cū naturaliter eandem in ſe habeant inſertam, iuxta Damaſceni ſent. Angelum autem iuxta ſe, hoc eſt ſecundum comparationem, & proportionem ad ſe, quoniam Angelus eſt quid ſimile animæ, & hoc eſt, quod dicit D. Auguſt. quod *Ipſa cognoſcit Deum ſupra ſe; Angelum iuxta ſe, & ſe ipſam in ſe.*

Auguſt. lib. de ſpiritu, & anima.

Si verò loquimur de formis, materiæ inhærentibus, ſiue materiam informantibus, modo vtuntur naturali in abſtrahendo, nam primò ſenſus exterior ſuſcipit formam, ſiue ſpeciem rei materialis, & mox illā ſenſui interiori differt. ſ. imaginationi, quæ eſt phant. illam ſine materia ſuſcipit, & comprehendit, non tamen eandem ab accidentibus materialibus ſegregat. ſ. figuræ, ſitus, &c. dehinc virtus intellectiua, quę omninò immaterialis eſt, accipit ab ea ſpeciem, vel formam eandem comprehendit, vt denudatam ab omni conditione materiali, & ab omnibus eiuſdem materiæ circūſtantijs, vt ſimplicem in ſe, ab omni ſingularitate depuratam, ſed vt vniuerſalem, illam ſequeſtrando à quantitate, qualitate, ſitu, &c. quoniam aliter non poſſet cognoſci, vel intelligi, vt communis, quæ de pluribus diceretur; & hic eſt abſtractionis ordo mirabilis.

In qua corporis parte anima operatur intellectiua.

In qua corporis parte operetur anima corpa ris præciſè.

IN qua poſtea corporis parte, vel organo fiant conſimiles animæ functiones, modò dicamus. Omnes ferè ſapientes in hanc concurrunt ſentent. quod potentia intellectiua non aliquam propriam occupat ſedem, in qua hæc exerceri dicantur, quemadmodum potētia viſiua oculum, auditiua auditum, & ſic de alijs (vt ſupra tactum eſt) ſed tota eius virtus in toto corpore ſita adeò ſit, vt totius hominis perfectiua dicatur, quoniam omnis virtus operans, vel cognoſcens per organum corporeum, eſt dumtaxat cognoſcitiua materialium, ſiue corporalium, ſpiritualium autem nequaquam, quoniam organum corporeum non eſt, niſi propter corporales exercitādas operationes. Vnde ſi intellectiua intelligeret, mediante corporeo organo, non intelligeret, niſi corporalia, cuius oppoſitum experimur. Confirmatur, quoniam intellectiua hæc potētia eſt ſui cognoſcitiua propter reflexionem ſuper ſe, ſecus autem de alijs, nēpè de animabus brutorum, & earum potentijs, quæ cum rationales, & intellectiuæ minimè dicantur, non ſic ſuas videntur efficere operationes, ſola .n. æſtimatiua pollent potentia, qua mediante, conſeruatiua

Quom intell. cognoſcat materialia, & quomodo ſpiritualia.

Animæ brutales quomodo intelligant.

ſectantur, noxia verò, & deſtructiua fugiunt, & abhorrent: nec officit dicere, q̄d ca in generando, cibando, alendo, & ſe ſe medendo multa efficiant, quæ non videntur caſu facta, & abſq; ratione, ſed optima ratione pro ſuis ſpeciebus cōſeruandis, quoniam hęc ab ipſis efficiuntur, quatenus ab intelligentia, non errante, diriguntur, ſed de hac re alibi fuſiùs: hęc igitur ſint obiter dicta.

Quom intellectiua attingit Deū in corpore manens .i. diuinam eſſentiam.

Si igitur hoc modo, dicitur hęc potentia intelligere incorporea, poterit intelligere hac ratione etiā diuinam eſſentiam, aſcendēdo gradatim per creaturas, vſq; ad ipſam, diceret ingeniolus. Ad hoc dicitur, cum omnibus Theologis, quod hæc potentia intellectiua, pro ſtatu iſto, non poteſt attingere preciſe cognitionē diuinæ eſſentiæ, & hoc propter ſuam immenſitatem; poteſt quidem, mediātibus adminiculis creaturarum, attingere creatorem, & hoc à poſteriori (vt ſupra latè lib. de Deo, ſecundum Theologiæ noſtræ decreta diximus) & pariter per aliquod ſibi notum, vel primò cognitum, vtputa, quod ſit ſummum ens, ſummum bonum, & ſimilia: hoc modo dicitur intelligere Deum, ſiue diuinam eſſentiam, potentia intellectiua, non autem ſecus, dum eſt in corpore.

Animæ intellectiuæ hominis operationes ſeorſum à corpore.

Animarum cōditio poſt ſeparationē à corpore.

VIdeamus tandem, quomodo ſe habeat extra corpus anima noſtra intellectiua, videamus (inquam) quomodo à vinculis corporeis ſoluta, ſuperſtes viuat miſera, vel fęlix. Animæ humano corpore exutæ non tranſeunt ad brutorum corpora habitanda, vel informāda, nec dicuntur vagari circa ſepulchra, vt multi putant Pythagoram, & Platonem ſenſiſſe, & perperam, vt ſuperioribus libris oſtenſum eſt, & vt in ſequenti ēt videbimus, ſed ſtatim abit anima ad receptacula ſibi ſorte, pro meritò, & demeritò deſtinata, in quibus viuit à vinculis ſoluta corporeis, ſed eius viuendi conditio non eſt, quemadmodum erat, dum corpori alligata viuebat: nam eſt immortalis (vt ſatis ſuperq; demonſtratum eſt) & ſēper viuit, hoc eſt in omni ſtatu, igitur ēt à corpore abſoluta: attamen quādiù manet ſine corpore, non dicitur habere vſum potentiarum ſenſitiuarū, quoniam caret organis, in quibus ſenſus ipſi exercebantur.

Quom anima à corpore abſoluta ſenſibilia gnoſcit.

Quom anima extra corpus dicitur videre, audire, &c.

Sed contingit dubitare, quomodo dicitur anima videre, audire, & facere ſimiles operationes denudata corpore? dicitur audire, videre, & has ſimiles ſenſus operationes exercere, ex parte potiùs rei cognitæ ſenſibiliter, non autem ex parte cognoſcētis animę, & hoc, quoniam anima ſeparata caret organis exterioribus ſenſuū (vt diximus) benè dicitur ſic ſenſibilia cognoſcere per intellectum, nam (vt quidam volunt) potentiæ ſenſitiuæ poſſunt dici eædem in eſſentia animæ, cum intellectiua potentia, loquendo de ſenſibus interioribus, qui nihil aliud ſunt in anima abiuncta, niſi ipſemet intellectus.

Inſtantia.

D. Bonau. in 4. ſent. reſp.

Et ſi quis curioſè perquireret, quomodo poteſt hoc facere anima ſenſibus internis, cum ipſimet ab externis principia omnis cognitionis deſumant? huic inſtantiæ, occurrit Seraph. Doctor, dicēs, quod non repugnat, animam hoc poſſe facere mediante ſua potentia intellectiua, quemadmodum vnus Angelus dicitur ſētire, imaginari, & intelligere verè, ita & anima ſeorſum à corpore: hoc confirmatur Sāctorum Patrum auctoritatibus, & primò D. Auguſt. qui aſſerit animam extra corpus, ſimilitudinem habere corporis, hoc eſt intelligendum, nō quò ad materialem conditionem, ſed quò ad operationes. Hugo itidem dicit, quod anima dum eſt corpore exuta viuit, quoniam eſt immortalis, videt, audit, & omnes ſenſus viuaciter tenet modo ſuperiori, hoc pari ratione confirmat Caſſiodorus .ſ. quod anima extra corpus omnes ſuos ſenſus efficacius teneat.

D. Auguſt. ſuper Gen. lib. 12.

Hugo lib. de anima c. 2.

Anima extra corpus videt, & audit, modo intellectiuo non ſenſitiuo.

Sed quali ſpecie habeat res ſenſibiles

Richard. 4. ſent. diſ. 50. art. 1. qu. 2. quid ſentiat circa intellectionẽ animæ extra corpus.

cognoſcere, non eiuſdem ſunt ſententiæ Theologi, nulli dubiũ eſt, ipſam re vera intelligere, operatio eſt propria intellectus, put rectè animaduertit Richardus, igitur non eſt rationabile, quod per ſuã à corpore ſeparationẽ priuetur functione propria: intelligit igitur ſine vlla dubitatione, ſed quomodo, & per quas ſpecies? Reſpondet Richardus, per ſpecies partim à corpore acceptas, partim per ſpecies, quas ei Deus ex ſua bonitate infundit, quoniam ſtatim poſt ſeparationem anima ab ipſo Deo recipit omnes ſpecies vniuerſi, & hoc per modum naturæ, non gratiæ. Hæc nihilominus opinio, tãquam erronea, reijcitur à Richardo, quoniam natura de neceſſitate operatur, nihil autem eſt à Deo de neceſſitate creatum, quoniam neceſſitas minimè eſt ponenda in Deo.

D. 1. ſummæ q. 99. art. 1. in 4. ſent. diſt. 50. q. 9.

Ideo hanc veritatem melius videtur attingere Angelicus Doctor, dum dicit, quod animæ ſeparatæ, quaſi neceſſariò cognoſcunt maximè ignota, prius eiſdẽ, & hoc nonniſi per ſpecies à Deo infuſas, vel ab Angelo, quod tali cõfirmatur ratione. Intellectus noſter eſt medius inter ſubſtantias intelligibiles, & res purè corporeas, at omne medium quantum appropinquat vni extremorum, tantum recedit ab alio, & è conuerſò, igitur intellectus noſter, ſicut dum accedit per coniunctionem corporis ad corporalia, accipit ſpecies ab ijs, ita dum accedit, ſiue appropinquat intelligentijs, recipit ſpecies ab eiſdem; & hoc eſt ſignum, dicit S. Doctor, quoniam homo in raptu, vel extaſi, vel ſopore abſtractus, à corporalibus reuelationes altiores accipit. Hæc opinio eſt iudicio multorum admiranda, & eſt tanto viro digna, & doctrinæ Platonicæ facilè accommodatur, & eſt magis Chriſtianæ pietati conſona.

Nihilominus Doctor ſubtilis, oppoſitam huic videtur habere ſententiam, nam vult, quod hæc ſit ſuperflua ſpecierum poſitio in anima ſeparata, cum ipſa à què benè poſſit intelligere, per ſpecies innatas, ſiue in corpore acquiſitas, quæ ſpecies re vera in anima incorruptibiles ſunt: ad quid igitur (dicit Scotus) ponere ſine neceſſitate has ſpecies à Deo, vel ab Angelis influxas? cum natura ſic ſufficienter habeat in ſe, vnde poſſit propriam attingere perfectionem, quod eſt intelligere?

Opin. Scoti in 4. ſent. huic oppoſita.

Quoquomodò ſe habeat res, anima à ſuo corpore abiuncta, ſenſuum operationes exercet, modo quo ſupra: ſi ſentit, quod non eſt ita ei proprium, & peculiare, multò magis intelligit, & intelligẽdo, ſpeciebus vtitur, quod eſt ſibi maximè peculiare. Recordatur etiam poſt corporis extinctionem, quod manifeſtum euadit ex eo Lucæ 16. *Recordare fili*, &c. quod expreſsè D. affirmat Auguſt. dicẽs, mortui habent memoriam noſtri, & non ſolum in vniuerſali, ſed etiam in particulari, quoniã ſingularia cognoſcunt, quod patet ſuperiori auctoritate Euangelij de Epulone, quam afferunt ad hoc confirmandũ D. Thomas, & cum eo Richardus, cognoſcunt vniuerſalia, ſingularia, remota, proquinqua, materialia, immaterialia, hoc eſt ſubſtantias abſtractas, vtputa Angelos, Dæmones, & etiam intima cordis noſtri, vt preces, cogitationes, &c. hoc autem non naturali cognitione, ſed ſupernaturali in verbo .ſ. Diuino, loquẽdo tamen de animabus beatis, de miſeris autem nequaquam. Sed quomodo fælices ſint, vel infælices nuncupentur, ſecundum earum merita, vel demerita, modo dicamus.

Lucæ 16.

D. Auguſt. 8. Confeſſ.

D. Tho. Richard. p. 1. q. 89 4. ſēt. diſt. 50.

Animæ fælicitas, vel miſeria, poſt ſeparationem à corpore humano.

Anima exuta à corpore in aliquo loco ſe recipit.

ILlicò, poſtquam anima corpus, quod informabat, reliquit, in aliquem locũ ſe recipere neceſſarium eſt, in quo diutiùs ſic viuere à Deo ſibi datum eſt: nã ſi primò decidit ab ipſo, abſq; omni culpa, tunc recipitur in locum fœlicitatis, & gloriæ ſempiternæ, etiam hic eſt Paradiſus, vbi plenè beatificatur. Si verò decidit, cum

cum actuali, & mortali culpa, recipitur in locum æternæ damnationis, & miſeriæ, & hic eſt Infernus. Si autem decidit cũ veniali culpa dumtaxat, vel inſufficienti pœnitentia, recipitur in locũ, in quo punitur pœna tẽporali, & finita, ſecundum menſurã delictorum, & hoc eſt Purgatorium, in quo perfectè purgatur, antequã ad cœlos aſcendat. Si tandem decidit cum originali culpa ſolummodò, tunc recipitur in locum, in quo punitur pœna damni, & non alia, & hic eſt Limbus, & hęc ſunt loca, in quę recipitur anima poſt ſeparationem, quæ paſſim à Theologis appellãtur receptacula animæ poſt huius vitæ terminum.

Quatuor receptacula animarum.

Quibus poſtea functionibus polleat, in his omnib[us] receptaculis dicitur, quod non modo intellectu, ſenſu, & memoria vtitur, ſed etiam voluntate, quoniam & ipsã habet in omnibus, ſed adeò immutabilem, vt non poſſit velle non habere, quod habet, & hæc eſt ratio potiſſima, quoniã anima eſt in ſtatu retributionis, pœnæ, vel præmij, & eſt extra ſtatũ merendi, vel demerendi, ſecus autem, dum eſt corpori coniuncta; quoniam tũc poteſt mutari de bono in malum, & de malo in bonũ, propter arbitrij libertatem, quod cõfirmatur auctoritate Damaſceni, dicentis, quod, hoc facit in hominib[us] mors, quod facit in Angelis caſus, at Angeli ſiue boni, ſiue mali, ſunt in voluntate confirmati, igitur &c.

Quibus functionib. vtatur anima in receptaculis.

In lib. ſent.

Sed quomodo anima in his receptaculis, eadem dicitur occupare, cũ ſit immaterialis? & quomodo ex meritis, & demeritis in eiſdem dicitur voluptatem, & dolorem, vt talis conſequi? occupat locum modo immateriali, ſicuti ſubſtantiæ ſeparatę, nec ob id, cum materialis ſit locus, in quo recipitur, poteſt quicquam agere in ipſum, vnde congruẽter dicitur locus cedere animabus, ſiue ad gaudiũ, ſiue ad ſupplicium. Lętatur anima, non eſt cur dubitetur, in cęlo, cum ibi ſit æterna eius habitatio, cum ibi ſuam ſit aſſecuta fœlicitatem, & beatitudinem (de qua ſuo loco latè dicemus.) Triſtatur in inferno, vbi itidem perpetuã eſt adepta miſeriam, & ratio eius triſtitiæ, mœroriſq; eſt, non ſolum carentia diuinæ viſionis, quæ dicitur pœna damni, ſed etiã inflictio doloris, quę eſt pęna ſenſus, quę ab æterno igne procedit, qui ignis omninò corporeus eſt, vt iure omnes fatentur Theologi.

Quom. occupat locũ anima ſeparata, & quomodo afficitur voluptate, & dolore.

Ignis infernalis eſt incorporeus.

Sed quomodo corporeum agit in ſpiritnale, & in incorporeum? quod primò probandum eſt ex Magiſtro ſent. & ibi ex D. Thoma, quoniam ſapientis eſt auctoritas, quòd ſi quis peccat per aliquod corporeum, per illud debet & torqueri, at homo peccat per res corporeas, igitur per eaſdem debet torqueri, nam per res mundi ſenſibiles dicitur re vera peccare. Itidem pœna reproborũ proportionabiliter debet reſpondere præmio bonorũ, ſed Beati non modo in anima debet præmiari, ſed etiã in corpore, at ignis, ſi non eſſet corporeus, non affligeret corpora damnatorũ, eſt igitur dubiò procul corporeus, ſulfureus, & materialis, non autem purè elementaris, ſed immixtus.

Mag. ſent. in 4. diſt. 44. & ibi D. Th. & alij.

Vt eſt ille mõtis Aetnæ, qui à D. Greg. appellatur os inferni.

Illo torquentur animæ licet ſeparatę, quoniam eadem eſt de animabus ratio, quæ eſt de Dæmonibus, at Dæmones illo cruciantur, igitur & animæ, nam Salu. apud Matth. *Ite in ignem ætern. qui par. eſt Diab. & Ang.*

Matth.

Itidem, quoniam pęna debet reſpondere culpæ, & culpa ſit in corpore commiſſa, igitur debet in corpore puniri, nã per prauam concupiſcentiam peccauit in corpore, igitur in pœna ſit corporea .ſ. ignis inferni, iuſtum eſt, vt puniatur.

Alia ratio.

Dùm autẽ eſt corpore exuta, quomodo cruciatur anima ſiue in Inferno, ſiue in Purgatorio? Primò dicitur anima illi igni vniri corporeo, non tanquã actus primus, ſiue forma illũ viuificans, vt ex ambobus fiat vnum viuens, ſed vt mouens mobili, vnde ille ignis inferni, hoc virtute Dei habet, cuius eſt inſtrumentum, vt perinde, velut ergaſtulum animas teneat, & coerceat, quamuis ab

Quom. cruciatur anima, dum eſt ſine corpore.

eis

eis non informetur, vt corpus ab anima, qua dicitur informari, hoc tamen eidem ſupernaturaliter euenire dicitur, licet hoc faciat per propriam actionem; naturaliter, velut inſtrumentum Diuinæ iuſtitię. Sic anima dicitur igni vniri, hac vnione, & per conſequens, vt incorporea torqueri.

Anima varia ſortitur nomina in ſacra Theologia.

IAm animæ noſtræ intellectiuæ naturam, & quo ad ſubſtãtiam, & quo ad functiones, breui compendio perſtrinximus, & ea de eadem dumtaxat adduximus, quæ poſſunt aliqualiter cum Platonica doctrina de anima comparari, ante corporis ingreſſum in ipſo corpore, & poſtquam ab ipſo libera extat.

Par eſt tandem dicere, quare varia ſit ſortita nomina, quandoquidem pluribus appellatur nominibus. Anima dicitur (ſecundum quod patet in compendio Theologiæ) quatenus corpus animat .i. viuificat, mens, quatenus recolit; ratio, dum rectè iudicat; ſpiritus, dum ſpirat; ſenſus, dum ſentit; memoria, dum recordatur; voluntas, dũ vult; & intellectus, dũ intelligit, & hæc nomina eidem dicuntur cõpetere, non propter eſſentiæ pluralitatẽ, ſed propter effectuum multiplicitatem. Dicitur anima ab α, quod græcè ſonat ſine αἷμα, quod eſt ſanguis; vel ab α, quod eſt vita; & νέμειν, quod eſt tribuere; vel quaſi ἄνεμος .i. ventus, ſed de his ſequenti libro in calce. Cõp. T. lib. 2 ca. 2.

Hæc pauca ſufficiant de anima, ſecũdum Theologiæ noſtræ ſacra dogmata, ex Patribus in Epitomen collecta, & redacta ex Doctoribus ſcholaſticis breuiter probata, & à nobis credita, tanquam vera, & indubitata, & vbiq; à Catholica Eccleſia iure approbata.

Finis Vndecimi Libri.

CHRI-

CHRISTIANÆ THEOLOGIAE

Cum Platonica Comparationis.

LIBER DVODECIMVS.

In quo omnia, quæ Plato, & interpretes ipſius de anima ſunt Philoſophati, planiſſimè recenſentur.

SICVTI ſuperuacaneũ eſſe duximus, in ſuperiori libro de Animæ, ſecundum Chriſtianæ Theologiæ veritatem dubitare an ipſa ſit, ita, in hoc habere eandem dubitationẽ, inutile, & ſuperfluum putamus, cum maximè eandem eſſe ex cõtinua rerum animá præditarum generatione pateat; ſed eſt mirabile dictu, quod quantò magis conſtat animam eſſe, tantò minus quid ſit percipitur, prout non ſolum Plato ipſe, ſed etiam cum ipſo Ariſt. aſſerit, qui licet in multis ad negotium animaſticum ſpectantibus à Præceptore diſſentiat, in hac vna confeſſione tamen adeò cum eo conuenit, vt vna, & eadem videatur eſſe vtriuſq; ſententia. Eſt difficilis ſanè quidditatis animæ perſcrutatio, ex ſententia etiam omnium Philoſophantium quarumcumq; ſectarum, & ex hoc ſcitu difficilem iudicauit naturã, & conditionem animæ noſter Philoſophus, quoniam difficillimam eſſe ſui ipſius notionẽ primum, & ante nouerat: vnde aſſerebãt nos eandem conſpicere, tanquam Marinum Glaucum, ſuo priſtino decore, ſua prima naturali forma deſtitutam, aduẽtitijs, & nouis ſordibus contaminatam. Propterea eiuſdem varij variam protulerunt eſſe ſubſtantiam: alij eandẽ ignem eſſe putarunt: alij aerem, aut vnum ex elementis adiudicarunt, & ob id corpoream exiſtimarunt; alij verò incorpoream putarunt, & abſq; iniuria, ſed ſubſtantiam, non accidens, quoniam abſolutè corpori haud dominatur, non accidens (inquam) quoniam per ſe non ſubſiſtit, ſed ſubſtantia demum incorporea, nobiliſſima, & diuina. De hac igitur præſtantiſſima ſubſtantia in hoc libro ſecundum noſtri Philoſophi mentem, agere debemus, & eundem ſeruare ordinem eſt noſtrum conſilium, quem ſupra ſeruauimus in libro, vbi de eadẽ in via noſtra egim⁹.

Animã eſſe cõſpicuè ex animatis.

Scĩtia quidditatis animæ difficilis eſt valde.

Comprobat difficultas ſcientiæ nobili exẽplo.

Variæ opiniones circa eſſentiã animæ.

Præſuppoſito igitur hoc dogmate, iacto hoc fundamento, tãquam vnicuiq; noto .ſ. quod anima ſit, immediatè eius diffinitionem in medium adducamus, & eandem pro viribus declarare conemur, necnon alias, aliorum Academicorum confeſtim afferamus, quæ non Mathematicis videntur velaminibus inuolutæ, ſed verbotenus intellectæ ab interpretibus, & eaſdem itidem declarare non prętermittamus.

Ordo ſeruandus.

Quid ſit anima, ſecundum Platonis ſententiam prima diffinitio.

ANima igitur à Platone diffinitur duobus in locis .ſ. in Phædro, &

Prima diffinitio animæ Platonica. In Phædro 10 de legib.

10.

In Phædro 10. de leg. Prima diffinitio duas continet dubitat.

10. de legibus, & primò ſic. *Anima eſt numerus ſe ipſum mouens*. Hæc diffinitio prima facie videtur in anima ipſa duas gignere dubitationes, quarum altera eſt, quomodo ipſa dicatur eſſe numerus, altera verò, quomodo ſe ipſam eadem ratione mouere videatur. Sed non eſt locus dubitādi in eorum animis, qui Philoſophiam Platonis callent, & eandem profiteri dicuntur, nam ſcientes Platonem, ritu Pythagorico, & more Mathematico in Philoſophando, quandoq; vſum fuiſſe, ſciunt etiam eundem in explicanda Phyſica, Geometricis velaminibus, & in declaranda incorporea, Arithmeticis eadem ratione vſum fuiſſe: vtitur ergo in explicāda animæ natura hoc Arithmetico velamine, non abſq; cauſa, volens Pythagoræ Philoſophiam imitari, ex quā hāc diffinitionem deſumpſit .ſ. à Philolao eiuſdem diſcipulo, & eius Præceptore.

Modus philoſophandi Plat. in hac animaſtica diff.

Duo igitur ponderanda eſſe cēſeo in hac diffinitione interpretāda .ſ. quare dicatur numerus, & quomodo intelligatur ſe ipſam mouere. Eſt igitur ſciendum, quod Plato ſemper aliqualē numerum ponit in omnibus entibus, tàm diuinis, tùm naturalibus, quę optimo ordine diſponuntur in natura, præterquam in Primo, quod quidem re vera, ſicuti nō clauditur termino, ita nullo determinatur numero, ſed eſt vnum dumtaxat, ſicut eſt verum, & bonum, & adeò vnum, vt nullomodo multiplicari queat, quinimò ab ipſo, tanquam à Primo non ente (vt viſum eſt libro de Deo) ſed à cauſa omniū entium, omnes vnitates dependentiam habere dicantur.

In Deo pri mo non eſt num.

Ab iſto Primo præcipuè immediatè dependet ens Primum, quod etiam appellatur mundus Idealis, & mundus Archetypus, qui in ſe nō amplius vnitatem continet, vti vnum primum, ſed numerum, & dicitur numerus primus, deſcendendo à primo, & iſte eſt Idearum fons, & mens prima, quę talem numerū continet, ideſt ipſarum Idearum, & iſte alio nomine nuncupari poteſt numerus ſubſtantialis.

Primus numerus in diuinis dicitur Idealis, & ſubſtantialis.

Sequitur ordine anima, quæ itidem & ipſa dicitur numerus, non tamen ratione ſubſtantiæ ipſius, in qua reperitur vnitas, ſed cauſa rationum, quas in ſe continere dicitur, vnde poteſt appellari iſte numerus animarius, ſiue melius rationalis, eò quià continet rationes in ſe formaliter; continet mens prima ideas, & naturæ ſemina, vnde dicitur & ipſa in ſe habere numerum, non primo modo, neq, ſecundo, ſed tertio, & dicitur talis numerus naturalis, ſicuti Mathematicus, qui eſt veluti imago quadā ab anima rationali in ſenſum interiorem depēdens, & eſt quantus, quod nō eſt dicendum de numero animæ.

Secundus num animalis, ſiue rationalis.

Quis num. naturalis, & Mathemat.

Anima igitur hac ratione iure dicitur numerus; ſed quoniam hæc vox, numerus, à Philoſophis diuiditur, vt eſt multiplex, in numerum numerantem, numeratum, & quo numeramus; qualis nam ex his tribus dicitur eſſe anima? non eſt numerus, quo numeramus, ſed medius .i. numerus numeratus, qui quidem ſe ipſū generare dicitur, modo admirabili (quod infra videbimus) & etiā in ſe ipſum ſe conuertere.

Anima eſt num. numeratus.

Sed iſte numerus animæ eſt ne finitus, vel non? eſt quidem finitus, eò quia anima eſt vndequaq, finita, & hoc ratione operationis, diuiſionis, procliuitatis ad materiam, compoſitionis, & deniq; perfectionis, & hæc poſſunt liquidò perſpici, ſi primo conſideremus, in ipſa reperiri vnitatem, & cęteros numeros vſq; ad ſeptenarium.

Probatur animæ num.

Eſt in ea ſanè vnitas, quoniam diuinam dicitur participare vnitatem, vt nobiliſſima ſubſtantia, quæ etiam ſua totalitate contineri dicitur, quoquo modo conſideretur velante partes vna, vel ex partibus cōſtata, vel in ſingulis partibus ſemper dicitur vna.

Anima habet vnitatē.

Conuenit ei etiā numerus binarius, inquantum primò diuiſibilis cēſetur, ſecundò verò, in quantum duplicem habet

In anima eſt num binarius.

PP ſua

ſua natura conuerſionem ad intelligibilia, & ſenſibilia: dum ad intelligibilia ſeipſam conuertẽdo progreditur, dicitur mens, dum autem ad ſenſibilia, anima.

In anima, cõuenit ternarius. Conuenit eidem etiam ternarius numerus, quoniam in ea conſiderari poteſt ſtatus in ſe ipſa, progreſſus ad inferiora, regreſſus ad ſuperiora .ſ. ad ſuum vnum, à quo fluit, à quo recedit, & in quod postremò reflectitur.

In anima eſt numerus quaternar. Conuenit etiam ei numerus quaternarius, quatenus procliuitatem habet ad materiam, in qua quatuor qualitatibus primis, in quatuor humoribus exiſtentibus, naturam quatuor elemẽtorum concomitantibus, inficitur, vel aneijus cõpetit ei idẽ numerus, ratione quatuor potentiarum, quæ in ea ponuntur ab inſigniotibus Platonicis, nempè ſenſus, opinionis, dyaniæ, & intellectus, vel eadem ratione facultatum quatuor, quibus anima dicitur eſſe prædita .ſ. vi ſenſitiua, nutritiua, loco motiua, & intellectiua.

In anima num. quinarius. Conuenit eidem pari modo numerus quinarius, quoniam anima componitur ex quinq; generibus (vt in ſua compoſitione videbimus) & etiã propter quinq; requiſita, quæ eidẽ cõpetunt, & ſunt ſubſtantia harmonia rationũ eius (quomodo dicatur harmonia ex ſententia Platonis, videbimus in alia animæ diffinitione, infra poſita, ex Pythagora excerpta) ſpecies ex partium eius, & rationũ concordia conſurgens, virtus, & actiones, de quibus ſuis locis fuſiùs tractatur.

Animæ cõpetit num. ſenarius. De ſenario numero nulla reperitur mentio, quomodo animæ accommodari poſſit apud Platonicos, ſed nos poſſum' dicere, quod cum eidem competat (ſicuti etiam omnibus rebus) iſte ternarius .ſ. eſſentia, potentia, & actio, necnon conueniat alter .ſ. memoria, intelligentia, & voluntas, ex quibus ternarijs duobus ſimul cõplicatis itidem reſultet ſenarius, quod facillimè eidẽ hac ratione accommodari poſſit.

Eidem conuenit ſeptenarius, & quom. Conuenit ſeptenarius numerus animæ poſtremò, quoniam ſeptenarius cõtinet vnitatem, quæ eſt copula geminæ triadis, vnde dicitur talis numerus omnis conſonantiæ parens, quia ex vnitate binario, & quaternario qui reperiuntur in hoc numero, reſultat primũ bis Dyapaſon, hinc eſt, quod Plato (vt proximè videbimus) meritò in animæ compoſitione, ſeptem numeros recipit, in quibus omnes harmoniæ comprehenduntur rationes, vt Muſices volũt profeſſores. His igitur, & ſimilibus numeris anima dicitur eſſe prædita, qui iis meritò appellatur numerus à Platone.

Quomodo anima moueat ſe ipſam, & qua ſpecie motus. Videamus modo, qua ratione, ſiue qua ſpecie motus dicatur anima mouere ſe ipſam, cũ motus ipſius non ſit eiuſdem ſpeciei cum motibus rerum naturalium. Motus in via Platonis dicitur eſſe duplex, vel dupliciter apud ipſũ motus poteſt conſiderari .ſ. realiter, & metaphoricè, motus realis duo ſũt genera .ſ. motus ſecundum locum, qui alio nomine ab ipſo appellatur latio, & motus ſecundũ rei naturam, qui appellatur alteratio; latio eſt in duplici diſcrimine, vel eſt tranſitus de loco ad locum, & dicitur motus rectus, vel eſt circa locum, & dicitur circularis; motus verò alterationis, vel eſt ſecundum ſubſtantiam, & ad eſſe, & dicitur generatio, vel ad non eſſe, & dicitur corruptio, vel ſecundum quantitatem, & eſt vel ad eſſe maius, & dicitur incremẽtum, vel ad eſſe minus, & dicitur decrementum; vel eſt ſecundum qualitatem, & dicitur affectio, & hic varia ſortitur nomina, ſecundum varietatem qualitatum, quæ recipiuntur in re; à calore dicitur calefactio, à frigore frigefactio, à colore coloratio, & de hac ſpecie motus agit Plato in Theæteto.

Diuiſio motuum in doctrina Plat. in Theæt.

Hæc diuiſio motuũ habetur in Theæteto.

Motus metaphoricus in via Plat. Conſideratur nedũ motus metaphoricè apud Platonem, & iſte motus ſumitur pro motu materiæ mũdi, de quo tractat in Thimeo, & hic erat ipſius materię quædam agitatio, ante mundi conſtitutionem inordinata, & inconſtans, & hæc alio nomine poteſt dici fluxio; alius motus metaphoricus dicitur ille, qui quidẽ

com-

competit animæ, & eſt diuerſus à motu reali, & à motu inordinatæ materiæ, & ad hoc, vt poſſit intelligi, eſt animaduertendum, quod animæ duplex eſt conſideratio (& hæc diſtinctio eſt notabilis, propterea quod, per eam motus animæ faciliſſimè intelligi poſſunt) anima primò conſideratur, vt eſt mens ad intelligibilia conuertibilis, & licet poſſit dici, vt talis immobilis, dicitur tamen etiam ſe ipſam mouere, quatenus excitatur ab eſſe ad agere, ab actu primò idest impellitur ſua natura, ad actum ſecundum explendum. Secundò conſideratur vt anima, & ſic dicitur mouere ſe ipſam motu proprio, & peculiari, qui poteſt appellari animarius, & ſunt actiones animæ immanentes, & non tranſeuntes. Et iſtæ actiones plures in anima ſunt, ideo dicitur iſte motus multiplex, & non vnus. De hoc explicita extat mẽtio apud Platonem lib. de legibus 10. vbi varia nomina ijs motibus animæ aſſignat, & ſunt, velle, conſiderare, conſultare, opinari, lætari, dolere, metuere, odiſſe, diligere, & ſimilia, hæ ſunt ſpecies motus, quibus dicitur eſſe prædita anima, qui nullum habet commercium, neq; cum motibus Phyſicis, neq; cum illo imperfecto fluxionis, qui impropriè re vera dicitur motus.

Duplex eſt cõſideratio animæ.

Hinc dupl. animæ motus 1. Metaph.

Lib. 10. de legib.

Vt autem mens dicitur, ſiue particeps mentis, mouetur vna ſpecie motus, qui non eſt eiuſdem ſpeciei, cum alijs motibus eius, quatenus conſideratur vt anima: & eſt motus excitatiuus, non tranſitiuus, ſed cauſa tamẽ tranſitiui motus, & initium. Si igitur mouetur his motibus, & non habet cauſam aliunde ſui motus, quam à ſe iure dicitur mouere ſe ipſam, & ſic liquidò patet ex ſententia iſtius Philoſophi, & ipſam non ſine ratione numerum dici in ſenſu, & intentione, qua ſupra, & etiam ex ſe ipſa moueri: ſed iam tranſeamus ad ſecundam animæ diffinitionem datam de mente Platonis.

Motus mẽtis quiſnã.

Secunda animæ diffinitio Platonica.

Secunda animæ diffinitio, & eiuſdem interpret.

ALia ſolet aſſignari diffinitio animę de conſenſu Platonis, & eſt talis: *Anima eſt ſubſtantia incorporea mouens corpus.* Hæc diffinitio, licet videatur eſſe in verbis penè ex ſe clara, & nullo metaphorico velamine inuoluta, nihilominus indiget interpretatione ad hoc, vt melius eius natura pateat, cùm non ſint in hac exponenda eiuſdem ſententiæ interpretes.

Quod ſit ſubſtantia, certum eſt, cùm per ſe ſubſiſtat, & per ſe corpori dominetur, ſed quomodo moueat ipſum, an tanquam forma informans, vel vt forma aſſiſtẽs, vel vt actus, & huiuſmodi, nõ ita eſt euidens, vt alia nõ indigeat interpretatione. Aliqui dicũt, quod anima eſt ſubſtãtia incorporea, ſicut actus mouẽs corpus, & ipſa ſe habẽs immobilem, niſi forſan per accidẽs ſed hæc expoſitio videtur eſſe annilis, cum anima per ſe dicatur mouere ipſum, quod ſua natura nullo motu moueretur, nam ſi alijs dat moueri, cur nõ dicitur illa poſſe ſibi motum tradere? alij dicunt, quod eſt ſubſtantia incorporea mouens corpus, hoc eſt viuificans, cum ſe ipſa ſit vita, neq; hæc expoſitio videtur veritati conſona omninò, cum nõ modò viuificet corpus, ſed etiam ipſum moueat varia motuum ratione. Alij dicunt, quod eſt talis ſubſtantia mouens corpus tanquam forma informans, quæ eſt idem cum actu primò, hęc in via Peripathetica admitti poteſt, in Platonica nequaquam, cum potiùs dicenda ſit forma aſſiſtens in corpore, tanquam nauta in naui, non ſolum mouens, ſed perficiens ipſum corpus, & hoc confirmant nonnulli de Platonica familia, auctoritate præceptoris in Alcibiade primo, dicẽtis, quod anima rationalis corpore vtitur, vt in ſtrumento, dicũt iſti igitur hac ratione dicitur mouẽs corpus, vt talis forma aſſiſtens in eo, ipſumq; informans.

Quom anĩa ſit ſubſtantia mouẽs corpus, & qua ſpecie motus.

Quom moueat corpus & perficiat in Alcib. 1.

Dicamus igitur, totam interpretando

Vera interpretatio diffinitionis.

diffinitionem, quod anima eſt ſubſtantia, cum in genere ſubſtantiæ iure collocetur, & eſt ſubſtantia incorporea, cum non ſit materia, neque compoſitum, neque accidens, eſt ſubſtantia incorporea (inquam) ſicut ſunt animæ cœleſtes, in via Platonis, quæ mouent ſphæras, quæ alio vocabulo dicuntur οὐσίαι, Vſiæ, ab Ariſt. non autem intelligentiæ, vt interpretatus eſt Auerroes, & cum eo Latini, licet intelligentiæ poſſint etiam iure nũcupari, eò quia in mouendo, dubiò procul intelligunt. Eſt mouens corpus, ad differentiam ſubſtantiarum corporearum, quæ quidem neq; actu, neq; poteſtate dicuntur corpora mouere, niſi vi, & ope ipſius animæ, ſicuti manus corporea, mouet ſaxum vigore animæ. Corpus ſua natura nullam habet vim mouendi ſe ipſum, neq; cætera (dicunt Platonici) ergo ratio eius motus eſt ab alio, non ab extrinſeca vi, ſed ab intrinſeca vita, igitur ab anima incorporea. Sit igitur anima in hoc ſenſu ſubſtantia incorporea mouens corpus.

Quod probatur, quod anima ſit ſubſtantia incorporea mouens corpus.

Tertia animæ diffinitio Platonica.

Tertia diff. animæ Platonica.

ALia eſt diffinitio animæ à Platonicis tradita, parum à ſuperiori differens. *Anima eſt ſubſtantia incorporea, rationis compos, particeps mentis, corpore vtens.* Hæc diffinitio, cum ſuperiori (vt patet) conuenire videtur, quod anima ſit ſubſtantia incorporea, rationis compos (ſecundum quod exponit Ficinus in argumento Alcibiadis primi) dicitur ſiue rationalis, quoniam anima, vt talis in ſe ipſam circulo quodam ratiocinationis ſe ſe animaduertendo reflectitur, particeps mentis, quoniam vt talis in mentem diuinam, velut riuulus in fontem ſuũ refluit. Eſt corpore vtens, quoniam humanis negotijs gubernãdis incumbit. Vel poteſt rationis compos nũcupari, eò quia in ſe habet rerum rationes, quemadmodum mens Ideas ſupra ipſam; infra verò, naturæ ſemina. Eſt mentis particeps, quoniam anima non eſt mens pura, per eſſentiam talis, ſed habet mentem in ſe quaſi caput, ideò per participationem dicitur mens. Corpore tandem dicitur vti, veluti inſtrumẽto, non autem, vt forma informans, illud informare, quoniam ei imperat (prout aſſerit Plato) & non ſolum imperat, & illud mouet, quinimò, & perficit ad libitum, non autem ſimpliciter mouet, ſicuti perperam exiſtimauit Auerroes, qui quidem, dum vniuerſalem intellectum voluit, eſſe formam aſſiſtentem ſimpliciter mouentem, vt nauta nauim, non autem perficientem.

Ficinus in argum. Alcibiadis 1.

Expo. diff. ex Ficino, certa.

Quid diff. eſt inter Pla. & Auer. circa animæ exiſtentiam in corpore.

Quarta animæ diffinitio, à Platonicis data, de mente Pythagoræ.

ALia eſt animæ diffinitio, quæ eſt quarta in ordine, data à Platone in Timæo, quæ tamen eſt de mente Pythagoræ, & eſt talis: *Anima eſt numerus harmonicus, ex vnitate binario, ternarioq; conſtans.* Hæc diffinitio eſt metaphorica, veluti prima, ſed pulcherrima, & ſic intelligitur, quod in ea ſint numeri harmonici, qui ad veras conſonantias producendas aſſumuntur à muſices profeſſoribus, tãquam principia, veræ, & ſenſibilis harmoniæ, non tamen quod ipſa edat illam, quæ ſenſu ſentiri poteſt, ſed illam, quæ dicitur harmonia intelligibilis, quæ ſolum intellectu percipi poteſt, quoniam non eſt in ſono poſita, neq; in voce collocata, ſed eſt ex numeris (de quibus egimus ſupra) conſtans, qui ſunt rationes, & genera eandem conſtituentia, quę intellectu (vt diximus) percipiatur.

Quarta animæ diff. Platonica de mente Pythagoræ, eius interpretatio.

Videamus quinã ſint iſti numeri, quibus vtũtur muſici in ſenſibili harmonia, & quomodo animæ proportione quadã conueniant. Habent muſici vnitatẽ primò, quam combinare videntur, vſq; ad binarium cubum, qui eſt octo, & eadem ratione volunt triplicare, vſq; ad cubum, & ſolidum ternarij, qui eſt numerus nouenarius, itidem triplicatur vſq; ad vi-

Num. harmonici muſicorum.

geſi-

geſimum ſeptimum, & in his omnibus numeris omnes ſuas conſonantias ponunt, & vltra etiam, ordinem partium ſeruando inueniunt: Et quoniam animæ omnes hos numeros in ſe habere dicuntur (vt videbimus) ideo cõſonãtiam quandam iure ponunt in ea hi duo celeberrimi Philoſophi, Pythagoras, & Plato, &, qui eorum ſequuntur doctrinam, interpretes. Eſt in ea vnitas, quoniam eidem aſſignatur portio quædam Diuinitatis, qua Deum cognoſcit, & intelligit, & circa ipſum operatur, & hæc duplicatur, tùm quia in ipſa reperitur infinitas, & terminus, tùm etiam identitas, & alteritas, vel ſecundum alios, conſiderantes animam cum corpore, duplex intellectus .ſ. agens, & poſſibilis. Quadruplicatur; quoniam in eadem reperitur quaternarius numerus, tùm potentiarum animę, de quibus in expoſitione primæ diffinitionis actũ eſt, tùm etiam virium elementorum. Secundum numerum potẽtiarum octuplicatur ad numerum ſuorum actuum, ſecundum verò vires elementorum, ſi ad inuicem combinantur, & ſecundum iſtum numerum parem .ſ. dicitur anima in ſuo cubo terminari, ſicut terminantur numeri muſicales.

In anima ineſt conſonantia non ſenſibilis, ſed intelligibilis.

Quom. anima ex num. harmonicis conſtat.

Alij numeri in anima ſola, alij in corpore ſita obſequãtur.

Si verò, ex altera parte, conſideretur itidem anima, ab vnitate eiuſdem incipiendo, in ternarium numerum primò procedit .ſ. in ſubſtantiam, potentiã, & actionem, quibus dicitur diuiſa eſſe natura animę à Proclo (vt diximus) in principium, medium, & finem (vt dicũt alij) qui in ea reperiuntur, vel vt communiter tenetur, in triplicem eius facultatem .ſ. intellectum, memoriam, & voluntatem. In nouenarium pari modo, tanquam in ſuum cubum cadit anima, hoc eſt in numerum ſenſuum, qui in ea reperiuntur quinq; exteriores, & corporeos, quatuor autem interiores.

Quom. anima per ternariũ num. concluditur.

Nouenarius iſte, poteſt itidem triplicari ter repetitus, & hoc vſq; ad vigeſimum ſeptimum perduci, & in eo terminari. Nam iſte numerus Nouenariorum cubũ dicitur complere in homine, hac nobiliſſima anima prædito. Primus nouenarius reperitur in ea, ſecundum aliquos (parum tamẽ Platonicè loquentes) eò quia in hac vita eſt in corpore quatuor elementis alterabilibus prædito, in futura verò in corpore incorruptibili ex nobiliſſimis elementis compacto. In vnoquoq; horum corporum duæ reperiuntur quaternitates, quæ copulatæ octonarium cõſtituunt numerum, & cõnectuntur, mediante vita quadam vnica, quę cum ipſis nouenarium ipſum primum admirabilem complent. Secundum autem, qui eſt circa ſenſus exteriores, cùm interioribus (vt diximus) pari modo complent. Cum his tertius alter inuenitur, qui quidem in anima poteſt conſiderari, & eſt ſuperioribus potior, & in ſimplicioribus numeris poſitus, quibus quidem cum nouem mentium ordinibus conuenit ipſa anima; qui ordines, licet non explicitè, ponantur à Platone, ſed dumtaxat mentium multitudo, poſt primam (vt vidimus) libris de Angelis, ſecundum vtriuſq; Theologicæ placita, tamen ordine mirifico; à ſuis interpretibus, à Proclo, & ab alijs etiam, cùm noſtratibus Theologis, in hac vna re conuenientibus, diſponuntur, licet in multis alijs diſſentiãt: ſed de hoc præciſa nobis non eſt hic facienda mentio, quoniam Platonicæ doctrinæ videtur fortaſſe excedere limina, & ad Chriſtianam Theologiam præcisè ſpectare.

Quom. nouenari⁹ poteſt triplicari.

Nouenari⁹ num in anima, quatenus in corpore reperitur.

Primus nouenarius num.

Secundus num.

Tertius numerus.

Vide Franciſcũ Georgiũ noſtrũ de harmonia mundi.

Quoquo modo igitur res ſe habeat, in anima ipſa, corpori adiuncta harum rerum inueniuntur numeri, quibus harmonia intelligibilis in ipſa cõſideratur, igitur in hoc ſenſu poteſt ipſa dici, numerus harmonicus, ſiue harmonia iure optimo à Platone nuncupari, in hoc Pythagoram ſequente.

Hęc harmonia animę hominis in corpore ipſius exiſtens, reperitur etiam ſecundum Platonicos in anima vniuerſi, quatenus .ſ. mundo corporeo præſidet,

Vt numeri [illegible] & modo admirabili, vnde cùm de anima loquimur, intelligimus agere de anima communiter conſiderata; Reſtat igitur, quod in hoc ſēſu, intelligatur anima vniuerſaliter eſſe harmonia, nihilominus, cum aliqua differentia, ſicuti differunt ad inuicem in multis mundus magnus, & mundus paruus.

Cur de quibuſdam, & non de omnibus num. fiat mentio in exp. Contingit circa hanc diffinitionem dubitare .ſ. cur ſolummodò de vnitate, binario, & ternario fiat mentio, & non de cæteris numeris, qui plures ſunt, de quibus fecimus mētionem in expoſitione primæ diffinitionis? Reſpondetur, quod in ea eſt vnitas, & binarius, & ternarius, qui intelligūtur poſſe duplicari, vſq; ad octonariū, & nouenariū, ſed de his non fit mentio, niſi de his explicitè, licet implicitè intelligatur etiā de alijs, qui ab iſtis videtur deriuare, vel qui virtualiter continentur in iſtis.

In dictis Platonis manifeſta contradictio conciliata.

Manifeſta cōtradictio in dictis Platonis conciliata. SEd quoniam manifeſtā inuenio diſſonantiam, in dictis Platonis, circa hanc diffinitionem, quæ ſibi ipſis ad inuicem contradicere videntur, idcirco eandem concordare, eſt modò noſtrum conſilium, ne inconſtantis eſſe ſententiæ videatur inclitus Philoſophus, parum eius ſcripta ponderantibus.

In Phæd. de anima negat animā eſſe harmoniam, in Timæo verò ſic. Plato in Phædone, vbi de anima ex profeſſo tractat, ipſam eſſe harmoniam pro viribus negat, in Timæo verò (ex quò hanc deſumpſimus diffinitionem) ſecus videtur tenere, nam fatetur in ea, numeros reperiri harmonicos, qui reperiuntur in ſenſibili harmonia, igitur videtur ſibi ipſi parum conſtare. Si verba Platonis, in rectum volumus trahere ſenſum, dubium haud eſt, quin facillimè poſſint eadem conciliari. Negat Plato, & ſine iniuria, in Phędone, animā eſſe harmoniam, ſenſibus perceptibilem, ſed admittit in Timæo, eandem eſſe intellectu ſuſceptibilem, nam animæ har- *Itaq; non ſenſu poſſit, & non poſſit dici anima harmonia;* monia, cum non cadat ſub ſenſu, non poteſt, nec debet dici ſenſibilis, cùm ſēſibile ſit, quod ſenſu percipi poteſt; ſed cùm intellectu dumtaxat cognoſcatur, debet dici harmonia intelligibilis, & ſic non poteſt dici harmonia ſecundum primum ſenſum, in Phædone, ſed benè poteſt appellari iuxta ſecundum, & ſic appellatur in Timæo, & ſic nulla eſt cōtradictio in dictis Platonis.

Alij dicunt, quod non eſt harmonia, quanta ex partibus corporis reſultans, ſed aſſerunt eſſe harmoniam ex ſubſtantialibus ſuis numeris (de quibus egimus) conſurgentem, in tonibus, & generibus, eam conſtituentibus collocatam, ex qua, tanquam ex cauſa, cum partium corporis, tùm motuum, vocumq; & ſonorum prodit harmonia, harmoniæq; iudicium, & hæc eſt animæ, Platonica, ſiue Pythagorica harmonia: itaq; nequaquam ſibi aduerſari videtur, & ſic iniuſtè carpitur Plato à calumniatoribus, quod .ſ. modò neget harmoniam in eſſe animę, modò admittat. *Alia interpret. p hac conciliat.*

Eodē modò, iniuſtè carpit Ariſt. Pythagoram, qui dixerat, cœlos ſuauiſſimā ædere harmoniam, dum mouentur, quoniā licet ipſe velit, nec ſine ratione, eoſdem harmoniam producere, non autem ſenſibilem, quam ſētimus in inſtrumentis muſicalibus, quæ inſtrumentorum harmonia in ſonis varijs conſiſtit, qui fiunt per aerem fractum, ex ſententia Ariſt. ſed illam voluit intelligere, & ſana mēte, Pythagoras, quæ conſiſtit in motibus variè concinnatis, à quibus pendet ſonorum haud ſenſibilium harmonia; quæ poteſt dici harmonia, & ipſa potiùs intelligibilis, quam ſēſibilis (vt ſatis latè oſtenſum eſt lib. de mundi ortu ad aures Platonis) & hæc pro huius diffinitionis explanatione ſint ſatis. *Quom. carpitur Pythagoras ab Ariſt. iniuſtè.* *2. de anima.* *Lib. de mundi ortu ad aures Plat.*

Quinta, & poſtrema animæ diffinitio, in qua longè, latèq; declaratur vniuerſa eiuſdem natura, ad mentem Platonis, omniumq; Academicorū.

Alia

Quinque animæ diff. Platonica, ab Auct. hinc inde ex varijs interpr. collecta.

ALia poteſt dari diffinitio animæ, ab Academicis, quæ quidē ex varijs dictis Præceptoris Platonis colligitur, & totam eius naturam videtur pleniſſimè declarare, & eſt talis: *Anima eſt ſubſtantia incorporea, mente prædita, ſe ipſam mouēs, motu vitali, cauſa motus corporis per ſe ſubſiſtens, vt eſſentia ſimplex, a materia omninò libera, vita perfecta, ideò incorruptibilis, & immortalis.*

Huius diffin. ſententia, iuxta mentem veram Acad.

Hæc diffinitio, ex varijs Academicorum deſcriptionibus excerpta, ſic de verbo ad verbum poteſt explicari. *Anima eſt ſubſtantia incorporea,* hoc iā pro confeſſo habemus, cū ipſa non ſit corporea (vt falſò putarūt Stoici) neq. ſit accidēs, quod iam explicuimus; quod ſit *mente prædita,* intelligitur, vel quod à mente pendeat, vel quod habeat mentem tanquā caput, vel quia ob variā relationem, & anima, & mens dicatur, vnde poteſt dici mens, vt reſpicit intelligibilia, anima verò vt corporalia, ſicut animæ cœlorum motrices, & noſtræ diuerſa ratione; quod *ſe ipſam moueat,* & qua ſpecie motus dicatur ſe mouere, iam diximus, quod motu animario, qui eſt intelligere, & velle, qui motus ſpectat actiones immanentes ipſius, & alio nomine, poteſt appellari motus vitalis, & ſic à Speuſippo appellatur, *& cauſa motus corporis,* hoc eſt tranſitiui motus eiuſdem, quoniam corpus ex ſe nullam habet vim in mouendo, ſed eius cauſa motus eſt à vi incorporea, hoc eſt ab anima, vt alibi tetigimus. *Per ſe ſubſiſtens,* quoniam vnumquodq; in tantum dicitur per ſe ſubſiſtere, in quantum per ſuæ formæ integritatem dicitur eſſe, anima per propriam ſubſtātiam dicitur eſſe, ſic, idcircò dicitur per ſe hac ratione ſubſiſtere, quia eſſe ſuum eſt ſua forma, & per conſequens ſua eſſentia ſimplex, non ab alio in eſſe dependens, tanquam in potentia ad non eſſe, dicit Ficinus. *Vita perfecta,* quoniam, ſicut ex ſe ipſa eſt forma cæteris tribuens, vt ſint talia, qualia viuere conſpiciuntur, igitur iure dicitur vita perfecta, cum etiam Ariſt. ipſā ſtatuat, *principium quo viuimus, mouemur, & ſumus. Omninò à materia libera,* quoniam in compoſitione animæ, nulla requiritur materia, vt forma, & eſſentia ſimpliciſſima, nata tamen fatali ſorte mouere corpus, quemadmodum mentes, ſiue animæ cœlorum motrices dicuntur eoſdem mouere, nec tamen vlla materiæ labe contaminari. Ideò incorruptibilis, & immortalis, quoniam ſi caret materia, caret etiā omni conditione materiali, & præſertim cōditione incorruptibilitatis, & immortalitatis, nanq; etiam per Ariſtotelem, ratio incorruptibilitatis ſupernatū ſubſtantiarum elicitur ex carentia materiæ, quoniam dicit in Metaph. ſubſtātiæ cœleſtes, ideò non corrumpuntur, eò quia ſunt materia deſtitutæ.

Vide Speuſippū. apud Ficinum.

Ficin. lib. 5. Theol. Plat. c. 12.

2. de anima.

Nullo modo dicitur materialis, etiam ſi ſit vehiculis prædita, vt ſuo loco videbimus.

Ariſt. Metaph. Animæ carent materia.

Rationes, & argumenta Platonis, & Platonicorum, quibus animæ immortalitas probatur.

Rationes immortalit. animæ aſſignatur.

QVod anima, in doctrina Platonis, cenſeatur, & probetur immortalis, & incorruptibilis, eſt adeò clarum, vt nemini eius ſcripta, & ſuorum legenti dubitandi occaſio relinquatur. Pluribus in locis, & pluribus argumentis, & rationibus, hoc affirmare Platonem, demonſtrabimus, & cum eo nobiliſſimos eius interpretes; deinde, dato, quod ſit talis (prout probant rationes) inueſtigabimus, an ſit talis, vt vna in omnibus hominibus, vel vt plures in tota ſpecie humana, hoc eſt vna diſtaxit, in vnoquoq; indiuiduo humanæ ſpeciei, nam quidam ex Platonica familia, parum in eius doctrina verſati, non modo putarunt vnā eſſe animam in tota ſphæra humana, ſed auſi ſunt, etiam affirmare vnam eſſe, & in hominibus, & in brutis. Platonis quibuſdam auctoritatibus, non benè intellectis freti, vt Numenius, & multi eum ſecuti; & hoc probato, quod ſint plures, prout veritas nos credere, & affirmare cogit, videbimus, quis ſit eius ſtatus, & conditio, antequam ad ſua corpora deſcen-

Ordo ſeruandus circa immort. animæ.

Hic ordo ſeruatur à Proclo, quē ſequitur Ficinus.

cum actuali, & mortali culpa, recipitur in locum æternæ damnationis, & miſeriæ, & hic eſt Infernus. Si autem decidit cũ veniali culpa dumtaxat, vel inſufficienti pœnitentia, recipitur in locũ, in quo punitur pœna tẽporali, & finita, ſecundum menſurã delictorum, & hoc eſt Purgatorium, in quo perfectè purgatur, antequã ad cœlos aſcendat. Si tandem decidit cum originali culpa ſolummodò, tunc recipitur in locum, in quo punitur pœna damni, & non alia, & hic eſt Limbus, & hęc ſunt loca, in quę recipitur anima poſt ſeparationem, quæ paſſim à Theologis appellãtur receptacula animæ poſt huius vitæ terminum.

Quatuor receptacula animarum.

Quibus poſtea functionibus polleat, in his omnib⁹ receptaculis dicitur, quod non modo intellectu, ſenſu, & memoria vtitur, ſed etiam voluntate, quoniam & ipsã habet in omnibus, ſed adeò immutabilem, vt non poſſit velle non habere, quod habet, & hæc eſt ratio potiſſima, quoniã anima eſt in ſtatu retributionis pœnæ, vel præmij, & eſt extra ſtatũ merendi, vel demerendi, ſecus autem, dum eſt corpori coniuncta; quoniam tũc poteſt mutari de bono in malum, & de malo in bonũ, propter arbitrij libertatem, quod cõfirmatur auctoritate Damaſceni, dicentis, quod, hoc facit in hominib⁹ mors, quod facit in Angelis caſus, at Angeli ſiue boni, ſiue mali, ſunt in voluntate confirmati, igitur &c.

Quibus functionib. vtatur anima in receptaculis.

In lib. ſent.

Sed quomodo anima in his receptaculis, eadem dicitur occupare, cũ ſit immaterialis? & quomodo ex meritis, & demeritis in eiſdem dicitur voluptatem, & dolorem, vt talis conſequi? occupat locum modo immateriali, ſicuti ſubſtantia ſeparatę, nec ob id, cum materialis ſit locus, in quo recipitur, poteſt quicquam agere in ipſum, vnde congruẽter dicitur locus cedere animabus, ſiue ad gaudiũ, ſiue ad ſupplicium. Lętatur anima, non eſt cur dubitetur, in cęlo, cum ibi ſit ęterna eius habitatio, cum ibi ſuam ſit aſſecuta fœlicitatem, & beatitudinem (de qua ſuo loco latè dicemus.) Triſtatur in inferno, vbi itidem perpetuã eſt adepta miſeriam, & ratio eius triſtitiæ, mœroriſq; eſt, non ſolum carentia diuinæ viſionis, quæ dicitur pœna damni, ſed etiã inflictio doloris, quę eſt pęna ſenſus, quę ab æterno igne procedit, qui ignis omninò corporeus eſt, vt iure omnes fatentur Theologi.

Quom. occupat locũ anima ſeparata, & quomodo afficitur voluptate, & dolore.

Ignis inferni eſt corporeus.

Sed quomodo corporeum agit in ſpirituale, & in incorporeum? quod primò probandum eſt ex Magiſtro ſent. & ibi ex D. Thoma, quoniam ſapientis eſt auctoritas, quod ſi quis peccat per aliquod corporeum, per illud debet & torqueri, at homo peccat per res corporeas, igitur per eaſdem debet torqueri, nam per res mundi ſenſibiles dicitur re vera peccare. Itidem pœna reproborũ proportionabiliter debet reſpondere præmio bonorũ, ſed Beati non modo in anima debẽt præmiari, ſed etiã in corpore, at ignis, ſi non eſſet corporeus, non affligeret corpora damnatorũ, eſt igitur dubiò procul corporeus, ſulfureus, & materialis, non autem purè elementaris, ſed bene mixtus.

Mag. ſent. in 4. diſt. 44. & ibi D. Th. & alij.

Vt eſt ille montis Aetnæ, qui à D. Greg. appellatur os inferi.

Illo torquentur animæ licet ſeparatę, quoniam eadem eſt de animabus ratio, quæ eſt de Dæmonibus, at Dæmones illo cruciantur, igitur & animæ, nam Salu. apud Matth. *Ite in ignem æter. qui par. eſt Diab. & Ang.*

Matth.

Itidem, quoniam pęna debet reſpondere culpæ, & culpa fuit in corpore commiſſa, igitur debet in corpore puniri, nã per prauam concupiſcentiam peccauit in corpore, igitur in pœna rei corporeæ .ſ. ignis inferni, iuſtum eſt, vt puniatur.

Alia ratio.

Dùm autẽ eſt corpore deſtituta, quomodo cruciatur anima ſiue in Inferno, ſiue in Purgatorio? Primò dicitur anima illi igni vniri corporeo, non tanquã actus primus, ſiue forma illũ viuificans, vt ex ambobus fiat vnum viuens, ſed vt mouens mobili, vnde ille ignis inferni, hoc virtute Dei habet, cuius eſt inſtrumentum, vt perinde, velut ergaſtulum animas teneat, & coerceat, quamuis ab

Quom. cruciatur anima, dum eſt ſine corpore.

cis

eis non informetur, vt corpus ab anima, qua dicitur informari, hoc tamen eidem ſupernaturaliter euenire dicitur, licet hoc faciat per propriam actionem, naturaliter, velut inſtrumentum Diuinæ iuſtitię. Sic anima dicitur igni vniri, hac vnione, & per conſequens, vt incorporea torqueri.

Anima varia ſortitur nomina in ſacra Theologia.

IAm animæ noſtræ intellectiuæ naturam, & quo ad ſubſtātiam, & quo ad functiones, breui compendio perſtrinximus, & ea de eadem dumtaxat adduximus, quæ poſſunt aliqualiter cum Platonica doctrina de anima comparari, ante corporis ingreſſum in ipſo corpore, & poſtquam ab ipſo libera extat.

Par eſt tandem dicere, quare varia ſit ſortita nomina, quandoquidem pluribus appellatur nominibus. Anima dicitur (ſecundum quod patet in compendio Theologiæ) quatenus corpus animat .i. viuificat, mens, quatenus recolit; ratio, dum rectè iudicat; ſpiritus, dum ſpirat; ſenſus, dum ſentit; memoria, dum recordatur; voluntas, dū vult; & intellectus, dū intelligit, & hæc nomina eidem dicuntur cōpetere, non propter eſſentiæ pluralitatē, ſed propter effectuum multiplicitatem. Dicitur anima ab α, quod græcè ſonat ſine αἷμα, quod eſt ſanguis; vel ab α, quod eſt vita; & νέμειν, quod eſt tribuere; vel quaſi ἄνεμος .i. ventus, ſed de his ſequenti libro in calce. Cōp. 7. lib. 2. ca. 2.

Hæc pauca ſufficiant de anima, ſecūdum Theologiæ noſtræ ſacra dogmata, ex Patribus in Epitomen collecta, & redacta ex Doctoribus ſcholaſticis breuiter probata, & à nobis credita, tanquam vera, & indubitata, & vbiq; à Catholica Eccleſia iure approbata.

Finis Vndecimi Libri.

CHRI-

CHRISTIANÆ THEOLOGIAE

Cum Platonica Comparationis.

LIBER DVODECIMVS

In quo omnia, quæ Plato, & interpretes ipſius de anima ſunt Philoſophati, planiſſimè recenſentur.

SICVTI ſupervacaneũ eſſe duximus, in ſuperiori libro de Anima, ſecundum Chriſtianæ Theologiæ veritatem dubitare an ipſa ſit, ita, in hoc habere eandem dubitationẽ, inutile, & ſuperfluum putamus, cum maximè eandem eſſe ex cõtinua rerum animâ præditarum generatione pateat; ſed eſt mirabile dictu, quod quantò magis conſtat animam eſſe, tantò minus quid ſit percipitur, prout non ſolum Plato ipſe, ſed etiam cum ipſo Ariſt. aſſerit, qui licet in multis ad negotium animaſticum ſpectantibus à Præceptore diſſentiat, in hac vna confeſſione tamen adeò cum eo conuenit, vt vna, & eadem videatur eſſe vtriuſq; ſentẽtia. Eſt difficilis ſanè quidditatis animæ perſcrutatio, ex ſententia etiam omnium Philoſophantium quarumcumq; ſectarum, & ex hoc ſcitu difficilem iudicauit naturã, & conditionem animæ noſter Philoſophus, quoniam difficillimam eſſe ſui ipſius notionẽ primum, & ante nouerat: vnde aſſerebat nos eandem conſpicere, tanquam Marinum Glaucum, ſuo priſtino decore, ſua prima naturali forma deſtitutam, aduẽtitijs, & nouis ſordibus contaminatam. Propterea eiuſdem varij variam protulerunt eſſe ſubſtantiam: alij eandẽ ignem eſſe putarunt: alij aerem, aut vnum ex elementis adiudicarunt, & ob id corpoream exiſtimarunt; alij verò incorpoream putarunt, & abſq; iniuria, ſed ſubſtantiam, non accidens, quoniam abſolutè corpori haud dominatur, non accidens (inquam) quoniam per ſe non ſubſiſtit, ſed ſubſtantia demum incorporea, nobiliſſima, & diuina. De hac igitur præſtantiſſima ſubſtantia in hoc libro ſecundum noſtri Philoſophi mentem, agere debemus, & eundem ſeruare ordinem ei noſtrum conſilium, quem ſupra ſeruauimus in libro, vbi de eadẽ in via noſtra egim⁹.

Animã eſſe cõſpicuè ex animatis.

Scientia quidditatis animæ difficilis eſt valde.

Comprobat difficultas ſcientiæ nobili exẽplo.

Variæ opiniones circa eſſentiã animæ.

Præſuppoſito igitur hoc dogmate, iacto hoc fundamento, tãquam vnicuiq; noto .ſ. quod anima ſit, immediatè eius diffinitionem in medium adducamus, & eandem pro viribus declarare conemur, necnon alias, aliorum Academicorum confeſtim afferamus, quæ non Mathematicis videntur velaminibus inuolutæ, ſed verbotenus intellectæ ab interpretibus, & eaſdem itidem declarare non prętermittamus.

Ordo ſeruandus.

Quid ſit anima, ſecundum Platonis ſententiam prima diffinitio.

ANima igitur à Platone diffinitur duobus in locis .ſ. in Phædro, &

Prima diffinitio animę Platonica. In Phædro, & 10. de legib.

10.

In Phædro 10. de leg. § Prima diffinitio duas continet dubitat.

10. de legibus, & primò ſic. *Anima eſt numerus ſe ipſum mouens.* Hæc diffinitio prima facie videtur in anima ipſa duas gignere dubitationes, quarum altera eſt, quomodo ipſa dicatur eſſe numerus, altera verò, quomodo ſe ipſam eadem ratione mouere videatur. Sed non eſt locus dubitādi in eorum animis, qui Philoſophiam Platonis callent, & eandem profiteri dicuntur, nam ſcientes Platonem, ritu Pythagorico, & more Mathematico in Philoſophando, quandoq; vſum fuiſſe, ſciunt etiam eundem in explicanda Phyſica, Geometricis velaminibus, & in declaranda incorporea, Arithmeticis eadem ratione vſum fuiſſe: vtitur ergo in explicāda aīæ natura hoc Arithmetico velamine, non abſq; cauſa, volens Pythagoræ Philoſophiam imitari, ex quā hāc diffinitionem deſumpſit .ſ. à Philolao eiuſdem diſcipulo, & eius Præceptore.

Modus philoſophandi Plat. in hac animaſtica diff.

Duo igitur ponderanda eſſe cēſeo in hac diffinitione interpretāda.ſ. quare dicatur numerus, & quomodo intelligatur ſe ipſam mouere. Eſt igitur ſciendum, quod Plato ſemper aliquālē numerum ponit in omnibus entibus, tàm diuinis, tùm naturalibus, quę optimo ordine diſponuntur in natura, præterquam in Primo, quod quidem re vera, ſicuti nō clauditur termino, ita nullo determinatur numero, ſed eſt vnum dumtaxat, ſicut eſt verum, & bonum, & adeò vnum, vt nullo modo multiplicari queat, quinimò ab ipſo, tanquam à Primo non ente (vt viſum eſt libro de Deo) ſed à cauſa omniū entium, omnes vnitates dependentiam habere dicantur.

In Deo primo non eſt num.

Ab iſto Primo præcipuè immediatè dependet ens Primum, quod etiam appellatur mundus Idealis, & mundus Archetypus, qui in ſe nō amplius vnitatem continet, vti vnum primum, ſed numerum, & dicitur numerus primus, deſcendendo à primo, & iſte eſt Idearum fons, & mens prima, quę talem numerū continet, ideſt ipſarum Idearum, & iſte alio nomine nuncupari poteſt numerus ſubſtantialis.

Primus numerus in diuinis dicitur Idealis, & ſubſtantialis.

Sequitur ordine anima, quæ itidem & ipſa dicitur numerus, non tamen ratione ſubſtantiæ ipſius, in qua reperitur vnitas, ſed cauſa rationum, quas in ſe continere dicitur, vnde poteſt appellari iſte numerus animarius, ſiue melius rationalis, eò quia continet rationes in ſe formaliter; continet mens prima ideas, & naturæ ſemina, vnde dicitur & ipſa in ſe habere numerum, non primo modo, neq; ſecundo, ſed tertio, & dicitur talis numerus naturalis, ſicuti Mathematicus, qui eſt veluti imago quædā ab anima rationali in ſenſum interiorem depēdens, & eſt quantus, quod nō eſt dicendum de numero animæ.

Secundus num. animalis, ſiue rationalis.

Quis num. naturalis, & Mathemat.

Anima igitur hac ratione iure dicitur numerus; ſed quoniam hæc vox, numerus, à Philoſophis diuiditur, vt eſt multiplex, in numerum numerantem, numeratum, & quo numeramus; qualis nam ex his tribus dicitur eſſe anima? non eſt numerus, quo numeramus, ſed medius .i. numerus numeratus, qui quidem ſe ipſū generare dicitur, modo admirabili (quod infra videbimus) & etiā in ſe ipſum ſe conuertere.

Anima eſt num. numeratus.

Sed iſte numerus animæ eſt ne finitus, vel non? eſt quidem finitus, eò quia anima eſt vndequaq; finita, & hoc ratione operationis, diuiſionis, productiuitatis ad materiam, compoſitionis, & deniq; perfectionis, & hæc poſſunt liquidò perſpici, ſi primo conſideremus, in ipſa reperiri vnitatem, & cęteros numeros vſq; ad ſeptenarium.

Probatur animā num. finitum.

Eſt in ea ſanè vnitas, quoniam dīi ſ nam dicitur participare vnitatem, vt nobiliſſima ſubſtantia, quæ etiam ſua totalitate contineri dicitur, quoquo modo conſideretur velante partes vna, vel ex partibus cōſtata, vel in ſingulis partibus ſemper dicitur vna.

Anima habet vnitatē.

Conuenit ei etiā numerus binarius, inquantum primò diuiſibilis cēſetur, ſecundò verò, in quantum duplicem habet

In anima eſt num binarius.

ſua natura conuerſionem ad intelligibilia, & ſenſibilia: dum ad intelligibilia ſeipſam conuertẽdo progreditur, dicitur mens, dum autem ad ſenſibilia, anima.

In anima, ẽ num. ternarius.

Conuenit eidem etiam ternarius numerus, quoniam in ea conſiderari poteſt ſtatus in ſe ipſa, progreſſus ad inferiora, regreſſus ad ſuperiora .ſ. ad ſuum vnum, à quo fluit, à quo recedit, & in quod poſtremò reflectitur.

In anima, eſt numer. quaternar.

Conuenit etiam ei numerus quaternarius, quatenus procliuitatem habet ad materiam, in qua quatuor qualitatibus primis, in quatuor humoribus exiſtentibus, naturam quatuor elemẽtorum concomitantibus, inficitur, vel quia eius cõpetit ei idẽ numerus, ratione quatuor potentiarum, quæ in ea ponuntur ab inſignioribus Platonicis, nempè ſenſus, opinionis, dyaniæ, & intellectus, vel tãdem ratione facultatum quatuor, quibus anima dicitur eſſe prædita .ſ. vi ſenſitiua, nutritiua, loco motiua, & intellectiua.

In anima, num. quinarius.

Conuenit eidem pari modo numerus quinarius, quoniam anima componitur ex quinq; generibus (vt in ſua compoſitione videbimus) & etiã propter quinq; requiſita, quæ eidẽ cõpetunt, & ſunt ſubſtantia harmonia rationũ eius (quomodo dicatur harmonia ex ſententia Platonis, videbimus in alia animæ diffinitione, infra poſita, ex Pythagora excerpta) ſpecies ex partium eius, & rationũ concordia conſurgens, virtus, & actiones, de quibus ſuis locis fuſiùs tractatur.

Animæ cõpetit, num. ſenarius.

De ſenario numero nulla reperitur mentio, quomodo animæ accommodari poſſit apud Platonicos, ſed nos poſſum⁹ dicere, quod cum eidem competat (ſicuti etiam omnibus rebus) iſte ternarius .ſ. eſſentia, potentia, & actio, necnon conueniat alter .ſ. memoria, intelligentia, & voluntas, ex quibus ternarijs duobus ſimul cõplicatis itidem reſultet ſenarius, quod facillimè eidẽ hac ratione accommodari poſſit.

Eidem conuenit ſeptenarius, & quomodo.

Conuenit ſeptenarius numerus animæ poſtremò, quoniam ſeptenarius cõtinet vnitatem, quæ eſt copula geminæ triadis, vnde dicitur talis numerus omnis conſonantiæ parens, quia ex vnitate, binario, & quaternario qui reperiuntur in hoc numero, reſultat primũ bis Dyapaſon, hinc eſt, quod Plato (vt proximè videbimus) merito in animæ compoſitione, ſeptem numeros recipit, in quibus omnes harmoniæ comprehenduntur rationes, vt Muſices volũt profeſſores. His igitur, & ſimilibus numeris anima dicitur eſſe prædita, quibus meritò appellatur numerus à Platone.

Quom anima moueat ſe ipſam, & qua ſpecie motus.

Videamus modo, qua ratione, ſiue qua ſpecie motus dicatur anima mouere ſe ipſam, cũ motus ipſius non ſit eiuſdem ſpeciei cum motibus rerum naturalium.

Diuiſio motuum in doctrina Plat. in Theet.

Motus in via Platonis dicitur eſſe duplex, vel dupliciter apud ipſũ motus poteſt conſiderari .ſ. realiter, & metaphoricè, motus realis duo ſũt genera .ſ. motus ſecundum locum, qui alio nomine ab ipſo appellatur latio, & motus ſecundũ rei naturam, qui appellatur alteratio; latio eſt in duplici diſcrimine, vel eſt tranſitus de loco ad locum, & dicitur motus rectus, vel eſt circa locum; & dicitur circularis; motus verò alterationis, vel eſt ſecundum ſubſtantiam, & ad eſſe, & dicitur generatio, vel ad non eſſe, & dicitur corruptio, vel ſecundum quantitatem, & eſt vel ad eſſe majus, & dicitur incremẽtum; vel ad eſſe minus, & dicitur decrementum; vel eſt ſecundum qualitatem, & dicitur affectio, & hic varia ſortitur nomina, ſecundum varietatem qualitatum, quæ recipiuntur in re; à calore dicitur calefactio, à frigore frigefactio, à colore coloratio, & de hac ſpecie motus agit Plato in Thieteto.

Hæc diuiſio motuũ habet in Theteto.

Motus metaph. oritur in via Plat.

Conſideratur nedũ motus metaphoricè apud Platonem, & ille motus ſumitur pro motu materiæ mũdi, de quo tractat in Thimeo, & hic erat ipſius materię quædam agitatio, ante mundi conſtitutionem inordinata, & inconſtans, & hæc alio nomine poteſt dici fluxio; alius motus metaphoricus dicitur ille, qui quidẽ

com-

competit animæ, & eſt diuerſus à motu reali, & à motu inordinatæ materiæ, & ad hoc, vt poſſit intelligi, eſt animaduertendum, quod animæ duplex eſt conſideratio (& hæc diſtinctio eſt notabilis, propterea quod, per eam motus animæ faciliſſimè intelligi poſſunt) anima primò conſideratur, vt eſt mens ad intelligibilia conuertibilis, & licet poſſit dici, vt talis immobilis, dicitur tamen etiam ſe ipſam mouere, quatenus excitatur ab eſſe ad agere, ab actu primò idest impellitur ſua natura, ad actum ſecundum explendum. Secundò conſideratur vt anima, & ſic dicitur mouere ſe ipſam motu proprio, & peculiari, qui poteſt appellari animarius, & ſunt actiones animæ immanentes, & non tranſeuntes. Et iſtæ actiones plures in anima ſunt, ideo dicitur iſte motus multiplex, & non vnus. De hoc explicita extat mētio apud Platonem lib. de legibus 10. vbi varia nomina ijs motibus animæ aſſignat, & ſunt, velle, conſiderare, conſultare, opinari, lętari, dolere, metuere, odiſſe, diligere, & ſimilia, hæ ſunt ſpecies motus, quibus dicitur eſſe prædita anima, qui nullum habet commercium, neq; cum motibus Phyſicis, neq; cum illo imperfecto fluxionis, qui impropriè re vera dicitur motus.

Duplex eſt cõſideratio animæ.

Hinc dupl. animæ motus .1.Metaph.

Lib. 10. de legib.

Vt autem mens dicitur, ſiue particeps mentis, mouetur vna ſpecie motus, qui non eſt eiuſdem ſpeciei, cum alijs motibus eius, quatenus conſideratur vt anima: & eſt motus excitatiuus, non tranſitiuus, ſed cauſa tamē tranſitiui motus, & initium. Si igitur mouetur his motibus, & non habet cauſam aliunde ſui motus, quam à ſe iure dicitur mouere ſe ipſam, & ſic liquidò patet ex ſententia iſtius Philoſophi, & ipſam non ſine ratione numerum dici in ſenſu, & intentione, qua ſupra, & etiam ex ſe ipſa moueri: ſed iam tranſeamus ad ſecundam animæ diffinitionem datam de mente Platonis.

Motus mentis qualis.

Secunda animæ diffinitio Platonica.

ALia ſolet aſſignari diffinitio animę de conſenſu Platonis, & eſt talis: *Anima eſt ſubſtantia incorporea mouens corpus*. Hæc diffinitio, licet videatur eſſe in verbis penè ex ſe clara, & nullo metaphorico velamine inuoluta, nihilominus indiget interpretatione ad hoc, vt melius eius natura pateat, cùm non ſint in hac exponenda eiuſdem ſententiæ interpretes.

Secunda animæ diffinitio, & eiuſdem interpret.

Quod ſit ſubſtantia, certum eſt, cùm per ſe ſubſiſtat, & per ſe corpori dominetur, ſed quomodo moueat ipſum, an tanquam forma informans, vel vt forma aſſiſtēs, vel vt actus, & huiuſmodi, nō ità eſt euidens, vt alia nō indigeat interpretatione. Aliqui dicūt, quod anima eſt ſubſtātia incorporea, ſicut actus mouēs corpus, & ipſa ſe habēs immobilem, niſi forſan per accidēs ſed hæc expoſitio videtur eſſe annilis, cum anima per ſe dicatur mouere ipſum, quod ſua natura nullo motu moueretur, nam ſi alijs dat moueri, cur nō dicitur illa poſſe ſibi motum tradere? alij dicūnt, quod eſt ſubſtantia incorporea mouens corpus, hoc eſt viuificans, cum ſe ipſa ſit vita, neq; hæc expoſitio videtur veritati cõſona omninò, cum nō modò viuificet corpus, ſed etiam ipſum moueat varia motuum ratione. Alij dicunt, quod eſt talis ſubſtantia mouens corpus tanquam forma informans, quæ eſt idem cum actu primò, hęc in via Peripathetica admitti poteſt, in Platonica nequaquam, cum potiùs dicenda ſit forma aſſiſtens in corpore, tanquam nauta in naui, non ſolum mouens, ſed perficiens ipſum corpus, & hoc confirmant nonnulli de Platonica familia, auctoritate præceptoris in Alcibiade primo, dicētis, quod anima rationalis corpore vtitur, vt inſtrumento, dicūt iſti igitur hac ratione dicitur mouēs corpus, vt talis forma aſſiſtens in eo, ipſumq; informans.

Quom anima ſit ſubſtantia mouēs corpus, & quæ ſpecie motus.

Quom moueat corpus & perficiat In Alcib. 1.

Dicamus igitur, totam interpretando

Vera interpretatio diffinitionis.

diffinitionem, quod anima eſt ſubſtantia, cum in genere ſubſtantiæ iure collocetur; & eſt ſubſtantia incorporea, cum non ſit materia, neque compoſitum, neque accidens, eſt ſubſtantia incorporea (inquam) ſicut ſunt animæ cœleſtes, in via Platonis, quæ mouent ſphæras, quæ alio vocabulo dicuntur *νόες*, Vſiæ, ab Ariſt. non autem intelligentiæ, vt interpretatus eſt Auerroes, & cum eo Latini, licet intelligentiæ poſſint etiam iure nũcupari, eò quia in mouendo, dubiò procul intelligunt. Eſt mouens corpus, ad differentiam ſubſtantiarum corporearum, quæ quidem neq; actu, neq; poteſtate dicuntur corpora mouere, niſi vi, & ope ipſius animæ, ſicuti manus corporea, mouet ſaxum vigore animæ. Corpus ſua natura nullam habet vim mouendi ſe ipſum, neq; cætera, (dicunt Platonici) ergo ratio eius motus eſt ab alio, non a extrinſeca vi, ſed ab intrinſeca vita, igitur ab anima incorporea. Sit igitur anima in hoc ſenſu ſubſtantia incorporea mouens corpus.

Quod probatur, quod anima ſit ſubſtantia incorporea mouens corpus.

Tertia animæ diffinitio Platonica.

Tertia diff. animæ Platonica.

ALia eſt diffinitio animæ à Platonicis tradita, parum à ſuperiori differens. *Anima eſt ſubſtantia incorporea, rationis compos, particeps mentis, corpore vtens.* Hæc diffinitio, cum ſuperiori (vt patet) conuenire videtur, quod anima ſit ſubſtantia incorporea, rationis compos (ſecundum quod exponit Ficinus in argumento Alcibiadis primi) dicitur ſiue rationalis, quoniam anima, vt talis in ſe ipſam circulo quodam ratiocinationis ſe ſe animaduertendo reflectitur, particeps mentis, quoniam vt talis in mentem diuinam, velut riuulus in fontem ſuũ refluit. Eſt corpore vtens, quoniam humanis negotijs gubernãdis incumbit. Vel poteſt rationis compos nũcupari, eò quiã in ſe habet rerum rationes, quemadmodum mens Ideas ſupra ipſam; infra verò, naturæ ſemina. Eſt

Ficinus in argum. Alcibiadis 1.

Exp. diff. ex Ficino, certa.

mentis particeps, quoniam anima non eſt mens pura, per eſſentiam talis, ſed habet mentem in ſe quaſi caput, ideò per participationem dicitur mens. Corpore tandem dicitur vti, veluti inſtrumẽto, non autem, vt forma informans, illud informare, quoniam ei imperat (prout aſſerit Plato) & non ſolum imperat, & illud mouet, quinimò, & perficit ad libitum, non autem ſimpliciter mouet, ſicuti perperam exiſtimauit Auerroes, qui quidem, dum vniuerſalem intellectum voluit, eſſe formam aſſiſtentem ſimpliciter mouentem, vt nauta nauim, non autem perficientem.

Quid diff. eſt inter Plat. & Auer. circa animæ exiſtentiam in corpore.

Quarta animæ diffinitio, à Platonicis data, de mente Pythagoræ.

Quarta animæ diff. Platonica ex Pythagora, eius interpretatio.

ALia eſt animæ diffinitio, quæ eſt quarta in ordine, data à Platone in Timæo, quæ tamen eſt de mente Pythagoræ, & eſt talis: *Anima eſt numerus harmonicus, ex vnitate binario, ternarioq; conſtans.* Hæc diffinitio eſt metaphorica, velum prima, ſed pulcherrima, & ſic intelligitur, quod in ea ſint numeri harmonici, qui ad veras conſonantias producendas aſſumuntur à muſices profeſſoribus, tãquam principia, veræ, & ſenſibilis harmoniæ, non tamen quod ipſa edat illam, quæ ſenſu ſentiri poteſt, ſed illam, quæ dicitur harmonia intelligibilis, quæ ſolum intellectu percipi poteſt, quoniam non eſt in ſono poſita, neq; in voce collocata, ſed eſt ex numeris (de quibus egimus ſupra) conſtans, qui ſunt rationes, & genera eandem conſtituentia, quæ intellectu (vt diximus) percipiatur.

Videamus quinã ſint iſti numeri, quibus vtũtur muſici in ſenſibili harmonia, & quomodo animæ proportione quadã conueniant. Habent muſici vnitatẽ primò, quam combinare videntur, vſq; ad binarium cubum, qui eſt octo, & eadem ratione valent triplicare, vſq; ad cubum, & ſolidum ternarij, qui eſt numerus nouenarius, itidem triplicatur vſq; ad vigeſi-

Num. harmonici muſicorum.

geſi-

geſimum ſeptimum, & in his omnibus numeris omnes ſuas conſonantias ponunt, & vltra etiam, ordinem partium ſeruando inueniunt. Et quoniam animæ omnes hos numeros in ſe habere dicuntur (vt videbimus) ideo cōſonātiam quandam iure ponunt in ea hi duo celeberrimi Philoſophi, Pythagoras, & Plato, &, qui eorum ſequuntur doctrinam, interpretes. Eſt in ea vnitas, quoniam eidem aſſignatur portio quædam Diuinitatis, qua Deum cognoſcit, & intelligit, & circa ipſum operatur, & hæc duplicatur, tùm quia in ipſa reperitur infinitas, & terminus, tùm etiam identitas, & alteritas, vel ſecundum alios, conſiderantes animam cum corpore, duplex intellectus ſ. agens, & poſſibilis. Quadruplicatur, quoniam in eadem reperitur quaternarius numerus, tùm potentiarum animę, de quibus in expoſitione primæ diffinitionis actū eſt, tùm etiam virium elementorum. Secundum numerum potētiarum octuplicatur ad numerum ſuorum actuum, ſecundum verò vires elementorum, ſi ad inuicem combinantur, & ſecundum iſtum numerum parem ſ. dicitur anima in ſuo cubo terminari, ſicut terminantur numeri muſicales.

In anima ineſt conſonantia non ſenſibilis, ſed intelligibilis.

Quom. animæ ex num. harmonicis conſtat.

Alij numeri in anima ſola, alij in corpore ſita obſeruātur.

Si verò, ex altera parte, conſideretur itidem anima, ab vnitate eiuſdem incipiendo, in ternarium numerum primò procedit ſ. in ſubſtantiam, potentiā, & actionem, quibus dicitur diuiſa eſſe natura animę à Proclo (vt diximus) in principium, medium, & finem (vt dicūt alij) qui in ea reperiuntur, vel vt communiter tenetur, in triplicem eius facultatem ſ. intellectum, memoriam, & voluntatem. In nouenarium pari modo, tanquam in ſuum cubum cadit anima, hoc eſt in numerum ſenſuum, qui in ea reperiuntur quinq; exteriores, & corporeos, quatuor autem interiores.

Quom. anima per ternariū num. concluditur.

Nouenarius iſte, poteſt itidem triplicari ter repetitus, & hoc vſq; ad vigeſimum ſeptimum perduci, & in eo terminari. Nam iſte numerus Nouenariorum cubū dicitur complere in homine, hac nobiliſſima anima prædito. Primus nouenarius reperitur in ea, ſecundum aliquos (purum tamē Platonicè loquentes) eò quia in hac vita eſt in corpore quatuor elementis alterabilibus prædito, in futura verò in corpore incorruptibili ex nobiliſſimis elementis compacto. In vnoquoq; horum corporum duæ reperiuntur quaternitates, quæ copulatæ octonarium cōſtituunt numerum, & cōnectuntur, mediante vita quadam vnica, quę cum ipſis nouenarium ipſum primum admirabilem complent. Secundum autem, qui eſt circa ſenſus exteriores, cùm interioribus (vt diximus) pari modo complent. Cum his tertius alter inuenitur, qui quidem in anima poteſt conſiderari, & eſt ſuperioribus purior, & in ſimplicioribus numeris poſitus, quibus quidem cum nouem mentium ordinibus conuenit ipſa anima; qui ordines, licet non explicitè, ponantur à Platone, ſed dumtaxat mentium multitudo, poſt primam (vt vidimus) libris de Angelis, ſecundum vtriuſq; Theologiæ placita, tamen ordine mirifico, à ſuis interpretibus, à Proclo, & ab alijs etiam, cùm noſtratibus Theologis, in hac vna re conuenientibus, diſponuntur, licet in multis alijs diſſentiāt: ſed de hoc præciſa nobis non eſt hic facienda mentio, quoniam Platonicæ doctrinæ videtur forſitan excedere limina, & ad Chriſtianam Theologiam præcisè ſpectare.

Quom. nouenarius poteſt triplicari.

Nouenarium in anima, quaternum in corpore reperitur.

Primus nouenarius num.

Secundus num.

Tertius numerus.

Vide Franciſcū Georgiū noſtrū de harmonia mundi.

Quoquo modo igitur res ſe habeat, in anima ipſa, corpori adiuncta harum rerum inueniuntur numeri, quibus harmonia intelligibilis in ipſa cōſideratur, igitur in hoc ſenſu poteſt ipſa dici, numerus harmonicus, ſiue harmonia iure optimo à Platone nuncupari, in hoc Pythagoram ſequente.

Hęc harmonia animę hominis in corpore ipſius exiſtens, reperitur etiam ſecundum Platonicos in anima vniuerſi, quatenus ſ. mundo corporeo præſidet,

&

Hi numeri repetiuntur etiam, in anima in cōmunitate.

& modo admirabili, vnde cùm de anima loquimur, intelligimus agere de anima communiter conſiderata; Reſtat igitur, quod in hoc ſēſu, intelligatur anima vniuerſaliter eſſe harmonia, nihilominus, cum aliqua differentia, ſicuti differunt ad inuicem in multis mundus magnus, & mundus paruus.

Cur de quibusdam, & non de omnibus num. fiat mentio in exp.

Contingit circa hanc diffinitionem dubitare .ſ. cur ſolummodò de vnitate, binario, & ternario fiat mentio, & non de cæteris numeris, qui plures ſunt, de quibus fecimus mētionem in expoſitione primæ diffinitionis? Reſpondetur, quod in ea eſt vnitas, & binarius, & ternarius, qui intelligūtur poſſe duplicari, vſq; ad octonariū, & nouenariū, ſed de his non fit mentio, niſi de his explicitè, licet implicitè intelligatur etiā de alijs, qui ab iſtis videtur deriuare, vel qui virtualiter continentur in iſtis.

In dictis Platonis manifeſta contradictio conciliatur.

Manifeſta cōtradictio in dictis Platonis conciliata.

SEd quoniam manifeſtā inuenio diſſonantiam, in dictis Platonis, circa hanc diffinitionem, quæ ſibi ipſis ad inuicem contradicere videntur, idcircò eandem concordare, eſt modo noſtrum conſilium, ne inconſtantis eſſe ſententiæ videatur inclitus Philoſophus, parum eius ſcripta ponderantibus.

In Phæd. de anima negat animā eſſe harmoniam, in Timæo, verò ſic.

Plato in Phædone, vbi de anima ex profeſſo tractat, ipſam eſſe harmoniam pro viribus negat, in Timæo verò (ex quò hanc deſumpſimus diffinitionem) ſecus videtur tenere, nam fatetur in ea, numeros reperiri harmonicos, qui reperiuntur in ſenſibili harmonia, igitur videtur ſibi ipſi parum conſtare. Si verba Platonis, in rectum volumus trahere ſenſum, dubium haud eſt, quin facillimè poſſint eadem conciliari. Negat Plato, & ſine iniuria, in Phædone, animā eſſe harmoniam, ſenſibus perceptibilem, ſed admittit in Timæo, eandem eſſe intellectu ſuſceptibilem, nam animæ harmonia, cum non cadat ſub ſenſu, non poteſt, nec debet dici ſenſibilis, cùm ſēſibile ſit, quod ſenſu percipi poteſt; ſed cùm intellectu dumtaxat cognoſcatur, debet dici harmonia intelligibilis, & ſic non poteſt dici harmonia ſecundum primum ſenſum, in Phædone, ſed benè poteſt appellari iuxta ſecundum; & ſic appellatur in Timæo, & ſic nulla eſt cōtradictio in dictis Platonis.

In quo ſenſu poſſit, & non poſſit dici anima harmonia.

Alia interpret. ꝑ hæc conciliat.

Alij dicunt, quod non eſt harmonia, quanta ex partibus corporis reſultans, ſed aſſerunt eſſe harmoniam ex ſubſtantialibus ſuis numeris (de quibus egimus) conſurgentem, in rōnibus, & generibus, eam conſtituentibus collocatam, ex qua, tanquam ex cauſa, cum partium corporis, tum motuum, vocumq; & ſonorum prodit harmonia, harmoniæq; iudicium, & hæc eſt animæ, Platonica, ſiue Pythagorica harmonia: itaq; nequaquam ſibi aduerſari videtur, & ſic iniuſtè carpitur Plato à calumniatoribus, quòd .ſ. modò neget harmoniam in eſſe animæ, modò admittat.

Quom. carpitur Pythagoras ab Ariſt. iniuſtè.

Eodē modò, iniuſtè carpit Ariſt. Pythagoram, qui dixerat, cœlos ſuauiſſimā edere harmoniam, dum mouentur, quoniā licet ipſe velit, nec ſine ratione, eoſdem harmoniam producere, non autem ſenſibilem, quam ſētimus in inſtrumentis muſicalibus, quæ inſtrumentorum harmonia in ſonis varijs conſiſtit, qui fiunt per aerem fractum, ex ſententia Ariſt. ſed illam voluit intelligere, & ſana mēte, Pythagoras, quæ conſiſtit in motibus variè concinnatis, à quibus pendet ſonorum haud ſenſibilium harmonia; quæ poteſt dici harmonia, & ipſa potiùs intelligibilis, quam ſēſibilis (vt ſatis latè oſtenſum eſt lib. de mundi ortu ad aures Platonis) & hæc pro huius diffinitionis explanatione ſint ſatis.

2. de anima.

Lib. de mundi ortu ad aures Pla.

Quinta, & poſtrema animæ diffinitio, in qua longè, latèq; declaratur vniuerſa eiuſdem natura, ad mentem Platonis, omniumq; Academicorū.

Alia

Quinto ãnimæ diff. Platonica, ab Acad. hinc inde ex varijs interpr. collecta.

ALia poteſt dari diffinitio animę, ab Academicis, quæ quidẽ ex varijs dictis Pręceptoris Platonis colligitur, & totam eius naturam videtur pleniſſimè declarare, & eſt talis. *Anima eſt ſubſtantia incorporea, mente prędita, ſe ipſam mouẽs, motu vitali, cauſa motus corporis per ſe ſubſiſtens, vt eſſentia ſimplex, à materia omninò libera, vita perfecta, ideò incorruptibilis, & immortalis.*

Animæ diffinitio, ſecundum interpretes Acad.

Hæc diffinitio, ex varijs Academicorum deſcriptionibus excerpta, ſic de verbo ad verbum poteſt explicari. *Anima eſt ſubſtantia incorporea*, hoc iã pro conceſſo habemus, cũ ipſa non ſit corporea (vt falsò putarũt Stoici); neq. ſit accidẽs, quod iam explicuimus; quod ſit *mente prędita*, intelligitur, vel quod à mente pendeat, vel quod habeat mentem tanquã caput, vel quia ob variã relationem, & anima, & mens dicatur, vnde poteſt dici mens, vt reſpicit intelligibilia, anima verò vt corporalia, ſicut animę cœlorum motrices, & noſtræ diuerſa ratione; quod *ſe ipſam moueat*, & qua ſpecie motus dicatur ſe mouere, iam diximus, quod motu animario, qui eſt intelligere, & velle, qui motus ſpectat actiones immanentes ipſius, & alio nomine, poteſt appellari motus vitalis, & ſic à Speuſippo appellatur, *& cauſa motus corporis*, hoc eſt tranſitiui motus eiuſdem, quoniam corpus ex ſe nullam habet vim in mouendo, ſed eius cauſa motus eſt à vi incorporea, hoc eſt ab anima, vt alibi tetigimus. *Per ſe ſubſiſtens*, quoniam vnumquodq; in tantum dicitur per ſe ſubſiſtere, in quantum per ſuæ formę integritatem dicitur eſſe, anima per propriam ſubſtãtiam dicitur eſſe ſic, idcircò dicitur per ſe hac ratione ſubſiſtere, quia eſſe ſuum eſt ſua forma, & per conſequens ſua eſſentia ſimplex, non ab alio in eſſe dependens, tanquam in potentia ad non eſſe, dicit Ficinus. *Vita perfecta*, quoniam, ſicut ex ſe ipſa eſt forma cæteris tribuens, vt ſint talia, qualia viuere conſpiciuntur, igitur iure dicitur vita perfecta, cum etiam Ariſt. ipsã ſtatuat, *principium quo viuimus, mouemur, & ſumus*. *Omninò à materia libera*, quoniam in compoſitione animæ, nulla requiritur materia, vt forma, & eſſentia ſimpliciſſima, nata tamen tatali ſorte mouere corpus, quemadmodum etiam animæ cœlorum motrices dicuntur eoſdem mouere, nec tamen vlla materiæ labe contaminari. Ideò incorruptibilis, & immortalis, quoniam ſi caret materia, caret etiã omni conditione materiali, & præſertim cõditione incorruptibilitatis, & immortalitatis, nanq; etiam per Ariſtotelem, ratio incorruptibilitatis ſupernarũ ſubſtantiarum elicitur ex carentia materiæ, quoniam dicit in Metaph. ſubſtãtiæ cœleſtes, ideò non corrumpuntur, eò quia ſunt materia deſtitutæ.

Vide Speuſippũ, apud Ficinum.

Ficin. lib. 5. Theol. Plat. c. 12.

2. de anima.

Nullo modo dicitur materialis, etiam ſi ſit vehiculis pdita, vt ſuo loco videbimus.

Ariſt. Metaph. Anima cõ ni caret materia.

Rationes, & argumenta Platonis, & Platonicorum, quibus animæ immortalitas probatur.

Rationes immortalit. animæ aſſignatur.

QVod anima, in doctrina Platonis, cenſeatur, & probetur immortalis, & incorruptibilis, eſt adeò clarum, vt nemini eius ſcripta, & ſuorum legenti dubitandi occaſio relinquatur. Pluribus in locis, & pluribus argumẽtis, & rationibus, hoc affirmare Platonem, demonſtrabimus, & cum eo nobiliſſimos eius interpretes; deinde, dato, quod ſit talis (prout probant rationes) inueſtigabimus, an ſit talis, vt vna in omnibus hominibus, vel vt plures in tota ſpecie humana, hoc eſt vna duntaxat, in vnoquoq; indiuiduo humanæ ſpeciei, nam quidam ex Platonica familia, parum in eius doctrina verſati, non modo putarunt vnã eſſe animam in tota ſphæra humana, ſed auſi ſunt, etiam affirmare vnam eſſe, & in hominibus, & in brutis. Platonis quibuſdam auctoritatibus, non benè intellectis freti, vt Numenius, & multi eum ſecuti, & hoc probato, quod ſint plures, prout veritas nos credere, & affirmare cogit, videbimus, quis ſit eius ſtatus, & conditio, antequam ad ſua corpora deſcen-

Ordo ſeruãdum. circa immort. animæ.

Hic ordo ſeruatur à Proclo quẽ ſequitur Ficinus.

ſcendat, & quæ ſit cauſa, & ratio deſcenſus, quis, poſtquam eſt in ipſo corpore receptæ, & quis tandem poſt ſeparationem ab ipſo, quæ ſint eius functiones in omni ſtatu. His facilè declaratis, cum breuitate ſermonis, animæ naturam, ſecundum Plat. doctrinam, adepti erimus.

In Phæd. In Phædro. In Apolog. In Timæo. In Menon. In 10. de legib. In 10. de Repub. In Epiſt.

Plato igitur pluribus in locis expreſsè fatetur, & probat animæ immortalitatē, ſed præſertim in Phædone, in Phædro, in Apologia, in Timæo, in Menone, in 10. de Republica, in lib. de legibus 10. & tandem in Epiſtolis, & alijs, & in his omnibus, quandoq; ex profeſſo, quandoq; verò obiter, hoc idem doctè, copiosè, & ornatè proſequitur.

Incipiamus ergo ab argumentis, quibus vtitur ad hoc efficaciter probandum in Phædone, vbi de anima ex profeſſo agit, in perſona Socratis, more ſuo, qui Socrates carcere mācipatus, & mortis ſupplicio iniquè damnatus, antequā poculum cicutæ potaret, alacri animo, quod crediderat viuendo, moriendo, & clarè protulit, & acutè probauit.

Prima ratio immortalit. in Phæd.

Prima ratio, quam affert Socrates in Phædone, dum conſolatoribus amicis ſ. Cebæ, & Simmiæ Critoni, & cæteris loquitur, hoc innititur fundamēto. ſ. quod omne, quod fit ex ſuo contrario fieri dicitur. Verba Socratis hæc ſunt. *In omnibus igitur ſatis id exploratum habemus, omnia ita fieri contraria, videlicet ex contrarijs, hoc eſt ex iniuſto iuſtus, ex vigilante dormiēs, igitur ex viuēte mortuus, & ex mortuo viuēs:* hac ratione anima dicitur mori, dū corpus, in quo erat moritur, & dicitur iterū reuiuiſcere, dum ad inferos tranſit, & ſic tranſire de contrario ad contrarium; verba textus hoc aſſerentia ſunt:

Verba tex. pro prima ratione.

Dic tu mihi quoq; ſimiliter de vita, atq; morte. An non cōtrarium viuere dicis, etiam atq; mori æquidem, & ex ſe inuicem fieri? ita. ergo ex viuente quidnam fiet? mortuum. Quid autem ex mortuo? Neceſſe eſt fieri viuens, igitur ex mortuis, o Cebes, viuentia fiunt, atq; viuentes? apparet. Sunt igitur apud inferos animæ noſtræ? videtur. Concluſio igitur iſtius argumenti eſt, quod ſicut mors, & reuiuiſcentia ſunt contraria, & vnum cōtrariū fiat ex alio, quod neceſſariò ex morte (corporis intelligatur) fiat vita animarū, dum ad inferos tranſeunt, vbi ſeorſum à corporibus dicuntur viuere, & ſic eſſe incorruptibiles, & immortales. Hæc ratio videtur eſſe exigui pōderis, tamen à nobis hic prima collocatur, eò quia in Phędone in ordine prima poſita eſt à Plat.

Secunda ratio immortalit. animæ in Phæd.

Secunda ratio, qua oſtenditur à Platone animæ immortalitas, ex eodē Phædone pari modo deſumitur, necnon ex Menone, vbi de virtute agit, & de eà agēdo oſtendit, ſcire, noſtrum eſſe quondam reminiſci, vnde anima in corpore agens, dum adſcit adminicula ſenſuum, dicitur reminiſci, igitur earum rerū, quarum prius ſcientiam callebat, antequam corpus ingrederetur, reminiſcitur, igitur ante corpus erat, & cūcta nouerat, igitur incorruptibilis, & immortalis, verba textus, quæ clara leguntur in Phædone, hæc ſunt.

Verba tex. pro 2. ra.

At & ſecundum illud, o Socrates (inquit Cebes) quod frequēter vſurpare ſoles, ſi modo verū eſt diſciplinā videlicet noſtram, nihil eſſe aliud, quam reminiſcentiam: & ſecundum hoc (inquam) neceſſe eſt nos in ſuperiore quodam tempore ea, quorum nunc reminiſcimur, didiciſſe. Id verò fieri non poſſet, niſi prius anima noſtra fuiſſet alicubi, quàm in hanc humanam ſpeciem deueniret. Quamobrem & hac ratione immortale quoddam anima videtur eſſe, &c.

Ex his nimirum verbis, & hic in Phędone, & alibi expreſſis, facilè colligitur, animā de conſenſu Platonis ſuperſtitem eſſe, & immortalem.

Tertia ratio animæ immortalit. in Phæd.

Aliam deducit rationem ibidē ex ſimilitudine, quam habet anima cum diuinis numinibus, quæ ſemper ſunt, & eodem modo ſe habent, quæ, vt ſimplicia, haud corruptioni, & diſſolutioni ſūt obnoxia: Verba textus hæc paulò infra ſuperiora leguntur.

Verba tex. prob.

Si quid verò non ſit compoſitū huic ſoli, potiſſimum nulla accidit diſſolutio? mihi (inquit) Cebes ſic apparet. An

non

non, quæ ſemper, ſecundum eadem, eodem modo ſe habent (inquit) hæc maximè eſſe conuenit ſimplicia? quæ verò alias, aliter nec vnquã, ſecundũ eadem hæc eſſe cõpoſita? Hæc autẽ, nulli dubium eſt, ſunt, vt etiam ipſe expreſsè fatetur, eſſentia prima, ens primũ pulchrum, bonum, & cætera, cùm quo, animam habere ſimilitudinem, aſſerit. Quod ijs itidẽ verbis ſic infra exponit.

Verba text. pro eadem ratione.

At verò quoties ipſe animus per ſe ipſum excogitat, ſthuc ſe confert ad purum ſempiternũ, immortale ſemper eodem modo ſe habens, & tanquam ipſius cognatus ſemper illi inhæret, quoties ipſe redierit in ſe ipſum, eiq; liceat, ceſſetq; ab errore, &c.

Ex ijs itidem alijs conijcitur verbis, quod, cum anima ipſum primum ens affectet, & vt eſſentia ſimplex, eidem aſſimilari pro viribus nitatur, ipſa pari ratione immortalis, & incorruptibilis debeat iure optimo cenſeri, cum ipſum ſemper eodem modo, in ſua Diuina natura manens, æternum, & immortale exiſtat.

4. ratio immortal animæ Plat. in Phæd.

Alia ratio immortalitatis animæ, deducitur ex eodem dialogo ab actionibus ipſius animę, ſiue ab operationibus, quas exercet in ipſo corpore, cui ſanè dominari natura tibi datum eſt: ſi igitur illi dominatur, illud mouet, & dirigit, ſi omnia hæc agit, in ipſo dicuntur fieri, quoniam eidem pręſidet, non ſecus quam primum in vniuerſo, at ipſum dicitur mundo pręeſſe, mundum mouere, & eſſe immortale, & incorruptibile, igitur & anima, quam ipſi aſſimilari in eſſendo ſemper eodem modo, diximus, igitur in operãdo, quoniam modus operandi ſequitur modum eſſendi, & ſic ratione ſimilitudinis, tùm in eſſendo, tùm in operando cum Deo, poteſt iure iudicari anima immortalis, & incorruptibilis. Verba, ex quibus hæc elicitur ratio in Phædone, hęc ſunt.

Hæc ratio innititur ſuperiori.

Verba text.

Conſidera rurſus hoc pacto. Quamdiu in eodem ſunt anima, & corpus, hoc quidem ſeruire, atq; ſubeſſe natura iubet, hanc verò præeſſe, atq; dominari. Secundum hæc rurſus vtrum ſibi videtur ſimile eſſe diuino, vtrum mortali. An non putas diuinum quidam tale eſſe natura? vt præſit, & ducat? mortale verò vt ſubijciatur, & ſeruiat? puto equidem. Vtri igitur horum eſt anima ſimilis? Conſtat ò Socrates, animam quidem ſimilem eſſe diuino, corpus verò mortali. Animaduertentiam ò Cebes, num hæc ex omnibus, quæ dicta ſunt conſequantur. Videlicet ipſi diuino, immortali, intelligibili, vniformi, indiſſolubili, ſemper eodem modo, & ſecundum eadem ſemper ſe habenti animam eſſe ſimillimam. Humano verò mortali, nec intelligibili, multiformi diſſolubili, nũquam eodem modo ſibimet ſe habenti, ſimillimum eſſe corpus. Ex his ſimilitudinibus igitur, cum primò, tùm in modo eſſendi, tùm in modo operandi, iudicatur anima immortalis, & incorruptibilis à Platone, & optimo iure, & multa alia, hanc veritatẽ confirmantia, ibidem ponuntur ab ipſo, quæ hic referre ſuperuacaneum putamus, quoniã nimis in longum noſter protraheretur ſermo.

5. ratio immortal animæ Plat. in Phędro maximè obſeruanda.

Alia eſt ratio animę immortalitatis in Phædro, re vera ſingularis, quæ licet videatur quibuſdam ambigua, & aliqualẽ continere abſurditatem .ſ. quod omnibus animabus cõueniat, tùm hominum, tùm brutorum, ſi nihilominus æqua lance ponderetur à viris, iudicio, & pietate, haud deprauatis, apparet dumtaxat & animabus noſtris poſſe meritò adaptari, necnon cæleſtibus, & eſt iſta in verbis Platonis ſatis clara. *Anima omnis eſt immortalis*, hęc eſt concluſio, quæ ſic probatur, *quod .n. ſemper mouetur immortale eſt*, minor ſubſumitur, anima ſemper mouetur, igitur immortalis eſt. Quod pręmiſſæ veræ ſint, & per conſequens cõcluſio, his verbis Platonis apparet.

Verba text.

Quod .n. ſemper mouetur, immortale eſt. Quod verò aliud mouet, ab alioq; mouetur, cum terminũ habeat motus, terminum habet, & vitæ. Solum ergo, quod ſe ipſum mouet, quia nunquã ceſſat moueri. Imò verò & alijs quæcunq; mouentur id fons, & principium eſt mouendi: principium autem ſine ortu eſt, quare, &c. Ex his igitur verbis clara, & euidens elicitur veritas præmiſſarum, & concluſio-

nis.ſ. quod anima dicatur immortalis ex hoc, quod ipſa ſe ipsã, & cætera moueat, quod ſupra oſteſum eſt in declaratione diffinitionis primę eiuſdem animæ.

Quare hac ratione nõ eſt vſus in Phæd.

Hac ratione nõ eſt vſus Plato in Phędone, in oſtendendo animæ immortalitatem (dicit Ficinus in argumento eiuſdem Dialogi) quoniam non eſt præcisè diffinitio animæ humanæ, ſed cęleſtis, & dæmoniacæ, vnde ibi ſolam rationibus, & argumentis vſus eſt animabus humanis, ſed nõ alijs competentibus, hinc eſt, quod omnis necẽſs ambiguitas, debet ab eorum animis aboleri, qui tenent, hanc cõcludere de animabus brutorum, ſicut de humanis: quod ex hoc falſum cenſeri poteſt, quoniam animæ brutorum non dicuntur re vera animæ, ſed vmbræ, & idola animarum, quæ cum educantur de materiæ ſinu, ſicut cæteræ formę naturales, naturaliter informantes, mortales, & corruptibiles iure putantur, & ob id non dicuntur mereri nomen animæ propriæ, ſed potiùs metaphoricè, cùm participationes, & imagines ſint animatum, & non veræ animæ. Anima igitur noſtra cum cæleſti, & dęmoniaca, ex hoc validò argumento teneatur in doctrina Platonis immortalis, incorruptibilis, & ęterna.

Quod hoc argum. non cõcludat ꝑ immortalitate animarum irrationalium demonſtratur

Sexta ratio immortalit. animę Plat. in Apolog.

In Apologia, Socrates putat, mortẽ non eſſe malam, quoniam animę ſeparatio à corpore, non eſt eius annihilatio, ſed tranſmigratio, & abitio in alium locum, in quo ab ipſo ſeiuncta corpore viuit incorruptibilis, & immortalis.ſ. apud defunctos. Nam vel mors, ſenſuum eſt deperditio totalis, vel ad eos abitio, ſi prima, eſſe potiùs lucrum videtur, cũ veluti perpetuus dicatur eſſe ſomnus, & quies, ſi ſecunda eſt, cũ apud defunctos exiſtant (ait Socrates) viri præſtantes Minos.ſ. Radamas, & alij, vt puta Orphæus, Muſæus, Heſiodus, & Homerus, Poetæ celeberrimi, potiùs acquiſitio debet dici, quam perditio, quoniã eſt cum ijs perpetua, & læta cohabitatio.

In Timæo patet expreſſa animæ immortalitatis confeſſio, in illa admirabili oratione, quam habet ſummus rerum Opifex, cum Dijs minoribus à ſe creatis; quæ incipit. *Dij Deorum, quorum Opifex, & Pater ego ſum,* &c. vbi in proceſſu, & fine orationis fatetur, Deum immortali naturæ .ſ. animæ mortalẽ attexiſſe aliam .ſ. corpus, quare, ſi ex duabus naturis maximè diſtantibus, vnum compoſuit hominem animalium nobiliſſimum, & præſtantiſſimum, iudicandum eſt, eãdem ex parte animę de mente noſtri Philoſophi eſſe immortalem. Verba, ex quibus hæc confeſſio clara elicitur eo loci, ſunt iſta: *Atq; eius quidem animalis, quod in ipſis tale futurum eſt, vt cũ immortalibus appellatione conueniat, diuinumq; vocetur, principatumq; teneat, & iuſtitiã ſimul, ac vos vltrò ſequi velitis, ego vobis ſemẽ, & initiũ tradam, vos cætera exequi par eſt, vt immortali naturæ mortalem attexentes faciatis, generiſq; animalia, ſubminiſtranteſq; alimenta, augeatis, & conſumpta rurſus recipiatis,* &c. Ex his ſanè verbis clarè deducitur, animam eſſe immortalis conditionis, & naturæ, ex confeſſione Platonis.

7. ratio ex Timæo animæ immortalit. Plat.

Oratio habita à ſũmo Deo, ad cęlicolas.ſ. paruos Deos.

8. ratio immortal animæ Plat.

Paulò infra itidem eandem veritatem oſtendit, dùm, ſecundum quod benẽ, vel malè ipſa in corpore vitã traduxerit, habitacula poſt ſeparationem ei aſſignat (prout videbimus latè in hoc libro circa finem) anima igitur ex hac ſincera Platonis confeſſione, tùm antequam corpori iuncta exiſtat, tùm poſt ſeparationem ab ipſo, immortalis, & incorruptibilis permanet.

9. ratio immortal animæ in Menone.

In Menone itidem (vt ſupra commemorauimus) poſtquã Socrates, noſtram ſcientiam eſſe reminiſcentiam, oſtendit, conſequenter deducit animę immortalitatem, ex hoc, quod ipſa ante corporis ingreſsũ extiterit neceſſariò, & poſtquã exuta ab eodem erit, pari ratione ſupereſſe demonſtrat, his verbis. *Soc. ergo, ſi quando tempus ſit, in quo homo non ſit inerũt, tamen ipſi opiniones veræ, quæ ſuſcitando expergefactæ, ſcientiæ fiunt certæ per omne tempus, hac hominis animus ſciet: Nam omnia*

Verba text. in Menon.

per

per tempus, aut eſt, aut non eſt homo! Menon videtur. Non ne igitur, ſi ſemper rerum omnium veritas in animo eſt, immortalis extitit? Quam ob rē audacter, & magna fiducia oportet, quæ in præſentia minimè ſcimus, hoc eſt minimè recordamur, vt reminiſcamur inquirere, &c.

Paulò ſupra, in hoc Dialogo, cum nobilliſſima Poetarum caterua, hanc immortalitatē, his alijs verbis expreſſerat.

Verba text.

Poetæ veteres animam immortalē cenſent.

Tradit præterea Pindarus, & cæteri quicunque Poetarum diuini ſunt, talia quædam: quæ aduerte quæſo, num vera tibi videantur. Ferunt .n. hominis animam immortalem eſſe, eamq; tùm decedere, quod quidē mori vocāt, tùm iterum redire, interire nunquam. Ex his, quomodo animus noſter a parto ante, & poſtquam reliquerit corpus, ſit immortalis, conſpicuè deducitur. Sequitur deinde Socrates oſtendere Menoni, quomodo, ſecundum actę vitę rationem in corpore ſanctiſſimè, ad ſuperos euolet purgatus, & iam ſoluta pęna Proſerpinæ antiquæ miſeriæ, quæ videtur aſſimilari peccato originali, quodammodo Parentum noſtrorum (vt alibi oſtenſum eſt) cū ſuperis viuat cælicolis, qui omninò immortales, & incorruptibiles permanent. Anima igitur his auctoritatibus ſolidiſſimis dicatur immortalis, & incorruptibilis.

Opinio ſūma pietate plena.

10. ratio immortalit. animæ 10. de Repub.

In Republica hoc idem proſequitur demonſtrare, & valida ratione, quæ hoc Dilemmate conſpicuè deducitur. Omne id, quòd ad interitum tēdere videtur, vel interire dicitur proprio malo, vel alieno, animam proprio interire malo, ſuſpicari non decet, hoc eſt vitio, quare nec alieno, ideſt corporis contrariate, igitur nullo modo interire conſpicitur, & ſic immortalis, & incorruptibilis remanere.

Verba text. pro hoc argum.

Verba, ex quibus hæc ratio elicitur, ſunt hæc, poſtquam concluſionem illius veritatis protuliſſet, his verbis. *An ignoras immortalem eſſe hominis animā ab interitu liberam?* paulò infra, quaſi concluſionem probando, ſubinfert. *Eſt ne aliquid, quod animam prauam faciat? & maximè quidem, quæ commemoraui nimirum iniuſtitia, intemperantia, timiditas, & inſitia. An quicquam ex his animam perdit? At qui animaduerte, ne decipiamur exiſtimantes iniquum, & inſanum hominem, cum in flagitio deprehenſus eſt, tunc ab iniuſtitia (quæ animę vitium eſt) corrumpi. Dic age. Non ne corpus proprium eius vitium morbus liquefacit, reſoluit eoque deducit, vt non ſit corpus? & quæ paulò ante diximus, omnia, proprio malo, quatenus inhæret, inquinante, eſſe deſinunt. Non ne? Ita prorſus. Nunquid & animam, eodem pacto iniuſtitia, & reliqua prauitas, cū ineſt ſua ipſa præſentia diſſipat, & tabefacit, quoſq; in mortem trahens, à corpore ſeparet? Nullo modo iſtud. At verò abſurdum illud eſt, vt alienum vitiū interimat aliquid, cui proprium vitium non præbet interitum? Præter rationem profectò, &c.* Ex his ſatis reſtat probata concluſio Platonis eo loci, & Dilemma, in quo veritas concluſionis reſerata videtur, euidens, & conſpicuum. Multa alia ſequuntur verba pro hac veritate, quæ hic referre, cauſa breuitatis omitto. Reſtat, quod cum ſua prauitas, ſuumq; malum, animam perdere nequit, nūquam malum etiam alterius eandem diſſoluat, & ſic iure dicatur indiſſolubilis, immortalis, & incorruptibilis.

Hoc argumentū eſſe nullius pondeis multi putant.

11. ratio immortal animæ 10. de legib.

In lib. de legib. 10. etiam pro viribus animę immortalitatem deducit, ex eo, quod ſe ipſam mouere dicatur, cum ſit eſſentia, & numerus ſe ipſum mouens (vt ſupra conſpicuè oſtenſum eſt) at ſi talis eſt, & nunquam ceſſat mouere, & ſe, & alia hac ratione dicitur immortalis, cum nunquam ſe deſerat, nunquam ſe à motu retrahat, quinimò principium, & origo aliorū motuum re vera exiſtat. In hac ſanè forma huius immortalitatis deducitur ſyllogiſtica ratio. Anima eſt eſſentia ſe ipſam mouēs, igitur immortalis, conſequentia probatur ſic, quod alijs motum tribuit ex ſe poteſt moueri, anima eſt principiū, & cauſa omnis motionis .i. cuiuſcunq; rei mobilis, per ſententiam Platonis, igitur dicitur & ſe ipſam mouere. Sed clarius eiuſdem Platonis

Ratio hic ſic ad formā deducitur ſyllogiſt.

Decem motionum ſpecies ex lib. 10. de leg.

verbis hanc deductionem confirmamus. In ſupracitato Dialogo, in medio, cum Plato decem motuũ ſpecies numeraſſet, .ſ. circularem, localem, condenſationẽ, rarefactionem, augumentum, decrementum, generationem, corruptionem, mutationem, vel alterationem, cum alio ab alio factam, vltimam mutationem ex ſe, tùm in ſe, tùm in alio factam, hanc extremam vult cæteras præcedere, & ratio eſt, quoniam ipſa omnibus actionibus, & paſſionibus ſe accõmodare videtur, rerumq; omnium quæcunq; ſint, re vera motus, & tranſmutatio nuncupatur, & hæc eſt illa, quæ animæ præſertim competit, quæ & ſe, & alia mouere dicitur, hac motus ſpecie, omiſſa lõga verborum ſerie, qua vtitur Plato ad has omnes declarandas, ſolum videbimus, ſua ſententia, quomodo hæc cæteras præcedat, primò, verba ſunt. *Quem potiſſimum ex decem motibus, cæteris omnibus tanquam robuſtiſſimũ, & efficaciſſimũ proponemus? neceſſe eſt enim, quoquid & ſe, & alia mouere poteſt, longiſſimo interuallo præcedere, cæteros autem omnes eſſe longè poſteriores.*

Verba text. huius confirmantia.

At nos dicimus, ſi anima eſt, quã hac motus ſpecie præditam iudicamus, & tenemus, cum nunquã ceſſet mouere, & ſe ipſam, & cætera, eandem immortalem iudicamus pariter, & tenemus, cũ Plat.

Sed quæ ſit potiſſima ratio, qua animam poſſe ſe ipſam mouere, & alia cuncta, iudicamus, Ficinus in argumento iſtius Dialogi, optimè declarat, dicens, quod & intrinſecus patet, & extrinſecus: intrinſecus, dum videmus, quod ſuaptè natura liberè ratiocinando diſcurrit, & conſultat; extrinſecus autem, quando ſua præſentia corpori præſtat, vt per ſe moueri poſſit. Cõcludamus igitur, cũ per ſe moueatur, & ſẽper cũcta poſſit mouere, quod ſit ipſa origo, & principiũ oĩs generationis, & oĩs motionis eorũ, quæ fuere, quæ modò ſunt, & quę erunt, & ob id immortalis, æterna, & incorruptibilis, ex ſententia vera Platonis exiſtat, cuius verba in confirmationẽ iſtius

10. arg. 10. de leg. corroboratur hic à Ficino, hæc ratio.

Concluſio.

veritatis ibi leguntur: quæ ſunt. *Rei verò illius, cui nomen eſt anima, quænam ratio eſt? Nam habemus aliam rationem, præter eam, quam modo diximus, quod ipſa poſſit ſe ipſam mouere? A ſe ipſa moueri, aſſerit rationem eſſe illius ſubſtantiæ, quam nomine omnes animam appellamus. Aſſero equidem. Quod ſi ita eſt; an adhuc deſideramus ſufficientius demonſtrari, idem eſſe animam, & primam generationem, & motum rerum, quæ ſunt, quæ fuerunt, & quæ futuræ ſunt, omniumq; rurſus iſtis contrariorum? Quandoquidem tranſmutationis, motuſq; omnis cauſam eſſe omnibus apparet. Minimè. Nam ſufficientiſſimè monſtratũ eſt, animam omnib. antiquiorem eſſe, cũ motus principiũ ſit, &c.*

Hæc verba tex. pro confirm. iſtius veris faciunt

Ex his animam, eſſentiam per ſe mobilem, & cunctis præbentem motum iam cognoſcimus, & in mouendo ſempiternam permanentiam, liquidò intuemur, & ob hoc eandem immortalem, & incorruptibilem, ſummo iure in doctrina celeberrimi Philoſophi tenemus. Quicquid ſit de hac ratione, & de cęteris, an .ſ. concludant de anima mundi, de cæleſtibus, & humanis, vel deniq; de omnibus etiam irrationalibus, alibi videbimus. Sufficiat nobis pro nunc, quod concludant immortalitatem ratione, qua anima eſt eſſentia libera per ſe mobilis, cauſa, & principium cuiuſcunq; motionis, in quibuſcunq; mobilibus.

Ex ſuperioribus facile cõijcitur animæ immortalitas.

Itidem anima concluditur iure meritò immortalis, in hac doctrina, ex hoc, quod eidẽ dicitur competere vita, nam omnia vita prædita, intantum dicuntur viuere, inquantum animam habere videntur, igitur animæ per ſe competit vita, cæteris verò non per ſe, ſed per animam, at illud, cui competit vnum oppoſitum per ſe, non dicitur alterius ſuſceptibile, animæ competit per ſe vita, non igitur oppoſitum ſuum, quod eſt mors, igitur immortalis, & incorruptibilis. Nec obſtat dicere, quod animal moritur, cui per animam competit vita, igitur & mors, cum ipſum videatur mori, quoniam licet ipſum re vera pereat, ſecun-

12. ratio immortalit. animæ Plat.

ſecundũ corpus (loquẽdo de homine) non eſt ſecundũ animam, cũ per ſe, & primò cõſideretur, vt quoddam perfectum, cui competit per ſe vita, animal autem non ſic, vt animal eſt, & compoſitum, cui nõ per ſe competit vita, ſed per aliud, ſed benè per ſe mors, & interritus.

33. ratio immortalit. animæ Plat. in Phæd.

Animæ itidem elicitur immortalitatis præclariſſima ratio, ex propria eiuſdẽ conditione, & natura, quæ eſt quod ſit ſimplex, prout eſt re vera nulla materiali compoſitione referta, inuiſibilis, & ſincera, & omninò ſimilis diuinæ menti, & ſubſtantijs æternis, at illę ſunt immortales, & incorruptibiles, igitur & anima, hæc ratio hic confirmatur, quoniam videtur negligere mortalia, aduerſari corpori, moderare perturbationes, ex corpore ipſo prodeuntes, quod nõ faceret anima, niſi eſſet talis, vt corpori omninò non dominaretur; igitur anima putanda eſt hac ratione immortalis, & incorruptibilis.

Hæc ratio eſt ead. cum ſuperiori pro hac immortalit. aliter deducta ex Phæd.

34. ratio immortalit. animæ Plat.

Cenſenda eſt etiam, in doctrina Platonis, immortalis anima, quoniam ſuum benè eſſe non eſt ex dependentia ipſius à corpore, quoniam ſi in operando penderet ab ipſo, quantò magis eidem inhęreret, at experiẽtia contrarium demonſtrat, quia, quantò magis aduerſatur ei, eò melius ſe habere apparet, quare diiudicandum eſt etiã ex hoc, ipſam eſſe immortalem.

35. ratio immortalit. animæ Plat.

Demum ex hoc approbatur anima, immortalis in via Platonis etiã, quoniam abſq; organo corporeo exercet ſuas functiones, vnde, ſi ſine ipſo operari poteſt, ex conſequenti ſine ipſo poteſt exiſtere, quia (vt dictum eſt ſupra) modus operandi ſequitur modum eſſendi, igitur ſeorſum ab eo poteſt viuere, & ſic iure immortalis dici debet. Quod ſine ipſo operari poteſt, ex hoc manifeſtum fieri videtur, quoniam per intellectũ dicitur operari ſpeculando, dum ſe ipſam intelligit, ac ſe intelligere intelligit, necnon obiectum vniuerſale, quodcũq; ab omni conditione indiuiduali, & materiali depuratum, vt dum intelligit hominem in vniuerſali, &c. Concludamus, quod ſi poteſt operari, prout hæc probatio ſuadet, ſine hoc materiali organo, quod corpus appellatur, quod etiam ſine ipſo viuere queat; & ſic immortalis, & incorruptibilis exiſtat.

Hanc rationem & deducũt Ariſt. interp. pro hac immortalit. 3 de anima.

Concluſio.

Iſtæ ſunt rationes, & fundamenta, quibus anima, in doctrina Platonis probatur immortalis (innumeris relictis alijs, quibus poſſet comprobari) .ſ. quod poſt obitum corporis ad diuerſa pergat habitacula, ſiue in deſtinata eat receptacula, vt liquidò demonſtrat Plato in Timęo, in Cratilo, in Phædro, & Phædone, ſicuti ſuo loco latè videbimus.

Reſtat, vt quomodo ipſius Platonis aſſeclæ, ſuæ opinioni adſtipulati videãtur, circa eiuſdem animę immortalitatẽ, aperiamus. Plotinus primus, ſi non ætate, ſaltem doctrina, in familia Platonica interpres, Pręceptoris maximè videtur approbare ſententiam, ſolidiſſimis rationibus. Approbat (inquã) quod corpori caduco dominetur anima, & quod incitamẽtis corporalibus repugnet: aſſerit, quod multa à corporibus ſeiũcta frequẽter excogitet, ſiue res ſeparatas per ſe attingat, ſiue ipſamet ſeparet, ſed (qđ eſt mirabile dictu, & magis eius immortalitatem oſtendit) quod naturali inſtinctu æterna affectet, & cupiat, & ob id ſæpè ſępius caduca, & mortalia negligat. Hęc Plotinus lib. 1 c. de immortalitate animæ. Dicamus igitur, non ſic concluſionem ſyllogiſticè probando. Cui competit diuinorum affectio; diuinum, & immortalę exiſtimandum eſt; at talis anima cõſpicitur, igitur immortalis dicatur. Et clarè ſic poteſt hoc probari axioma; animo re vera puro, & ſincero cõpetit iuſtitia, quę eſt virtus, omnes alias virtutes includens, & ipſa eſt affectio diuinorum, igitur ex hoc immortalis, & incorruptibilis iudicari poteſt.

Plotini rationes immortalit. animæ lib de eiuſdem immortalit.

Sic a lamuſſim ex Plot. deducitur rationes immortalit.

Sic in forma ſyllogiſtica ponitur argum.

Præterea eſt iudicandus immortalis animus, etiam ex doctrina Plotini eodẽ libro, & capite, quoniam talis eſt in rei

ve-

Hoc ex Plotino, de immortalitate.

veritate, qualis ab animo puro, nulla labe corporea cõtaminato, iudicatur, at iudicatur immortalis ab hoc, igitur immortalis debet conſeri, tanquam exiſtens, iudex ſui verax, & rectus, qui eundẽ mortalem exiſtimant, ſunt iudices non recti, ſed mendaces, & vitioſi.

His, & ſimilibus rationibus multis, quas tacitus prætereo, approbat Plotin⁹ animæ immortalitatem, & eandem comprobat, cum Præceptore, lib. ſpeciali de eiuſdem immortalitate. Omnia hic referre, quæ ibi pro hac veritate cõcludit, ſuperuacaneum puto, quinimò & auctoritates, confirmantes hãc veritatem, hac ratione omitto, quaſdam nihilominus breues dumtaxar afferam, quæ & Platonis, & Plotini rationibus fauere poſſunt, & hoc breuiter perſoluam.

Doct. Plat. cap. 25. Alcynous.

Alcynous in ſchola Platonica apprimè verſatus, pro hac veritate hæc protulit verba, ab ipſo Platone eruta, li. de doctrina ipſius, cap. 25. *Animam hominis immortalem, à primo Deo ſuſcipiẽtes Dij, mortalium generũ conditores, partes illi duas mortales (vt diximus) adiunxerunt.*

Porph. lib. de abſtinẽtia ab eſu animalium.

Porphyrius lib. de abſtinentia, atteſtari videtur immortalitatem animæ, quoniam cum Magiſtro Platone, eandẽ ante corpus extitiſſe fatetur, & ab eodẽ poſt ſeparationem, ſuperſtitem eſſe, his verbis. *Eramus .n. & adhuc ſumus intellectuales* (& poſt pauca ſubdit) *Quamobrem ſi ad priſtinum ſtatum redire, pro viribus affectumus*, &c. Quis non videt claram animæ noſtræ immortalitatẽ in his verbis? *Quã ipſe tamen didicerat à Plotino Magiſtro, qui olim dixerat, & ipſe animam noſtram, ante inſinuationem ad corpus, in ſuperna extitiſſe regione, & ibi vitam mentalẽ ſufficienter duxiſſe.* Hæc Plotinus lib. 6. de ſubſtantijs cognoſcentibus. Proclus Lycius inſignis Platonicus, hoc idem pluribus in locis, ac pluribus rationibus cõfitetur.

Plot. lib. de ſubſtantijs cognoſcentibus.

His vtitur verbis, ſuadendo, hãc immortalitatem animæ, & exiſtentiam, antequam corpori caduco inſinuetur. *Animæ humanæ hic peruagantur circa corũ imagines, quæ in patria viderant: & ad eas imagines magis afficiuntur, quarum exemplaria illic attentius contemplatæ fuerant, & quæ ibi inſpexerunt earum ſimilitudines amare.* Hæc Proclus de anima, & Dæmone.

De anima, & Dæmone.

Non deſunt etiam ex Latinis multi Plat. in via Præceptoris hoc idem de animæ immortalitate affirmantes, & probãtes. Vt Macrobius, Calcidius, Apuleius, & alij ex vetuſtioribus, ſed quoniam in ſenſu eadem ſunt argumenta Magiſtri, idcircò hic ea afferre omittimus. Qui pleniſſimæ huius immortalitatis rationes, cupit intelligere Maſilij Ficini Theologiam præmanibus ſumat, in qua pro viribus longè, latèq; eandem rationibus cõmunibus primò probat, ſecũdò argumẽtationibus proprijs, tertiò ſignis, quartò ſolutionibus quæſtionum, accuratè allevetat, &c.

Sed antequam vlterius progrediamur, eſt à nobis abſoluenda magis quædam dubitatio, quæ in animo hominis ingenioſi circa prædicta oriri poteſt; & eſt. An hæc omnia argumenta, tùm interpretum præciſè pro animo humano concludant, an etiã pro vniuerſa natura animaſtica, quæ in plures gradus diſtribuitur à Platone, & Platonicis? Priuſquam hanc difficultatẽ ſoluamus, eſt facienda prius horum graduum diuiſio à nobis, ſecundũ ipſos: qua quidem peracta, & declarata, reſpondẽdum eſt poſtea ad inſtantiam, pro vera ſolutione.

Varij animarum gradus, ſecundum Mercuriũ, Platonẽ, & interpretes.

Varijs animarum gradus, ſecundum diuerſos Plat.

Mercurius Termaximus videtur totam ſecare naturã animalticam, in Diuinam, humanam, vel in Alogon, hoc eſt in illam brutorum, quæ eſt ratione deſtituta, Diuina poſtea ſubdiuiditur ab alijs in Angelicam .i. cœleſtem, & Dęmonicam. Iamblicus de myſterijs Aegyptiorum, in mundanam, Angelicam, Dęmonicam, Heroicam, & demũ in humanam. Sed communiter diuiditur, ſecundum

dum Proclum, in vniuerſalem, ſiue mundanam, in cæleſtem, elementarem, humanam, & brutalem, & quia hæc communiter acceptatur etiam à moderniorìbus, idcircò videndum eſt ordine, quid ſit vnuſquiſq; horum graduum animus.

In primo gradu iurè collocatur anima mundi, quam quidē eſſe manifeſtat Plato (vt oſtenſum eſt à nobis, vbi de Deo egimus) quamque nos ſecundum multorum Platonicorum mentem, tertiam in Diuinis fecimus ſubſtantiam in Phile-

Verba text.

bo, vbi hæc expreſſa habentur verba. *Soc. ſapientia verò, atq; mens abſq; anima nunquā ſunt? Proth. nunquam certè. Soc. ergo in Iouis ipſius natura regiam animam, regiamq; mētem ineſſe, propter vim cauſæ, confiteberis.* Quæ verba eſſe vera, quod ipſa reperiatur in via Platonica ſic conijci poteſt. Mundus eſt corpus præſtantiſſimū, omnium corporum inferiorum particularium, at corpora hæc inferiora ſunt anima prædita, igitur à fortiori, & corpus

Rationes probātes animā mundi ſdari in doct. Plat.

vniuerſi, in quo conſpicuè omnia opera vitalia intuemur, & omnes partes, eſſe animatas conſtat; nam ſi ſecus eſſet, quomodo propria terminaretur figura? ac demum quomodo homo diceretur iure mundus paruus? cum conſtet ex anima, & corpore? at dicitur non iniuria mundus, & eſt anima præditus, igitur & magnus eſt animatus ex cōfeſſione Plat. in loco præcitato, & etiam ex cōſenſu Procli, dicentis, quod *Rerum opifex componens vniuerſum, hoc animans. eſſe voluit ſ. intellectu, & anima compos*, ſi igitur eſt animatus, prout hæ confeſſiones declarant, & rationes probāt, iure dicitur animā mundi eſſe, & primā id quod eſſe, cū omnibus Platonicis confitemur, & tenemus in via Præceptoris, ſecus autem in noſtra.

Mundus nō ſolū eſt animatus, ſed mente præditus.

Et non ſolum eſſe animatum mundū autumant Plato, & Platonici, ſed etiam mente præditum, de rato affirmánt, & nobiliſſimo intellectu, & hæc eſt ratio, quoniam, cū præſtantiſſima ſit hæc anima, debet eſſe cum mēte complicata, ad hoc vt omnis ei⁹ rectitudo ducatur, omnia optima ratione fiant, quæ ratio ab Idæis in mēte exiſtentibus ducitur; non eſſet talis anima, ſi abſq; mente eſſet, igi-

Anima non datur abſq; mente, vel in ſe exiſt. vel extra.

tur non eſt à mente diſtincta, ſed cum ea, tanquam cum pura eſſentia cōiuncta. Sit itaq; hęc anima pura ratio in ſe adeò manens, vt extra ſe progredi non poſſit, ita ſe habens ad corpora, vt corpora dicantùr eius eſſe, non autem ipſa corporum.

Secundus gradus animarum.

Poſt animam mundi in ſecundo gradu ſequuntur illæ, quæ quaſi choream, & tripudium in vniuerſo videntur ducere (vt animaduertit peroptimè Proclus in argumentis, probantibus ipſius pulchritudinem) vt latiſſimè vidimus in lib. de

Lib. de mūdi ortu.

ortu mundi, ad aures Platonis, & Platonicorum, & iſtæ ſunt animæ ſphærarum, & elementorum, quæ duodecim ſimul iunctę numerantur à Platonicis, & vocātur primę animę cœleſtes, & muſę ab Orphicis, quę videntur tamen eſſe purè cœleſtes. Prima primi mobilis, vocatur

Muſæ animæ ſunt cęleſtes, vt viſum eſt etiā lib de mundi ortu.

Calliopea, quæ eſt omnium prętantiſſima eſt illius cœli ſphæra. Secunda cœli ſtellati, vocatur Vrania. Tertia Saturni, Polimnia. Quarta Iouis, Terpſicore. Quinta Martis, Clio. Sexta Solis, Melpomene. Septima Veneris, Erato. Octaua Mercurij, Euterpe. Nona Lunę, Thalia. Iſtę ſunt animę cœlorū, quę vocantur Choreę à Proclo, quoniam, ſicuti in Chorea, quæ in vſu erat multiplex apud veteres, & eſt etiam aliquādo apud nos, vt multi, & iuuenes, & puellę manibus ſimul iunctis varios cient motus, ita in vniuerſo orbe, iſtę animarū ſpecies, iunctę quodammodo, tripudium partium mundi ſuis motibus exercent. De his meminit Orphęus in hymno Apollinis, & muſarum, qui adhuc extat inter hymnos ipſius, necnon Proclus, Macrobius,

Sphæræ omnes ſunt animatæ.

& alij Platonici, & Theologi noſtrates, veluti Lactantius Firmianus, Origiges, Clemens Alexandrinus, Theodorettus, & Euſebius. Cumque cœli moueantur ab his animabus, ſiue muſis dicuntur moueri, quod moueantur, ſenſibus, non latet, igitur à vi incorporea, cū

cor-

Cõcluditur etiam cœlũ animatum.

corpora ipſa, quatenus corpora, nullo modo valeant mouere ſe ipſa (quod alibi tetigimus) ex his ergo Platonici rectè ſuſpicati ſunt cœlos animatos his nimirũ animabus, quibus attributa eſt omnis Poeſis, omnis Muſica, & omnis Chorea, & illis præpoſitus eſt Apollo, veluti earũ Dux, & ob id dictus Muſagetta, qui De᷑ item eſt præpoſitus omni Muſicæ, vnde meritò dicũtur à Proclo animæ iſtę ſimul tripudium, & Choream ducere, & numerum nouenarium ex ſe cõplere, duodenarium verò cum elementaribus.

Apollo dux Muſarum.

Et iſtæ animę ſphęrarum etiam dicũtur, & non iniuria, mente præditæ in regendo hoc vniuerſo, veluti Miniſtræ diuinæ prouidentię, accõmodatę, & determinatæ, vt motibus earum harmonicis, hanc Choream, & tripudium quoddam diuinum ciant (vt diximus cum Proclo.) Dicuntur etiam ſubſtantiæ cœleſtes, & intellectuales, quę adeò ſphęris cœleſtibus inhęrent, vt nũquam ab eiſdem poſſint diuelli, tanquam perpetuę motrices eorum orbiũ, quibus pręeſſe voluit ſummus rerum omnium Opifex.

Muſæ ſunt diuinę prouidẽtiæ miniſtræ.

Sequuntur animę illę quatuor, quę in elementis reperiuntur, quę ex hoc apparent eſſe (dicunt Platonici) in ipſis, quoniam operationes videntur continere vitales, quibus iure iudicantur animata ab illis. Habet vnumquodq; elementũ ſuam animam, qua dicitur, non ſolum viuere, ſed vitam ſuis elementatis prębere. Metalla, & lapides gignuntur in viſceribus terrę, & anima eiuſdẽ viuunt, quare & ipſa dicuntur eſſe animata, anima matris; Itidem cum animalia exigua, in mũdo aſpiciamus, anima prędita, veluti vermiculos, piſciculos, muſcas, cicindelas, & multa deniq; animalia in terra, aqua, aere, & igne, igitur debemus fateri, & ipſa elementa, in quibus vitam degunt, & à quibus vitã recipiunt eſſe animata, & maximè illa, quæ ex putri materia gignuntur. Sint igitur elementa animata, in doctrina Platonis, non autem in noſtra, vt ſuo loco videbimus.

Elementa quomodo ſunt animata.

Elementa ſunt animata in via gine.

Et non ſolum volunt elementa animata, ſed etiam, quod in ipſis reperiatur ſexus diſcretio, hac ratione ſuffulti, quod ſicuti in aĩalibus mortalibus maris, & fęminę differentiam aſpicimus, ita in eiſdẽ elementis maris, & fęminę vires vigeant, non tamen diſiunctæ, ſed coniunctæ. Quoniam quo magis aſcendimus in rerum gradibus, eo maiorem in eis vnionẽ reperimus. Dicantur igitur non ſolum animata elementa, ſed etiam ſexus vires in ſe includere, & non ſolum includere ſexum, ſed includere in ipſa anima mentem, quæ eſt in ea tanquam mas, ipſa autem anima tãquam fœmella, femina recipiens ab ipſa. Vnde priſci Theologi Orphæi ſequaces, Poeticè ludendo, animas duplices facies habere dixerũt, quarum ſupera marẽ, infera verò fœminam repręſentare videntur. Supera ſemen habet, infera recipit, & parit, & hæc eſt potiſſima ratio, quare ipſe Orphęus vnicuiq; elemento duas potentias diuinas indidit, marem vnam, fœminam aliam, vt terrę Plutonem, & Proſerpinam aquę Oceanum, & Tetim. Aeri Iouem, & Iunonem. Igni Phanetam, & Auroram, & hæ vires etiam conſiderantur ab eodẽ in ſphæris cœleſtibus, in quibus animas ineſſe ſupra oſtendimus.

In elementis eſt ſexus diſcretio, & quæ.

Poetice velamine declaratur hoc.

Poſt has animas, & vniuerſi, cœlorumq; & elementorũ, ſequuntur noſtrates, quę quidẽ poſſunt collocari in quarto gradu vniuerſæ naturę animaſticæ, quę quidem cum rationales ſint, intellectuales etiam iure dicuntur, eò quia ratio ab intellectu nunquam diſſociatur; Iſtæ à ſuis corporibus poſsũt ſeparari, ad differentiam ſuperiorum ſ. cœleſtium, & dæmonicarum, & ſine ipſis poſſunt viuere. Animæ noſtræ dicuntur propriè intellectus participes, ſicuti etiam dicuntur cœleſtes, & dæmonicæ, & hęc eſt ratio, quoniam intellectus eſt forma omnium, cui ipſæ ſubſunt, vti materia naturalis ſubeſt naturali formę; ſecus autem irrationales, quæ non dicuntur propriè intellectuales, nec rationis compotes, eò

Differentiæ inter animas cœleſtes, humanas, & reliquas.

quia

quia intellectu non ſunt informatę, ſicuti ſuperiores, quę per ſe, & propriè dicũtur tales; & licet illæ brutorum videantur aliqualiter eſſe cognoſcẽtes, hoc prouenit in eis non ab intellectu inexiſtente tanquam forma, ſed quoniam omnis cognitio earum à fonte proprio, & primario .ſ. ab intellectu pronaſcitur (vt proximè videbimus) iſti ſunt gradus vniuerſę naturæ animaſticæ, & iſta eſt differentia, quæ cadit inter illos in vniuerſo.

Ideſt ab intelligentia nõ errante.

His gradibus animarũ declaratis, reſpondendum eſt ad inſtantiam ſatis ſuperq; notabilem motam. An .ſ. rationes, & argumenta Platonis, & interpretum, immortalitatem pro omnibus animabus cunctorum graduum concludant; an faciant pro humana dumtaxat. Ex Marſilio Ficino eruitur (vt ſuprà tactum eſt) quod argumenta Socratis, in Phædone præciſè pugnant pro immortalitate animæ noſtræ, cætera verò nequaquam, ſed procedunt pro cæleſtibus, & dęmonicis, quinimò multi auſi ſunt affirmare, quod etiam quædam concludant pro illis, quæ brutorum ſunt, quod eſt impium aſſerere (vt pariter tactũ eſt obiter ſuprà) prout fuſiùs demõſtrabimus capite ſequẽti.

Solutio dubitat ſupra motæ.

Facit dubiò procul prima ratio pro anima humana (licet ſit exigui põderis) quia nulla alia dicitur poſſe trãſire de cõtrario in contrarium .ſ. de vita in mortem, & è contra, præter ipſam: facit ſecunda, eò quia in nulla cadit reminiſcentia; præterquam in humana: facit tertia, quia ſola ipſa habet ſimilitudinem cum cœleſtibus: facit quarta, quia itidem ſuo dominatur corpori, ipſum tamen non modo informando, ſed perficiendo, & dirigendo: facit quinta, quæ aſſertur in Apologia, quoniã in ſeparatione à corpore, non dicitur ad nihilum redigi, ſed vel in melius, vel in deterius labi: pari modo facit illa, quæ aſſertur ex Timęo, nempè ex oratione Opificis ad Cœlicolas, in qua quidem explicita patet mentio copulationis duarum naturarum .ſ. immortalis, & corruptibilis, quæ ſolum in homine reperiuntur, animæ .ſ. & corporis: facit illa Menonis, quæ coincidit cum ſecunda, ex Phædone eruta, circa reminiſcentiam, facit illa, quæ ex 10. de Republica pariter elicitur, quod anima .ſ. non dicatur interire proprio malo; illa verò, quæ habetur ex 10. de legib. non ſic dici poteſt, quod ita præciſe competere cæteris, cũ & ipſę perpetuò moueãt, nec vnquam ceſſent mouere ſe, & alia, ſicuti etiam illæ, quod animæ competat vita, quod ſimplicis ſint naturæ, & conditionis, quod horum bene eſſe nõ pendeat à corpore, & quod demum valeant ſuas operationes explere ſine organo corporeo.

Solutio difficult. ex his clauſis.

Quæ argumenta concludunt pro animus humanis, & q colter pro omnibus.

Quæ ratio non facit pro immortalit animæ humanæ, ſed pro vniuerſali.

Rationes Plotini poſtea, non videntur diſcrepare à ſẽtẽtia celeberrimi Pręceptoris in Phædone, auctoritates verò allatę pro confirmatione iſtius veritatis, Alcynoi nempè, Porphyrij, & Procli, ſic perſpicuè videntur concludere pro immortalitate animæ humanæ, vt nullo pacto occaſio dubitandi ſpeculantibus relinquatur.

Auctor. faciunt pro anima humana.

Illa verò, quæ ex Phædro deprompta eſt .ſ. quod omnis anima dicatur immortalis, ex eo, quod ſemper moueatur, eſt adeò vniuerſalis, vt videatur iure cõpetere omnibus animabus cuiuſcunq; gradus, & hæc ſola dicitur non competere præciſè noſtræ, ſed omnibus indifferenter, & etiam brutarum, ſed quod hoc ſit manifeſtè falſum, modò demonſtrare eſt noſtra intentio.

Hæc ratio cõpetit omnib animabus indifferenter.

An Animæ Brutorum animalium, & ipſæ ſit immortales.

SEd quoniam multi hæc oppugnare argumenta nitũtur, aſſerẽtes, quod hæc non minus concludant pro animabus brutorum, quam pro noſtris, idcircò conducibile putamus, prout occaſio expoſcit, demonſtrare, quod pro noſtris dumtaxat dicantur procedere, & pręſertim illa, quæ habentur ex Phædone, non autem pro ijs, quæ ſe vera in doctrina

Quod omnis non ſit immort.

Platonis animæ abſq; iure appellantur, vt ſupra obiter tactum eſt.

Fundamẽta rationũ pro immortalit. omniũ animarũ tria.

Fundamenta, quibus euertere has rationes conãtur iſti, deſumunt ex illis Platonis verbis, quę, pro immortalitate probãda, in Phædro ipſum protuliſſe, paulò ſupra oſtenſum eſt, in quibus quidem tria conſiderãda occurrunt: primò, quod ibi Plato omnem animam abſolute appellat immortalem, dicens, omnis anima eſt immortalis, hoc ſignum diſtributiuum comprehendit (dicunt ipſi) totam naturam animaſticam, à qua non excluditur brutalis. Secundò, quoniam hoc medio vtitur, ad hanc concluſionẽ demonſtrandam .ſ. quod omnis anima ſit numerus ſe ipſum mouens. Tertiò, quoniam addit ſola animantia ſe mouere, quia in ſe habẽt principium motus. Vnde, his ſic ſtãtibus, anima etiam brutalis, cùm habeat has conditiones, non excluditur, quin poſſit dici immortalis, ipſa nãq; eſt numerus ſe mouens, & in ſe principium motus videtur habere. Hæc fundamenta corroborantur dictis eiuſdem Platonis in Phædone, in Philebo, & alibi, vbi demonſtrat, quod ideò omnis anima dicatur immortalis, quoniã eiuſdem propria eſt vita, igitur non eſt ſui oppoſiti capax (vt concluſum eſt ſupra in argumentis) igitur & anima brutalis, cùm ab hac conditione minimè excludatur, immortalis in via Platonis tenenda eſt: & ſicuti ſingula corpora corporei mundi ſunt partes, ita & ſingulæ animæ mundi, nulla excepta, at illa eſt immortalis dubiò procul, igitur & iſta.

Corroboratio triũ fundament. ex Plat.

Fundam. Pythag hoc lib. 1. iã probatũ eſt falſum.

Præterea pluries Plato, mentionem facit de Metemſpſiſoci animarum, hoc eſt de earum trãſmigratione in beſtias, igitur poteſt, & hęc dici immortalis, cùm perpetuus ſit iſte earum tranſitus, etiam ſecundum doctrinam Pythagoræ, cuius intentionem, & ſententiam, in multis ſecutus eſt Plato, & in hoc præſertim. Hæc ſunt fundamenta, quibus iſti, poſſe ſibi perſuadere, hanc vniuerſalem immortalitatem, autumant, ad communia dicta, & ad exteriora verba Magiſtri, potiùs reſpicientes, quam ad intrinſecam intẽtionem, quæ manifeſtatur his auctoritatibus, contrarium concludentibus, quæ habẽtur in lib. de Republica in Phædro, & in Timæo expreſsè dixit, quod *Sũmus rerum auctor, Dijs ſuis mandauit, vt ſuum imitarentur parentem, quod principium animæ immortale ſuſcipiẽtes, animam ipſã mortali corpore clauderẽt, & totum corpus animæ, quaſi vehiculum ſubderent, atq; in eo ipſi aliã animæ ſpeciem mortalem fabricarent.* In eodem Timæo (paucis interiectis) concludit, quod *Ne diuinum genus animarũ, ſuple vlla mortalium contagione, niſi quantum ſumma neceſſitas cogeret, pollueretur, ſeorſum ab illo in alia corporis ſede mortale collocauerunt.* In Republica hoc idem aſtruit. in Phædro explicitè animas immortales à mortalibus ſeiungit his verbis, *Quæ immortales animæ vocantur ad cæli dorſum eleuantur.* Ex his verbis (ni fallor) indicat Plato, quod animæ immortales beatitudinis capaces, & mortales interitus omninò ſuſceptibiles reperiantur. Nec, ſecum pugnare Philoſophum, dicendum eſt, quoniam licet multi ancipites, circa hoc exiſtãt interpretes, & ſequaces eiuſdem, alij nihilominus, ſaniores iudicio, & acutiores mente, optimè ponderantes dicta eiuſdem, contrarijs reſpondent inſtatijs, & earum fundamenta facilè euertunt, vt infra videbimus.

Lib. de Repub. Contr. probatur tribũ auct. Plat. tib. in locis.

Alia auct. idipſum probans in Timæo.

3. auctor in Repub.

Reſp. cõis ad inſtãtias aduerſarior. Picolom. precept.

Ad has inſtantias propulſandas, ſufficeret dicere, quod, cum auctoritates Platonis, quas ad ſuam intentionem affirmandam afferunt, non ita explicitè concludant immortalitatem animarum irrationalium, quin poſſint in verum ſenſum retorqueri eiſdem contrarium, iure meritò inſufficientes debent iudicari, & eò magis cum aliæ ex aduerſo clariſſimè eãdem, & explicitè declarent.

Abſurda, quæ ſequeretur, ſi hoc falſum admitteretur.

Quid ſi hoc abſurdum admitteretur, nõn ne eſſet admittere homines nequaquã diſtingui ſpecie à brutis? quia qualis eſt forma, talis eſt ſpecies rerum: prætereà non eſſet facere animam huma-

nam

nam portionem animę mundi eàdem rationę? hoc infra videbimus eſſe omninò falſum, quia viuentia omnia, .i. animantia, in tantum dicuntur diſtingui ſpecie, in quantum à forma ſubſtantiali dicũtur diuerſificari. Et præter hæc, poſſet dici omne animal ſcientiæ ſuſceptibile, & viſibile, cùm hæc proprietas, & paſſio, rationem neceſſariò ſequantur, quod nullo modo eſt admittẽdum in Regia Philoſophia. Mitto, quod hoc aſſerere eſſet facerę beluas arbitrio libero præditas, & religioni ſubiectas, quod eſt impium dicere, & nihil monſtruoſius excogitari poteſt.

Cũd. quod ſola anima rationalis ſit immort.

Prętereà dicamus nos, cum his Platonicis, qui ſunt re vera veritatis amatores, dicamus (inquam) animam ſolam rationalem eſſe immortalem, cùm cęleſtibus, & dæmoniacis: brutales autem nequaquam, cum animæ nomen mereri haud poſſint, ſed ſint (vt tactum eſt alibi) vmbræ, Idola, & veſtigia animarum. Anima rationalis ſuam immediatè originẽ ducit à primo rerum Opifice (aſſerrore Platone.) Irrationales autem à ſecundis Dijs, quare illæ immortales non immeritò iudicantur, iſtæ autem minimè; illæ habent in ſe, quaſi inſeitas rationes rerum, quibus ſe ipſas mouere poſſunt, iſtę autem nequaquam, quoniam à rationali pendent, quaſi vmbræ, & veſtigia, vt diximus.

Hoc eſt à ſecundis cauſis.

An animæ brutorum ſint compotes rationis, ſeu rationales.

Porph. lib. de abſtinẽt. ab eſu carnium. Plutarch in opuſc. de grillo, & Circe.

ET ſi quis diceret cum Porphyrio, & cùm Plutarcho, & cùm alijs eorum ſententiam ſequentibus, quod omnis anima eſt rationalis, ergo & anima brutorũ, quod ex hoc conijci poteſt, quoniam omne animal, ſiue aereum, ſiue marinum aquaticum, vel terreſtre, in ſuis operationibus, videtur rationem clarè oſtẽdere, nam opera, quę facit vnumquodq; vel in ſe ipſo, vel circa ſe ipſum videtur agere maxima cum ratione; vt puta in cibando ſe ipſum, nidificando, producendo ſibi ſimile in ſpecie, omnia (inquam) agit non caſu, ſed optima ratione, ergo conijci poteſt, quod omnes ſpecies quorũcunque animalium, præter ipſum hominem, poſſint non immeritò rationales nuncupari, quod quidem dogma confirmatur auctoritate Stratonis Phyſici, qui aiebat nullum animal viuere ſine ſenſu, nec ſentire poſſe quidpiam, ſine ratione, nec per conſequens ratiocinari ſine mente, quod & verum, manifeſtatur ſic, quia, dum ipſa intenta non ſiſtit, nec aures aliquid audiunt, nec oculi vident, nec ſenſus vllus dicitur re verà ſentire, Itaq; in hoc ſenſu dicuntur animalia cũcta iure rationabilia, & non modò rationabilia, ſed etiam intellectu, & mente prædita, vnde per conſequens poſſunt etiam dici immortalia.

Fundamẽta aſſerentium oẽs animas eſſe immortales.

Iſtæ rationes, & multæ aliæ, quæ pulcherrima verborum ſerie afferuntur à Porphyrio, & à Plutarcho in locis allegatis, nec omninò verę ſunt, nec pęnitus propulſandæ, etenim hoc ſano modo, & citra præiudicium veritatis eſt intelligẽdum. Nam animas eſſe rationales, poteſt duobus modis intelligi, vno modo, quatenus in cognoſcendo ratione vtuntur, & per ſe, ſecundo modo in operando, vel in effectus producendo non per ſe, ſed per aliud, primo modo animę humanæ ſunt rationales, eò quia quicquid agunt, agunt per intellectum inexiſtentem, qui eſt forma ipſarum; ſecundo modo animæ brutorum, poſſunt dici rationales, ſed per accidens, eò quia in ſuis operationibus obeundis, diriguntur ab intellectu, qui non eſt intra ipſas, ſed extra, qui intellectus dicitur intelligẽtia nõ errãs, & in hoc ſenſu dicũtur rationales. Verùm, ſi optimè conſiderentur operationes, quæ apparent in mixtis, non videntur temerè, & caſu factæ à natura, vt apparet in brutis, plantis, zoofitis, lapidibus, & metallis, eò quia nulla eſt pars in ipſis, quæ optima ratione facta nõ ſit, & ſi quod ex his, ſimile ſibi produxit,

De abſtinẽt. ab eſu animalium, in quæſt, & in op. de Circe grillo.

In quo ſenſu dicuntur oẽs animæ rationales etiam brutorum.

id ipſum optima ratione videtur produxiſſe naturã, atq; hæc eſt cauſa cur Ariſt. dixerit ſæpè: *Deum, & naturam nihil fruſtra facere.* Naturam ſemper melius in operando eligere, & Galenus partem hanc animæ, quæ vitam præbet, nutrit, & ſibi ſimile generat, naturam vocat; cui aſſentiunt omnes ſui ſequaces, necnon, omnes Philoſophi; at hæc natura reperitur in omnibus mixtorũ gradibus, quos commemorauimus, nihilq; aliud eſt natura, quam ſpecies quædam animæ rectæ rationis operantis; rectè igitur dicimus, nullam animam eſſe irrationalem in cognoſcendo, vt noſtrates, in operando, & effectus producendo, inſtinctu naturæ, vt brutales, & ſic ſunt intelligendæ rationes Porphyrij, & Plutarchi, aſſerentium, omnes animas rationales eſſe.

Ariſtot. in lib. Phyſ.

Galenus de temperam. & alibi.

Ariſt. ait, q. ea, quæ faciunt animalia irrationalia, nõ ratione agũt, ſed per inſtinctũ naturæ, quia ſemper, eadem ſimilia efficiunt 2. Phyſic. tex. 80.

Rectè etiam dici poteſt, omnẽ animã eſſe intellectualẽ, eò quod vel intellectu informetur, vt humana, vel ab intellectu cognitionem habeat, vt brutalis, quæ ab intelligentia non errante dirigitur, & ſic à primò ad vltimũ poſſunt dici omnes animæ, & rationales, & intellectuales, adhibitis his diſtinctionibus. Sed conſequenter non poſſunt dici omnes immortales, quia hæc conditio immortalitatis, conuenit animæ noſtræ, tanquã formali et intellectuali; brutali verò minimè, eò quia non ſunt animę verę, ſed vmbrę, veſtigia, & imagines, & tandem idola animarum (vt tactum eſt ſupra.) Vnde ſi, quis vellet reſpõdere his obiectionibus, quę fiũt auctoritate Platonis in Phędro, quę factũt pro vniuerſali animarum immortalitate, dicere poſſet ad primã, quę eſt tanquam conclusio, Platonis in ipſo Phędro, ſ. quod omnis anima ſit immortalis, deberet (inquam) dicere, quod hęc debet precisè intelligi de rationali. ſ. noſtra, quę ſola re vera dicitur anima, non autem vmbra, neq; veſtigium animę, nã vmbra corporis, non eſt corpus, veſtigium pedis, non eſt pes, ſed pedis veſtigium, & ſic de ſingulis. Et vbi additur pro confirmatione, quod etiam brutorũ animæ ſe mouent, dicendum eſt, quod vtiq; ſe mouent, ſed non tanquã prima principia motus, ſed quoniam ab anima rationali præſtantiſſima mouentur, tanquã à ſuo principio, cuius ſunt veſtigia. Et ſi quis perquireret, quænam eſt illa anima, à qua mouentur? Reſpondetur, quod eſt vel anima vniuerſalis mundi, vel ſuæ ſphæræ, & ſic nõ ratione ſui principij intrinſeci dicũtur moueri, quemadmodum noſtræ, & ob id non dicuntur eſſe immortales, ſed ratione principij extrinſeci ope, & beneficio, cuius poſſunt dici immortales; ſed ſecundum propriã formam, nequaquam. Animę noſtræ ſolæ ſic ſe mouent, quoniam ſunt liberè, non ab alio in operando directæ, ſed intrinſecè rationibus præditæ, & per ſe ſubſiſtentes.

Hæ diſtinc. præmiſſæ facile reſpondetur ad obiect. Porph. & Plut.

Reſp. ad auctorit. & rationes in cõtrarium adductas.

A quo primo mouetur anima irrational.

Inquiſitio.

Reſponſio.

Et ſi, quis iterum inſtaret, quod etiam brutorum animæ mouentur his ſpeciebus motus, quas commemorat Plato lib. de legibus, quemadmodũ animę humanę, poſſet reſpõderi, quod dum corpori deſtinantur, datur eis, quod comitentur facultates ſentiendi, & appetendi, in ſpiritoſo vehiculo, de quo dicemus aliquid ſuo loco.

Plat. lib. de legib.

Inſt. & reſponſio.

Nec conturbet nos illud, quod affertur pro cõfirmatione in Phædone. ſ. qđ animæ propria ſit vita, quoniam hoc eſt præcisè intelligendum, pro vera vita, nõ, autem, pro vmbra vitæ, at vera vita eſt animæ noſtræ, quia vera eſt anima, igitur & ipſa re vera immortalis, & intelligibilis, & rationalis.

Nec obſtare poteſt illud, quod dicitur de Methemepſicoſi animarum, ſiue de transmigratione earundem in corpora brutorũ, quę innititur auctoritate Platonis in Phædro, quæ talis eſt (*hinc, & in beſtiæ vitam humana tranſit anima, ex beſtia rurſum in hominem, & ſi modo anima quandoq; prius fuerit hominis, namq; nunquam veritatem inſpexerit, in hanc figuram venire non poteſt*). Quoniam hæc transmigratio, non eſt literaliter intelligenda, ſed myſticè (vt vberrimè à nobis in primo lib.

Alia inſt. & reſp.

mon-

Vide 2. lib. in quo pœnit. claris. ſolut. hac præſenti, q eſt vera, & valida.

monſtratum eſt) ſed pro maiori intelligentia horum verborum Platonis in hoc loco, ſciendum eſt, quod multi interpretes eiuſdem Philoſophi tenēt, quod hęc tranſmigratio ſit myſticè (vt tactum eſt) & non literaliter intelligenda, vnde pro hac noticia, præter ea, quę à nobis fuſius ibidem tractata ſunt, ſciendum eſt, quod Ammonius Hermæus in Phædone, expreſsè dicit, quod hæc Methempicoſis, poteſt duplici modo cōſiderari, vno modo intrinſecè, alio autem extrinſecè, primò modo intelligitur, quādo anima, vitijs repleta, vſum rectæ rationis amittit, & euadit, quaſi animal ratione deſtitutum. Secundò modo, quādo anima, exuta corpore, re vera tranſit de corpore humano in corpus brutale, in primo ſenſu illam intellexere Pythagoras, & Plato, non autem in ſecundo, vt vnuſquiſq; vir prudens conijcere poteſt, nam hæc ſententia ab his excellentiſsimis Philoſophis promulgata, de iudicio multorum in hoc quippè ſenſu intelligi, alioquin, ſi literaliter, & in ſecundo sēſu recepta eſſet, ipſi non mererentur dici, & appellari veri Philoſophi, ſed Philoſophaſtri, & inſani, eò quia cunctis ſanè mentis iudicatur falſa, fabuloſa, & impoſſibilis, vt pet optimè animaduertit D. Auguſt. 10. de Ciuitate, D. Io. Chriſoſtomus, in Homelijs in Gen. Homelia 24. Clemens Alex. in Pedagogo, Boetius de conſolatione, lib. 4. D. Thomas, in expoſitione illius libri. In hoc etiam ſenſu poteſt dici, quod accepit illam Zoroaſter, in illis verbis. ἐν γὰρ ἀγγείῳ θῆρες χθονὸς οἰκήσουσι. hoc eſt: *Habitabunt .n. tuum vas beſtiæ terræ.* & hæc ſatis pro hac re.

Quom. eſt à germano ſenſu intelligēda Methēpſicoſis Pythagorica, ſecūdum ſēt. Ammonij Hermei.

D. Aug. & alij, de quibus mētionem facimus etiā in cautionib.

Poteſt igitur concludi cum Platone, & cum veritate ipſa, quod animæ brutorum diſtinguantur ab humanis, & multò magis à cœleſtibus, & dæmoniacis, & ob id, quod iſtę dicantur immortales, intellectiuę, & rationales, illę verò nequaquam, niſi in ſenſu, & modo, paulò ſupra expoſito.

Concl. veritatis.

Quod anima hominis non ſit portio animę mundi, vt perperam aſſerunt multi Platonici, & præſertim Numenius.

Sit igitur anima noſtra immortalis, & incorruptibilis, cùm illis cœleſtibus, & dæmonicis, in doctrina Platonis. Sed quoniam quoſdam interpretes non benè ponderātes dicta Præceptoris, audio clamantes, quod vtiq; eſt talis, ſed non, vt eſt diuerſa ab anima mundi, quæ ſicuti vnus eſt mūdus, vna, & vniuerſalis eſt in omnibus viuentibus, & ſic eſt immortalis, quatenus ſ. eſt portio quædam animæ totius, quæ poſt ſeparationem à corpore, abit in ſuam originem, in ſuum radicale principium. Hæc opinio videtur coincidere, cum opinione Auerrois, quæ ſicuti eſt erronea, & damnabilis, ita eſt explodenda, & tāquam talis reijcienda omninò à Platonica familia. Videamus primò, ex quibus locis Platonis eliciunt iſti hāc falſam poſitionem, & quibus rationibus poſſit iure propulſari.

Animā noſtrā portionem eſſe animę mundi, dicunt quidam nō legitimi Platonici.

Opin. Auer. & Numenij coinciduot.

Ex tribus Platonis dictis (aſſertore Ficino in lib. primo Plotini) elicitur hæc poſitio à nonnullis non legitimis interpretibus. ſ. quod anima noſtra ſit portio animæ mūdanæ, & præſertim à Numenio, ex Philebo primo, vbi videtur innuere, quod ſicuti corpora noſtra mundani corporis sūt portiones, ita animę noſtrę animæ vniuerſalis mundi. Secundò, ex lib. de Republica, & ex Timæo, necnon ex Phædro, in quibus locis, animas noſtras totius mūdi circuitus ſequi, aſſerit, & deinde mores, & fortunas aſſequi, probat: ex Phędro tertiò, in quo etiam, animam noſtram totius inanimati curam habere, determinat, & ex veriſimilitudine adiungitur, quod homines in mundo geniti, debeant vitam à mundo ſortiri, vt portionem à ſuo toto. Hæc ſententia ex his ſanè locis Platonis deſumitur, & videtur cū impia, ac fatua Auerrois poſitione, coincidere: ſolum in hoc iſta ab illa differre videtur, quod licet iſta animas

In Plot. de dubijs animæ lib. 1.

Ex tribus locis Plat. eruitur hæc falſa poſit.

Tria loca, ex quibus poſitio elicitur in via Plat.

Differ poſition Auer. & Numen.

mas noſtras velit, animæ vniuerſalis mũdanæ portiones, nihilominus in tribus vehiculis vitam agere aſſerit, priuſquam ad illam, tanquam ad vniuerſale principium, reducatur. Auerroës è cõtra, partiales has viuendi rationes, poſt ſeparationem à ſuo mixto eiuſdem animæ omninò ſuſtulit, parum tamen hæc ab illa diſcrepare videtur, ſed vtraq; adeò falſa tenenda eſt, vt nihil magis impiè, nihil ineptius in Philoſophia dici poſſit.

Quom. cõueniant, & diſcrepent Numen. & Auer. i hac falſa poſit.

Hæc opinio, vt talis, ſic redarguitur à Ficino, in argumento lib. 1. de dubijs animæ, in hoc contrariam Plotini ſentẽtiam, ſequente, Præſtantior eſt forma, quam materia, & totum partibus, igitur ſi datur totũ materiale, admittitur etiã formale totum, itèm ſi totum ex partibus datur, ſic totum ex totis, cum ergo mundus ſit totum, abſolutiſſimum equidem, & formale totum eſt, & totum ex totis, nõ erit autem talis, niſi multa ſint in eo, non ſolum differentia formis, ſicuti in arbore, ſed etiam ſecundum exiſtentiam diſiunctæ, & actionibus ſegregatæ. Ex hac ratione pulcherrima reſultat hæc euaſio, quod oportet, mundum hunc eſſe re vera totum ex rebus totis, quales ſunt animæ noſtræ, & nõ ſolum hoc eius perfectio requirit, ſed etiã exemplaris imitatio poſtulat.

Rationes hãc deſtruẽtes poſit.

Prima ratio contra hãc poſit.

Præterea, vbi perfectiores ſũt partes, perfectius eſt ipſum totum, partes verò perfectiores ſunt, quæ exiſtentiam propriam, propriumq; habent officium, ſic igitur, & totum magis formale erit, vbi partes magis ſunt formales, hæ verò illæ formales magis, vbi magis formis, atq; exiſtentijs, atq; ſubſtantijs, & actionibus diſtinguuntur, ad hoc autem, vt totum ſit verè vnum, ſatis profectò facit ordo cunctorũ vnus ab vno pariter ad vnum.

Secunda ratio contra ſtatuam poſitionem.

Ex his apparet non eſſe probabile, hanc mundi machinam vnicam duntaxat habere animam, ſed probabilius eſſe plures animas præter mundanam, & vniuerſalem.

Ex hoc itidem, noſtram animam eſſe ab illa mundana ſubſtantia differentẽ, conijci poteſt, quoniam ipſa proprium, ac liberum poſſidet arbitrium, ſiue arbitrij motum. Alioquin ſi pars vniuerſalis animæ eſſet, ſubito totius impetu raperetur, neq; foret diſcurſus, & conſilij compos, neq; aberrare poſſet, quandoquidem anima mundi errare non poteſt.

Tertia ratio cõtra eãdem poſitionem.

Prçterea animas noſtras facere portiones animç totius mundi, eſt admittere maximum abſurdum .ſ. quod anima mea ſit anima mundi, & tua pari modo, illa n. diuidi nequit in varias portiones, ſed tota indiuidua, & eadem eſt protſus, vbiq; hæc, & cõſimiles rationes eliciũtur ex Ficino, Plotinum ſectante, contra falſam Numenij opinionem, & aliorum, qui hanc iniquè amplexati ſunt pro viribus, non bene fundamenta Platonis põderantes, eò quod perperam eadem, & intellexerunt, & ineptè pronunciarunt.

Quarta ratio confirmans.

Ad fundamenta, quibus innituntur argumenta, adducta pro hac concluſione .ſ. quod anima noſtra ſit animæ mundi portio, dicendum eſt, quod haud omninò negari poteſt; nam eſt re vera talis; ſed tamen non in illo ſenſu, in quo videntur ipſi aſſumere fundamenta Platonis, & primò ad illam ſimilitudinẽ adductã in Philebo. Reſpondendum eſt, quod ſicuti corpus eſt pars mundani corporis in vniuerſitate corporum; ſic anima in vniuerſitate animarum, at corpus eſt huiuſmodi, quatenus numerò ab alijs corporibus eſt diſtinctum, ſic à ſimili, anima eſt pars animæ, quatenus numero differt ab alijs animabus, & præcipuè ab anima mundi. Et in hoc ſenſu intelligitur hęc ſimilitudo a Ficino, & ab alijs Neotericis, ipſũ in hac Philoſophia ſequentib⁹.

Interpres ſenſus Plat. in tribus ſuperioribus locis.

Ad primũ argumentum.

Quod prætèrea adductum fuerat, animas noſtras ſequi circuitum vniuerſi, & mores perinde ducere, ac inde partes nullo modo ſignificare poteſt; animas noſtras eſſe partes; cum ipſa poſſit ex ſe naturaq; propria; locorum, aquarum, & aeris multa cœlitus imminentia propulſare, nam habitatio, & vrbana conſuetudo,

Alia ratio pro diluenda poſitione i. ſecũda.

do,

do, complexionesq; corporum cœleſtibus reſiſtunt influxibus, & qua ratione è illa re vera, qua libertate arbitrij prædita ſunt.

Tertia ratio proinde repellenda.

Præterea ſi admittimus, nos incluſos in vniuerſo, habere aliquid à mundi vniuerſali anima vitæ, & à cœleſti circuitu pati, poſſumus etiam aſſerere, contra animam noſtram alteram eſſe, his omnibus reſiſtentem, ipſaq; reſiſtentia, ſe ſe alteram manifeſtè monſtrantẽ, quod eſt penitus abſurdum dicere.

Quarta ratio.

Ad illud, quod adducitur, nos intra mundum genitos eſſe. Reſpondemus ſimili modo, in aluo materno, fœtum aliã habere animam, quam maternam.

Quinta ratio efficaciſſima.

Ad id, quod ex Phædro aſſumptum eſt pro fundamento huiuſce prauæ opinionis, dicendum eſt, oẽm animam inanimati curam habere, & id affirmare nõ eſt incõueniens: nam quid aliud corporis naturam gubernat, format, ordinat, & facit, niſi anima? neq; dicendum eſt hanc quidem naturaliter id facere poſſe, illam verò minimè, quia ſubdit; perfecta igitur exiſtẽs anima ipſa, hoc eſt vniuerſi, elata ſublimius, neq; immerſa, ſed, vt ita dixerim, ſupernatans agit mundũ: ſic & quęcũq; perfecta, ſimiliter diſpẽſabit.

Ratio alia non leuis.

Præterea, vbi Plato animam noſtram fractis pennis, quaſi ruentem inducit, euidentiſſimè eandem animam eſſe ab anima mundi diuerſam præſeferre videtur, & ob id non eſſe portionem eiuſdem.

Ratio alia pulcherrima.

Demum Platonis ſenſum, ſecus ſe habere, quam ſentiat Numenius, cum cæteris eundem in hac opinione ſequentibus in Timæo potiſſimum, liquet, vbi anima mundi, iã à ſũmo Opifice facta, deinceps aliæ suboriuntur ex eodem Cratere, hoc ex eadem Idea; differentiamq; illarum per ſecundos, tertioſq; gradus aſſignat; prout nos ſupra latiſſimè monſtrauimus, igitur has differentes ab illa producit iã factã, quam quidem minimè diuidere patet, dum alias ab ea, tempore, latitudine, ſubſtantia, & gradu diſtãtes procreat ſummus rerum Opifex.

Ratio alia, quæ eſt fundam. aliarũ.

Sed quid eſt circa hanc euerſionem immorandum? cum ipſe Plato pluries, & pluribus in locis, animabus, iam à corporibus ſeparatis, aſſignet receptacula? (quod latiſſimè videbimus infra) nam ſi eſſet portio animæ vniuerſalis, & in ipſam noſtra ſeiuncta abiret, ſuperfluum vtiq; eſſet aſſignare eiſdem loca poſt corporis obitum, ſint igitur animæ plures, nec ſint portiones mundanæ, ſecundum veritatẽ in doctrina noſtri Philoſophi, & ſic valeat Numenius, & cum eo tenentes eiuſdem falſam opinionem.

Quod anima ſit genita in via Platonis, & qua ſpecie generat. enucleatur.

Anima eſt genita, & qua ſpecie generat.

IN Philoſophia Academicorum, non eſt, qui negare audeat, animæ generationem, ſed omnes vnanimi conſenſu, pari voto, & vno ore fatentur, ſed qua ſpecie generationis ſit genita, non benè conueniunt. Videamus igitur varias horum ſententias, circa hãc genituram, ſed prius videamus, quomodo prima facie apparcat in dictis Platonis, manifeſta contradictio, & eandem componamus.

Contrad. in dictis Plat. in Phædro, necnon etiã in Timæo.

Plato in Phædro, animam aſſerit eſſe ingenitam, & demonſtrat: & cauſam demonſtrationis deſumit à Diuina eiuſdẽ conditione. In Timæo verò, de animę generatione, ſatis abundè diſcurrit, adeò quod celeberrimus Philoſophus, nõ videtur ſibi ipſi ſatis conſtare, ſed manifeſtè cõtradicere, at ſi verba eiuſdem rectè perpendantur, vtrunq; affirmari poteſt, in doctrina præclariſſimi viri, & ab incõſtantiæ nota optimè vindicari. quod ſit ſecundum vnam intentionem ingenita, ſecundum aliam verò genita.

Solutio cõtradict. & defenſio Plat.

Ioannes Grammaticus, cognomento Philoponus, hanc contradictionem apparentem nititur compeſcere, dicendo, quod anima à mente ſola ratione diſtinguitur, vnde, quatenus conſideratur, vt eſt à corpore abiuncta, dicitur mens, & intellectus, quatenus verò eſt coniuncta appellatur anima, quo ad primum ſenſum.

Io. Philop. nititur contradict. in dictis Plat. cõciliare, in diſp contra Proclum.

ſum.

ſum eſt ingenita, quo ad ſecundum eſt genita; hęc eſt ſententia Philoponi lata, in diſputationibus contra Proclum.

Opin. Philoponi reijcitur tāquam mendax.

Sed pace iſtius viri doctiſſimi, hęc diſtinctio nō ſoluit contradictionē in Platonis, ſecūdum quod rectè ſentiunt omnes, in eius doctrina nō mediocriter verſati: quod triplici ratione oſtēdi poteſt, & primò, quoniam anima nō ſolum ratione, ſed re diſtinguitur à mente; ſecundò, quoniam loquens Plato in Timæo de animæ generatione, non reſpexit ad coniunctionem eiuſdem cum corpore, ſed ad naturam præciſam animæ; tertiò, quoniam in Phędro non mentem, quam vbiq; ſtatuit immobilem, ſed ſe mouentem animam ex eo, quia ſe mouet, aſſeruit ingenitam.

Quid dicendum circa hanc contradictionem.

Quid igitur eſt dicendum circa hanc in dictis Platonis manifeſtam contradictionem? cum Platonici varias de hac re ſententias adducant. Dicunt quidam iudicio ſeniores, quod hæc conſpicua contradictio pendet ex æquiuocatione termini generationis; vnde dicendum eſt prius, quot modis dicatur generatio in hac via, vel quot modis aliquid dicatur eſſe genitum, & quo horum modorū anima intelligatur genita.

Quatuor modis geni tū ſumitur in doct. Platon. ſecundū Proclum in Timæo.

Quatuor modis, ſecundum Procli doctrinam in Platone obſeruatam, dicitur aliquid eſſe genitum. Primum eſt illud omne, quod in tempore generatur, & in tempore habet eſſendi principium, ſicuti ſumus nos omnes, quo ad corpus, & cuncta pariter alia ex elementis compoſita in hac ſublunari regione, quæ in diē generari videmus, antequam enim nos eſſemus, tempus erat, & geniti ſumus in tempore.

Secundum.

Secundum ſignificatum geniti poteſt eſſe omne illud, quod generabile eſt ſui natura, etiam ſi nunquam generetur, de quo varia, & multa finxere Poetę, de quo hic agere non eſt conducibile.

Tertiū gen. ſignif.

Tertium geniti ſignificatū, eſt omne illud, quod ab alia prouenit cauſa, non in tempore, ſed in æternitate æui, prout dicunt excellentiſſimi, Mundum animalem productum eſſe ab ipſo Bono, & quęcunq; alia ab ipſo emanantia.

Quartum gen. ſignif.

Quartum demum geniti ſignificatum eſt omne id, quod eſt compoſitum ex rebus quibuſuis alijs. Vt animæ dicitur eſſe compoſita ex eſsētia indiuiſibili, diuiſibiliq; ſtatu, & motu (vt infrà videbimus) & in hoc ſenſu dicitur vtiq; genita anima, & etiam in ſuperiori, non autem in primo, neq; in ſecundo.

Abſolutio contradictionis in dictis Platon.

Vnde pro abſoluēda contradictione in verbis Platonis, poſſumus dicere Animam ingenitam in Phædro generatione temporali, genitam verò in Timæo in hac poſteriori ſignificatione (quod etiam vberius ad hoc, vt veritas magis eluceſcat, in proceſſu videbimus.) Quod quidem, vt Plato excuſetur, prout iure excuſari poteſt, & defendi ab omni errore, quē tibi impingere poſsēt, parum in eius ſublimi doctrina verſati, ſic pergimus declarare quibuſdā iactis fundamentis.

Eſt igitur animaduertendum, quod cum omnium entium multiplex ſit natura, in quatuor gradus diſtinguenda ſunt (prout iure diſtinxere veteres quidam Platonici, vt Seuerus, Albinus, Dercilides, & alij.) Alia .n. dicuntur verè Entia, & ſunt intelligibilia .i. omnia ea, quæ ſupra animam ſunt; in ſecundo gradu ſunt ea, quæ nō verè ſunt entia, propterea quod debilius quoddam habent eſſe ab illis prioribus; & tale eſt omne animarum genus. In tertio gradu ſunt ea, quę ſunt non verè non entia, & ſunt omnia ſenſibilia. Poſtremò loco ſunt ea, quæ ſunt verè non entia, & hæc eſt materia prima, de entibus perfectis loquendo.

Entia in 4. gradus diſtinguūtur, à vetuſtis Platon.

Diſtinctiō notab.

Hi quatuor gradus reducūtur ad 3. a Proclo.

Hæc omnia his quatuor gradibus determinata, à vetuſtis Platonis interpretibus ad tres dumtaxat gradus reducuntur à Proclo, ita ut in primo gradu reponantur ea, quæ verè ſunt entia, quæ ſemper eodem modo ſe habent. In ſecundo gradu verò reponitur contrarium genus, ſcilicet rerum entium, quæ non verè ſūt entia, hoc eſt aliquando quidem ſunt, ali-

aliquando autem non ſunt, vt omnia ſublunaria, quæ in cõtinuo fluxu ſunt, omnia .ſ. mixta, & ex elementis compoſita. In tertiò, & poſtremò gradu demum reponuntur ea entia, quę media nuncupãtur à Proclo, & ſunt iſta, Anima, Mundus, & Tempus. Vnde, quando apud Platonicos legimus media entia ſimpliciter, & abſq; alia adiunctione, debemus hæc tria intelligere. Non .n. pro medijs entibus intelligit Plato, & Platonici, quemadmodum Ariſt. intelligebat .ſ. q͛d tria entium genera ſint, Theologicum ſupremum, Phyſicum infimum, & Mathematicum medium, ſub quo omnia Mathematica cõprehenduntur, quę multiplicia ſunt: nõ debemus (inquam) media entia Platonica, quę tria illa sũt, pro Ariſtotelicis intelligere .i. pro Mathematicis, etenim sũt longè inter ſe diſcrepantia, diſſidentia etiam, ſi Proclus in Commentario ſuo, quem in primum lib. Euclidis ſcripſit, & Simplicius in Proœmio de anima, conati ſunt, Mathematica præſertim, Geometrica, & Arithmetica, reducere quaſi in animę ſubſtãtiam, ſed debemus hæc tria intelligere, quę etiam iure dicuntur talia, &c.

Quæ ſunt media entia ſecundum Proclum.

Ariſt. 6. & 8. Metaph.

Proclus in Euclide.

His igitur entium gradibus determinatis videamus, de quibus hoc nomen genitum dicatur, hoc nomen nunquam a Platone ipſo entibus primi gradus tribuitur, & ratio eſt; quoniam illa intelligibilia entia nullo modo genita dici poſſunt, quoniam sũt entia, quę ſemper eodem modo ſunt, omni generatione carẽtia, prout in Timæo aſſerit Plato, & nos latiùs vidimus in lib. de mundi ortu, ſecundum eius vitam. Entibus verò, quę non verè dicuntur entia, cum modo ſint, modo nõ, vt ſublunaria, & mixta elemẽtata vtiq; hoc nomen genitum maxima ratione tribuitur, quoniam modo generantur, & mox corrumpuntur, & ex vnius corruptione fit alterius generatio.

Entia intelligib. non poſſunt dici genita.

Entia ſublunaria iure dicũtur genita.

Medijs etiam entibus .ſ. animæ, mundo, & tempori, hoc nomen iure tribuitur, ſed diuerſa ratione, nõ quemadmodum entibus corruptibilibus, quod facilè in doctrina Platonis ita declaratur. Vocat ſæpè Plato mũdum genitum, igitur omnia in eo ſunt genita, tempus genitum, animamq; genitam; & quæ eſt ratio generationis horum entium? hæc eſt (inquit Proclus in Timæum) propterea, quod, quæcunq; dicuntur entia, habent in ſe tria .ſ. ſubſtantiam, potentiam, & actionem, nihil enim eſt, quod dici poſſit ens, quod hæc tria non habeat. Cum autem dico ſubſtantiam, exprimere volo id, quod gręcè dicitur οὐσία, hoc eſt, primum prædicamentum Ariſt. (prout vertũt eiuſdẽ Philoſophi interpretes.) Nono Metaphyſices verò, Vſia, illi eſt omne id, quod eſt inter ea, quæ ſunt, connumerãtur reliqua omnia nouem prędicamenta, quæ ex conſenſu omniũ communi, ſunt accidẽtia, nihilominus ab Ariſt. appellantur hac voce, Vſia, itaut Vſiæ illi ſint omnia decẽ prædicamenta. Apud Platonicos autem, Vſia, eſt omnis eſſentia, ſiue ea ſit ſubſtantia, ſiue ſit accidẽs, atq; cum Platonici dicunt omnia entia, habent vnam potentiam, & actionem, intelligunt tam de ſubſtantia, quàm de accidentibus, accidentia .n. quęcunque illa ſint, habent ſuam Vſiam, ſuam potẽtiam, & ſuam actionem in hac via.

Media entia quæ.

Habent omnia tria in ſe ip.

9. Metaph. omnia prædic. dicũtur Vſia.

Iam ſuper æquum infera habent hæc tria.

Hac diſtincta re, declaremus entia media, vt ſunt participãtia, & ſunt inter ea, quæ verè ſunt entia, & quæ non ſunt verè entia .i. inter incorporea, & diuina, & corporea, & mortalia. Incorporea, & diuina, & ſecundum ſubſtantiam, & ſecundum potentiam, & ſecũdum actionem, ſunt ingenita: ex aduerſo corporea, & mortalia, & ſecundum ſubſtantiam, & ſecundum potentiam, & ſecũdum actionem, ſunt genita. Media verò, partim genita, partim verò ingenita dicuntur, ſed varia ratione. Anima enim eſt ingenita omninò ſecundum ſubſtantiam, ſecundum verò potentiam, & actionem eſt genita; Tempus eſt ingenitum è contra, ſecundum actionem, ſecundum ſubſtantiam verò eſt genitum, quoniam eſt

Declaratio entium, quę media nuncupantur, & alia abſolutio contradictionis.

motus menſura, quæ eſt mobilis actio. Mundus eſt ingenitus ſecundũ ſubſtantiam, ſecundum actionem verò eſt genitus. Anima igitur à primò ad vltimum eſt ingenita, quo ad ſubſtantiam, quo verò ad reliqua duo eſt genita.

Quem anima ſit ingenita, & genita reſpectu diuer.

Pulcherrima harmonia, quæ reſultat ex his medijs entibus.

Pulcherrima harmonia exoriri conſpicitur in his medijs entibus, & re vera admirabilis, dum mundum, qui corpus eſt ſui natura corruptibile, dicimus ſecundum eſſentiam tale, ſecũdum tamen opinionem Plotini, & aſſeclarum (vt vberrimè dictum eſt lib. de mundi ortu in via Plat.) ſed ſecundum actionem .ſ. ſecundum motum circularem cœli perpetuum, itaut anima, & ipſe mundus contraponantur; propterea quod mundus habet (vt dixi) eſſentiam corruptibilem, motum verò, & actionem perpetuam. Anima è cõtrario habet eſſentiam æternam, qua conuenit cum ſempiternis entibus, motum autem, & actionem temporaneam, & corruptibilem, modo .n. diſcurrit, modo non diſcurrit, tẽpus verò dependet à motu ipſius cœli; cœlum autem, cum corpus ſit, & mundi pars, & cum ab eo dependeat, eſt corruptibile, neq; videtur habere eſſentiam illam ſubſiſtentem per ſe, nec videtur ſui natura poſſe dici vel æternum, vel nõ æternum, atq; ideò, ſicut habet dependentiam ab alio, ſic habet etiam eſſentiam.

Quem. cœlum, & anima in his diſcrep. & conuenlũt.

Alia conciliatio côtradict.

Anima igitur, ſicuti eſſentia dicitur æterna hac ratione, ita dicitur iure ingenita à Plat. in Phædro, vt verò potentia, & actione corruptibilis dicitur, & non iniuria genita in Timæo, & ſic contradictio conſpicua, in dictis Platonis omninò tollitur, & ſic apparet ſimul, & ſemel, quæ ſit animæ ipſius generatio.

Ratio pulcherrima, quam generatio animę cognoſcitur

Poteſt dici etiam anima genita, in alio ſenſu, ſi conſideremus, quod anima eſt media quædam ſubſtantia in vniuerſo, quæ eſt primum motus principium, tamen à mente pendens, & Idea, vt primum motus principium non ſit, & ſic dicitur ingenita in Phædro, vt autem à ſua Idea habet dependentiam, dicitur genita in Timæo, quæ idea in eodem loco appellatur Patera, in qua commixtę omnes animæ ſunt.

Ratio vltima id ipſũ côfirmans.

Demum, vt eſt ſemper, & nunquam deſinit eſſe, dicitur ingenita in Phædro, vt autem ex primis rerũ principijs conſtituitur (vt proximè videbimus) dicitur genita in Timæo, adeo quod ſemper, & genita, & ingenita dicitur, ſed diuerſa ratione, & reſpectu diuerſorum actuum .ſ. primi, & ſecundi.

Pulchra dubit. & condi. ſolutio de anima, & mẽte.

Sed vna ſe offert, nõ leuis difficultas, & eſt iſta. Si anima ratione, qua dependet, dicitur genita, quare & mens non dicitur genita, cum a Deo dicatur & ipſa dependere? Ratio eſſe poteſt, ſecundum illos Platonicos, qui Deum exiſtimant eſſe mentem, quoniam animæ, poſt ipſã immediatè ſequuntur, & ob id dependére ab illa, illam verò non ab alio, ſe eminentiore, cum ſuprema ſit, & ob hoc non poſſe dici genitã, ſed melius dici poteſt, cum alijs, ponentibus mentium participatarũ multitudinem poſt primam imparticipatam, quia mentes ſolum ſunt, ſed non fiunt, animę verò & ſunt, & fiũt, vt diximus.

Animæ generatio eſt myſtica non realis.

Hæc eſt igitur animæ generatio, quæ potiùs debet dici myſtica, quàm realis, cum rationibus innitatur, tùm dependẽtiæ à mente, & idea, tùm à compoſitione eiuſdem, ex ſuis principijs (vt proximè videbimus) nõ autem à deſcenſu ad corpus, quoniam vllo modo dici poteſt illa generatio, ſed potiùs inſinuatio (vt etiã ſuo loco patebit.) Digreſſus verò à corpore, dicitur in hac doctrina animæ regeneratio, de qua latiſſimè itidem infrà agemus.

Magis pia opinio pro hac poſitione, & magis vera.

Sed pro concluſione, melius dici poteſt ſecundum illos Platonicos, qui, Platonem cognouiſſe mundi ortum per nouam creationem factam, affirmant, & nõ myſticam, quod itidem in exordio ipſi mundi, anima habuit initium & ipſa, nam ſi mundum vniuerſum, & materiam ipſam credidiſſe putant, quare & animam cum ipſo non credidit per talem

pro-

productionē productam? Si igitur producta eſt taliter, ſicuti omnia producta ſunt, non debet dici genita metaphoricè (vt ſuperiores concludunt expoſitiones.) Sed nunquid immediatè à Deo producta eſt veluti mundus totus? Reſpondetur, quod Plato videtur declinare in hāc ſententiam, quod ſit producta poſt ipſum, ab alijs mentibus, à materia actu, & poteſtate abiunctis .ſ. à Dijs minoribus, quos noſtrates Angelos (vt oſtenſum eſt ſuo loco) appellant; ſed hæc aſſertio, vt falſa reprobatur, & iure à noſtris. Dixi poſt ipſum, quoniā aliqui volūt, ipſum renuiſſe creationem vniuerſalem, & non ſolum animarum, ſed omniū rerum, quæ in mundo ſunt, & præſertim noſtrarum, quæ paulatim, ſecundū quod generantur, & organizantur corpora, in ipſis infundantur, & quod hęc creatio ſit ſecuta, in cœlo poſt creationem aliarū mentiū, & tota ſimul, & numero ſtellarū determinato, æquali animarū reſerata, adeò quod nec plures, nec pauciores eſſe poſſint vſq; ad cōſummationem, quæ debet ſequi poſt multa tempora illius ſęculi, ſed hæ aſſertiones reijciuntur tanquam mendaces, eò quia fuerunt potiſſimæ cauſæ errorum Origeneſtarum, & aliorum Hæreticorum, qui has falſas, & inanes fabellas ſecuti ſunt (vt alibi fuſiùs videbimus) loca, ex quibus iſtæ eliciuntur concluſiones, ſunt clara in Timæo, & alibi, & præſertim in oratione illa ad Cœlicolas, ſumma maieſtate, & poteſtate habita, quā hic referre, ſuperuacaneum eſſe putamus. Iam ad ipſius animæ compoſitionem accedamus.

Dubitatio inſignis Reſp. eiuſdem.

Poſtrema, & abſolutiſſima conciliatio contradictionum.

In Timæo.

Falſa poſitio. & falſitatis nota.

An anima ſit compoſita, & qua compoſitione.

Còtradictio in dictis Platon. circa cōpoſitionem animæ.

PAreſt videre modo, an in anima ſit aliqua cōpoſitio, in via Platonica. Plato in Phædro compoſitionē ab anima omninò videtur amouere, quoniam cum ſit eſſentia ſimplex, eſt ex conſequēti pænitus immixta, & omninò ab omni compoſitione aliena, nihilominus alibi videtur aliqualem compoſitionē in anima admittere, & in Philæbo præſertim. Quid igitur ad hanç etiam manifeſtam contradictionem eſt dicendum?

Nulli dubium eſt, quod quando Plato negat compoſitionem ineſſe animæ, illam intelligit, quæ cōmunis eſt omnibus corporibus, quæ dicitur compoſitio ex partibus quantitatiuis, quando verò eandem nō immunem ab omni compoſitione ſtatuit, vult intelligere eam, quę modo incorporeo poteſt competere intelligibilibus, & ſpiritualibus. Simplex eſt omninò primum verum, & bonum, ſimplex mens imparticipata, ſed nō ſicut illud primū, cuius eſt proles, ſed aliqualiter reſpectu eiuſdem compoſita, non tamen ſicut anima, quæ magis diſtat ab ipſo; quantò magis entia accedunt ad primum eò ſimpliciora iudicantur, & meritò, quātò magis ab eodem recedūt, & compoſitiora cenſentur, & iure. Anima igitur, quę in tertio gradu eſt poſita, & cęteræ animę aliorum graduum, vſq; ad noſtram, aliquali compoſitione putātur eſſe prēditę: at videamus, quibus modis, & qua ratione dicatur compoſita.

Anima quo modo eſt cōpoſita, & quomodo non.

Doctrina, maximè obſeruanda.

Sicuti iudicauimus, in eadem reperiri rerum initia .ſ. eſſentiam, idem, alterū, ſtatū, & motum, numeros, & numeroſos concentus, quibus eandem harmoniam eſſe ſtatuimus, initia figurarum Mathematicarum .ſ. circulationem, triangulū: itidem initia motionum, ita ex his, tanquam ex partibus iudicamus eandem cōpoſitam, cū Platone, & aſſeclis: & quoniam *ſimile ſimili cognoſcitur*, iuxta vulgatū illud Platonicum, idcircò his compoſitionibus anima non modo cuncta dicitur ligare, ſed cuncta cognoſcere .ſ. eſſentias omnes, numeros omnes, concentus, figuras, & motus tandem omnes in vniuerſo exiſtentes. Quare re vera anima dicitur hac compoſitionis ſpecie cōpoſita, ſiue his quinq; compoſitionum ſpeciebus. Ariſt. etiam non abhorruit, animæ aſſignare compoſitionem .ſ. ex

Quæ compoſitio inſit animæ.

Ariſt. 1. de anima admittit quādam cōpoſit. animæ.

varijs potentijs, ex intellectu agente, & poſſibili, & ex non eſſe, & eſſe, ſed exactius Plato eius naturam cõſiderans, copioſiore modo, animã eſſe compoſitam ob rationes in ea poſitas, & ob diuerſa genera, & principia, quæ in ipſa cõſiderantur, ſtatuit. Sit igitur anima tali cõpoſitione compoſita, in doctrina Philoſophi iſtius præſtantiſſimi.

Quæ ſit conditio, & ſtatus animæ, antequam corpori copuletur.

ANimam eſſe, antequã corpori fatali ſorte inſinuetur, neq; qui eum ſequuntur interpretes, negare videntur, quinimò & affirmare, & approbare eos liquidò patet. In Phædone explicitis his verbis cõſpicuè fatetur: *Dictum eſt .n. animam noſtram, ita eſſe alicubi, prius etiam, quàm laberetur in corpus, vt illa ipſius eſſentia habeat eius, quod verum eſt, cognomentum*. Itidem pro hac confirmatione ſic 10. de legibus admittit Plato animam ante corpus fuiſſe, his verbis: *Animam ante corpus factam fuiſſe, corpus autem ſecũdum, & poſt ipſam animam natum, & quidẽ conſentanea ratione*. In Phędone itidem, & Menone, quod iã tactum eſt, eiuſdem immortalitatem oſtendendo, hoc idem expreſsè deducit ex reminiſcẽtia, in corpore earum rerum, quarum notitiam extra calluerat. In Phædro circulationem eius enarrat, & regreſſum ad idem, hoc eſt ad locũ, à quo profecta eſt, antequam corpori liberetur, & eiuſdẽ tranſmigrationem in beſtias, & rurſus à beſtijs in hominem reditum innuit. In Timæo copulationem immortalis naturæ, mortali, corporeæq; expreſsè protulit. Sed quæ ſit eius viuendi conditio firma, & conſtans, non ſatis videtur conſpicuè declarare Plato, & ſuę doctrinæ ſectatores, propterea quod, in varias diuiſi Academias, ſiue ſectas multiplices, & inconſtantes, & prorſus à verò alienas, protulere ſententias. Sex Academiæ, ſecundum Ficinum, vel octo ſecundum alios, poſt Platonis obitum fuere (ſi ſcriptoribus fide dignis, fidem adhibere volumus) quarum prima ſub Zenocrate floruit: ſecunda ſub Carneade: tertia ſub Archeſila: quarta ſub Ammonio Sacco Alexandrino: quinta ſub Magno Plotino, qui licet & ipſe Aegyptius fuerit, attamen Romam veniens, ibi Platonicam eſt profeſſus publicè doctrinam, vnde Academiam aperuit: ſexta tandem ſub Proclo Dyadocho natione, & origine Lycio.

Ex his Academicorum ſectis, aliſ animarum tranſmigrationes, & circuitus myſticas eſſe putarũt, & à verborum expreſſione oĩnò alienas, & ſunt quatuor, primæ tres Atticæ, & Aegyptia, reliquæ verò duę, prout ſonãt verba, prorſus intelligunt, & eas exponunt. Alij ex his etiam volunt, quod ſicuti dantur gradus animarum determinati rationaliũ, quod etiam earum ſit numerus certus in æternitate degens vitam. Alij verò magis piè ſentientes nequaquam hoc admittunt, ſed in diem earum productionem approbant.

Nos igitur quid dicemus in tam manifeſta Academicorum diſſidẽtia? facilè forſan ab his ambagibus, nõ ipſos liberabimus, ſi fatebimur cum Hermia has animarum tranſmigrationes, & reſtitutiones, de quibus in Phædro, & alibi loquitur Plato, eſſe ab eo gratia diſputationis, & exempli propoſitas.

Gradus vtiq; determinatos eſſe dicimus (vt iam ſuo loco tactum eſt) numerumq; cõpletum earum admittimus, ſed de illarum æternitate à parte ante, non ſic facilè determinabimus, niſi diſtinctione præmiſſa, & eſt, quod in familia Platonica (vt ſatis abundè dictũ eſt lib. de mundi ortu ad aures Platonis) alij non admittunt mundi realem productionem, temporariam, ſed ſolum dependentiæ, quem cauſatiuam appellant, alij autem & admittunt, & eandem pro viribus nituntur probare, primi æternas animas, & numerum indeterminatum cum mundo

Verba text. Quom. ſe habeat anima extra corpus.

10. de legib.

In Phædone.

In Phædro.

In Timæo.

Sex Academiæ Platonicæ, vel octo, ſecundum alios ſ. Iacobus Mas lib. compar.

Marſilius in Theologia Platon.

Variæ Academ. opin. circa animarũ exiſt. ante corpus.

Hermiæ opin. non reprobata.

Quid ſit dicendũ circa æternitatem animarum ante corp. informa.

Controuerſia circa animarum cõditionẽ, ante corpora conciliata.

do ponunt, ſecundi verò minimè, quoniam totius productionem, preterquam materiæ primæ admittunt, igitur datur partium itidem productio, & quoniam animæ ſunt mundi potiſſimæ partes, idcircò hanc productionem admittere debemus.ſ. totalem in exordio mundi. Accipiamus igitur ipſam, & dicamus etiam cum recentioribus Platonicis, quod iſ æ in illo ortu ex Cratere, ſiue Patera, quæ denotat rationalis vitę Idęam, determinatoq; certo nu nero pro lierc, à parte, poſt æternæ, à ſũm o Opifice, ſiue (vt alij volunt) à ſecundis Dijs genitæ, & per ſydera cœli diſtributę, & quoniam ſunt diuerſæ cõditionis, & naturę, prout diuerſi ſunt earum gradus (vt viſum eſt) idcircò diuerſis ſyderibus eiuſdem conditionis accommoditæ. Nonnullæ nuncupantur Martiales, nonnullæ Iouiales, & nõnullę Apollineę, ac Venereę, & ſic de ſingulis, & propterea ad illa corpora fatali ſorte deſcendant, quæ proprio, familiariq; temperamento reſpondent. Videbimus infra, quo modo deſcendant per ſignum Cancri, & aſcendant per Capricornum, & quomodo hoc intelligatur; ſed prius ratio poſtulat declarare, quomodo extra corpus proprijs functionib. vtantur, antequam ad ipſa corpora, ad quæ ſunt procliues naturaliter, accedãt.

Animarũ ortus, ſecũdũ melioꝛs Platonicos.

[illegible]imæ va[illegible] . ſecun[illegible] condi[illegible] ſel[illegible]

Quas functiones valeat anima exercere, antequam deſcendat ad corpora informanda, in doctrina Plat.

Quomodo aia vtatur potentijs extra corpus.

ANima, antequam corpori copuletur, ſen bus prędita, ad ipſum, ad quod habet procliuitatem, naturali ſorte deſcendere debet, & in eius ſenſiterijs, ſẽſationes exercere; Sed quomodo in ea dicuntur eſſe ſenſus, cum careat ſeorſum à corpore eorum inſtrumentis? Reſpondetur, quod ſenſus animę ſeparatæ, dicuntur ſenſus intellectuales, quibus dicitur videre, audire, & omnes operationes tandem ſenſus exercere. Sed nunquid facit hoc anima ſua ſubſtantia? Reſpondetur, quod facit per ſuum vehiculum æternum, & hoc per totum vehiculum. Quid ſit vehiculum animę, & quotuplex ſit in hac via, infra latè videbimus. Sed vtrũ ne hoc vehiculo vnquã in corpore? Reſpõdetur, quod vtiq; & hoc mediantibus purgatiuis virtutibus, ſapientia .ſ. & prudentia, quibus mediantibus (inquam) cœleſtẽ nedũ audit harmoniam, loquitur cum Dęmonibus, quod eueniſſe Pythagorę, & Mercurio Termaximo, grauiſſimi teſtantur auctores, illum vehiculũ dicitur à Platone in Phędro animę Currus, quò ipſa in mundo ętherco rebus intelligibilibus vacare dicitur.

Myſtica Theologia, ſecundum Aegyptios.

Iuſta & vera reſpon.

In Phędro iud. quid animæ currus æqui, & auriga.

Sed quęnam ſunt hęc intelligibilia, & diuina, quibus dicitur vacare anima extra corpus? nulli dubium eſt, quod eſt ſubſtãtia diuina, quam intellectu intuetur, & ſpeculatur, & hoc abſq; ratiocinatione, & diſcurſu, cum ſemper habeat obiectũ pręſens, & ob id nõ dicitur etiam ibi indigere potentia memoratiua, nec reminiſcẽtia, cum ſine tempore procedat circa illum, quę in tempore haud extare dicitur, ſic optimè dicit Auditor Platonis in lib. ſecretioris partis diuinę ſapiẽtię, ſecundum Aegyptios.

Quibus dicitur vacare animã extra corpus.

Poteſt etiam ibi, vt huiuſmodi, plura ſimul hac de cauſa perſpicere, vt non vnum poſt aliud, dicatur capere, quia tũc diceretur pollere reminiſcentiam. Diſcurrit igitur ibi anima diſcurſu non trãſitiuo, non cogitatiuo, ſed intellectiuo, diſcernit principium medium, & finem, non medio temporaneo, ſed medio ordinatio, ſiue non tempore, ſed ordine.

Modus, quo vtitur anima in ſpeculando extra corpus.

Neq; ibi anima vllam dicitur pati alterationem, quoniam illic eſt pura, & abſtracta ab omnibus, cognoſcit ſubſtãtiam propriam, & totam vnica ſcientia, & hoc propter vnionem ſuam, ſiquidem tunc ipſa, & res, & intellectus, ſunt vnũ quoddam in hac vnione.

Quem vtitur intelligibili.

Hæc eſt conditio animæ à ſua cauſa, à ſuo principio pendentis, quæ Deorum voluptate dicitur in cœlo frui, vbi creata fuit, vt dicebat Iamblicus de myſterijs

Ae-

De myſte. Aegypt. lib. 1. c. 7.

Aeg'ptiorum, fruitur voluptate Deorũ in Patria .i. cibis vtitur intelligibilibus, ſiue intelligentia cibatur; hic viueret antena, in ſempiternum Beata, niſi haberet naturalem propẽſionem ad ipſa corpora (vt diximus) quæ inclinatio, ex hoc dicitur pendere, quoniam ſupera pro ſua facultate, ſua munera alijs impartiri diuina voluntate cogitur.

Sed quoniam tetig mus ſupra, quod anima non valet ſuas exercere functiones, niſi mediante vehiculo æthereo, idcircò cõducibile putò eſſe declarare, quid ſit hoc vehiculum, & quibus al js prędita dicatur anima in doctrina Platonis.

Quibus vehiculis vtatur anima ſecũdum placita Platonis, & Plat.

Circa hoc igitur e ſciendum, quod anima eſt media quædam natura, inter intelligibilia, & æterna, & inter mortalia, & caduca, vnde quaſi Orizon, ſiue terminus eorum appellatur iure à Plotino, vt puta, eſt ingenita, vt participat naturam æternorum, eſt genita, vt comprehẽdit naturam mortalium, eſt indiuiſibilis ratione eſſentiæ; diuiſibilis quo ad potẽtias, ſiue quo ad functiones; eſt immortalis, & æterna cũ æternis; eſt in tempore, vt eſt initium temporis, ſiue tangit naturam earum rerum, quę in tẽpore degunt; eſt tãdem ab omni corpore immunis, quatenus eſt particeps naturę æternorum, vt autẽ cõnectitur corpori, dicitur corporea, non tamen ſui natura, ſed conditione accidentali, quatenus .ſ. erga corpora affecta eſt, cum quibus habet conſortium, & ad quæ dicitur eſſe procliuis naturali inſtinctu. Sed quænam ſunt iſta corpora, ad quæ inclinata anima deſcenditẽ varia, prout varia modo à mente deſtinata ſpectantur.

Doct. Plot. obſeruãda.

Quom anima appellatur Orizon à Plot.

Vehicula animæ tria, ſecundum Plat. & Plat.

Hæc corpora, quæ ei neceſſariò aſſignant, Plato, & Platonici omnes, dicuntur vehicula, & nuncupantur hoc nomine, quoniam ſunt quodammodo currus ipſius animæ, quibus vtitur ad ſuas functiones agendas, & ſunt numero tria, prout determinatè cõſpicitur penes Platonem, & interpretes.

In Timæo. Primũ animæ vehiculum dicitur æthereum.

Primũ, quod eſt ei familiariſſimum cęterorũ, dicitur vehiculum æthereum, vel igneum, & ſumitur à Plat. aliquãdo pro ſtella, quæ præcisè animæ deſtinata eſt, nam ab eo nomine vehiculi nuncupatur in Timæo, ſed magis propria ſignificatione ſumitur pro ſpiritu quodam cœleſti, cum quo anima deſcendit, ſiue quo ipſa obuelatur, dum ad mortalem mundum accedit ad corpora informãda, qđ quidem radijs ſtellę aſſimilari volũt Platonici, & ob id dicebat Præceptor, animam ex lęthæo campo ad generationem aſcendere, tanquam ſtellam. Vehiculum igitur illud, diffinitiuè dicitur eſſe ſpiritus fœcundiſſimus, perſpicuus, & rotundus, ad inſtar ſyderis fulgidi, qui tamen puritate, & impuritate diſtinguitur, prout diuerſa eſt animæ conditio ad diuerſa corpora informanda. Vnde puriſſimis dicuntur animę ſphærarum vti vehiculis minus puris, quam animæ Dæmonum, ſiue Dæmones ipſi vtantur, qui vehiculis itidem vtuntur adhuc impurioribus animæ noſtræ vtuntur. Quomodo per hoc vehiculum, anima omnia ſenſuũ munera obeat, vidimus ſupra. Hoc vehiculum induſit animæ rationales, irrationales autẽ nequaquam, cum non ſint veræ animæ, ſed animarum imagines.

10 de Rep.

Diffin. vehiculi ætherei, & eius declaratio.

Animæ brutorum carẽt vehiculo, & quare.

Secundum animæ vehiculum æthereum.

Poſt hec, aliud ſequitur vehiculum, quod ſpiritoſum dici poteſt, cum quo anima iungitur, dum ad hunc mortalem mundum deſcendit, & in craſſum corpus recipitur, & hoc nil aliud eſt, niſi ſanguis quidam tenuis, purus, per noſtra corpora diffuſus, & quoniam huiuſmodi ſpiritus, inſequitur cõditionem temperamẽti corporis noſtri, idcircò ratione prædominij, modò aquei, modò ignei, modò aerei appellantur, & hæc vehicula dicũtur confici ex elementorũ ſphæris à Dijs ſecundis. Per hæc vehicula aliquando anima conſpicitur, & ipſa, deſcendens ad inferos, ſui demeriti dat pęnas (vt ſu

Quid ſit hoc ſecundum vehic.

loco latè videbimus) & hoc ſecundo animæ ſphærarum non indigent, ſed ſolummodo noſtræ, cum quibus .ſ. primò, & ſecundò ita coniunctæ ſunt, vt nonnulli animam ipſam à vehiculis nõ diſtinguãt, vt Galenus, & cæteri eius ſequaces, non autem Ariſt. prout falsò putauit Cicero, qui perperam eius ſententiam intellexit.

Hinc allocinatur Galenus, & tota Medic. ſchola, ponens animam in ſanguine.

Tertium tandem faciunt animæ vehiculum, quod eſt terrenũ, & feciosſum, & hoc eſt corpus caducum, & mortale, quod quidẽ nobis competere, & beſtijs liquidò apparet, ſphæris autem nequaquam, & hoc videtur impropriè nuncupari vehiculum, dum illud, quaſi vehiculum appellat Plato in Timæo, & hoc ab eodem, & ab aſſeclis, cũ concarũ oſtrearum ſimilitudinẽ quodammodo gerat; Oſtreatiuum vehiculum vocatur etiam in Phædro, à Plotino autem, & à cæteris modo animæ ſepulchrum, modo ergaſtulum dicitur, necnon vinculum, ſpelũcha, & antrum. In his anima habitat, ſed diuerſo modo, nam in Oſtreaceo per tempus exiguum vitam ducit infælicem, in aereo per multa ſæcula, in ętherco autem, ſiue igneo per omnia.

Tertiũ vehiculum.

Corpus noſtrũ eſt terrenum vehiculũ, quod oſtreaceum nuncup.

Habitatio animæ in vehiculis.

Hæc ſunt vehicula animarum, cum quibus viuere, & in quibus habitare natura, vel ſorte eis datum eſt (vt volunt Plato, & Platonici) nec alia reperiuntur, præter iſta, dicat quicquid vult Simplicius in proęmio de anima, qui quidem his tribus quartum adiungit. ſ. imaginatiuum, quinimò & quintum, nempè ſenſitiuum, quoniam nos illa reijcimus, & ſolum tria ſtatuimus, cum vniuerſa Platonicorum caterua. Nam ad quid multiplicare entia ſine neceſſitate? cum hæc tria ſufficiant, & ab ipſis officia imaginationis, & ſenſuum, poſſint expleri? valeat igitur Simplicius, & tria dumtaxat ſint vehicula in hac doctrina. Sed quoniam mentionem fecimus vehiculi oſtreacei, quod quidem eſt corpus elementare, ſed feciosſum; inquirendum eſt, qua de cauſa, anima deſcendat ad illud informandum, mouendum, & regendum, cũ probabili⁹ ſit, quod melius ſe habeat anima in vehiculo æthereo, & in cæteris, quam in iſto, quod potiùs nuncupari poteſt carcer laborioſus, & pondus graue, quã mãſio deliciarum, videndũ eſt (inquam) qua de cauſa anima, quæ fælix viuit in patria, ad hanc miſeriam, ſe fatali ſorte conducat.

In proęmio de anima allocinatur Simplic. Quartũ adiungens vehiculum.

Vi. e P'ccolomin. Præcept.

Quare anima deſcendat ad vehicula Oſtreacea, ſiue ad corpora caduca, & corruptibilia.

QVæ verò ſint cauſę, quibus anima hac propẽſione, eidẽ diuinitus tradita, ad hæc inferiora corpora in diem deſcendat, non eſt in ſchola Platonica vnica opinio, & ſententia. Nam Plato videtur velle, hoc ei accidere fatali ſorte, propter crimen in patria commiſſum, & eum ſequuntur inſigniores eius ſequaces, vt Plotinus, Porphyrius, Iamblicus, & alij; exaduersò quidam alij videntur velle, quod hic deſcenſus accidat animæ, tanquam & mundo, & eidem ex volũtate diuina neceſſarius, has cauſas, ſed potiores, adducemus ordine, vt vnuſquiſq; iudicet poſtea, quid ſit circa hanc poſitionem ſentiendum.

Quare anima deſcendat ad hæc corpora.

Plato in Phædro ſuam fert ſententiã his verbis: *Regula, ſiue lex Adraſtiæ hoc eſt ineuitabilis numinis, eſt talis, vt quæcunq; anima, Deum comitata aliquid verorum inſpexerit, ea vſq; ad circuitũ alium ſit indemnis, & ſi ſemper hoc facere queat, ſit ſemper illeſa: ſi verò impotens aſſequendi, non inſpexerit, & caſu aliquo vſa, repletaq; obliuione, & prauitate grauetur, grauata pennas confregerit, in terramq; ceciderit, tunc prohibet lex hanc in prima generatione, in aliquam brutalem ire naturam*: Ex his ſanè verbis conſtat, quod mẽs Platonis eſt, quod anima ſuo defectu, ſua prauitate, in hęc inferiora ad pœnas luendas deſcendat.

Verba tex. in Phædro pro diſcenſu animę ad corpus inform.

In Menone expreſsè dicit, quod naturali propenſione anima concitatur ad deſcenſum in corpora, ex eiuſdem errore in patria commiſſo, & ex hoc vult, qđ

Hæc poſitio in Menone confirm.

à ſuo

à ſuo nobili principio, & loco recedat, necnon corpori iungatur ad pęnas itidē dandas, & hic error, ibi antiqua animæ miſeria nūcupatur, vnde hęc habet verba eo loci. *Quicunq; .n. pœnas antiquæ miſeriæ iam dederit, is illam ad ſupernū Solem nouo anno rurſus animam reddit.* Quod anima propter peccatum deſcendat in corpus, eidemq; copuletur, ex hoc facilè cōijcitur, quoniam cum maximo eius conatu deſcendit, hinc eſt, quod tonitrua, & terræ motus præcedunt, & eorum deſcenſum concomitantur cœli, terręq; trāſmutationes, quæ ſigna iudicātur, futuræ eiuſdem miſeriæ, nam cum mortali corpore inſinuatur, viliq; materiæ ſungitur, ac in corporis fabrica occupatur, iure dicitur deguſtare vndam fluminis amelitæ .i. negligentiæ, cum diuina negligit, quibus tātopere delectabatur in patria, & hoc inſtāti temporis, quæ moratur in corpore, dicitur dormire in lethæo cāpo, hoc eſt obliuionis, quoniam earum eſt oblita rerum, quarū notitiam apud ſuperos habuerat: hinc, quādo cōtemplationi vacat ſic merſa, & aliquid contemplādo nobile intuetur, reſipiſcit, & reminiſcitur. Tandem, dum in corporis ergaſtulo per eius infimas facultates verſatur, miſeram ducit vitā, & quodammodo ex nitido ſydere fit obſcura, & ex maxima minima redditur, ex ſapiētiſſima inſipientiſſima, & poſtremò, ex libera ſerua, & veluti mortua, in ſepulchro vitæ mortalis, vſq; dum iterum receptis alijs, diſrupto cortice ad inſtar Bombicis egrediatur, & ob id cœlum iterum, à quo diſceſſit, lętabunda illicò petat, & ibi per infinita ſęcula permaneat. Hæc eſt conditio animæ, dum ad hæc corpora informanda, & regenda, diuina deſtinatur voluntate, quæ eius miſeriam cunctis præſeferre videtur.

Miſeria animæ, dū corpori merſa, eſt.

Poetica vernina declarātur circa hoc.

Corpus animæ dicitur eiuſdem ergaſtulū, ſepulchrum, &c.

Alij in familia Platonica non ignobiles Philoſophi, volunt, quod hoc eueniat animæ, non pręciſè propter peccatum eius, vel aliud malum in patria commiſſum, ſed propter alias cauſas, & rationes, quę videntur eſſe non ad animę miſeriam depromptę, ſed ad mundi totius decus, & ornamentum. Auctor myſticę Philoſophię, ſecūdum Aegyptios, ſiue ſit Ariſt. ſiue alius auditor, alias adducit cauſas deſcēſus animarū. Dicit primò lib. 7. cap. 1. quod hęc nobilis ſubſtātia in mundo ſuperno creata, illum derelinquit, & ad hunc deſcendit, vt formet, & regat hęc corpora, & hoc ſibi lucrum eſſe dicit, quoniam poſtquam refectis alis, ad illum iterum petit, vt naturam boni, & mali, quam experimento didicit, optimè calleat, quam alioquin nō perfectè ſciret, ſi huc hac de cauſa non acceſſiſſet.

Cauſæ deſcenſus animæ, ſecundū alios interpretes.

Pulcherrima ſpeculatio.

Lib. 7. c. 1.

Ratio 1.

Itidem ſi anima in ſupernis ſemper degeret, eius virtutes ſemper etiā ignotę, & inexplicabiles remanerent, mundusq; intelligibilis, & archetypus, hac ratione remaneret ignotus, necnon eius Opifex, & Auctor, diuina veneratione, & laudibus priuaretur, quod tam admirabile, & inſigne opificium fruſtra produxiſſet. Hinc propter hoc opus, perfectè abſolutum, & pulcherrimum, ſui auctoris veram bonitatem, & omnipotentiam addiſcunt, & eandem admirantur, cęteraq; eius opera in eo, magno venerātur affectu, & magna pietate colūt, & tandē ſimul, & ſemel, faber vniuerſi, qui vnicus eſt, verus, & bonus, cum his, quę ſolus produxit, remanet laudibus iure decoratus.

Alia ratio deſcenſus ipſius animæ noſtræ admiranda.

Ratio 3. nobiliſſima.

Cum iſto conſentit Plotinus, pręcipuus in hac familia Philoſophus, qui lib. 8. Enead. quartę, expreſsè per naturalem inſtinctum, affectumq; animam in corpus deſcendere aſſerit, ideò voluntate itidem naturali, inſtinctum concomitante inſuper, & hac de cauſa electione, & neceſſitate, à diuina pendente determinatione, quę huc venire animas ab ęterno ſtatuit, vt vniuerſum perinde ornatiſſimum ſpectaretur, ac etiā ad hoc, vt vires exercitarentur inferiores, & mali peritiā, non ignoraret, quā doctrinam ab antiquis Empedoclis, & Heracliti ſen-

Lib. 8. 4. Enead.

Ratio Plotini coincidit cū ſuperiorib. & cum antiquis Empedocle, & Heraclito.

ſententijs, minimè diſſentire fatetur.

Porphyrius de animæ aſcenſu, & deſcenſu.

Porphyrius dicit, quod *eramus nos intellectuales, & adhuc ſumus, eſſentia pura ab omni ſenſu, naturaq; irrationali viuentes, & quod copulati ſumus naturæ ſenſibili, tùm per impotentiam æternæ connunctionis ad intelligibile noſtrum, tùm per potentiam ad inferiora vergentem, adeò quod, per primum, neceſſitate huc venimus, & inſtinctu per ſecūdum volūtate, & electione:* ſubinfert, quod *cùm anima in ipſo intelligibili, haud perſeueret, ſimilis terræ, iam deprauatæ, efficitur, quæ cū triticū ſepè ſuſceperit, reddit lolium, idq; per quandam prauitatem eidem accidere, concludit; vnde ex hoc innuere videtur, deſcenſum iſtum, propter peccatū extra corpus perpetratum, ab ea fieri.* Hęc Porphyrius de animę aſcenſu, & deſcenſu.

Proclus lib. de anima, & Dæm.

Proclus lib. de anima, & Dęmone, hoc idem videtur aſtruere, dicens, quod *Malum animam a diuinis ſeiunxit, à quibus intelligentia poteſtate, atq; puritate implebatur,* vnde, deſcēſum ei accidere neceſſitate naturali, & inſtinctu, concludit.

Rationes Neotheric. circa deſcē. ſum animę. Li. 16. Theolog. Plat.

Deſcendit tandem anima ad hęc corpora informanda, & regenda, dicunt Neotherici Platonici, & pręſertim Ficin⁹, lib. 16. vt ſingulorum cognitionem habeat, quam primò ſenſibus, vndiq, circa ſenſibilia laborantibus, ſibi comparare videtur, quarum imagines, ab ipſis depromptæ phantaſiam ſuā virtute finxit, & ſeruat memoriter, quo fit, vt breui tēpore phantaſia ipſa ſingularum fermè rerum, ſingulis plena ſit formis: hinc ratio prouocata primò ſpecies vniuerſales parit, per quas illa ſimplici intuitu communes concipit motiones; Mox verò ex hoc recto intuitu iam ab actu, intelligēdi in ſpeciem intelligibilem, & per hanc in ſimulachrum ſe reflectit, vnde ex hoc actu, & modo intelligendi à ſenſibilibus ad intelligibilia, & à ſingularibus ad vniuerſalia proficit anima.

Ratio 1. ex Ficino.

Ex his poſtea hoc bonū reſultat, quod ſingulares formę rerum, cum vniuerſalibus formis concilientur, dum accipit à phantaſia ſingula, & à mēte communia, & in vnum congregat vtraq;, & ſicuti in nobis mortalia cùm immortalibus copulantur, ſic huiuſmodi ratione, temporalia ſimulachra ſpeciebus iunguntur ęternis, quod niſi in mūdo efficeretur, alicubi remaneret formarū ſeries interrupta, fieri autem nequiret (dicit Ficinus) niſi rationalis terreno cōiungeretur corpori.

Ratio alia de mēte Ficini.

Pro hoc deſcenſu ratio præclara.

Ex hoc poſtea, hæc alia ſequuntur, quod diuinus radius, & eiuſdem formulæ in ipſum Deum reflectuntur, radius (inquam) Idearū pleniſſimus, ſequitur, qđ in ipſa ex hoc deſcenſu, & coniūctione anima fiat beatior, & eſt ratio præclara, quoniam in corpore, dum miſerias experiri valet, dum mundanis agitatur procellis, auidius affectat aſcenſum in Deū, quo adepto, intentiſſimè ei adhæret, & dulciſſimè eo fruitur, quod exemplo probatur. Sicuti, qui ingenio hebetior ſit, corpore tamē validus, & ſtrenu⁹, quanti ſit faciēda corporis bona valetudo, ignorat: ſi poſtea quandoq (vt accidit) ægrotat, habitumq; reaſſumit, comparatione pretiū ſanitatis agnoſcit, qua recuperata, iterum ſuauius perfruitur, hęc Ficinus loco ſupracitato.

Anima auidius affectat beatitudinē post diſceſſum à corp.

Rat. Ficini comprobantur auctor. Plot. & Porphyr.

Iſtæ rationes optimè comprobantur, auctoritate Plotini, & Porphyrij diſcipuli, locis ſupracit. q animā (aiūt) ſępius mala hęc expertā, tandem ſolutam oīnò hæreri parenti, nunquā ad hæc vlterius redituram. Et hoc forſan ipſe Deus inſtituit (ſubiūgit Ficinus) quod ſicut diuina gaudia ſuperioribus mentium gradibus natura obtingit, ita ordine noſtro inferiori accidat laboribus eadem cōparare.

Hæ, & ſimiles rationes afferuntur à Platone, & Platonicis pro animæ deſcēſu in hæc corruptibilia corpora (dimiſſis innumeris alijs, quæ poſſent afferri, & quæ breuitatis gratia, nūc à nobis omittuntur.) Reſtat videre breuiter, per quas vias deſcendat ad hæc corpora.

Per quas vias anima è cęlo deſcendat, ad corpus caducum informandum, & regendum.

HIs cauſis deſcenſus animæ declaratis, videndum eſt, per quas vias, ſiue partes cœli iter ſibi ad hunc deſcenſum, & ad hanc copulationem, ad corpora paret, necnon per quam corporis partem ad hęc accedat informanda, ſiue per quam ingrediatur.

Per quæ ſigna cœli deſcendat, & aſcendat anima.

Communiter tenetur, anima deſcendere ad corpus, per ſignum Capricornij, & ratio eſt, quoniam Cancer dicitur eſſe Lunæ domicilium, quæ inferiorum generationi præeſt. Capricornus autem dicitur eſſe Saturni domicilium, qui contemplationi pręeſt, per quã ipſa anima in cœlum eleuatur, præterea dicitur deſcendere per Cancrum, quoniam Cancer, ſuo retrogrado motu, ſignificat regreſſum à perfectione ad deteriorẽ lapſum; dicitur aſcendere per Capricornũ, quoniam eſt animal, quod ſua natura, & cornu ſuperna petit. Deſcendit igitur, & ad corpus accedit, quod ſibi ſorte informandum deſtinatum eſt, quod quidẽ antequã anima illud ingrediatur, debet eſſe perfectè organizatũ, & completum, quæ organizatio fit, ſecundum communem Philoſophorum, & Medicorũ ſententiam, in ſpatium dierum quatuor, & quadraginta; plus, vel minus, maſculorum, & fœminarum habita ratione.

Ratio 1. ex Proclo.

2. ratio ex eodem.

Per quod ingreditur anima corpus.

Ingreditur anima ipsũ per punctum cordis medium, quod eſt ipſius corporis centrum, inde per vniuerſa membra ſe fundit, mediante innato calore, per calorem autem ſpiritibus iungitur, & mediantibus ſpiritibus, humoribus inhæret. Per idẽ morbo graui laborans corpus egreditur anima, nam ad idem cor ſe, tanquam ad medium centrum, colligit, refluitq; ad ipſum, atq; ipſum deſerit, ſupernam petens regionem.

Quam corporis partem, tanquam propriam ſedem, occupet anima præſertim illud informando.

SEd quamnam ſedem occupat in corpore præcipuè? & quomodo, quaue ratione dicitur ipſum informare? informat ipſum, non tanquam forma informans educta de potentia materiæ, ſicut cæteræ formæ naturales, quæ adeò immerſæ ſunt eidem materię, vt ab ea ſeparatæ intereant; informat, tanquam ſubſtantia nobiliſſima, deforis accedens, & perficiens ipsũ corpus, & poſtea eo vtitur tanquam inſtrumento, in quo nobiliſſimas exercet potentias, & hic modus informationis, iure cõpetit immortali, diuinæq; ſubſtãtiæ, informat ipſum (nunquam) per quandam vim, quæ dicitur non ſolum forma ipſius corporis, ſed actus perficiens ipſum corpus, quo poſtea ita formato, vtitur, ſicut Artifex ſuis inſtrumentis, & hac ratione Plato in Alcibiade primo dicebat hominem eſſe animã rationalem; corpus verò ſimplex eius inſtrumẽtum, adeò quod principaliter denominatio humanæ ſpeciei fit ab ipſa anima; tanquam à nobiliori, non autem à corpore, quod eſt ipſius organum. Sic igitur corpus informando, in illud dicitur vitam, quaſi actum effundere, qui actus vitalis; in via Platonicã, eſt tanquam Idolum, & imago animæ; ab ipſa diſtincta, ab ea tamen dependens in productione, & conſeruatione, in via autem Peripathetica dicitur idem eſſe actus, & anima ipſa, prout rectè diffinitur ab Ariſtot. adeò quod actus in vtraq; via diuerſimodè intelligitur.

Modus quo anima deſcendens informat corpus.

Alcib. 1.

Ariſt. 1 de anima eſt actus corp. phyſici &c.

Vbinam recipiatur anima in corpore, tanquam in ſua ſede, iam dicamus, hoc eſt, in qua præcisè parte corporis. Non recipitur anima in aliqua corporis parte, ſicuti alia corpora recipiuntur in ſuis circunſtantibus corporibus, ſicut aqua in vaſe, nam cum ſit ſubſtantia merè ſpiritualis, & diuina, cui non competit occupare locum, ideò, propriè loquendo, non conuenit ei ſedes hac ratione, neq; etiam vt formæ corporis, informantes ab ipſo pendentes, ſed per quandam denominationem; & per quandam ſimilitudinem eidem ſedes tribuitur, vnde po-

Animæ nõ competit propriè ſedes in corpore. & quomodo.

Qui ſedes ſit in anima ſed per ſimilitud. teſt in hoc ſenſu primò dici ſedes animæ vehiculum æthereum, ſecundò ſpiritoſũ, tertiò Oſtreaceum, ordine tamen conuenienti ſeruato.

Vide Galenum de vſu partium. Sed cum Oſtreaceum vehiculum habeat partes multas ad inuicem differentes. ſ. ſitu, complexione, figura, & officio; videndum eſt, in qua potiori parte anima dicatur eſſe ſita, vel quam præcipuè videatur occupare, ad ſuum munus ritè obeundum. Plato animæ nõ vnam aſſignauit ſedẽ, licet ſit vna, & tota in toto, necnon tota in qualibet parte; ſed quia varias (& non abſq; ratione) conſiderauit facultates, ideò varios etiã his facultatibus aſſignauit ſitus. Animæ rationali, & ſenſibus eidem famulantibus, aſſignauit caput, & cerebrum, facultati iraſcibili cor, concupiſcibili iecur, in qua re minimè diſcrepat à ſententia Pythagoræ, & Hippocratis, prout duobus in locis videtur aſſerere in Republica .ſ. & in Timæo, in quo hæc habet verba pro veritate confirmanda, & ſua ſententiã ferenda. *Poſtea* (inquit) *ferens in ea hoc eſt medulla, quæ pro cerebro etiam non immeritò vſurpatur, animarum genera alligauit.* & paucis interiectis verbis, dixit: *& illam medullæ partem, in quam velut agrum quendam ſemen diuinum iaciendũ erat, globoſam, & vndiq; terreſtrem finxit* ἐγκέφαλον, hoc eſt cerebrum, idcircò voluit appellari, quia vnoquoq; animali, deniq; abſoluto, vaſculum cerebri capax, caput vocandum erat, quod græcè κεφαλαῖον, nuncupatur. *Quod autem reliquas mortales animæ vires, comprehenſurum erat, rotundis ſimul, oblongiſq; figuris ornauit, totã medullam voluit nominari, atq; ex his, quaſi quibuſdam anchoris iaciens totius animæ vincula, circa illas iam vniuerſum noſtrũ corpus abſoluit, oſſiumq; textura extrinſecus eas fulciuit.* Hæc in Timæo Plato protulit verba. Ex quibus ſanè conſtare videtur, ipſum præſertim animã in medulla cerebri collocaſſe, quod quidem cerebrum, & pars medullæ eſſe, & medullæ nomine nuncupari poſſe, non abhorruit fateri, licet Ariſt. lib. 2. de partibus animalium cap. 6. hoc nomen medullæ, parum conueniens cerebro exiſtimauerit.

Verba met. in Tim. pro hac veritate.

Plato animam collocauit in cerebro, quod appellatur alibi Arc. Mineruæ.

De partib. animal. c. 6.

Itidem de capite dixit: *Caput eſt habitaculũ rei diuiniſſimæ, & ſacratiſſimæ, hoc eſt animæ rationalis, quæ ibi habet ſedem, tanquam in Arca Mineruæ:* illud inſuper appellat habitaculum animæ immortalis, pectus verò mortalis, at anima nulla (dicam ego) eſt immortalis, præter rationalem, & intellectualem (quod iam probatum eſt) igitur in cerebro habitat principaliter, tãquam in ſuo ſitu proprio, ſecundum Philoſophi noſtri mentem, licet etiam in alijs partibus corporis, & præſertim in corde, & hepate exiſtat, ſecũdũ originem, & virtutem, quam quidẽ diffundit per vniuerſa corporis membra.

Anima eſt principaliter in cereb. ſecundũ Platon. mentẽ.

De diuerſis animæ potẽtijs, quas exercet anima iam in corpore exiſtens, ſecundum ſententiam Platonis, & Platonicorum.

IAm anima in corpore exiſtens, varias in eo potẽtias exercere valet, idcircò de his agere modo ſit munus noſtrum, ſecundum Platonis doctrinam, qui quidem multas, & cognoſcitiuę, & appetitiuæ animæ excogitauit, non eaſdem tamẽ ordine certo, & methodo ſtatuit, ſed de eiſdẽ hinc inde, quaſi obiter, pertractauit, vt in Theæteto, in Menone, & alijs, & quod ipſe non fecit quidam eiuſdem interpretes, & præſertim Alcynous ordinauit, Alcynous igitur, qui ſua dogmata in compendium redegit, vt in eiuſdem doctrina ſatis verſatus, eaſdem ex varijs Dialogis collegit, & tali ordine diſpoſuit. Primò igitur ponit ſenſum, communiter tamen conſideratum, qui eſt paſſio animæ per corpus, primò nuncians potentiam patientem, nam ſenſus ipſi ſunt, qui omnium ſpecies obiectorum, tanquam nuncij, ad interiores potentias deferunt, hinc iure ipſius animæ nuncij dicuntur, qui nume-

Animæ potẽtiæ in via Plat.

In Theæt. & Menone.

De doctrina Plat.

Quinq; ſenſus admittunt Plat. & Peripathet. 7. autē Stoici, ſed perperam in Theæteto.

ro quinq; ſunt tùm Platonicis, tùm Peripatheticis, & ſecundū veritatem, non autem ſeptem, vt falsò putarunt Stoici, qui quinq; cognitis, viſui .ſ. auditui, olfactui, guſtui, & tandem tactui, duos alios adiunxerunt.ſ.ſenſum famis, & ſitis, necnon membrorum genitalium penis, & matricis, &c. quinq; enumerat Plato in Theæteto, & non plures, & quinq; Ariſt. in hoc nequaquam à Præceptore diſcors. Hæc eſt illa potentia ſenſitiua, quę omnium animę potentiarū eſt ignobiliſſima, quam, non eſſe ſcientiam, in Theæteto demonſtrat, quoniam eius iudicium fallax, & deceptorium eſſe, in Phædone pronunciat, de qua infra abūdè à nobis agendum eſt.

2. de anima.

Huius animæ potētia rum ignobiliſſ.

Potētia memoratiua.

Poſt hanc ſenſitiuam potentiam, de qua Plato in ſupra allegatis locis obiter agit, aliam ponit Alcynous, quam memoratiuam appellat, nam poſtquam in animā ipſam, per ſenſuū organā ſpecies delatæ ſunt, ac ibi impreſſæ permanent, illa firma, ac indelebilis permanſio, & cōſeruatio dicitur memoratiua, ſiue memoria, & theſaurus ſpecierum, & quemadmodum ex ſenſibili fit ſēſus ſenſatio, ita à ſenſu, memoria dicitur naſci, quatenus.ſ.eas, quas ſibi detulit, ſpecies cōſeruat.

Potētia opinatiua natura, & ortus.

A memoria opinio dicitur emanare, quæ eſt alia potentia, & ipſa nobilior, & dicitur eſſe eiuſdem memoriæ, ſenſuſq; complexio quędam, & eſt ratio, quoniā, quando aliquid in memoria iam receptum rurſus nobis obijcitur, memoriam præcedentem cum ſenſu ſequente componimus, & illud memoratum iam ſuo nomine appellamus, equum.ſ. leonem, ignem, &c. ex hac igitur compoſitione hæc potentia, quę opinio, ſiue opinatiua dicitur, ortum habet.

Hęc potētia opinatiua eſt duplex, .ſ. vera, & falſa.

Sed hāc potentiā, geminā eſſe, oſtendit Plato (Alcinoo aſſertore) quod hoc modo probatur, quando occurrit, quod ea, quę ad inuicem colliguntur, ſæpè veritati conſona exiſtant, hinc reſultat, qđ illa colligatio, ſiue compoſitio, quæ oritur, iure dicatur opinio vera, falſa autem è contrario, vt puta, quando ad inuicem ſunt diſſonantia, exemplo declarat Alcynous hoc modo. Si quis, dum ſpeciē alicuius, vt puta Socratis, in memoria retinet, Platonemque oſtendat, atque ob quandam ſimilitudinem, putat ipſum eſſe Socratem, ſtatim opinio falſa reſultat, quoniam collecta ad inuicem, diſſona veritati exiſtit, dum intimius ea perſpiciuntur, vt dum poſtea iterum Socratem intueatur, ſibi obuio occurſu aduenientem, nam facta cōparatione vtriuſq; abſētis, nempè, cuius effigiem in memoria ſeruat, & præſentis, cuius ſpeciem in ſenſum recēter cadit, ſtatim reſipiſcit, & iure errorem iam commiſiſſe aduertit.

Quomodo cognoſcatur iſtæ potētię, exemplo declarat.

Quid phantaſia in via Plat.

Ex hac iam opinione, per ſenſum, & memoriam, cōcepta, anima cogitatione refingens in hæc reſpicit, velut in illa, à quibus iſta proceſſerunt, myſticā quandam picturā appellat Plato, & proprio nomine phantaſiam.

Quid cogitatio, & ſermo.

Diſcurſum verò, ſiue ratiocinium, qđ anima cogitando agit, ipſius ad ſe ipſam cogitationem vocat, ipſius verò cogitationis effluxum per os factum, cum literata voce ſermonem, qui nō dicitur animæ potentia, ſed potius illius potentię interioris inſtrumentum dici poteſt.

Intellectus, ſiue potentia intellectiua.

Tandem has ſequitur potētias intellectio, quę eſt operatio ipſius intellect⁹, prima tamen intelligibilia ſpeculans, & hæc potentia conſideratur a Platone à corpore abiuncta, & eidem coniuncta; primò, antequam anima deſcendat ad corpus; ſecundò, quando eſt iam eidem copulata; primo modo conſiderata, hęc nobiliſſima potētia ſolūmodò intelligibilia ſpeculatur, & intuetur (vt ſupra fuſiſſimè dictum eſt) quando locuti ſumus de functionibus animæ extra corpus, ſecundo verò non ſic; prima dicitur abſolutè intellectio, & propriè; ſecunda nequaquam, ſed pro intellectione, potius naturalis intelligentia nuncupatur, ſiue intellectio animæ ſubiecta, & iſtæ in doctrina Platonis dicuntur eſſe animæ ip-

Diff. intell. abiuncti. & coniuncti.

ſius

ſius potentiæ cognitiuæ, prout per compendium tractauit Alcynous de mente Præceptoris, appetitiuæ verò tres aliç ênumerantur communiter à Platonicis, voluntas nempè, iraſcendi vis, & concupiſcendi facultas, de quibus paulò infra aliquid breuiter dicemus.

Potentiæ animæ, de quibus in Menone tractatur.

Quid mens & eius functio. NEothericì Platonici aliã potentiarum animę videntur adducere diuiſionem, & alium earundem concludere numerum, & ordinem, vt patet in argumento Ficini in Menone, itaut primò ponant vim animæ excellentiſſimã, quæ mens dicitur, cuius functio eſt perpetua veritatis contemplatio; ſecundò ponũt rationem, cuius actio eſt veritatis inueſtigatio; *Quid phantaſia, & cuius officiũ.* tertiò phantaſiã, cuius munus eſt collectio eorum, quæ ſenſus animæ nuncij, eidem porrigunt, & has iure cognitiuas appellant, ſicut appetitiuas voluntatem, cuius actus eſt appetere, quæ mens, & ratio porrigit. *Quid iraſcibilis, & quid cõcupiſcib.* Iraſcibilẽ, cuius proprium eſt aggredi ea, quæ ratio, & phantaſia proponit. Concupiſcibilem, cuius officium eſt addiſcere, quæ phantaſia, ſenſuſq; obijciunt. Hęc Ficinus in argumento in Menone, ſed de his latiùs in proceſſu patebit, cum ordinem, & numerũ eorum deſcribemus, quibus vtitur Proclus in Commentario Timęi, qui quidem eſt re vera admirãdus, cum melius cęteris hoc negotium potentiarum animæ tractet, & abſoluat; quæ à Platone ipſo tractantur circa has potentias, ab ipſo ſparſim, & obiter pluribus in locis tractantur, & pręſertim in Republica, in Sophiſta, in Menone, in Theæteto, & alibi, vt ſupra tactum eſt.

Ordo potentiarum animæ, quem Proclus ſeruat, in Commentario Timæi.

PRoclus igitur pulcherrimo vtitur ordine, certoque numero has cognitiuas potentias recenſere videtur. Nulli dubium eſt, quod potentiæ animæ ſunt plures, quam vna, nam quod plures ſint, ſenſus ipſi liquidò demonſtrant, qui numero quinq; ſunt (vt tetigimus) ex conſenſu non ſolum Platonis ipſius, ſed etiam Ariſt. & aliorum Philoſophantiũ, præterquam Stoicorum, qui ad quinq; ſenſus notos, duos alios adiunxerunt ſẽſus .ſ. generationis, vel eorum membrorum, quæ ad ipsã ſpectãt generationem, Penis .ſ. Matricis, & huiuſmodi, quæ videntur, dicunt ipſi, habere ſenſum diuerſum ab alijs quinque. *Senſus ſeptem ſecundũ Stoicos.* Pro ſeptimo autem ſenſu enumerare videtur Orificium ſtomachi, ſenſũ .ſ. famis, & ſitis (vt etiam ſupra tetigimus obiter) ſed hac opinione omiſſa, concludamus quinq; dumtaxat eſſe ſenſus, atq; ideò plures eſſe animæ hac de cauſa potentiæ cognoſcentes, quàm vna. *Septem ſecundũ Plat. & Peri.* *Concluſio.*

Neque ſufficit numerus ſenſuum, ad probandam pluralitatem potentiarum, animæ cognoſcentium, propterea quod probatur alibi quoq; in anima nõſtra reperiri potentias, quæ cognoſcunt; cognoſcunt autem res ſibi proportionatas, vel improportionatas; cognoſcere non proportionatas, abſurdiſſimũ eſt, igitur cognoſcunt proportionatas. *Aliæ potentię cognoſc. præter ſenſum.* Res autẽ, quę poſſunt cognoſci, ſunt in duplici differentia prima diuiſione, vel .n. ſunt corporeæ, vel incorporeę, corporeæ poſſunt cognoſci, vel quo ad partes exteriores, & accidentia, vel quo ad interiores .ſ. ad ſubſtantiam, atq; ita neceſſe eſt, vt duę ſint potentię ad cognoſcẽdum has duas conditiones rerum corporearum, duę itidem neceſſarię ad cognoſcẽdas, & intus, & extra, res incorporeas. *Neceſſaria diuiſio ad cognoſcendas varias animæ potentias.*

Quatuor igitur ad minus ſunt in anima potentiæ cognoſcentes, ſecundum Platonis doctrinam, quem declarat Proclus, alijs pro nunc dimiſſis, ſed tamen præmiſſis, ſiue admiſſis, prout admittit eas Plato (vt diximus) & iſtæ ſunt Intellectio, Ratio, ſiue Ratiociniũ, ſiue Dyania, Opinio, ſiue Opinatrix, & Sẽſus ipſe. *Quatuor ſunt iſtæ potentiæ, ſecundũ Procl.*

Senſus caret ratione.

Ab hac vltimâ potentia, tãquam nobis notiore, modo incipiamus explicare eas, hoc eſt à ſenſu. Senſus hic ratione omninò ex ſe caret, hoc eſt diſcurſu, nam neq; colligit terminos, neq; eos ſeparat, non colligit (inquam) per affirmationẽ, nec ſeparat per negationẽ, quoniam hoc eſt munus propriũ opinatricis, & Dyanoiæ, ſiue ratiocinatricis potentiæ. Quod ſenſus non diſcurrat, probat Proclus ex Platonis ſententia quatuor argumentis: primum eſt, ſenſus ineſt animantibus irrationalibus cunctis, & animalia hoc nõ diſcurrunt, igitur ſenſus non diſcurrit, qui eſt veluti character, & forma ſumma vniuerſæ vitæ irrationalis. Secundum, ſenſus non obedit rationi, igitur non eſt rationis particeps, igitur non ratiocinatur, nam ſi eſſet rationis particeps, & ratiocinaretur, aliquando obediret rationi, vt faciunt duæ illæ potentiæ appetitiuæ, potentia ſ. iraſcibilis, & potentia concupiſcibilis, quę aptæ natę ſunt à natura rationi obedire, & dum obediunt, ad mediocritatẽ reduci poſſunt (vt Plato, & Ariſt. docuere) quinimmò tota ſchola Pythag. & tamen iſtæ duæ potentiæ inter irrationales enumerantur, & plerumq; à ratione ſunt alienæ, audiunt tamen aliquando rationis dictamina, & iuſſa, & actus virtuoſos, & virtutem ipſam moralem producunt, ſenſus è cõtra, etiam ſi millies à ratione audiret, quod Sol ſit maior terra, nihilominus pedalẽ illum ſemper aſpicit, neq; vnquam maiorem eſſe perſuadere ſibi permittit, nec aliter vnquam id nobis renunciat, quod eſt argumentum efficaciſſimum ad probandũ, ſenſũ non eſſe rationis capacem.

Primum argum. Quatuor argum. Proc. probat. ſenſum nõ diſcurrere.

2. argum.

3. de Rep. 1. Ethic.

Hoc probatur, exẽplo.

Tertium argumentum hoc idem probans, eſt tale. Senſus id ipſum, quod cognoſcit, neſcit, neque enim eius eſſentiam cernit, nam quid ſit album nequaquã nouit, nouit tamen eſſe album, atq; id nouit per paſſionem inſtrumẽti, & oculi, qui ad præſentiam albi coloris diſgregatur, & per eam diſgregationem, cognoſcit illum colorem eſſe album, ita vt Plato in Gorgia diffiniuit irrationalem cognitionem ex paſſione, quæ fit in inſtrumẽto, & quæ eſſentiam rei neſciat, ſed coniectet.

Plat. in Gorgia.

Quartum argumentum Procli, probans ſenſum non diſcurrere, & ob id carere ratione, eſt tale. Senſus eſt poſtremus terminus totius cognoſcentis naturæ, & eſt longiſſimè poſitus à mente, & à ratione, & eſt rerum tãtummodò externarum, & nonniſi per corporea inſtrumenta percipit, quoniam omnium contraria eueniunt ijs cognoſcentibus potẽtijs, quæ rationales dicuntur, igitur eſt irrationalis, & ob id non diſcurrit, diſcurſiua autem potentia eſt alia ab ipſo ſenſu, & eodem ſuperior, & hæc eſt potentia illa, quæ à Platone vocatur δόξα, hoc eſt opinio.

Quomodo vocatur potentia opinatiua à Plat. in 6. de Rep.

Vt autem hoc melius cognoſcatur, eſt ſciendum, in ordine rerũ eſſe accidentia, ſub accidentibus eſſe ſubſtantiam, ſubſtantiam autem eſſe compoſitam ex ſuis cauſis, materia nempè, & forma, atq; etiam a ſuis cauſis, hoc eſt cauſis extrinſecis, quæ ſunt efficiens, & finalis, atq; id in omnibus rebus accidit.

Sciendum quoq; eſt, in ordine potentiarum cognoſcẽtium eſſe hanc diſpoſitionem, vt primò loco ſit inſtrumentum ipſius ſenſus, quod ſit ſenſorium, quod quidem tantũ patitur à ſuo obiecto, neq; tamen cognoſcit ſuum obiectum, veluti oculus patitur à lumine, & à coloribus, non tamen cognoſcit oculus quid ſit lumen, aut color, atq; ita euenit, quod verum ſit illud axioma, quod paſſim vagatur apud Philoſophos, & Ariſt. præcipuè, quod ſ. excellens ſenſibile corrumpit ſenſum, hoc eſt inſtrumentum ipſius ſenſus, non autem ſenſum ipſum, qui quidem ſenſus patitur, & ipſe, ſed in patiendo cognoſcit, ſecus autem accidit de inſtrumento, cognoſcit autẽ vnuſquiſq; ſingula obiecta ſua, neq; vnus cognoſcit obiectũ alterius, vt oculus cognoſcit lumen, & colores, non autem cognoſcit ſonos, neq; ſapores, neq; odores, atq; ita

Quem ordinẽ habeant potẽtiæ cognoſcentes ad inuicem.

2. de anima.

de

de reliquis, hęc omnia obiecta ſenſibilia ſunt accidentia, nulli dubium eſt, igitur ſenſus non cognoſcit niſi accidentia.

Quæ ſit opinio, & quomodo vocatur græcè.

At quænam eſt potentia ſubſtantias cognoſcens, ſenſibilium rerum accidentibus ſuppoſitas? eſt re vera, quæ opinio, ſiue δόξα (vt diximus) à Platone nuncupatur, hæc abſq; dubio pręſtantior ipſis ſenſibus, prout ſubſtātia eſt pręſtantior ipſis accidentibus.

Quomodo probatur à Proclo opinionem ineſſe animæ.

Hanc potentiam, quæ immediatè ſequitur ſenſum, eſſe in anima noſtra ſic, vt nullo modo poſſit dubitari, hoc exēplo probatur à Proclo; ponatur hic pomum, oculus cognoſcit tantummodo, quod ſit rubeum, odoratus cognoſcit tātummodo odoris ſuauitatē, guſtus tantummodo dulcedinem, tactus cognoſcit quod politum ſit, nullus horum ſenſuum cognoſcit quod ſit pomum, attamen cognoſcimus pomum eſſe fructum conſtātem ex humore compacto à ſuæ plantæ vegetatione, & à Solis virtute prodeunte, & hunc humorem cognoſcimus eſſe materiā eiuſdem, & quod ſit ſpeciei pomi, non autē Caſtaneæ, aut Piri, at nullus ſenſus id cognoſcit, nec ſigillatim vnuſquiſq;, nec omnes ſimul igitur neceſſe eſt, vt ſit in nobis aliqua potentia, per quam cognoſcamus eſſentiā, & ſubſtantiam iſtius Pomi.

Primum argum. id probans.

Aliud argu. id ipſum probans.

Itidem alio, & clariori probatur exēplo. Oculus cernit Solem, & cernit illum, non maiorem Diametro pede vno, guſtus ſępè iudicat mel eſſe amarum, in hac cognitione nō decipitur oculus, neq; guſtus, hoc eſt inſtrumentū horum ſenſuū, propterea quod, non aliam patiūtur paſſionem, quam eam, quæ ſibi ab obiecto repreſētatur, & nihilominus hęc cognitio ſenſus ipſius falſa eſt, propterea quod Sol nō ſolum eſt maior pede vno, ſed etiā tota terra; mel autem omnibus eſt dulce, prætęrquam febricitantibus, quis ergo cognoſcit hunc errorem? non quidem oculus, qui vnum tantummodo cognoſcit ſibi proprium, ſed alia potētia præſtantior, quę cognoſcit errorem hūc, & cauſam iſtius erroris, igitur datur alia ſupra ſenſum, & talis eſt ipſa opinio, quę & viſus, & guſtus cognoſcit errorem, quem corrigit, dum cauſam illius peropportunè noſcit, & hanc re vera ſine vllo corporeo inſtrumento.

Opinio eſt potētia cognoſcēs ſupra ſenſum.

Super potētiam opinatricem collocatur præſtantior ſ. Dyania, ſiue logos .ſ. ſermo.

Super hanc potentiam opinatricē, eſt itidē alia potentia præſtantior, quę grecè dicitur λόγος, atq; etiam διάνοια, & quoniam in via Platonica, non dicitur vno modo, ideò nomē explicemus, vt melius intelligatur, de quo hic ſit ſermo. Logos primò diuiditur in duo .ſ. in rationem, & orationem; oratio eſt ſermo, ratio autem eſt diſcurſus intrinſecus animæ; Oratio diuiditur à Platone in Theæteto in triplex membrū, & primò in genere, vt omnis ſermo voce prolatus, de quo etiam meminit Ariſt. primi Poſter. ſecundus eſt ſermo, vel voce, vel ſcripto explicans ſingularum rerum differentias. Hi omnes logij ſunt inutiles ad explicationem potentiarum animæ, de quibus modo agimus.

Logos eſt in duplici differentia, Triplex eſt ſermo in Theæteto.

Logos vt ratio eſt, eſt in triplici differentia.

Logos autem, quatenus ſignificat rationem, itidem eſt in triplici diſcrimine, opinatiuus primus, qui eſt diſcurſus ipſius opinionis prædictæ; ſcientificus ſecundus, & eſt diſcurſus proprius potentiæ, quæ græcè dicitur διάνοια, Dyania, quam nos Latini non poſſumus explicare commodiore voce, quam rationis, ſiue ratiocinij; Tertius eſt Logos intellectualis, pertinens ad intellectum, quę eſt potentia ſuperior, & præſtantior ipſa Dyania; ſecundus ille, qui appellatur ſcientificus, proprius Dyanię eſt, de qua nunc ſermonem habemus, & per hunc quaſcunq; ſcientias acquirimus: eſt .n. cognoſcitiuus, tùm ſubſtantiæ rei, tùm cauſarum etiā ipſius ſubſtantiæ. Scimus (vt hoc melius explicemus) ex Platone in Menone, & ex Ariſt. primo Poſteriorum, ſcientiam eſſe cognitionem rei per cauſam, quod Plato ipſe demonſtrat, diſtinguens opinionem rectam à ſcientia pulcherrimo exemplo ſtatuarum Dedali, quæ duplices erant, aliæ à vinculis ſo-

Quid ſit logos intellectualis, quo mediante ſcientię acquiruntur.

lu-

In Menone Plat.

Ariſt. 1. Poſter.

lutę, aliæ verò alligatæ, hæ, quæ erãt ſolutæ, vel quæ etiam erant ligatæ, ſolutis vinculis aufugiebant, quæ verò erant ligatę, remanebant, & firmæ ſtabant, ad hunc modum; opinio, quæ cauſa caret, eſt veluti ſtatua ſine vinculo, & ideò facilè à mente aufugit. Scientia verò, quę annexam habet cauſam rei, ea firma in mente remanet; atq; non iniuria, dixit Ariſt. primo Poſteriorum, ſcientiam non poſſe facilè mutari.

Diſpoſitio harũ potentiarũ, & earũ functionum.

Diſponamus igitur in tres gradus, ſenſum, opinionem, & Dyaniam, ſiue ſcientiam; ſenſus quidem (vt diximus) nec ſubſtantias, nec cauſas ſubſtantiarũ cognoſcit. Dyania è contra, & ſubſtãtias, & cauſas cognoſcit. Opinio, quæ eſt media, partim cum ſenſu concordat, partim cum Dyania, quoniam, prout media eſt, particeps eſt vtriuſq; extremi, nam quatenus attingit ſenſum, nõ cognoſcit cauſas, quatenus verò attingit rationẽ, nouit ſubſtãtias, atq; ita fit particeps Dyaniæ, quo ad cognitionem ſubſtantiarum, ex altera parte, particeps fit ſenſus, quo ad ignorationem cauſarum.

Intellectus quid in via Plat.

Sequitur alia animæ potentia omniũ nobiliſſima, quæ eſt intellectus, qui quidem eſt ſummitas, & veluti flos vitæ rationalis, eſtq; forma ipſius animæ rationalis (vt ſępè notat Simplicius nõ ignobilis Peripatheticus.) Cognoſcit autem hic intellectus, terminos ſcientiæ, & Dyaniæ, ſecundum Platonis placita lib. de Republica, à quo non diſſentit Ariſt. etiam, terminos autem appellamus eos, qui propoſitiones ſciẽtificas conficiunt: ſcimus .n. omnes propoſitiones ex terminis, ſubiecto, & prædicato conſtare, & quoniam terminos tãtummodò cognoſcit hic intellectus, dicitur eius cognitio fieri ſine tranſitu, à termino .ſ. ad terminum: è contra ratio cognitionem habet cum tranſitu, hoc eſt coniungit vnum terminum cum alio, quod eſt ab effectibus ad cauſam tranſire, & è contra à cauſis ad effectus.

In Com. de anima.

6. de Rep.

Quæ ſit intellectus pręcipua functio.

Hic intellectus, à Platonicis, & præ-

Quom. Plotinus vocat intell. Regem, & ſenſum nuncium. 3. de anima.

ſertim à Plotino, vocatur Rex, qui eſt in nobis, ſenſus autem vocatur Nuncius; Rex quidem, propterea quod omnis animæ cognitio, ab eo pendet, & regitur, fons .n. eſt omnis noſtræ cognitionis: neq; .n. ratio, quidquam cognoſceret, neq; opinio, niſi eis lumen infunderetur ab ipſo intellectu, & ſi ſequamur ſententiam Theophraſti, & eius Methaphraſten Priſcianum Lydium, qui contemporaneus, & ſocius fuit Simplicij, ſenſus etiam nihil cognoſceret, niſi in nobis eſſet intellectus, qui quidem in ſe habet Ideas rerum, quarum lumina deſcendũt in Dyaniam, & opinionem, & etiam in ſenſum, & ſicut ſemper intellectus habet in ſe ideas, quarum lumina deſcẽdunt in Dyaniam, opinionem, & ſenſum, ita ſẽper etiam habet rationes earum, quas transfundit in eaſdem potentias, Dyaniam .ſ. opinionem, & ſenſum ipſum.

Illapſus Idearũ vſq; ad ſenſum.

Quom. intell. ſe habet in cog.

Intellectus hic ſemper eſt agens, quia ſemper agit .i. transfundit, & illuminat Ideis ſuis potentias inferiores. Atq; ita Plato, & Platonici nullum habent intellectum paſſibilẽ, aut poſſibilem, aut materialem, aut in actu, aut in habitu, neq; intellectum ſpeculatiuum, neq practicũ, ſunt .n. hi intellectus ſuperflui in ſchola Platonica, nec accedit deforis, eſt .n. intrinſecus ipſi animę, quippè cum ſit forma ipſius animæ, & pars pręſtantior, qui eſt eius ſubſtantia: neq; eſt vnicus, vt aſſerebat Auerroes falsò ne dicam impiè, qui totam ſphęram humanam faciat cognoſcere, aut intelligere, ſed eſt multiplicatus, ad multitudinem animarum; habet .n. vnaquæq; anima ſuũ proprium intellectum pro forma, hic idem eſt & practicus, & ſpeculatiuus, ſiue contemplatiuus: oderunt .n. Platonici multiplicare entia ſine neceſſitate, neq; hinc intelligit ex particularibus vniuerſalia, ſed habet in ſe rationes vniuerſalium, & particularium, & vtraſq; cognoſcit, neq; colligit ab extrinſeco, ſed promit, & profert ab intrinſeco omnes ſuas cognitiones, neq; verum eſt apud illos dictum illud

Non ſunt multiplicandi intell in via Plat.

Differ. inter intell. in doct. Pla. & Ariſtot.

Quom. intell. intelligat ſine ſenſu & phant. in via Plat. vt patet 3. de anima.

Illud vulgatum apud Peripatheticos.ſ. *Neceſſe eſt intelligentem phantaſmata ſpeculari*, quoniam intellectus hic, non iungitur phãtaſmati, ſed diſtat ab eo tota ſubſtantia rationali, quæ duas illas partes comprehendit, quæ eſt Dyania, & opinio. Neq; vera eſt illa propoſitio in cognitione Dyaniæ, quæ quidẽ ſine phantaſmate diſcurrit, vera tamen eſt in cognitione opinionis, quæ non poteſt ſubſtantias rerum cognoſcere ſine phantaſmate; eſt nãq; proximè iuncta ipſi phãtaſiæ, quę ſummum eſt, vel ſummitas potentiæ ſenſitiuæ, hæc.n. ſenſitiua potentia tria comprehendit.ſ. ſenſum particularem, ſenſum communem, & phãtaſiã, quę ſummitate ſua attingit opinionem, atq; ideo opinio nõ cognoſcit ſine phantaſmate; Dyania verò, & intellectus cognoſcunt ſine phantaſmate, at Peripathetici, non diſtinguentes has tres facultates, intellectum, Dyaniam, & opinionem, confuderunt omnia pro vno intellectu, ſumẽtes omnes tres, ſed hæc omittamus, quoniã non ſumus modo in comparatione Platonicę, & Ariſtotelicę Philoſophiæ.

Senſitiua potentia tres alias continet potentias.

Diff. Plat. Ariſt. circa ... intellectus ...

Quomodo iſtæ potentiæ ad inuicem diſtinguantur in via Platonica.

AT quomodo dicũtur eſſe diſtinctæ iſtæ potentiæ ad inuicem, in Platonica doctrina, nulli dubium eſt, quod formaliter dicuntur eſſe diſtinctæ, cum actus earum ad inuicem rè vera formaliter appareant eſſe diſtincti, nam ſenſus ipſe, dum obiectum eſt præſens, paſſionem ſuſcipit ab eo, eamq; paſſionem (vt diximus) nunciat potentię, quę & eſt ſuperior.ſ. opinatrici ipſe nunciat ſimpliciter neq; diſcurrit, neq; ratiocinatur, nec cognoſcit ſe cognoſcere, nec tandem rerum ſubſtantias nouit. Opinio verò, ſ. opinatrix ab eo accepta nunciatione, promit, & profert ex ſe ipſa rationes illius obiecti, & per eas cognoſcit illius ſubſtantias; at quia accidẽtium ſimplex receptio, & alteri eadem ſimplex nũciatio, eſt actio omninò differens à prolatione rationum rerum, & à cognitione ſubſtãtiarum; hinc eſt, quod iure dicuntur, ſecundum propriam formam, penitus diſtinctæ.

Diſtinctio harũ potentiarum inter dicitur eſſe formalis ratione.

Quo ordine procedant in cognoſcendo iſtæ potentiæ.

Et quoniam hęc potentia opinatiua, in rerum cognitione caret cauſa; dum.ſ. cognoſcit ſubſtãtias ſenſibiles, ideò dicitur eſſe altera, formaliter diſtincta à Dyania, ſiue à ratione; quæ cognoſcit cum cauſa. Intellectus pari modo, cum ſimpliciter terminos cognoſcat, & ſine tranſitu in cognitione procedat, quinimò ipſe ſit, qui alijs potentijs lumẽ infundat, dicitur tota formã, ab ijs potentijs inferioribus diſtinctus, & abſq; controuerſia.

Potẽtia opinat. cognitiua.

Potẽtia opinatiua à ratione, & intellectu formaliter diſtincta.

In cognitione nihilominus rerum, hę potentię ſæpè iunguntur, ſed diuerſo modo, & diuerſa ratione, prout diuerſa ſunt obiecta cognoſcibilia. Nam ſæpè accidit, quod ratio, ſiue Dyania, quæ in medio harum potentiarum ſita eſt, iungatur cum intellectu.ſ. cum cognitione intellectiua, idcircò tunc dicitur cernere, & aſpicere ipſum intelligibile, hoc eſt ſubſtantias incorporeas, & diuinas; ſi verò iungatur cum opinatiua potẽtia, cernit, & aſpicit corporeas ſubſtãtias; ſi tãdem cum ſenſu iũgitur, horum corporum accidentia aſpicit rè vera, ipſa autem de ſe media entia ſpeculatur, hoc eſt Mathematicalia omnia, ſiue Mathematicas rationes omnes, & quæcunq; ſibi inſita ſunt, & cõnata, quas Peripathetica ſchola appellat entia rationis, hoc eſt omnia entia (vt vocãt) Logicalia, & omnia Metaphyſicalia.

Quom. in rerũ cognitione diuerſimode iungantur hæ potentiæ.

Quom. ex hac iunct. varia res cognoſcãt.

Dyania media entia ſolũmodo ſpeculatur.

Sed vberius, & facilius hanc veritatẽ videbimus, ſi quæſtionem illam celeberrimam ſoluemus, quam ſectę Philoſophorum, quæ poſt Ariſt. viguere, induxerũt, de animæ iudicatorio, & hæ fuere Stoici Academici recẽtioresq́, Epicuræi, & Cyrenaici, quæ quidẽ quæſtio, ab Anterioribꝰ leuiter fuit tractata, ſed ab his maximè agitata, & hac ratione ab ſoluta.

Hac occaſione mouetur nobiliſſima quæſtio.

VV Quę

Quæ harum potentiarum ſit rerum iudicatrix, inquiritur, & abſoluitur.

INquiritur igitur, quanam harum potentiarum anima iudicet res cũctas, nam his quatuor potẽtijs dicitur cognoſcere, hinc cognoſcitiuæ potentiæ appellantur, vnde ſi cognoſcit, poteſt conijci, quod etiam iudicet, licet aliud ſit cognoſcere, & aliud iudicare, vnde cognoſcere poſſumus ſine iudicatione, ac iudicare nequimus ſine cognitione, diuerſa .n. hęc ſunt alia quoq; ratione, cognitio .n. eſt perſpectio rei, quę poteſt eſſe & vera, & falſa, ſed quænam potentia diſcernit, & dicit illud eſſe verum, illud verò falſum? hanc igitur ſuccinctè tractemus, & eandem abſoluamus, vt liquidò conſtet, quomodo ad inuicem, in iudicio ferendo, circa omnia iudicabilia, potentiæ iungantur, & hac ratione itidẽ appareat veritas nobiliſſimæ quęſtionis, & ſcitu digniſſimæ, de qua aliquid tangit Ariſt. & alſecdę.

Quæ differ. ſit inter cognitionem, & iudicationem.

Quaſi obiect 3. Metaph tangit Ariſt.

Animę proprium eſt ſua natura, & conditione velle verum, à falſo, & bonũ à malo diſcernere, ſed quanam potentia ex enarratis id faciat, non eſt ita clarum, vt diuerſi diuerſa non ſentiant, propterea quod Xenophanes ſenſit, ſenſum eſſe iudicem veri, & falſi, & animam (dicebat) nullo alio iudicare veritatem, & falſitatem, & reliqua duo, quam ſenſu ipſo.

Opinio Xenoph circa animę iudicatorium.

Prothagoras autem aliam eſt ſecutus opinionẽ, & propterea aſſeruit, opinionem, & cuiq; videtur, id eſſe verum, aut falſum, bonum, aut malum, itaut ex hac ſententia, ea ipſa res, quę mihi videtur vera, vera mihi eſt, ſi verò falſa alteri videatur, falſa ei eſt, atq; ita iudicauit hominis opinionem, eſſe menſuram rerum omnium, quo ad veritatem, & falſitatem rerum, bonitatem, & malitiam.

Opin. Prothagoræ circa idem.

Hoc dogma, tanquam omninò erroneum, & à veritate prorſus alienum, refellit Plato in eo Dialogo, qui nomine iſtius viri inſcribitur, multis & verbis, & rationibus, hoc idem facit Ariſt. ſatis lõga diſputatione, confutans hãc opinionem Prothagoræ, tuentes vterq; hanc ſententiam, res omnes ſuam certam habere eſſentiam, & ſubſtantiam, etiam ſi huic, aut illi aliter, atq; aliter videatur.

Reijcit hãc 3. Metaph. Ariſt & iure. In Prothagora idem Plato.

Alij extitere Philoſophi, qui dixerũt, animã ferre iudicium de rebus ea potentia, quam Plato appellat Opinatricem, cuius mentis fuit Princeps nouę Academiæ Arceſilaus. Alij tandem dixere, iudicatricem potentiam, eſſe rationem ipſam, & diſcurſum; alij mentem, & intellectum.

Opinio Arceſilai falſa. Opinio aliorum.

Sed Plato, horum omniũ Præceptor, hanc veritatem & pleniſſimè cognouit, & planiſſimè declarauit, etiam ſi pauciſſimis verbis ab Arceſilao non conſideratis, eius autem ſententia hæc eſt. *Anima, quæ eſt vnum, & multa, hoc eſt vna ſubſtantia, & multæ potentiæ, vnus eſt iudex, & multi iudices eadem ipſa dicitur non immeritò.*

Vera ſent. Plat. circa hanc quæſt.

Conſtituit autem quatuor rerũ gradus in vniuerſo accidentium ſenſibiliũ, primum ſubſtantiarum corporearum, ſecundum mediorum entium, tertium, quę iam ſupra explicuimus, Mathematicarũ .ſ. rerum omnium, & præterea eorum entium, quę rationalia Peripathetici vocant, vel entia rationis; quartum autem entium diuinorum.

Quatuor rerum gradus in rerũ natura conſtituit Plato.

Pro ijs nimirum entium gradibus, diſponit etiam animæ potentias correſpõdentes, per quas ipſa, & cognoſcere res illorum quatuor graduũ, & eaſdem etiã iudicare poteſt, itaut ſẽſus cognoſceret, & iudicaret accidentia ſenſibilia; opinio & cognoſceret, & iudicaret ſubſtantias corporeas, ratio, ſiue Dyania, & cognoſceret, & iudicaret, Mathematica cũcta, & cuncta rationis entia, mens verò, & intellectus, & cognoſceret, & iudicaret in ſupremo loco collocata entia diuina, & incorporea, itaut ſingulæ potentię ſingulas ſibi cognitas res cognoſcerent, & iudicarent, atq; ita anima dicitur eſſe iure optimo, multi iudices, & vnus iudex.

Quom in iudicando, iungantur iſtæ potẽtię.

Quom animæ eſt vnus iudex, & multi.

At quomodo dicitur & ipſa vnus dũ-

ta-

Quom. hoc ſit verũ ſine contradict.

taxat iudex? dicitur vnus iudex, quoniã vnam habet determinatam potentiam, quæ omnia aliarum obiecta cognoſcere, & iudicare poteſt. At quænam eſt iſta potentia? Ratio ipſa, Dyania, & diſcurſus, & in hoc conueniunt omnes veteres Platonici nobiliores, ita rem explicãtes, & præſertim Proclus, qui hanc rem pleniſsimè docuit in Commentario Timæi, hoc modo. Ratio (inquit vir doctiſſim⁹) ſi aſcendat ad intelligenda, & contẽplãda entia diuina, & intelligibilia, aſſumit ſecum intellectionem, ſiue iungitur ipſi, cum ſit propria mentis, & ipſius intellectus actio, & in hac poſitione, omnes Platonici conueniunt, inter quos omnes, vnus nomine Seuerus (vt notat Proclus) hoc ita accepit, vt diceret, intellectionem aſſumptam à ratione pro ſocia inſeruire ipſi, pro miniſtra, & ſeruiturem præſtante; hunc reprehendunt, & iure, reliqui omnes, quod rem aſſeueret, præter naturã, propterea quod, intellectionẽ nobiliſſimam animæ noſtræ potentiã, & actionẽ, & quę immediatè cõiungitur diuinitati, abſurdum ſit facere miniſtram, potentiæ inferioris, non negant tamen, eam à ratione aſſumi ſociam, ſed ſociam ſe perficientem, & illuminantem, nõ autem ſibi ſeruientem. Perficitur .n. ratio in omni ſua cognitione, à lumine ipſius intellectus, quod lumẽ, niſi ei effulgeret, prorſus cæca eſſet.

In Com. Timæi hoc & ſeq. Proc.

Quom allucinetur Seuerus circa iudiciũ animæ.

Quom. ratio perficitur ab intellectu, & nõ è contra.

Ratio verò, per ſe ipſam, ſolummodo media entia contemplatur (vt tetigimus) quæ ſunt prædicta Mathematica, & entia rationis Logicalia, & Metaphyſicalia, in via Peripathetica. Si verò iungatur cum inferiore Opinatrice potentia, iudicat ipſa opinabilia, hoc eſt ſubſtantias corporeas. Si tandem iungatur cũ ſenſu, hoc eſt eius parte, quæ phantaſia dicitur (nam phantaſiã eſſe ſenſus portionem diximus de mente Platonis.) Si, inquam, iungatur ipſi phantaſię, cognoſcit obiecta ipſius, quę ſunt diſtãtię omnes, omnia figurata, omnes enim diſtãtiæ, & omnes figuræ, à phantaſia ipſa cognoſcũtur. Iudicatur à ratione iuncta phantaſiæ, exempli gratia diſtantia cœli a terra, diſtantia ortus ab occaſu, & poſtremò vnius loci, à quouis alio. Poſitio, & ſitus, quæ diſtantiam non habent, cũ non ſint corporis, non iudicantur. Iudicat etiam figuras omnes, tùm artificiales, tùm naturales, artificiales .ſ. domus, nauis, &c. naturales, vt montium, fluuiorum, vallium, planitierum, lacuum, maris totius, & tandem quæcunq; ad Geographiam, ad Corographiã, ad Topographiam; & ad Genographiam pertinent: Iudicat etiam (inquit Proclus) cœleſtes Eclypſes, tùm Lunæ, tùm Solis, & aſpectus omnes, & planetarum, & ſtellarum, necnon omnes eorum motus. Eſt enim phantaſia Miniſtra Aſtrologicarum obſeruationum, quæ fiunt per ſẽſus. Si iungitur poſtremò alicui ſenſui particulari, ratio iudicat ea, quæ ſunt illi ſenſui obiecta, & ſic remanet concluſa quæſtio de animo iudicatorio, & tota Philoſophia declarata potentiarum animæ cognoſcẽtium, in doctrina Platonis.

Quæ iudicat ratio, ſi media entia.

Ratio iuncta opinioni iudicat & ipſa.

Ratio iuncta phantaſiæ, quæ obiecta iudicat.

Iudicat oĩa ad vniuerſã coſmographiam ſpectantia.

Senſui iuncta iudicat accid.

Potentiæ animæ appetitiuæ.

REſtat breuiter declarare potentias animę appetitiuas, de quibus obiter ſupra diximus. Aliæ ſequuntur animæ potentiæ, quæ appetitiuæ iure dicũtur, & hæ ſunt prima voluntas, cuius officium eſt, appetere, & ſectari, quæ mẽs, & intellectus, necnon ratio ipſa ſuadet, eſt tamen libera, & poteſt præcognita à mente, vt mala reſpuere, & vt bona ſectari, ratione dictante, poteſt (inquam) reſpuere oſtenſum bonum, quod eſt re vera tale, & malũ ſub ſpecie boni eadem ratione ſectari.

Animæ appetitiuæ potentiæ, quarum prima eſt volũtas.

Secunda eſt potentia iraſcendi, cuius munus eſt aggredi, quæ ratio, & phantaſia obijcit, & licet ſit irrationalis, ſicuti eſt concupiſcibilis, attamen poteſt ab ipſa ratione ad mediocritatem reduci.

Munera potentiarũ appetitiuarũ irration.

Tertia eſt ipſamet concupiſcibilis, cuius functio eſt adſciſcere, quę phantaſia,

ſenſuſq; ipſe obijciunt, re. fulcitur & ipſa ad mediocritatem, quoniam obedire rationi, ſicuti iraſcibili, ſibi à natura conceſſum eſt: iis autem omnibus duæ aliæ ſubijciuntur, mouendi ſ. & nutriendi facultates, quarum vna partim, voluntati obtemperat, partim autem nequaquã, altera verò minimè; vt vis nutriẽdi, quę viget in iecore, quæ voluntati paret: poteſt & ipſa dirigi à ratione, quæ tanquã moderatrix actionũ humanarum in anima reſidet.

Mouẽdi, & nutriẽdi facultates, & eorum functiones.

Vnde perpulchrè Plato videtur, animam aſſimilare curru in Phædro, cuius auriga eſt ipſa ratio, appetitus autẽ, qui eſt rationalis, dicitur bonus equus, & dexter, ſiniſter verò, & malus irrationalis, & in genere horum appetituum iraſcibilis, ad honeſtatem freno pudoris reductus, dicitur etiam bonus, malus verò appetitus concupiſcibilis, freno magnanimitatis minimè obtemperans.

Currus animæ admirabilis. In Phędro.

His animæ facultatibus copioſè (ni fallor) declaratis, plusquàm ratio compendij poſtulabat. Reſtat videre tandẽ, in quibus locis à ſuis corporibus abiunctæ animæ habitent, ſiue quibus receptaculis vtantur, pro habitaculis, & quæ ſit earum cõditio; quæ vitæ miſeria, & qua fœlicitate, vel gaudio fruantur, & qua pœna plectantur pro vitijs, & virtutibus, quibus vſæ ſunt corporibus coniunctæ. Deinde videbimus, quarè animę hoc nomine vocentur, & quæ varia ſortiantur nomina.

Sequuntur animę conditiones poſt mortẽ.

De animarum receptaculis poſt earum ſeparationem à ſuis corporibus.

PLato, animas ſuperſtites poſt corporum ſeparationem, & deceſſum, ita cõſpicuè fatetur eſſe, vt nullo modo probari liceat, cum eius verba pluribus in locis hoc idem liquidò manifeſtent. Expreſsè animas proborum hominũ Deo frui debere, aſſerit in Phædone (vt videbimus) necnon lib. de Rep. Item, eaſdem ſeparatas à corpore beatum locum poſſeſſuras eſſe pronunciat, in eodẽ Phædone, quinimò, corporum reſurrectionem innuere, apparet, in eodẽ Dialogo de Republica, iam allegato, quæ omnes auctoritates, nos admonere videntur, certoſq; reddere, Paradiſum reperiri, in quo animæ Beatorum ſe recipiant, & eadem ratione præmium beatificum aſſequantur. Itidem eaſdem animas, antequam ad hunc locũ perueniãt prius purgari à culpis, quas in corporibus contraxere, explicitè docet in Phędro, & in Timæo, quibus poſteà purgatis, ad cœlos euolare confirmat, vel ad aſtra eiuſdem.

Animæ ſtatus poſt corporum obitũ, & receptacula.

In Phædone, & lib. de Repub.

Inuenit Paradiſum idem.

In eodem Phædro, & Timæo.

E contra autẽ malorum hominum animas, poſt obitũ, pęnas dare, ſubiũgit, & ex eorũ demeritis, & piaculis hac ratione igne cruciari, quinimò & corpora cũ ipſis in inferno torqueri, & puniri, ſempiternis pœnis determinat. Quæ loca Platonis nobis manifeſtare apparet, tria hæc receptacula reperiri animarũ, poſtquam corpore exutæ ſunt. ſ. Paradiſum, Purgatorium, & Infernum.

Plato tria cognouit animarũ receptacula.

Quòd autem aliquando mentionem faciat in Phędro, & libro de legibus 11 aliquotum locorum, ad quæ recurrant, vt puta ad ſepulchra, & ad Cimiteria, circa quæ vagari dicantur, ad pœnas ſuſtinendas, vel ad terreſtres, medias, & ſuperas Regiones, prout corporibus annexæ, brutalem, mediam, vel cœlibem duxere vitam, non ex proprio, ſed ex alieno ſẽſu videtur Plat. locutus eſſe, ideò ex propria ſententia tria dumtaxat admittit receptacula, quæ ſuperiora ſunt.

In Phædro. In 11. de legibus.

Vagationẽ animarũ circa ſepulchra ex propria ſent. nõ aſſeruit Plat.

Ad hoc igitur, vt hæc poſitio Platonis pateat, quæ luce meridiana clarior exiſtit, eius ſententiam de verbo ad verbum afferamus, in Phædone præcipuè explicitam, & alibi, vt videbimus. In Phædone ergo, poſtquam argumẽtatus eſt Socrates, & ab actionibus proprijs animæ immortalitatem probauit, eandem eſſe talem, & locum obtinere miſerum, vel fœlicem, ſecũdum quòd vel benè, vel malè geſſerit in corpore, his verbis

Verba Platõ. in Phędone pro hac aſſertione.

Verba textus. bis declarat: *Anima verò, quæ inuiſibile quoddam eſt, in ſimilem quendam, aliumq; locum migrans excellentem, purum, inuiſibilem, nobis occultum; re vera ad bonum, ſapientemq; Deum, quo, ſi Deus voluerit, paulò poſt meæ quoq; animo eſt migrandum.* Hic innuit ſine dubio Socrates Paradiſum, quem Deus, cum cœlicolis inhabitat. Paulò infra, in confirmationem, hęc habet alia verba: *Anima (inquam) ſi ſic affecta diſceſſerit, non ne ad aliud ſibi ſimile, diuinumque abit, diuinum immortale, & ſapiēs? quò cum peruenerit, euadit felix, ab errore, dementia, timoribus, dirisq; amoribus, cæteriſque humanis liberata malis? & quemadmodū, de initiatis dici ſolet; re vera reliquū tempus, vitam cum Dijs agit.* Nihil certè clarius, aut melius dici poteſt, de receptaculo Paradiſi, animabus, ab omni labe purgatis, præparati.

Hic auctorum verba.

Verſa vice, quando innuit l. cum miſerię, & pœnarum .ſ. Infernum animabus labe peccati contaminatis, habet hęc alia verba, quæ illa ſequuntur. *Si autem polluta, impuraq; decedat, vtpotè, quæ corpus ſemper amplexa, ipſum dumtaxat coluerit, & amauerit, eiuſq; voluptatibus, & libidinibus, quaſi veneficijs quibuſdam, delinita fuerit, & vſque adeò capta, vt nihil aliud putet eſſe verum, niſi quod corporeum ſit, quod tangi, quodq; videri poſſit, quoduè bibat, & quod edat, & quo venereis vtatur.* Et cætera, quæ ſequuntur, nimis longa verborum ſerie concludit, quod anima ſic infecta, & his polluta vitijs, propterea pęnas ſuſtineat ſuæ prauitatis, cum circa ſepulchra aberrare, & verſari, ſecundum communem opinionem, videatur, nam nonnullas apparuiſſe animarum vmbras; erat tunc temporis, non exigua fama per vniuerſam Græciam.

Verba textus in eod. Phędone.

Hæc verba Platonis tamē poſſunt intelligi duplici modo .ſ. vel quod animæ vagari dicantur circa loca inferni, quæ ſepulchra earū ęterna intelligi poſſunt, vel quod ſint prolata (vt tetigimus) non ſecundum propriam, ſed ſecundum cōmunem ſententiam, ſi in primo intelligantur ſenſu, vtiq; innuunt infernum, & ſic habemus intētū, ſcilicet, quod poſt locum fœlicitatis, ſit locus etiam pœnarum, & miſeriæ pro animabus; ſi autem in ſecundo intelligantur, dubius, & anceps poteſt cēſeri Plato in hoc loco, propterea alium adducere locum ipſius, in eodem Phædone, in calce, propono, quo expreſsè ipſum tria loca, ſiue receptacula ordine meminiſſe, liquidò conſtat, ideſt Parad. Purg. Infer.

Interpretatio gemina horum verborum.

Alius locus clarior in Phædone.

Poſtquam Plato in perſona Socratis, fluuiorū, ſubterraneorum diſpoſitiones amicis in carcere enarraſſet; quę receptacula, & quarum ſint animarum, poſt earum iudicium particulare, his verbis determinat: *Cum verò hæc ita natura diſpoſita ſint, quando in eum locum defuncti peruenerint, quò Dæmon vnumquemq; perducit, primò illic iudicantur, & qui honeſtè, ſanctèque, & qui aliter vixerint. Itaq; quicunq; in vita quodam modo tenuiſſe medium quoddam comperiuntur, ad Acheronte m profecti vehiculis, quæ vnicuiq; adſunt, in paludem perueniunt Acheruſiam, ibiq; habitant, purganturq; pœnas dantes iniuriarum, & cum purificati ſunt abſoluuntur, rurſuſq; pro meritò ſinguli, benefactorum præmia reportant.* Hic dubiò procul innuere videtur Purgatorium.

Verba textus pro probatione receptaculi Purgatorij.

Subiungit ordine verba hæc manifeſta. *Qui verò, ob ſcelerum magnitudinem, inſanabiles eſſe videntur, qui videlicet ſacrilegia magna, & multa, vel cædes iniquas, vel alia horum ſimilia perpetrarint, hos omnes conueniens ſors, mergit in Tartarum, vnde nunquam egrediuntur.* Quid clarius dici poteſt de receptaculo Inferni?

Verba pro receptaculo Inferni.

Ijs ſubinfert verbis etiam alia, quibus nos docet, quomodo hic alij exiſtant peccatores, peccata quidem grauia habentes, ſed tamen ſanabilia. *Qui manus iniecerunt in parentes, vel homines ſimili modo homicidæ, qui iracundia accenſi, nihilominus pœnitentia tacti, ibidem eorum auxilium precantur, clamore magno, in tartaro exiſtentes, vbi per annum habitant, ex quo tandem eiecti abeūt, alij ſcilicet, violatores pa-*

Hic alia eadem confirmant.

ren-

rentum perphlegetuntem aberrare videntur, homicidæ verò percozytum, donec veniam ab ijs impetrent, & tandem abſoluantur à grauitate harum pœnarum, ſi tamen ijs, quibus iniuriam intulerint, placuerit, ſin minus, nequeant impetrare in æternum, iidem habitãt in Tartarum circa flumina vagantes.

Verba text. pro receptaculo Paradiſi.

Proſequitur clarioribus dictis, nobis locum fœlicitatis æternæ animarum innuere, verba ſunt: *Qui autem, præ cæteris, piè vixiſſe inueniuntur, hi ſunt, qui ex his terrenis locis, tanquam è carcere ſoluti, atq; liberati, ad altiora tranſcendunt, puramque ſupra terram habitãt regionem, inter hos autem quicunq; per Philoſophiam ſatis purgati ſunt, abſq; corporibus omninò totum per tempus viuũt, habitationeſq; his etiam pulchriores nanciſcuntur. Quarum pulchritudo, neq; facile dictu eſt, neq; præſens tempus, ad dicendum ſufficeret.*

Plato clarè Paradiſum nunciat.

Hæc re vera dicta ita apertè nobis innuunt Paradiſum, apud Plat. reperiri, receptaculum bonarum animarũ, vt nobis dubitãdi omninò tollãt occaſionem. Quinimò, maximam nobis ingerãt illum adipiſcendi ſpem, ſi tamen bonum operabimur, ſicuti ibidẽ ſuos admonet Socrates amicos his verbis. *Sed horum, quæ narrata ſunt, gratia, ò Simmia, omni ſtudio eſt adnitendum, vt in hac vita virtutem, & prudentiã, ſapientiamq; conſequamur.* Concludit (& eſt mirabile dictu) *præmiũ namque pulchrum eſt, & ſpes ingens.*

Verba text. in Phędone indicantia ſpem futuræ gloriæ hominibus in Parad.

Ex ijs quippè verbis, tam clarè prolatis, habemus in doctrina Plat. animarũ tria determinata habitacula, poſt ſeparationem earũ à corporibus, in hoc Phędone. Videamus quid dicat alibi pro cõfirmatione iſtius veritatis, lib. de Repub. 10. apertè dicit, quod animæ virorũ bonorum, nunquam à Dijs negliguntur. De iniuſtis verò, omninò contrarium eſſe cenſendum docet, & poſt pauca, hiſtoriam Heri Pamphilij Armeni enarrat, qui quidem, cum poſtquam in prælio occubuiſſet, poſt decimum diem ad vitam regreſſus eſt, & multa viuis de animę ſtatu poſt obitum explicuit: de iudicio. ſ. & retributione bonorum, necnon de pœnis malis iure inflictis, quibus ſanè Plat. dictis nobis innuitur, ipſũ non modo tria receptacula ſuperiora credidiſſe, ſed etiã mortuorũ reſurrectionem, & iudicium, & non ſolũ credidiſſe, ſed ſcriptis eadem mandaſſe tanquam vera, licet quidam fabulam hanc eſſe exiſtimarint.

Quid dicat pro hac verit. lib. 10. de Repub.

Hiſtoria Heri Pamphilij.

Explicatiore ſermone tamen in Politico, poſtquam ſæculi cõſummationem, & mundi exitium edocuiſſet, dicit: *Vniuerſum aliquando quidem ipſe Deus cõuoluit, aliquando autem dimittit, cum circulationes conuenientes menſura ſemper habuerit, ſubinfert poſt præfinitum, & fatalem mundi curſum, hominum animas (imperante Deo) ſuſcitare corpora ſua, quæ in hoc curſu amiſerunt, ideo recepturas, vt quemadmodum ſub fato quondam corpora humana in terram deciderant, ita ſub prouidentia diuina imperio, ex terra reſurgent, atq; reuiuiſcent, &c.*

Confirmat ſuper ea in Politico.

Inuuit apertè corporũ reſurrect.

Itidem 3. de Repub. cum Homero fatetur, animam ſolutam membris, ad Inferos euolare, ſuas deplorantem calamitates, & veluti fumus, illuc eiulãtem abire. In eodem 10. in fine, animam ſincerè philoſophantem, fœlicem tandem, & cœleſtem locum obtinere, commemorat.

3. de Rep. quid dicat cũ Homero pro hac veritate.

Sed pari attentione, & admiratione, dignum eſſe duco illud, quod lib. 12. de legib. profert, circa iudicium animarum, & earundem receptacula. ſ. quod nõ modo anima ſit immortalis, ſed quod poſt obitum debeat ſuorum operũ in corpore perpetratorum rationem reddere. Verba luculenter ſcripta ibi talia leguntur. *At re vera vniuſcuiuſq; noſtrum animam ipſum immortalem eſſe, eamq; ad Deos alios proficiſci, rationem ſuorum operum reddituram, vt lex Patria continet. In qua certè bonis viris conſiderandum eſſe, malis autem formidandum. Quippè cum poſt mortem, omni auxilio careat. Viuẽtes autem, neceſſariò omnes conſulere debuiſſe, vt quam iuſtiſſimè, atq; ſanctiſſimè viuant, ne maxima eorum ſcelerum poſt mortem ſupplicia maneant.* Quid clarius exiſtimari poteſt à Platone dictum eſſe, de animarum iudicio, & de earũ receptaculis

12. de legib. Quid dicat de animarũ iudicio, & earum receptacula.

Verba text.

culis

Pro animarum iudicio admirabilis doct.

culis poſt obitum? In his verbis proculdubiò putat animas debere rationẽ reddere ſuorum actuum, & ſecũdum earum merita, & piacula, bonorum animas ad receptaculum fœlicitatis duci, malorum verò ad receptaculũ miſeriȩ, & hinc velle innuere Paradiſum, & Infernum videtur; id, quod noſmetipſi poſſumus facillimè conijcere.

Verba text. in Gorg. idẽ affirmantia ex Homero

In Gorgia itidem hoc idem apertè determinat circa finẽ, vbi auctoritate Homeri, diuiſionem vniuerſi factam, inter Iouem, Neptunum, & Plutonem, à Patre commemorat, Poeticè ludendo, poſt pauca dicit: *Quod tunc temporis extabat lex quædam iure ſancita, ſub Saturno, & nunc etiam extat apud Deos, vt quicunq; homines, iuſtè, pièq; vitam egiſſent, cum è vita emigrarent, ad Beatorum inſulas profecti, in omni fœlicitate viuerent, à malis longè ſeiuncti.* Hic ipſum innuere Paradiſum, non eſt cur dubitetur, è contra ſubiungit. *Qui verò iniuſtè, impièq; vixiſſent; in punitionis, iuſtiq; ſupplicij carcerem (quod appellant Tartarum) irent.* Itidem poſt alia pauca, iudices animarum ſtatuit, qui conuenientes pœnas, & decentia præmia, vnicuiq; animȩ retribuerẽt, ex iſtis nedum verbis habemus, in doctrina pientiſſimi Philoſophi, iudicium animarum, & earũ receptacula, poſt ſeparationem à corporibus.

Iudices animarum ſtatuuntur à Plat.

Concl ſent. Plat.

Sed multis alijs relictis, ne nimis in longum noſter protrahatur ſermo, quæ idẽ Plato in diuerſis locis affert, cõcludam⁹, animas non modo viuere, poſt eandem ſeparationem, ſed iudicari debere, & præmiari, & puniri, ſecundum tanti viri ſententiam.

Quod autem ex his, aliȩ à corporibus exutæ, ſint capaces fruitionis, & gaudij, necnõ fœlicitatis in receptaculo cœli, ex aduersò verò, aliæ ſint triſtitiæ ſupplicij, & in fœlicitatis participes in Inferno, ex hoc conijci poteſt, quoniam miſera aliquando, & ſȩpè in corpore à ſenſibus deluditur, & cum nõ pareat rationi, ſemper bonũ eidem obijciẽti, hac de cauſa dicitur extra corpus puniri, & ſupplicijs affici, diuina permiſſione. Ex aduersò, determinatione æterna, aſſequi bonum impermutabile dicitur, & eo frui, quando rationi obtẽperauit in corpore, quia non erat ſupernæ fœlicitatis oblita, qua, priuſquam in corpore laberetur, iucunda gaudebat in hac via Academica.

Anima, quom intell. capax bonI, & mali à corpore ſeparata.

Nobil inſt. & reſp.

Sed quomodo percipit pœnas, & afflictiones, quomodo gaudium, & iucũditatem à corpore omninò libera? Reſponderi poteſt, quod cum ſubſtantia animæ ſit intellectualis, & intellectus ſit forma ipſius, quod etiam intellectu percipit gaudium, & lætitiam Deum ſpeculando, quibus perceptis in eis acquieſcit, & optimè expletur, & ob id iure dicitur in æternum fœlix, quoniam (vt ait Iamblicus, libro ſecundo de Myſterijs Aegyptiorum, capite ſecundo) euadit in Angelum, poſtquam ad ſuperos euolauit, & repletur intelligentia quadam, quæ eſt veluti eius Pabulum, quod nunquam ei diſplicere poteſt, confirmat, libro quinto, capite vndecimo, idem Iamblicus, vbi ſupra.

Sent. Iamblici de myſter Aegyp. lib 2 cap 2. circa fœlicitatẽ animarum.

Anima in corp percipit præmia, & pœnas.

Et ſicuti hac potentia bona percipit, ita eadem conſequitur mala, ſcilicet triſtitiam, & dolorem, ſed forſitan poſſumus in hac via aſſerere, animam poſt ſeparationem à ſuo corpore, in receptaculum pœnarum abire, & eaſdem pati pœnas, non intellectu tantum, tanquam eidem diſconuenientia, obiecta repreſentante, ſed etiam ſua ſubſtantia, quatenus æthereo eſt induta vehiculo, per quod etiam audire, & videre eãdem diximus, quod ſi illo poteſt ipſa vti in corpore, multò magis extra corpus ad pœnas ſuſtinendas.

Animarum, quæ varia ſint nomina.

VIdeamus modò quot nomina ſortiatur, quid ea ſignificẽt, ſecundũ ethimologiam, pro complemento illius libri. Anima rationalis dicitur re vera anima, & non vmbra animæ, vt ſunt ir-

ra-

rationales: hæc eſt veluti ſplendor, & lumen egrediens à mente, non ſecus, ac ſplendor, & lux à Sole prodiens. Dicitur & anima, & animus, Latinè, Hæbraicè dicitur Neſchamah, ſiue Nephalch: Græcè verò ψυχή, & ſic appellatur ſecundum aliquos, ab hac græca voce ἄνεμος, quæ vox latinè ſonat, ventus, vt verò dicitur ψυχὴ, à ψύχω appellatur, quod eſt refrigero, ſed appellatione re vera impropria, cum nullibi reperiatur animus, vbi non ſit calor, loquendo ſemper de vera anima, & non de imagine animæ.

Variæ nomina animæ Hebraica, Græca, & Latina.

Dicitur anima nedum intellectus, loquendo de anima communiter ſumpta, cum ipſe intellectus ſit forma ipſius animæ, ſecundum Platonicos, aliquãdo verò mens; cum ipſa dicatur ab eiſdem caput animæ rationalis, irrationalis verò minimè, cum nõ habeat hæc intellectum informantem, ſed dirigentem, vt ſupra oſtenſum eſt.

Metaphoricè etiam hoc nomen, Anima, dicitur pluribus modis; ſed quoniam metaphoræ in his dogmatibus Philoſophicis ſunt euitandæ, ideò miſſa hæc faciamus, & concluſio Platonica hæc ſit, quod anima ſit nobiliſſima ſubſtantia, immortalis, in plures gradus diſtincta, plurificata, non vnica, rationalis, pluribus facultatibus pollens, mente prædita, capax beatitudinis, & miſeriæ (loquẽdo de humana) & ſic concludamus in nomine Domini totum librum, in quo de ipſa per compendium egimus, ad mentem Platonis, & totius veteris ſapiẽtię Chaldęorum, Aegyptiorum, & Græcorum.

Concluſio

Finis Duodecimi Libri.

CHRISTIANAE THEOLOGIAE Cum Platonica Comparationis.

LIBER TERTIVSDECIMVS.

In quo vtriuſq; Theologiæ, in his quæ ſpectant ad animæ naturam, abſolutiſſima fit comparatio.

MORE noſtro, in comparatione ponamus ea, de quibus Theologi noſtrates, & Platonici, circa animæ naturam ſunt Philoſophati, & de quibus nos in ſuper. lib. compendioſè ad mentem ipſorum tractauimus.

Prima concluſio. Non eſt diſſenſio inter noſtros, & Plat. circa diff. animæ in ſentẽ. licet in verbis appareat. In his, quæ ſpectant ad animæ diffinitionẽ, poſſunt prima facie videri concordes, in rebus, licet in verbis diſſentire appareant: eorũ diſſenſio eſt parui ponderis, & eſt talis, quod diffinitiones animę à noſtris datæ, procedunt per ſimplicem literalem intelligentiam, Platonicæ verò per metaphoram, ſecundum intentionem, & doctrinam Pythagoræ.

Quod anima ſit ſubſtãtia, vno ore affirmant, tùm noſtri, tùm Platonici, quod etiam Ariſt. iure admittit 5. Metaph. cap. 8. in quo, dum facit diuiſionem ſubſtantiæ in multa membra, etiam verbum mouet de ipſa anima, quæ tamen ab eo appellatur Vſia, intelligẽtia verò ab interpretibus; quam vocem ſecutus eſt Auerroes, & ſequaces. *5. Metaph. cap. 8.*

2. concluſio. Eſt igitur ſubſtantia in vtraq; via, & hæc incorporea, ſui natura, ſine tamen vehiculorum conſideratione, quæ per accidens potiùs competũt animæ, quam per ſe, vt ſuo loco oſtenſum eſt.

Non diſcrepant etiam, quod ſit corporis vita, quoniam iam probatum eſt, corpora nullam habere vitam, & nullum motum, niſi quatenus ab ea & viuificantur, & mouentur. *Hæc omnia D. Auguſt. Plat. & Plat. ton. aſſerũt in ſuis locis alleg.*

Conueniunt, quod ſit inuiſibilis, quoniam, vt indiuiſibilis, & omninò immaterialis, ſub nullo cadere poteſt ſenſu.

Conueniunt, quod ſit illocabilis, eadem ratione .ſ. quo ad dimẽſiones corporeas, quoniam non valet menſurari, vlla materiali mẽſura, nec vllum circumſcriptiuè occupare locum. *Anima nõ occupat locum circũſcript. ſed diffinit. vt Angelus.*

Conueniũt, quod ſit rationalis, quoniam diſcurrit, & procedit de noto ad ignotum, ratiocinando, vt ibi oſtenſum eſt.

Conueniũt, quod ſit ſpiritualis, quoniã ſi habet ſuperiores dotes, prout habet re vera, reſtat, quod ſit purus ſpiritus nulla labe materiæ inquinatus. *In Timæo.*

Conueniunt, quòd ſit ſemper viuens, quoniam alijs tribuit vitam, ſi tamen intelligatur à parte poſt, quoniam antequam corpori infunderetur, non erat, ſecundum veram ſententiam noſtrorum; ſi verò intelligatur à parte ante, cùm ipſi teneant illam extitiſſe, ante corporis ingreſſum minimè communicant. *Vide Plot. de dubiis animæ. & in eo Ficinũ.*

Conueniunt, quòd ſit mente prædita, quinimò, quod ſit mens ipſa, quoniã

XX mens,

mens, intellectus, & anima pro eodem ſimul vſurpantur.

Per ſe modo intellectiuo, & per accidens in corpore.

Conueniunt hac ratione, quod ſit intellectualis, memorabilis, necnon voluntate, & arbitrio libera, quoniam has habet natura facultates, in corpore, modo materiali, & extra, modo intellectiuo.

In Theol. Aegyp.

Conueniunt, ſecundum multos Patres, quod ſit ad imaginem Dei creata (quod eſt mirabile dictu in doctrina Platonis) & manifeſtatur hæc per illa verba,

In Alcib 1. & in Phæd.

in Alcibiade 1. explicita, & à nobis ſuo loco allegata. Quæ verba ſunt. *Habemus ne aliquid melius, atq; diuinius in anima, quam illud eſt, quod ſapit, atq; intelligit? nihil prorſus, hoc ergo illud eſt, quod Deo ſimile eſt.* quæ veritas cõfirmatur in Phędone, vbi probatur eiuſdẽ immortalitas.

Patet de mũdi ortu.

Conueniunt, quod ſit de nihilo, ad hanc ſimilitudinẽ creata, ſi tamen teneatur opinio à Platone, & aſſeclis pietate inſignitis (quod probatum eſt ſuo loco) ſ. quod mũdus habuerit ortum temporalem, & non cauſatiuum, & cum eo materia ipſa, & cętera cũcta in eo exiſtẽtia.

Conueniunt, quod ſit beatitudinis, & miſerię ſuſceptibilis, prout benè, vel malè geſſerit in corpore (quod iam demonſtratum eſt in calce ſup. lib.) in quo de locis, in quæ poſt obitum ſe recipit, egimus, longa verborum ſerie.

Conueniunt demũ, quod ſit immortalis, ſuperſtes poſt ſeparationem à corpore, prout pro cõfeſſo habuerę Pythagorici, Stoici, Academici, cum multis etiã de Peripathetica familia, quod Plotinus fatetur lib. de anima. Sed ſicut in hac veritate infallibili communicant, eãdem immortalitatem probando, non ita conuenire liquidò apparet; ſolum in principali cõfeſſione, optimè communicant, vt paulò infra etiam aliquid videmus.

In Phædone, & alibi. Plotin lib. de anima.

Conueniũt in cauſis animæ, noſtri, & Platonici.

Ex his omnibus animæ dotibus, quæ communiter admittũtur in vtraq; Theologia, innuitur etiam, quod conueniant in cauſis animæ; de quibus claram mentionem fecimus lib. de anima, ſecundum ſententiam noſtrorum, ex quibus facilè eruitur eiuſdẽ indubitata immortalitas, ſecundum multos Patres, & præſertim D. Bonauenturam.

Animæ immortalitas, & fundam. veræ relig.

Animam igitur eſſe immortalem, non eſt cur dubitetur in noſtra ſacra Theologia, cùm hæc vera confeſſio ſit verè Religionis ſolidũ, & principale fundamentum; quod quidem tanquam indubitatum fuiſſe admiſſum, & iure conceſſum primò à Mercurio Termaximo, à Phęrecide Syro, Pythagorę Pręceptore, à Platone (iam dictum, & probatum eſt) & præſertim à Platone, & Plotino, quinimò ab omnibus Platonicis.

Cõueniunt noſtri & Platonici in animæ immortalit. cõ aũt in modo iam probandi.

Nos igitur tandem tenemus, quòd in principali fundamẽto, noſtri & ipſi conſentiant istius immortalitatis, non autẽ in modo probandi eandem, nam noſtrates procedunt in hac probatione argumentis, quæ militant congruentibus rationibus, & nituntur principijs creditis, Platonici verò probabilibus rationibus, & perſuabilibus ambulant.

Diſſentiunt in hoc noſtri, & Platonici.

Prætereà in hoc diſſentire videntur, quod rationes noſtrorum Theologorũ præcisè concludunt pro immortalitate animæ humanæ, non autem pro alijs, & quod Platonicæ concludant pro omnibus, etiam ferarum, & iumentorum, vim, & efficaciam habere videntur, & pręſertim illa, quæ habetur in Phædro, ex qua eruitur, quod omnes animæ moueant (nulla excepta) quod ſint initia vitæ, & cætera. Quare, cum non cogant pro anima noſtra, vel quod illæ ſint immortales (quod eſt impium aſſerere in Religione noſtra, quę iure optimo tenet in equo, & mulo nullum ineſſe intellectũ, niſi eo modo, quo libro de anima ex ſententia Platonis dictum eſt, ſecundum Procli, & Simplicij expoſitionem) concludi poteſt eoſdem non communicare.

David Pſal. 31.

Quare ex his etiam conſequenter facilè probari poteſt, quod ſicut non ſunt omnes immortales, ſed dumtaxat humanæ, cœleſtes, & dæmonicę, ſic nec omnes debeãt appellari rationales, vt falsò puta-

Lib. de abſtinentia in opuſc.

Pugnant, q. omnis anima ſit rationalis.

tarũt; & animæ ſũt probare Plutarchus, & Porphyrius, qui hac re haud conuenire cum noſtris clarè conſpicitur, niſi in ſenſu in eodem lib. expoſito.

Nō comm. quod anima noſtra ſit portio mundi.

Quod etiā non ſit portio animæ mundanæ, ex præſcriptis in lib. de ea ad aures Platonis ſatis liquet, quoniā negant Chriſticolæ, & non abſq; ratione, mundum eſſe animatū, ſed admittunt ſolum natura præditum .i. ſpiritu quodam, qui per omnia corpora meat, & penetrat; de quo multa dicta ſunt ab Ariſt. lib. ſuo ad Alexandrum, quem tamen ſpiritum ipſe vocat naturā, & non mundi animā.

Nec valet dicere, pro ſua defenſione, quod omnes animæ particulares ex hoc putantur eſſe animæ vniuerſalis portiones, quia ex eodem Cratere, vel Patera, quæ eſt Idea vniuerſalis procedunt, ex qua producuntur nō ſolum humanę, ſed Cœleſtes, & Dæmonicę, quoniam aliam ſaniorem, & veriorem nos adhibemus interpretationem, quod .ſ. ex eadem Patera, ortum habuerit, ex qua omnia alia habuere exordium per creationem à ſummo Opifice, nam (vt ſuo loco oſtenſum eſt) & tangemus infra, in diem ab omnipotenti manu ipſius Dei creantur, & infunduntur; vnde in hoc nequaquam cōuenire noſtrates, & Platonicos, perſpicuum eſt.

Non tamen dicuntur eius portiones, ſed eiuſdem creaturæ.

Anima non eſt vna in tota ſpecie humana.

Et ex hoc conijcitur nedū, quod non ſit vna, in tota humana ſpecie, vt perperam putauit Numenius, & cū eo Auerroes, cuius ſententia ſupra iure reprobata eſt, quæ quidem per participationem vnicuiq; indiuiduo inſinuetur, & copuletur, quo extincto poſtea, abeat in ſuū radicale principium, hoc eſt in mentem vniuerſalem. Eſt vna re vera vniuſcuiuſq; indiuidui, & extincto corpore, abit ad ſuum principium, hoc eſt ad ſuū creatorem, ſi tamē benè ſe geſſerit in corpore, ſin autem, pergit ad locū ſupplicij, & pęnarū: quare itidem in hoc cum noſtris minimè concordare videntur Platonici, & Peripathetici, illi præſertim, qui ſentētiā Numenij, & Auerrois amplexati ſūt.

Anima nō eſt antequā corpus ingrediatur.

Neq; antequā ad corpus accedat informandum, & regēdum alicubi eſt, ſed creatur, & infūditur in ipſa corporis organizatione, vt peroptimè D. Auguſt. aſſeruit locis allegatis, & in hoc pari ratione non concordant Plato, & Platonici cum noſtris, qui quidem, maxima iniuria, putarunt, animas vel eſſe æternas, ſicuti ęternus eſt mundus in via Plotini, & aſſeclarum, vel incepiſſe quidem, ſed omnes in mūdi primordio fuiſſe productas .ſ. cū cœlo Empyreo, & natura Angelorum, quam falſam, & erroneam ſententiam ſecutum eſſe Origenem, celeberrimum Doctorem, multi autumant; quę opinio à multis iure damnatur, vt in cautionibus latè patebit.

Lapſus Origen. de anima.

Non conueniunt noſtri, cum Platonicis, putantibus cœlos eſſe animatos, nec non elementa ipſa, quoniam ſicuti nolunt, & iure mundum eſſe anima vniuerſali præditum, ita nec eius partes animatas exiſtimant .ſ. ſidera, & elementa, admittunt nihilominus (vt ſuo loco oſtenſum eſt) cœlos ab Angelis moueri, non aūt ab animabus, eoſdem informātibus, vel eiſdem aſſiſtentibus, quare &c.

Non cōueniunt, quod cœli, & elementa ſint animata.

Diſcordant itidem in eiuſdem generatione, quoniam noſtri nullam aliā cognoſcunt, nec admittunt animæ generationem, quam illam, quam ipſa acquirit per nouam creationem, quæ fit (vt diximus) in ipſa corporis organizatione, & licet animæ generatio Platonica ſit potiùs myſtica, quam realis, ſeu temporalis; nihilominus, cum noſtri nullam habeāt cōſiderationem illarum generationum, ſed creatiuæ, & productiuæ dumtaxat, idcircò, illos iure diſcordare à noſtra ſincera veritate, tenemus.

Non cōueniunt circa animæ generationem.

Non conueniunt etiam, dum animarum hanc creationem, non Deo immediatè tribuunt, ſed alijs mentibus infra ipſum, quoniam potentia creandi pręciſè competit Deo (vt alibi probatū eſt de mente omnium Theologorum.) Si admitterent etiam realem animarum generationem, ſed omnium ſimul, & ſemel,

Eſſet lapſus vt ſupra de Origene.

in mundi ortu diſcederent itidē à noſtra veritate (vt tactum eſt) quæ vult, & iure optimo, quod creentur in diem, ſecundum quod corpora humana in diem generantur, & organizantur.

Anima eſt cōpoſita in vtraq; via.

Anima in vtraque via dicitur eſſe aliquali compoſitione compoſita, ſed quia non ſunt eędem rationes compoſitionis, hinc e[illegible], quod in hac re minime conueniunt, nihilominus in hoc ſaltem poſſunt cenſeri concordes, quoniam neutra harū compoſitionum eſt ex partibus quātitatiuis, vel ex ſimilaribus, cum iſtæ compoſitiones ſpectent ad illam, quæ fit ex rebus materialibus.

Non communicāt in animæ vehiculis.

Non concordant vllo modo in vehiculis animarum, quoniam apud noſtros creata anima à Deo, ſtatim infunditur abſq; vllo cortice, vel velamine, vel ęthereo, vel aereo, vel demum aqueo, niſi tamē dicamus, quod cōueniunt in Oſtreaceo, quod eſt hoc corpus materiale ex elementis cōpoſitum, ad quod tamen Dei libera voluntate, & nō lege fatali deſcendit, & ex hoc non debet conijci, quod ſicut corpus hoc fit ex corpore .i. ex ſemine patris, ita anima ex [illegible] per traducem.

Non communicant, quod ſint æternæ, vel qđ habuerint eſſe in mūdi creatione.

Non conueniunt cum his Platonicis noſtri, qui non benè ponderant verba Præceptoris, quiq; abſq; ratione, nō ſolum animarum exiſtentiam ante corpus, ſed earundem numerum determinatum, & præfixum exiſtimant, quoniam (vt oſtenſum eſt) ſecūdum noſtræ Religionis veritatem, in diem creantur à Deo, ſicut in diem infunduntur in corporibus, quæ per naturalē generationē eſſe acquirunt.

Animę extrę corporib. pollent potentijs i ſeparatæ.

Extra corpus in vtraq; via animæ nobiliſſimis pollent potentijs, non tamen modo materiali, ſed intellectuali, eò quia carent organis corporeis, hoc tamen intelligatur non à parte ante, quia nōdum erāt, ſed à parte poſt, quia hoc modo ſūt æternę (vt tactum eſt) & non alio modo.

Diſcordant in cauſis deſcenſus.

Conueniunt (vt patet) quod deſcendant ad corpus informandum, mouendum, & regendum, in hæc inferiora, ſed diſcordāt in pluribus cauſis ipſius deſcēſus, vel inſinuationis, vocant Platonici.

In cauſis deſcenſus diſcrepāt in i.

Diſcordant (inquam) in cauſis iſtius inſinuationis, ſiue copulationis in corpore, & primò, quod per fatalem neceſſitatem, & legem adramiæ fiat talis copulatio, quæ in via noſtra nō fit, niſi ex Dei abſoluta, & libera voluntate, vt tangit Magiſter in 2. diſt. 1.

Diſcordāt, quod anima deſcendat ad corpus, vt pœnas luat erroris, ſeu peccati, in patria, hoc eſt in cęlo, commiſſi, & ratio iſtius controuerſię ſtat in hoc, quoniam anima non erat ante corpus in via veritatis, & ob id eadem ratione diſcordant, quod ſigna præcedāt huius deſcenſus .ſ. tonitrua, coruſcationes, terręmotus, &c. In 2. diſt.

Diſcordant etiam, quod deſcendat ad ipſum corpus, ad pœnas dandas, ſiue ad piacula purganda, quæ ibidem commiſit, propter negligentiam quandam Diuinorum, quoniā eadem ratione ante corpus non exiſtebat. In 3. diſt.

Diſcordant, quod ad hęc corpora ſint deſtinatæ, vt calleant naturam boni, & mali, ac eandem ſciant in patria recenſere, dum, reſumptis alijs corticibus, ad illá volando pergant, quoniam in patria nullius mali remanet memoria, ſed omnis boni, quinimò ſempiterni, & ſummi boni acquiritur ſempiterna fruitio. In 4. diſt.

Diſcordant, quod labatur in corpus ad dandam notitiam mundi intelligibilis, vel ad acquirēdam ſcientiam mundi materialis, ne vterque eidem remaneat ignotus. Quoniam ſi antequam corpori copularētur non erant, quomodo id fieri poteſt? In 5. diſt.

Conuenirent forſan, quod, ad corpora informanda accedat Dei permiſſione (vt dictum eſt) & libera volūtate, ad hoc, vt opificij ipſius pulchritudo conſpiciatur, & eiuſdē infinita virtus admiretur, & laudetur Creatoris bonitas, ſi tamen earum perpetuitas ante coniunctionem toleretur, & neceſſitas iſtius coniunctionis, & propenſionis voluntariæ, quibus impelluntur, ſed quoniā hæc præſuppo- In 6. diſt.

no-

nere videntur eaſdem eſſe ante corpus, idcircò minimè conuenire, cum veritate noſtra, Platonicos tenemus, & præſertim Plotinum, huius ſententiæ primarium auctorem.

Conuenirent (inquam) quoniam (aſſertore Auguſtino) *Fecit Deus rationalem creaturam, vt ſummum bonum intelligeret, intelligendo amaret, & amando poſſideret, & poſſidendo eo frueretur.* At quomodo poſſent hæc omnia fieri, niſi anima crearetur, & corpori infunderetur, ac adminiculo ſenſuum conſpiceret omnia bona per participationem ſummi, ad cuius cognitionem eleuatur, tanquam per gradus? vel quomodo illud affectaret, cuperetq́; nec vnquam acquieſceret, donec in eo immobiliter ſiſteret, ſi non fieret hæc corporis, & animæ copulatio? fit nimirũ hac de cauſa, ſed per nouã animæ creationem, & non per æternam eius exiſtentiam, vel per antiquam eiuſdem productionem, ante corporis generationem, quare in hac re iure diſcrepãt noſtrates, & Platonici.

Pulchra ratio, & vera deſcenſus animæ in corpus, ex D. Auguſt.

Diſcordant demùm, quod deſcendãt, vt earum prauitas puniatur, ſicut voluit iniquè Porphyrius, vel vt neceſſitas naturalis, & inſtinctus earum impleatur (vt perperam aſſeruit Proclus.) Quoniam ſi non erant ante corporis ingreſſum, nec prauitate grauabantur, nec naturali neceſſitate compellebantur ad hũc deſcenſum, & vnionem, quare &c.

In 9. diſc.

Conuenirent fortaſſis, quod animæ corporibus à Deo ſint datæ, tamen per creationem nouã, ad hoc, vt ipſe in terris colatur ab eis, ſicuti in cœlo ab Angelis veneratur, ſicuti Moderni quidam, pietate Chriſtiana inſigniti, optimo iure concludunt, ſi ipſi nouam, & non æternam admitterent earum creationem, at quia non admittunt, idcircò in hac re itidem minimè concurrunt.

In hoc conuenirent, ſi concederetur animæ exiſtentia à parte ante

Hæc ſunt, in quibus communicant, & pugnant noſtri, & Platonici, circa animarum conditionem, ante corporis informationẽ; modo quid ſentiãt de eiſdem, poſtquam corporibus coniunctæ ſunt, videamus, nihil tamen conſiderando de his, quæ dicunt de earum deſcenſu per ſignum Cancri, tanquam per oſtium, & de aſcẽſu per ſignum Capricorni, poſtquam à corporibus ſolutæ, faciũt regreſſum in cœlum, tanquam in patriam, ſi a ctis laqueis, aliiſq; refectis, quæ in via noſtra, veluti ſomnia, reijciuntur.

Reijciunt à noſtris ſigna, ꝑ quæ animæ deſcendunt, & aſcendunt.

Anima recipitur in corpore toto, tãquam in ſua ſede, quoniam totum viuificat, totum mouet, & totũ perficit, adeò quod in vtraq; via innuitur, quod ſit tota in toto, & tota in qualibet parte ipſius, & in hoc concordant non ſolum inter ſe noſtri, & Platonici, ſed etiam Ariſtotelici omnes, ſed diſſentiũt poſtea ipſi Academici, quod recipiatur in hac tota ſede corporea, mediantibus vehiculis, quoniam anima in via noſtra nullum aliud dicitur habere vehiculũ, niſi oſtreaceum, quod eſt corpus ipſum, & in hoc toto recipitur (vt diximus) tanquã in ſua ſede.

In quibus differuũt, & conueniant circa ſedem animæ.

Nec recipitur in eo, ſecundum hanc Platonicam conſiderationem, tanquam forma proxima, informando corpus hoc organicum, quoniam rei diuinæ, & immortalis, vt eſt anima, nulla fieri poteſt commixtio cum materiali, & caduca immediatè, ſed mediante vi quadam ab ea nihilominus diffuſa, quę corporis poteſt dici actus, & forma, & in hoc ſenſu intelligitur in via Platonica, quod anima rationalis non ſit forma informans ex ſe, ſed aſſiſtẽs, per iſtam verò vim diffuſam quodammodo informans, vnde, ſecundum primum ſenſum, omninò diſcordant à noſtris, ſecundum alium verò conſentiunt, & non ſolum cum noſtris, ſed etiam cum Ariſt. ipſo, qui vim, & facultatem vtentem à formante non ſeparat, 3. de anima, & ſic poteſt corrolariè dici, quod Plato totam animam abſolutè, nõ putat eſſe hominem, vt videtur tenere in Alcibiade primo, ſed potiorem partem.

Eorum conſenſus, & diſſẽſus circa animę informat.

Quom. anima pot dici forma, & infor. & aſſiſtens ſine contradict.

In corpore igitur, tali modo informato, ſuas exercet facultates, ſuiſq; vtitur

po-

Conueniũt in vſu facultatũ in corpore, & extra. potentijs, ſed non quemadmodum facit ſeorſum ab illo .ſ. modo immateriali, & intellectiuo, ſed modo organico, & inſtrumentali,& in his duobus vtendi modis haud differunt, dummodo intelligatur, poſtquam eſt corpore exuta, & non ante, quoniam ſecundum ſinceram veritatem Chriſtianæ doctrinæ, non erat, vt dictum eſt melius.

Conueniũt in num potentiarum. Concordant in numero potentiarum pariter .ſ. in intellectu, in voluntate, & in memoria, non autem in reminiſcentia earum rerum, quarum notitiam callebat, priuſquã corpori copularetur, quoniã, n non habebat exiſtẽtiam, nec etiam operationes, quarum ſcientiarum, ig tur & quarum actionum habebat reminiſcentiam? benè poteſt dici, quod concordẽt in illa, quæ accidit in corpore poſt alicuius rei, vel viſæ, vel actæ obliuionem, quę tamen in doctrina Ariſt. admittitur etiã, à quo non diſſentiunt noſtri, neq; forſan Platonici.

Diſcordant in reminiſcentia rerũ extra corp.

Conueniũt in ſede nobiliſs potentiarum. Sed ſicuti conueniunt in ſede animæ totius in toto, nunquid in ſitu harum põtentiaru n in corpore ſimul cum ea? ſicut conueniunt, quod non ſit determinata tota in hac, vel in illa organi parte (vt dictum eſt) ſic nec potentiæ iſtę in eo, quæ poſsũt expleri ſine corporeo inſtrumento, ad differentiam potentiarum ſenſitiuarum, motiuarum, necnõ aliarum, cum ſint formal ter de eiuſdem natura, eſſentia, & quidditate.

Inſtantia. Et ſi quis perquireret, quare Plato aſſignat facultati rationali caput, tãquam propriam ſedem, in Timeo? ſicuti nedũ alijs facultatibus alias, vtputa iraſcibili cor, concupiſcibili iecur, & cætera, quod cõfirmatur auctoritate ipſius alibi à nobis allata, quæ eſt, quod opifex voluit ipſum caput eſſe rei diuiniſſimę ſedem?

In Timeo.

Reſponſio. Pro reſponſione poteſt dici, quod hoc debet intelligi, quo ad operandi locum, & completiuè, non autem quo ad originem, & in hoc ſenſu etiã Philoſophus Peripatheticus, & noſtrates cũ ipſo, & præſertim D. Auguſt. aſſignant, intellectiuæ, & volitiuæ potentiæ medium cerebri vẽtriculum, memorię verò poſticam capitis partem .i. occiput, nihilominus ſuperiorem tenet opinionem. Neq; ex hoc conijci debet (vt impingunt quidam Platoni) in homine tres eſſe aĩas, vndequaq; diſtinctas, ſed vnam dumtaxat, his potentijs nobiliſſimis præditam.

Quom conueniant in actib. intellectus, ſed in modo intelligendi diſſentiant. Sed ſicut conueniunt in numero, & ſede harum potentiarum animæ noſtri, & Platonici, quinimò & Peripathetici, nunquid cõmunicant in earum actibus, & obiectis? Reſpondetur, quod ſaltem in hoc conueniunt, quod actus ipſius intellectus ſit intelligere, ſed in modo intelligendi, & in ordine non benè communicant. Si quidem modus intelligendi ipſius intellectus in via noſtra, eſt duplex (vt ſuo loco dictũ eſt) vt modus intelligendi immaterialis, vel materiæ implicata, primò modo per propriam naturã id agit .i. per impreſsã veritatis imaginem, quã in ſe habet à Deo (teſte Damaſceno) & in hoc forſan (dicunt quidam moderni) conueniũt noſtri, & Platonici, qui quidem, per lumen idearum ſibi impreſſarũ, animam intelligere, autumant (vt ſuo loco dictum eſt.) Secũdò modo intelligit formas, materiæ inhęrẽtes, abſtrahendo, & hoc fit primò, mediante phantaſia, & cætera, & in hoc haud conuenire dicuntur.

Lib. ſ.

Inſtantia cõtra Plot. Sed quare ſenſus appellatur nuncius à Plotino, intellectus verò Rex, cuius (dubiõ procul) ipſe denunciat, & defert ſpecies imaginationi, & ipſa intellectui, igitur in hoc conueniunt. Reſponderi poteſt, quod ſimpliciter intellectus non indiget ſenſu, quoniam ſemper eſt agẽs, & ſemper indiget ideis, quibus illuminat potẽtias interiores, ſed ſecundũ quid .ſ. quatenus ſpecies, & phantaſmata indigẽt illuminari ab eo, propter rationes in anima, quibus, dũ eſt alligata, vtitur, & in hoc ſenſu dicitur intellectus Rex, & ipſe ſenſus nuncius.

Reſponſio. Quom. intell. quod intellectus ſit rex, & ſenſus nuncius.

Dicitur hic intellectus in via Platonica ſemper agens, quia ſemper agit hoc

mo-

In via Plat. non datur actu intell. agens.

modo, & nunquam vlla ratione appellatur poſſibilis, paſſibilis, ſpeculatiuus, practicus, &c. & in hoc haud conueniunt noſtri, & Platonici, quoniam entia multiplicare abſq; neceſſitate oderũt (vt dictum eſt pariter ſuo loco.) Hæc diſtinctio intellectus Ariſtotelica eſt, quamtamen noſtri ſequuntur, & præſertim Scholaſtici.

In potentia volitiua nõ differunt.

Conueniunt & Platonici cum noſtris, circa volitiuam potentiam, quæ eſt vna ex appetitiuis, penes ipſos, nã in vtraq; via, minimè negatur, quin ſit vis quædã in anima, quæ ſe ipſam applicat ad illud, quod magis placet eligendum (aſſertore Boetio) ſiue ſit bonum, ſiue malum. Non negatur eſſe nobiliſſima potentia, & ex hoc in ratione poſita.

Conſentiunt in memoratiua potẽtia, quod .ſ. ſit quædam coaceruatio, & ſenſus, & intelligentię (vt iure noſtri norũt) nam quid aliud importat hæc coaceruatio, quam indelebilis conſeruatio Platonica, & permanſio, quæ aptè dicitur ab eis theſaurus idearum, & ſpecierum? nil re vera: igitur in hac eadem re non diſſentiunt.

Damaſc.

Conueniũt in num cũ noſtris, & Peripat. nõ autem cum Stoicis.

Conſentiunt in ſenſibus, tùm interioribus, tũ exterioribus, vel ſaltem parum diſcrepant, & ſi aliqualis quãdoq; apparet diſcordia, lis eſt in verbis, & non in ſenſu, & re. Diſſentiunt noſtri, Platonici, & Peripathetici à Stoicis, in numero ſenſuum exteriorũ, qui (vt viſum eſt ſuo loco) ſeptem, & non quinq; perperam poſuere. Sed hęc omittamus, quæ cum ſint merè Philoſophica, nihil, vel parum faciunt ad Theologum Chriſticolam, vel Ethnicum.

Conuen in port. ſuper. & infer.

Conſentiunt, quod in anima ſit quędam portio, quæ dicitur ſuperior, quædam verò inferior, ptout optimè ponit D. Auguſt. Nam Platonici aſſerentes, quod, quando ratio, quæ Dyania Grecè nuncupatur (vt viſum eſt) iungitur cum intellectu, diuina valet cernere, cognoſcere, & ſpeculari; ſi verò iungitur cum opinione, ſiue cum opinatiua potentia, cernere, cognoſcere, & ſpeculari corporea valet. & quid aliud hoc importat, niſi quod, quando ratio cum mente iungitur Deum valet contemplari, & eius incommutabilem veritatẽ ſpeculari in via noſtra? ſi verò iũgatur cum ſenſu, è contrario valet ſpeculari inferiora corporea, & creata: quorum primus ſpeculandi modus iure appellatur à D. Auguſt. animæ portio ſuperior, ſecundus verò portio inferior, in hac igitur minimè videntur diſcordes.

D. Auguſt. 12 de Ciu. Dei, & 12. de Trin.

Conuen. in obiectis potentiarum.

Conueniunt pari modo, in obiectis potentiarum harũ ſenſibilium, tùm ſenſuum interiorum, tùm exteriorum, ſine vlla repugnantia, nam ſi in hac non diſſentiunt, Plato, & Ariſt. vt affirmant, & probãt quidam ex antiquis, & ex recentioribus interpretibus, ita nec noſtri, qui Ariſt. dogmata in re animaſtica, ex profeſſo ſequuntur, & præſertim in potẽtijs, actibus, & obiectis, & in animæ operationibus, denique dum eſt in corpore. Quod non diſſentiant Platonici, & Peripathetici, conſpicuè probant ex vetuſtis Simplicius, & Philoponus, ex Neothericis verò Picus Mirãdulanus, Camperius, & Phoxius.

Conuen. in diſtinct potentiarum.

Conueniunt in diſtinctione harum potentiarum .ſ. quod diſtinguantur formaliter in vtraq; via, & ratio eſt (vt ſupra diximus) eò quia earum actus ſũt taliter diſtincti, quæ doctrina paſſim vagatur apud omnes Philoſophos, qui quidem omnes vnanimi conſenſu aiunt, potentias diſtingui per actus, & actus per obiecta, quod etiam fatetur Proclus, cũ alijs Platonicis, Philoſophus re vera inſignis, & in hac itidem re haud diſſentire videntur.

Conuen ſia operat. animæ immaterialibus.

Conueniunt, quod extra corpus exerceat itidem anima has operationes .ſ. intelligere, velle, memorari, &c. quoniam (vt diximus) non indiget organo corporeo, in his functionibus obeũdis, quinimò in vtraq; via anima dicitur videre, audire, & omnes operationes ſenſuum exteriorum facere, ſed tamen modo intelle-

tellectiuo, & ſupernaturali (vt dictũ eſt) non autem modo ſenſitiuo.

Conueniũt in intellectione per ſpecies, & ideas.

Conueniunt, quod anima cognoſcat per ſpecies, à Deo impreſſas, vel ab Angelo, & præſertim Thomiſtæ, & ex parte Richardus, non autem Scotus, & aſſeclæ, quoniam Platonici, & ipſi putant animas intelligere (vt vidimus) potiùs per infuſum idearum lumen, quam per ſpecies, mediãtibus ſenſibus acquiſitas, quo quidem melius vtuntur ſeorſum à corpore, quam in ipſo, &c.

Conueniũt in trib. receptaculis, ſed nõ per ſectè, quia noſtri ſue aliter intel ligunt, ipſi poeticè.

Conſentiunt, quod animæ à corporibus ſeparatæ, illicò ſe recipiãt in aliquod ex trib. receptaculis. ſ. in Paradiſum, Purgatoriũ, vel Infernum, licet hæc nomina non habeantur in via Platonica (vt viſum eſt) non tamen id omninò eſt affirmandum, quoniam aliqualis cadit differentia in hac re inter noſtros, & Platonicos, vt alibi videbimus.

Conueniũt in iudicio particulari, & vniuerſ necnon in reſurrec car nis vt patet in ſolit.

Conueniũt, quod ſtatim ab ipſis corporibus item abiunctæ, iuſto Dei decretò, iudicentur, & pro meritis, & demeritis illarum, abeant in bona, vel mala receptacula; quinimò videntur aliqualiter conuenire in iudicio vniuerſali, in mundi exitio, & in reſurrectione carnis, licet non ita explicitè loquatur Plato (vt noſtra loquitur Theologia) quæ lumine veræ fidei roborata, horum articulorum veritatem abſq; vlla probatione, & dubitatione prædicat, vtpotè illa, quæ ſuã firmitatem habet ex ore filij Dei, & ſuorum Apoſtolorum, quod non habet illa Ethnicorum, quę lumine naturę, ſine ratione prophetica, non benè põderata, ſimpliciter procedere videtur, idcircò hoc abſolutè nõ eſt vndequaq; affirmandum, cum multa inconſtanter prolata in ea obſeruentur.

Non conueniunt hac ratione, quod abiunctæ à corporibus animæ, pertranſeãt in corpora beſtiarum, iuxta Pythagoræ, & Platonis poſitionem, ſi tamen intelligatur de Methempſicoſi illa exteriori, non autem de interiori .ſ. non de corporali, ſed de ſpirituali, de qua locutus eſt Ammonius Ermeus in Phędone, pro qua, in defenſione illorum ſummorum Philoſophorũ, extant apud Patres noſtros, & Græcos, & Latinos, clariſſimæ auctoritates, quas qui videre cupit (vt alibi dictum eſt) ad D. Io. Chriſoſtomum homil. 24. in Gen. ad Clem. Alex. in Pedagogo, ad Boetium Seuerinum lib. 4. de conſolat. & ad D. Thom. in expoſitione illius lib. confugiat, qui omnes vnanimi conſenſu, & pari voto, admittunt tranſmigrationem interiorem, & ſpiritualem, non autem exteriorem, & corpoream, quam explodũt omnes Patres, & veteres, & recentiores, tanquam monſtruoſum, & peſſimum dogma, de quo ſatis abundè locuti ſumus in præludio, necnon in ſuperiori lib. & etiam fuſiſſimè dicemus in Cautionibus intra.

Vide in proœm ope ris, quod dicat Auctor pro defenſ. Plat. & Pythag.

Conueniunt itidẽ, quod ſicut anima, exuta corpore, vtitur potentijs intellectiuis, & ſenſitiuis, intellectus .ſ. memoriæ, & voluntatis, ex ſententia noſtrorum, & pręſertim Damaſceni, ita etiam, quod in tali ſtatu gaudeat, & triſtetur, nam ſi fœlix euadit in receptaculo cœli, fœlicitas plena, & perfecta non poteſt haberi ſine ingenti gaudio; è contrario ſi in receptaculo inferni euadit miſera, & infœlix, miſeria, & infœlicitas, non eſt abſq; graui triſtitia, quare, &c.

Conueniũt quod exuta corpore, & intellectus, & ſentiat.

Conueniunt demũ, quod ratio illius triſtitiæ, non tantùm ſit pœna damni, & prouenıat à carentia diuinæ viſionis, & boni Idealis, & nulla tamẽ habetur mentio in doctrina Plat. ſed etiam, quod ex pęna ſenſibili fiat, quæ in re immateriali fit cum vnione ipſius cum materiali, quæ vnio non eſt facta tãquam per informationem (vt dictum eſt) ſed per inhęrentiam mouentis ad mobile, & hæc modo ſupernaturali, & Dei permiſſione. Solum in hoc poteſt eſſe differentia inter noſtros, & Platonicos, quod .ſ. hęc vnio fiat immediatè, ſecundum veritatem doctrinæ noſtræ; mediatè autẽ in via Academica, hoc eſt mediãtibus vehiculis, & pręſertim æthereo, quod eſt in ea perpetuum,

Quom. conueniunt in modo afflictionis, & pœnarum.

tuum,

tuom; & quo nedum videtur anima videre, audire, & hæc ſimilia facere, vt ſuo loco oſtenſum eſt.

Hęc ſunt, in quibus videtur communicare, & pugnare noſtrates Theologi, & Platonici, in vniuerſa animæ natura. In verbis, & nominibus, non parum tamen diſtare videntur, ſed quoniam perſpicua ſe offert cuilibet intuẽti differentia, idcircò à nobis, tanquam ſuperuacanea, declaranda omittitur. Solum hoc ingenuè dicam, quod circa hos conſenſus, & diſſenſus, mihi placet eoſdem approbare, & reprobare, ſicut Eccleſia Catholica, vt ſimiles, & diſſimiles ſinceræ veritati Chriſtianæ admittit, vel reijcit, ſub cuius cenſura omnia piorum ſcriptorum placita, ſubijcienda eſſe, optimo iure cenſeo, ſed de hac re pro nunc ſatis. In calce iſtius voluminis longa verborũ textura nectam proteſtationem, à me factam eidẽ ſacroſanctæ Eccleſiæ Romanæ, quæ eſt, quod nil aliud verũ eſſe puto; niſi illud omne, quod eſt veræ Religioni conſonum, & pro tali ab ea admiſſum, & conceſſum.

Auct. excuſatio circa has abſolutiſs. comparationes.

Videamus modo, quiſnam longius à noſtra veritate aberrare videatur, Plato ſ. an Ariſtoteles.

INcipiamus ab eius generatione, & productione, de qua longè, latèq; ſuis locis egimus.

Ait Chriſticola: Anima eſt à Deo, vt cætera omnia per nouam creationem.

Aug. ſuper Gen.

Ait Plato: *Anima non eſt producta de nouo, ſed eſt antiquiſſima*, ſi mundus non eſt productus niſi cauſatiuè, ſi autem eſt temporariè productus, vtiq; & anima ipſa eſt producta, ſed non de nouo, ſed in exordio mundi, in quo omnia fuere ſimul, & ſemel producta.

Baſilius in Exam. Ambroſius ibid.

Ait Ariſt. *Anima humana eſt educta de potentia materiæ,* vt forma naturalis; tanto interuallo diſceſſit, in hoc dogmate à veritate non modo noſtra, ſed Platonica, quandoquidem, animã, quæ producta eſt à primo, & ſummo omnium Principio, ipſe docet productam eſſe à poſtremò, & infimo.

Orig. in πɛ. ἀρχ. & denique alii.

Ait Chriſticola: Anima poteſt à corpore ſeparari, eſt .n. ſubſtantia per ſe, & producta, antequã corpori copuletur, & immortalis .i. per creationem nouam.

Plato in Timæo, in Phæd. & alibi.

Ait Plato, & tota ſapientia vetus: Anima poteſt à corpore ſeparari, & ſeparabitur de facto poſt ſolutionem à corporeo vehiculo .i. Oſtreaceo.

In Phæd. & alibi.

Ait Ariſt. *Anima, cum ſit forma corporis phyſici, organici potentia vitam habentis, non poteſt ſeparari à corpore,* & eſt ratio, quoniã ſicuti aliæ formæ naturales, quæ ducuntur de potentia materiæ, ſunt ab ipſa inſeparabiles, ita quoq; anima humana, quæ ducta eſt ex eadẽ materia, erit forma naturalis, & ob id à corpore inſeparabilis: ſi formæ naturales omnes corrũpuntur corrupto cõpoſito, ergo anima ipſa vt talis forma. Quod eſt impium dogma, & non ſolũ noſtræ veritati irrefragabili contrariũ, ſed etiam dogmatibus Orphicis, Trimagiſticis, Pythagoricis, & Platonicis, & in hoc maximè nimirũ tota verſatur antiquitas, præterquam vnus Ariſt. ſed implicitè, Epicurei verò explicitè, qui hoc dogma perperam euertere conati ſunt.

Ariſt. lib. 2. de anima.

Nec occurrendicere q non ſit forma naturalis abſolutè, eò quia ſpectat ad Metaphyſ. & ſic eſt immortalis quia dicit, q eſt actus corp. phyſ. .i. corp. naturalis.

Quoniam Ariſt. in hoc negotio de animæ immortalitate, non ita ſibi ipſi conſtare videtur, vt certi aliquid poſſit afferri ex ſua ſententia, idcircò adducamus breuiter fundamenta, quibus vtuntur ij, qui, ipſum immortalem tenuiſſe animam, arbitrãtur, vt Simplicius, Philoponus, Themiſtius, & alij multi ex Græcis, D. Thomas, Albertus Præceptor, & alij multi ex Latinis, & poſtea feremus fundamenta eorum, qui putarunt, eundem illam excogitaſſe mortalẽ, & à corpore ſolubilem, vt Alexandri Aphrodiſæi, qui tamen intellectum agentem aſſeruit eſſe Deum. Auerrois, qui vnicã rationalem animam poſuit in tota ſpeciei humanæ ſphæra, vt iam alibi dictum eſt.

Correlariũ.

Auctores qui tenẽt Ariſt. putaſſe animã noſtrã nõ eſſe immort.

Rei difficultas ſtat in hoc, quod Ariſt. in hac vna re non ita explicitè loquitur, ſicut Plato, nam quandoq; ſeipſum prębet

Ariſt. circa animæ immortalit. dubius, & anceps.

incertũm, & ignarum huius Philoſophię, aliquando videtur intellectum aſſerere immortalem, aliquãndo verò mortalem, aliquando dubia mouet, & aliquãdo nihil reſoluit. Quare, in hoc tanti ponderis negotio, dubius, & anceps cenſetur. Hinc occaſiones prębet ſuis expoſitoribus perpetuarum contentionum. Fundamenta, adducta pro immortalitate, ſunt hæc.

Ex 1. de part. c. 1.

Quod anima non eſt natura, ſed ſupra naturam.

Ex 1. de anima.

Quod non pertinet ad Phyſicum, ſed ad Metaphyſicum.

Tex 49. 65.

Quod eſt eiuſdem rationis, & conditionis cum intelligibilibus.

Ex 2. de anima tex. 11.

Quod eſt aliud genus animæ à nutriẽte, & ſentiente.

Ex 3. de anima tex 4.

Quod eſt ſeparabilis, vt æternũ à corruptibili.

Ex 7. Phyſ. tex. 2.

Quod eſt immunis à materię inquinamento.

Ex 2. de generat. anim. c 3.

Quod eſt immunis ab omni paſſione.

Quod eſt aliena à corporea mixtione.

Ex 12. Metaph. tex. 17. 39.

Quod eſt propriè intelligibilis, & ob id intelligens.

Ex 1. & 3. Eth c. 5. 7. & 10.

Quod non indiget inſtrumento corporeo.

Ex li. Prob. p. 34. Prob. 7 & 9.

Quod extrinſecus accedit, ſeu deforis venit.

Quod eſt intelligibilis, & quod intelligit ſe ipſam.

Hæc fundamenta immortal. animę ex his locis eliciũtur ab iis, qui volunt animã immortalem in via Ariſt. & communiũ Peripath.

Quod conformatur cum eſſentia rerũ.

Quod eſt ſui ipſius Domina.

Quod eſt ex ſe libera.

Quod ab ea eſt aliquando præeligenda mors.

Quod eſt apta omnia fieri.

Quod ſit demum particeps diuinarum affectionum.

Hęc ſunt loca, ex quibus ab interpretibus elicitur, quod anima ſit immort. in via Ariſt.

Fundamenta pro mortalitate, potiora ſunt illa pauca, quæ ſupra adduximus, ſine multis, quæ poſſunt colligi ex vniuerſa eiuſdem Ariſt. Philoſophia, & colliguntur ab iis, qui abſq; iure impugnant immortalitatem, vt fuit præcipuè Alexãder Aphrodiſæus, quem ſequutur Petrus Pomponatius, Simon Portius, Hieronymus Gardanus, & alij multi ex Neotericis, quos ſubtiliſſimè redarguit Hieronymus Pontanus Conciuis meus in ſuo aureo lib. de immortalitate animæ, ad mentem Ariſt. nec non Frãciſcus Piccolomineus Præceptor noſter colendiſs. in Peripathetica Diſciplina, quare his fundamentis potius Ariſt. iudicandus eſt contrarius, non ſolũ veritati noſtræ irrefragabili, ſed etiam doctrinæ Platonicę, quę expræſsè hanc veritatem non modo fatentur, ſed probãt ſolidiſſimis rationibus: (vt oſtenſum eſt.)

1. de anima in diffin.

Rationes pro mortalitate præcipuè ſunt inferiores, & fundamẽta, ſuper quæ poſuere fautores eiuſdem ſupradicti, ſua argumenta.

Quod anima cum ſit endelechia, ſit inſeparabilis, vt habetur in animæ diffinitione.

2. lib quæſt. natural.

Quod ſit per ſe immobilis, igitur mortalis.

Ibid & 1. de aīa in comment.

Quod non ſit re diuerſa ſenſitiua, alioquin eſſent duę animæ, re ſeiunctę in homine, igitur mortalis.

In 3. de anima, & alibi.

Quod eius operatio, non poſſit à corpore ſeparari, igitur & anima, quia neceſſariò vtitur imagine in intellig. .i. phantaſia.

Quando autem rationes adducuntur pro immortalitate, & argumenta, fiunt in debito modo, figuraq; pro ea, elicita tamẽ ex primis ſuperioribus fundamentis, Reſpondent.

Alex. lib. de anima.

Quod quando Ariſt. loquitur de mente agẽte, quam videtur facere diuinam, & immortalem, aiunt ipſam eſſe Deum, & iſte eſt Alexander in com. lib. de anima.

Ibidem.

Quod loquitur de actu intelligendi, quoniam apprehenſio primorum principiorum nomine mentis denotatur: idem Alexander, vbi ſupra.

Alex. de immortal animæ.

Quod mens hominis dicatur diuina, non conditione propria, ſed generis mẽtium; ait Pomponatius aſſecla Alexandri, lib. de animę immortalitatẽ.

Quod

De mente humana. Quod dicatur diuina, facta cõparatione, cum alijs animę partibus egẽtibus inſtrumẽto, ait Simon Portius lib. de mẽte humana.

Ibi ſupra. Quod ſentẽtia profertur probabiliter, & in alieno loco, idem Simon in eodem loco.

Lib. de immortal. animæ. Quod loquitur Ariſt. dubitatiuè, non aſſertiuè, quia modo in vnam, modo in aliam, videtur declinare partem, ait Hieronymus Gardanus libro de immortalitate animę.

Ibi ſupra. Quod loquitur Ariſt. de mente, & anima non pręcisè hominis, ſed vniuersè extenſa, etiam ad animas cœlorum, ait idem Gardanus eodem loco.

Alex. vt ſupra. Quod facit verba de mẽte, & poteſtate, hoc eſt de pręparatione, & ſuperaddita facultate, idem Alexander, vt ſupra.

Quod tandem id extrinſecus accedere referunt, nõ ad mentis eſſentiam, ſed ad ſpiritũ, in hominis generatione incluſũ, pro mente producenda, qui eſt præſtantior cæteris ſpiritibus ſeminum, & maiorem cœleſtis caloris virtutem includit.

Hæc ſunt fundamenta, & rationes, cõpendioſè relatæ, quibus euertere conantur fautores immortalitatis animæ perpetuitatem, vnde ex hoc Philoſophandi ritu, cõſpicuè eruitur, Ariſt. fuiſſe ancipitem, & dubiũ (vt dixi) circa animæ ipſius Philoſophiam, & longiſſimè in hoc diſtare, non ſolum à doctrina Platonica, ſed à veritate Catholica; in animę verò potentijs, functionibus, & obiectis, propius accedere, vt in comparationibus ſupra oſtenſum eſt.

Auguſt. & omnes. Ait Chriſticola: Anima non eſt vna. ſ. intellectiua, ſed plures, prout ſunt plures homines in vna ſpecie.

In Tim. & alibi. Ait Plato: *Anima ſunt plures, ſecundum pluritatem indiuiduorum*, licet mundi totius vna ſit vniuerſalis.

Ait Ariſt. *Potius vnam eſſe in vniuerſa ſpecie humana, quam plures vereor, & hæc eſt ratio, quoniam animarum ſtatum extra corpus, ſicut non cognoui, ita nec protuli, ſi quidem originem formarũ putaui eſſe materiam*, hoc eſt plurium formarum .ſ. Metaphyſices, tex. 12. *Nec mihi ipſi perſuadere poſſum hanc animarum multiplicitatem, quia nouam non agnoſco creationem, & ob id non admitto, nam neceſſe eſſet admittere, ſi numerum earum concederem.* Sed, quod maius incommodum gignit, daretur infinitus numerus animarum in actu, quod eſt contra principia Periparheticæ Philoſophiæ, quæ non admittit infinitum in actu, & aſſerit mundum æternum à parte ante, & poſt, *& in hoc mihi placet opinio Anaxagoræ, qui vnicam, & non plures in vniuerſo ſtatuit mentes, quare licet admittam anima immortalitatem, non tamen eiuſdem pluralitatem.* *12. Metaph. tex. 12.* *Ratio.* *Ratio.*

Ex his facilè conijcitur, igitur de mente Ariſt. quod anima, vt vna in tota humana ſpecie ſit vtiq; immortalis, ſed non vt plures, & rationes, adductę pro immortalitate, faciunt pro ea, rationes, & euaſiones autem pro mortalitate, ſunt nullius momenti, & nullius efficaciæ. *Anima eſt immortalis, vt vna, non vt plures.*

Quod intellectus agens ſit Deus, quoniam nõ diſtinguitur eſſentia à poſſibili, & quod actus ſecundus ipſius ſit primo diuinus, cum apprimè ſit variabilis, & ob id non magis immortalis, quã primus, ex 3. de anima, tex. 20. nam ſpectantia ad actum ſecundum intereunt, ait ibi Philoſophus, quare decipitur Alexander. *In quo decipit. Alex.* *3 de anima, tex. 20.*

Quod non dicitur diuinus, facta comparatione cũ alijs animæ gradibus, qui indigent inſtrumento corporeo, nam abſolutè loquitur Philoſophus, nõ eſſe naturam, nec ſpectare ad naturalem, & ſeparari, vt æternum à corruptibili, quare decipitur Portius. *In quo decipitur Portius.*

Quod non dicitur diuinus ratione generis mentium, nam id, quod ei conuenit, vt eſt mens humana conuenit, alioquin Ariſt. nos deciperet, & ei tribueret, quod non competit, quare decipitur Pomponatius. *In quo decipitur Pomponatius.*

Quod intellectus diuinitas ſit prolata in loco alieno, quia Philoſophus in proprijs locis, & non in alienis, ſemper videtur eſſe conſtans, & veridicus, quare decipitur idem Portius. *Iisdem decipitur Portius.*

mens, intellectus, & anima pro eodem ſimul vſurpantur.

Per ſe modo intellectiuo, & per accidens in corpore.

Conueniunt hac ratione, quod ſit intellectualis, memorabilis, necnon voluntate, & arbitrio libera, quoniam has habet natura facultates, in corpore, modo materiali, & extra, modo intellectiuo.

In Theol. Aegyp.

Conueniunt, ſecundum multos Patres, quod ſit ad imaginem Dei creata (quod eſt mirabile dictu in doctrina Platonis) & manifeſtatur hoc per illa verba, in Alcibiade 1. explicita, & à nobis ſuo loco allegata. Quæ verba ſunt. *Habemus ne aliquid melius, atq; diuinius in anima, quam illud eſt, quod ſapit, atq; intelligit? nihil prorſus, hoc ergo illud eſt, quod Deo ſimile eſt.* quæ veritas confirmatur in Phędone, vbi probatur eiuſdē immortalitas.

In Alcib. 1. & in Phæd.

Patet de mūdi ortu.

Conueniunt, quod ſit de nihilo, ad hanc ſimilitudinē creata, ſi tamen teneatur opinio à Platone, & aſſeclis pietate inſignitis (quod probatum eſt ſuo loco) .ſ. quod mūdus habuerit ortum temporalem, & non cauſatiuum, & cum eo materia ipſa, & cętera cūcta in eo exiſtētia.

Conueniunt, quod ſit beatitudinis, & miſerię ſuſceptibilis, prout benè, vel malè geſſerit in corpore (quod iam demonſtratum eſt in calce ſup. lib.) in quo de locis, in quæ poſt obitum ſe recipit, egimus, longa verborum ſerie.

Conueniunt demū, quod ſit immortalis, ſuperſtes poſt ſeparationem à corpore, prout pro cōfeſſo habuerę Pythagorici, Stoici, Academici, cum multis etiā de Peripathetica familia, quod Plotinus fatetur lib. de anima. Sed ſicut in hac veritate infallibili communicant, eādem immortalitatem probando, non ita conuenire liquidò apparet; ſolum in principali cōfeſſione optimè communicant, vt paulò infra etiam aliquid videmus.

In Phædone, & alibi. Plotin lib. de anima.

Conueniūt in cauſis animæ noſtri, & Platonici.

Ex his omnibus animæ dotibus, quæ communiter admittūtur in vtraq; Theologia, innuitur etiam, quod conueniant in cauſis animæ; de quibus claram mentionem fecimus lib. de anima, ſecundum ſententiam noſtrorum, ex quibus facilè eruitur eiuſdē indubitata immortalitas, ſecundum multos Patres, & præſertim D. Bonauenturam.

Animæ immortalitas, & fundam. veræ relig.

Animam igitur eſſe immortalem, non eſt cur dubitetur in noſtra ſacra Theologia, cùm hæc vera confeſſio ſit verè Religionis ſolidū, & principale fundamentum; quod quidem tanquam indubitatum fuiſſe admiſſum, & iure conceſſum primò à Mercurio Termaximo, à Pherecide Syro, Pythagorę Pręceptore, à Platone (iam dictum, & probatum eſt) & præſertim à Platone, & Plotino, quinimò ab omnibus Platonicis.

Cōueniunt noſtri & Platonici in animæ immortalit. & aūt in modo iam probandi.

Nos igitur tandem tenemus, quòd in principali fundamēto, noſtri & ipſi conſentiant illius immortalitatis, non autē in modo probandi eandem, nam noſtrates procedunt in hac probatione argumentis, quæ militant congruentibus rationibus, & nituntur principijs creditis, Platonici verò probabilibus rationibus, & perſuaſibilibus ambulant.

Diſſentiunt in hoc noſtri, & Platonici.

Prætereà in hoc diſſentire videntur, quod rationes noſtrorum Theologorū præcisè concludunt pro immortalitate animæ humanæ, non autem pro alijs, & quod Platonicæ concludant pro omnibus, etiam ferarum, & iumentorum, vim, & efficaciam habere videntur, & pręſertim illa, quæ habetur in Phædro, ex qua eruitur, quod omnes animæ moueant (nulla excepta) quod ſint initia vitæ, & cætera. Quare, cum non cogant pro anima noſtra, vel quod illæ ſint immortales (quod eſt impium aſſerere in Religione noſtra, quę iure optimo tenet in equo, & mulo nullum ineſſe intellectū, niſi eo modo, quo libro de anima ex ſententia Platonis dictum eſt, ſecundum Procli, & Simplicij expoſitionem) concludi poteſt eoſdem non communicare.

David Pſal. 31.

Quare ex his etiam conſequenter facilè probari poteſt, quod ſicut non ſunt omnes immortales, ſed dumtaxat humanæ, cœleſtes, & dæmonicę, ſic nec omnes debeāt appellari rationales, vt falsò puta-

Lib. de abſtinentia in opuſc.

Pugnant, quod omnis anima ſit rationalis.

tarſit; & animosſit probare Plutarchus, & Porphyrius, qui hac re haud conueniunt cum noſtris clarè conſpicitur, niſi in ſenſu in eodem lib. expoſito.

Nō comm. quod anima noſtra ſit portio mundi.

Quod etiā non ſit portio animæ mundanæ, ex præſcriptis in lib. de ea ad aures Platonis ſatis liquet, quoniā negant Chriſticolæ, & non abſq; ratione, mundum eſſe animatū, ſed admittunt ſolum natura præditum .i. ſpiritu quodam, qui per omnia corpora meat, & penetrat; de quo multa dicta ſunt ab Ariſt. lib. ſuo ad Alexandrum, quem tamen ſpiritum ipſe vocat naturā, & non mundi animā.

Nec valet dicere, pro ſua defenſione, quod omnes animæ particulares ex hoc putantur eſſe animæ vniuerſalis portiones, quia ex eodem Cratere, vel Patera, quæ eſt Idea vniuerſalis procedunt, ex qua producuntur nō ſolum humanę, ſed Cœleſtes, & Dæmonicę, quoniam aliam tutiorem, & veriorem nos adhibemus interpretationem, quod .ſ. ex eadem Patera, ortum habebit, ex qua omnia alia habuere exordium per creationem à ſummo Opifice; nam (vt ſuo loco oſtenſum eſt) & tangemus infra, in dies ab omnipotenti manu ipſius Dei creantur, & infunduntur; vnde in hoc nequaquam cōuenire noſtrates, & Platonicos, perſpicuum eſt.

Non tamen dicuntur Dei portiones, ſed eiuſdem creaturæ.

Anima non eſt vna in tota ſpecie humana.

Et ex hoc conijcitur nedū, quod non ſit vna, in tota humana ſpecie, vt perperam putauit Numenius, & cū eo Auerroes, cuius ſententia ſupra iure reprobata eſt, quæ quidem per participationem vnicuiq; Indiuiduo inſinuetur, & copuletur, quo extincto poſtea, abeat in ſuū radicale principium, hoc eſt in mentem vniuerſalem. Eſt vna re vera vniuſcuiuſq; indiuidui, & extincto corpore, abit ad ſuum principium, hoc eſt ad ſuū creatorem, ſi tamē benè ſe geſſerit in corpore, ſin autem, pergit ad locū ſupplicij, & pœnarū: quare itidem in hoc cum noſtris minimè concordare videntur Platonici, & Peripathetici, illi præſertim, qui ſententiā Numenij, & Auerrois amplexati ſūt.

Anima nō eſt antequā corpus ingrediatur.

Neq; antequā ad corpus accedat informandum, & regēdum alicubi eſt, ſed creatur, & infūditur in ipſa corporis organizatione, vt peroptimè D. Auguſt. aſſeruit locis allegatis, & in hoc pari ratione non concordant Plato, & Platonicicum noſtris, qui quidem, maxima iniuria, putarunt, animas vel eſſe æternas, ſicuti ęternus eſt mundus in via Plotini, & aſſeclarum, vel incepiſſe quidem, ſed omnes in mūdi primordio fuiſſe productas .ſ. cū cœlo Empyreo, & natura Angelorum, quam falſam, & erroneam ſententiam ſecutum eſſe Origenem, celeberrimum Doctorem, multi autumant, quę opinio à multis iure damnatur, vt in cautionibus latè patebit.

Lapſus Origen. de anima.

Non cōueniunt, quod cœli, & elementa ſint animata.

Non conueniunt noſtri, cum Platonicis, putantibus cœlos eſſe animatos, necnon elementa ipſa, quoniam ſicuti nolunt, & iure mundum eſſe anima vniuerſali præditum, ita nec eius partes animatas exiſtimant .ſ. ſidera, & elementa, admittunt nihilominus (vt ſuo loco oſtenſum eſt) cœlos ab Angelis moueri, non aūt ab animabus, eoſdem informātibus, vel eiſdem aſſiſtentibus, quare &c.

Non cōueniant circa animæ generationem.

Diſcordant itidem in eiuſdem generatione, quoniam noſtri nullam aliā cognoſcunt, nec admittunt animæ generationem, quam illam, quam ipſa acquirit per nouam creationem, quæ fit (vt diximus) in ipſa corporis organizatione, & licet animæ generatio Platonica ſit potiùs myſtica, quam realis, ſeu temporalis; nihilominus, cum noſtri nullam habeāt cōſiderationem illarum generationum, ſed creatiuæ, & productiuæ dumtaxat, idcircò, illos iure diſcordare à noſtra ſincera veritate, tenemus.

Eſſet lapſus vt ſupra de Origene.

Non conueniunt etiam, dum animarum hanc creationem, non Deo immediatè tribuunt, ſed alijs mentibus infra ipſum, quoniam potentia creandi pręcisè competit Deo (vt alibi probatū eſt de mente omnium Theologorum.) Si admitterent etiam realem animarum generationem, ſed omnium ſimul, & ſemel,

in mundi ortu diſcederent itidē à noſtra veritate (vt tactum eſt) quæ vult, & iure optimo, quod creentur in diem, ſecundum quod corpora humana in diem generantur, & organizantur.

Anime eſt cōpoſita in vtraq; via.

Anima in vtraque via dicitur eſſe aliquali compoſitione compoſita, ſed quia non ſunt eędem rationes compoſitionis, hinc e t, quod in hac re minime conueniunt, nihilominus in hoc ſaltem poſſunt cenſeri concordes, quoniam neutra harū compoſitionum eſt ex partibus quātitatiuis, vel ex ſimilaribus, cum iſtæ compoſitiones ſpectent ad illam, quæ fit ex rebus materialibus.

Non communicāt in animæ vehiculis.

Non concordant vllo modo in vehiculis animarum, quoniam apud noſtros creata anima à Deo, ſtatim infunditur abſq; vllo cortice, vel velamine, vel ęthereo, vel aereo, vel demum aqueo, niſi tamē dicamus, quod cōueniunt in Oſtreaceo, quod eſt hoc corpus materiale ex elementis cōpoſitum, ad quod tamen Dei libera voluntate, & nō lege fatali deſcendit, & ex hoc non debet conijci, quod ſicut corpus hoc fit ex corpore .i. ex ſemine patris, ita anima ex eīa per traducem.

Non communicant, quod ſint æternæ, vel q᷑ habuerint eſſe in mūdi creatione.

Non conueniunt cum his Platonicis noſtri, qui non benè ponderant verba Præceptoris, quiq; abſq; ratione, nō ſolum animarum exiſtentiam ante corpus, ſed earundem numerum determinatum, & præfixum exiſtimant, quoniam (vt oſtenſum eſt) ſecūdum noſtræ Religionis veritatem, in diem creantur à Deo, ſicut in diem infunduntur in corporibus, quæ per naturalē generationē eſſe acquirunt.

Animę extra corporib. pollent potentijs i ſeparatæ.

Extra corpus in vtraq; via animæ nobiliſſimis pollent potentijs, non tamen modo materiali, ſed intellectuali, eò quia carent organis corporeis, hoc tamen intelligatur non à parte ante, quia nōdum erāt, ſed à parte poſt, quia hoc modo sūt æternę (vt tactum eſt) & non alio modo.

Diſcordant in cauſis deſcenſus.

Conueniunt (vt patet) quod deſcendant ad corpus informandum, mouendum, & regendum, in hæc inferiora, ſed diſcordāt in pluribus cauſis ipſius deſcēſus, vel inſinuationis, vocant Platonici.

In cauſis deſcenſus diſcrepāt in ſ.

Diſcordant (inquam) in cauſis iſtius inſinuationis, ſiue copulationis in corpore, & primò, quod per fatalem neceſſitatem, & legem adrasteiæ fiat talis copulatio, quæ in via noſtra nō fit, niſi ex Dei abſoluta, & libera voluntate, vt tangit Magiſter in 2. diſt. 1.

In 2. diſt.

Diſcordāt, quod anima deſcendat ad corpus, vt pœnas luat errotis, ſeu peccati, in patria, hoc eſt in cęlo, commiſſi, & ratio iſtius controuerſię ſtat in hoc, quoniam anima non erat ante corpus in via veritatis, & ob id eadem ratione diſcordant, quod ſigna precedāt huius deſcenſus .ſ. tonitrua, coruſcationes, terręmotus, &c.

In 3. diſt.

Diſcordant etiam, quod deſcendat ad ipſum corpus, ad pœnas dandas, ſiue ad piacula purganda, quæ ibidem commiſit, propter negligentiam quandam Diuinorum, quoniā eadem ratione ante corpus non exiſtebat.

In 4. diſt.

Diſcordant, quod ad hęc corpora ſint deſtinatæ, vt calleant naturam boni, & mali, ac eandem ſciant in patria recenſere, dum, reſumptis alijs corticibus, ad illā volando pergant, quoniam in patria nullius mali remanet memoria, ſed omnis boni, quinimò ſempiterni, & ſummi boni acquiritur ſempiterna fruitio.

In 5. diſt.

Diſcordant, quod labatur in corpus ad dandam notitiam mundi intelligibilis, vel ad acquirēdam ſcientiam mundi materialis, ne vterque eidem remaneat ignotus. Quoniam ſi antequam corpori copularētur non erant, quomodo id fieri poteſt?

Conuenirent forſan, quod, ad corpora informanda accedat Dei permiſſione (vt dictum eſt) & libera volūtate, ad hoc, vt opificij ipſius pulchritudo conſpiciatur, & eiuſdē infinita virtus admiretur, & laudetur Creatoris bonitas, ſi tamen

In 6. diſt.

earum perpetuitas ante coniunctionem toleretur, & neceſſitas iſtius coniunctionis, & propenſionis voluntariæ, quibus impelluntur, ſed quoniā hæc præſuppo-

nen

nere videntur eaſdem eſſe ante corpus, idcircò minimè conuenire, cum veritate noſtra, Plato nicos tenemus, & præſertim Plotinum, huius ſententiæ primarium auctorem.

Conuenirent (inquam) quoniam (aſſertore Auguſtino) *Fecit Deus rationalem creaturam, vt ſummum bonum intelligeret, intelligendo amaret, & amando poſſideret, & poſſidendo eo frueretur.* At quomodo poſſent hæc omnia fieri, niſi anima crearetur, & corpori infunderetur, ac adminiculo ſenſuum conſpiceret omnia bona per participationem ſummi, ad cuius cognitionem eleuatur, tanquam per gradus? vel quomodo illud affectaret, cuperetq; nec vnquam acquieſceret, donec in eo immobiliter ſiſteret, ſi non fieret hæc corporis, & animæ copulatio? ſit nimirũ hac de cauſa, ſed per nouã animæ creationem, & non per æternam eius exiſtentiam, vel per antiquam eiuſdem productionem, ante corporis generationem, quare in hac te iure diſcrepãt noſtrates, & Platonici.

Pulchra ratio, & vera deſcenſus animę in corpus, ex D. Auguſt.

In 7. diſc. Diſcor. ant demùm, quod deſcendãt, vt earum prauitas puniatur, ſicut voluit iniquè Porphyrius, vel vt neceſſitas naturalis, & inſtinctus earum impleatur (vt perperam aſſeruit Proclus.) Quoniam ſi non erant ante corporis ingreſſum, nec prauitate grauabantur, nec naturali neceſſitate compellebantur ad hũc deſcenſum, & vnionem, quare &c.

Conuenirent fortaſſis, quod animæ corporibus à Deo ſint datæ, tamen per creationem nouã, ad hoc, vt ipſe in terris colatur ab eis, ſicuti in cœlo ab Angelis veneratur, ſicuti Moderni quidam, pietate Chriſtiana inſigniti, optimo iure concludunt, ſi ipſi nouam, & non æternam admitterent earum creationem, at quia non admittunt, idcircò in hac re iſtidem minimè concurrunt.

In hoc conuenirent, ſi excluderetur animæ exiſtentia à parte ante

Hæc ſunt, in quibus communicant, & pugnant noſt i, & Platonici, circa animarum conditionem, ante corporis informationẽ; nedo quid ſentiãt de eiſdem, poſtquam corporibus coniunctæ ſunt, videamus, nihil tamen conſiderando de his, quæ dicunt de earum deſcenſu per ſignum Cancri, tanquam per oſtium, & de aſcẽſu per ſignum Capricorni, poſtquam à corporibus ſolutæ, faciũt regreſſum in cœlum, tanquam in patriam, fictis laqueis, aliiſq; refectis, quæ in via noſtra, veluti ſomnia, reijciuntur.

Reijciunt à noſtris ſigna, p quæ animæ deſcendunt, & aſcendunt.

Anima recipitur in corpore toto, tãquam in ſua ſede, quoniam totum viuificat, totum mouet, & totũ perficit, adeò quod in vtraq; via innuitur, quod ſit tota in toto, & tota in qualibet parte ipſius, & in hoc concordant non ſolum inter ſe noſtri, & Platonici, ſed etiam Ariſtotelici omnes, ſed diſſentiũt poſtea ipſi Academici, quod recipiatur in hac tota ſede corporea, mediantibus vehiculis, quoniam anima in via noſtra nullum aliud dicitur habere vehiculũ, niſi oſtreaceum, quod eſt corpus ipſum, & in hoc toto recipitur (vt diximus) tanquã in ſua ſede.

In quibus diſſentiũt, & conueniant circa ſedem animæ.

Nec recipitur in eo, ſecundum hanc Platonicam conſiderationem, tanquam forma proxima, informando corpus hoc organicum, quoniam rei diuinæ, & immortalis, vt eſt anima, nulla fieri poteſt commixtio cum materiali, & caduca immediatè, ſed mediante vi quadam ab ea nihilominus diffuſa, quę corporis poteſt dici actus, & forma, & in hoc ſenſu intelligitur in via Platonica, quod anima rationalis non ſit forma informans ex ſe, ſed aſſiſtẽs, per iſtam verò vim diffuſam quodammodo informans, vnde, ſecundum primum ſenſum, omninò diſcordant à noſtris, ſecundum alium verò conſentiunt, & non ſolum cum noſtris, ſed etiam cum Ariſt. ipſo, qui vim, & facultatem vtentem à formante non ſeparat, 3. de anima, & ſic poteſt corrolariè dici, quod Plato totam animam abſolutè, nõ putat eſſe hominem, vt videtur tenere in Alcibiade primo, ſed potiorem partem.

Eorum cõſenſus, & diſſenſus circa animę informat.

Quom. anima pot dici forma, & infor. & aſſiſtens ſine contradict.

In corpore igitur, tali modo informato, ſuas exercet facultates, ſuiſq; vtitur

po-

Conueniũt in vſu facultatũ in corpore, & extra.

potentijs, ſed non quemadmodum facit ſeorſum ab illo .ſ. modo immateriali, & intellectiuo, ſed modo organico, & inſtrumentali, & in his duobus vtendi modis haud differunt, dummodo intelligatur, poſtquam eſt corpore exuta, & non ante, quoniam ſecundum ſinceram veritatem Chriſtianæ doctrinæ, non erat, vt dictum eſt melius.

Conueniũt in num. potentiarum.

Concordant in numero potentiarum pariter .ſ. in intellectu, in voluntate, & in memoria, non autem in reminiſcentia earum rerum, quarum notitiam callebat, priuſquã corpori copularetur, quoniã, ſi non habebat exiſtẽtiam, nec etiam operationes, quarum ſcientiarum, igitur & quarum actionum habebat reminiſcentiam? benè poteſt dici, quod concordẽt in illa, quæ accidit in corpore poſt alicuius rei, vel viſæ, vel actæ obliuionem, quę tamen in doctrina Ariſt. admittitur etiã, à quo non diſſentiunt noſtri, neq; forſan Platonici.

Diſcordant in reminiſcentia rerũ extra corp.

Conueniũt in ſede nobilis potentiarum.

Sed ſicuti conueniunt in ſede animæ totius in toto, nunquid in ſitu harum potentiarum in corpore ſimul cum ea? ſicut conueniunt, quod non ſit determinata tota in hac, vel in illa organi parte (vt dictum eſt) ſic nec potentiæ illę in eo, quæ poſſũt expleri ſine corporeo inſtrumento, ad differentiam potentiarum ſenſitiuarum, motiuarum, necnõ aliarum, cum ſint formaliter de eiuſdem natura, eſſentia, & quidditate.

Inſtantia.

In Timæo.

Et ſi quis perquireret, quare Plato aſſignat facultati rationali caput, tãquam propriam ſedem, in Timęo? ſicuti nedũ alijs facultatibus alias, vtputa iraſcibili cor, concupiſcibili iecur, & cætera, quod cõfirmatur auctoritate ipſius alibi à nobis allata, quæ eſt, quod opifex voluit ipſum caput eſſe rei diuiniſſimę ſedem?

Reſponſio.

Pro reſponſione poteſt dici, quod hoc debet intelligi, quo ad operandi locum, & completiuè, non autem quo ad originem, & in hoc ſenſu etiã Philoſophus Peripatheticus, & noſtrates cũ ipſo, & præſertim D. Aug. aſſignant, intellectiuæ, & volitiuæ potentiæ medium cerebri vẽtriculum, memorię verò poſticam capitis partem .i. occiput, nihilominus ſuperiorem tenet opinionem. Neq; ex hoc conijci debet (vt impingunt quidam Platoni) in homine tres eſſe aĩas, vndequaq; diſtinctas, ſed vnam dumtaxat, his potentijs nobiliſſimis præditam.

Quom. cõueniant in actib. intellectus, ſed in modo intelligendi diſſentiant.

Sed ſicut conueniunt in numero, & ſede harum potentiarum animæ noſtri, & Platonici, quinimò & Peripathetici, nunquid cõmunicant in earum actibus, & obiectis? Reſpondetur, quod ſaltem in hoc conueniunt, quod actus ipſius intellectus ſit intelligere, ſed in modo intelligendi, & in ordine non benè communicant; Siquidem modus intelligendi ipſius intellectus in via noſtra, eſt duplex (vt ſuo loco dictũ eſt) vt modus intelligendi immaterialia, vel materiæ implicata, primò modo per propriam naturã id agit .i. per impreſſã veritatis imaginem, quã in ſe habet à Deo (teſte Damaſceno) & in hoc forſan (dicunt quidam moderni) conueniũt noſtri, & Platonici, qui quidem, per lumen idearum ſibi impreſſarũ, animam intelligere, autumant (vt ſuo loco dictum eſt.) Secũdò modo intelligit formas, materiæ inhęrẽtes, abſtrahendo, & hoc ſit primò, mediante phantaſia, & cætera, & in hoc haud conuenire dicuntur.

Lib. ſecũd.

Inſtantia cõtra Plot.

Sed quare ſenſus appellatur nuncius à Plotino, intellectus verò Rex, cuius (dubiò procul) ipſe denunciat, & defert ſpecies imaginationi, & ipſa intellectui, igitur in hoc conueniunt. Reſponderi poteſt, quod ſimpliciter intellectus non indiget ſenſu, quoniam ſemper eſt agẽs, & ſemper indiget ideis, quibus illuminat potẽtias inferiores, ſed ſecundũ quid .ſ. quatenus ſpecies, & phantaſmata indigẽt illuminari ab eo, propter rationes in anima, quibus, dũ eſt alligata, vtitur, & in hoc ſenſu dicitur intellectus Rex, & ipſe ſenſus nuncius.

Reſponſio. Quom. intell. quod intellectus ſit rex, & ſenſus nuncius.

Dicitur hic intellectus in via Platonica ſemper agens, quia ſemper agit hoc

mo-

In via Plat. non datur niſi intell. agens.

modo, & nunquam vlla ratione appellatur poſſibilis, paſſibilis, ſpeculatiuus, practicus, &c. & in hoc haud conueniunt noſtri, & Platonici, quoniam entia multiplicare abſq; neceſſitate oderūt (vt dictum eſt pariter ſuo loco.) Hæc diſtinctio intellectus Ariſtotelica eſt, quamtamen noſtri ſequuntur, & præſertim Scholaſtici.

In potentia volitiua nō diſſentiunt.

Conueniunt & Platonici cum noſtris, circa volitiuam potentiam, quæ eſt vna ex appetitiuis, penes ipſos, nã in vtraq; via, minimè negatur, quin ſit vis quædã in anima, quæ ſe ipſam applicat ad illud, quod magis placet eligendum (aſſertore Boetio) ſiue ſit bonum, ſiue malum. Non negatur eſſe nobiliſſima potentia, & ex hoc in ratione poſita.

Conſentiunt in memoratiua potētia, quod .ſ. ſit quædam coaceruatio, & ſenſus, & intelligentię (vt iure noſtri norūt) nam quid aliud importat hæc coaceruatio, quam indelebilis conſeruatio Platonica, & permanſio, quæ aptè dicitur ab eis theſaurus idearum, & ſpecierum? nil re vera: igitur in hac eadem re non diſſentiunt.

Damaſc.

Conueniūt in num cū noſtris, & Peripat. nō autem cum Stoicis.

Conſentiunt in ſenſibus, tùm interioribus, tũ exterioribus, vel ſaltem parum diſcrepant, & ſi aliqualis quãdoq; apparet diſcordia, lis eſt in verbis, & non in ſenſu, & re. Diſſentiunt noſtri, Platonici, & Peripathetici à Stoicis, in numero ſenſuum exteriorũ, qui (vt viſum eſt ſuo loco) ſeptem, & non quinq; perperam poſuere. Sed hæc omittamus, quæ cum ſint merè Philoſophica, nihil, vel parum faciunt ad Theologum Chriſticolam, vel Ethnicum.

Conuen in port. ſuper. & infer.

Conſentiunt, quod in anima ſit quędam portio, quæ dicitur ſuperior, quædam verò inferior, ptout optimè ponit D. Auguſt. Nam Platonici aſſerentes, quod, quando ratio, quæ Dyania Grecè nuncupatur (vt viſum eſt) iungitur cum intellectu, diuina valet cernere, cognoſcere, & ſpeculari; ſi verò iungitur cum opinione, ſiue cum opinatiua potentia, cernere, cognoſcere, & ſpeculari corporea valet, & quid aliud hoc importat, niſi quod, quando ratio cum mente iungitur Deum valet contemplari, & eius incommutabilem veritatē ſpeculari in via noſtra? ſi verò iũgatur cum ſenſu, è contrario valet ſpeculari inferiora corporea, & creata: quorum primus ſpeculandi modus iure appellatur à D. Auguſt. animæ portio ſuperior, ſecundus verò portio inferior, in hac igitur minimè videntur diſcordes.

D. Auguſt. 12 de Ciu. Dei, & 12. de Trin.

Conueniunt pari modo, in obiectis potentiarum harũ ſenſibilium, tùm ſenſuum interiorum, tùm exteriorum, ſine vlla repugnantia, nam ſi in hac non diſſentiunt, Plato, & Ariſt. vt affirmant, & probāt quidam ex antiquis, & ex recentioribus interpretibus, ita nec noſtri, qui Ariſt. dogmata in re animaſtica, ex profeſſo ſequuntur, & præſertim in potētijs, actibus, & obiectis, & in animæ operationibus, denique dum eſt in corpore. Quod non diſſentiant Platonici, & Peripathetici, conſpicuè probant ex vetuſtis Simplicius, & Philoponus, ex Neothericis verò Picus Mirãdulanus, Camperius, & Phoxius.

Conuen. in obiectis potentiarum.

Conueniunt in diſtinctione harum potentiarum .ſ. quod diſtinguantur formaliter in vtraq; via, & ratio eſt (vt ſupra diximus) eò quia earum actus sũt taliter diſtincti, quæ doctrina paſſim vagatur apud omnes Philoſophos, qui quidem omnes vnanimi conſenſu aiunt, potentias diſtingui per actus, & actus per obiecta, quod etiam fatetur Proclus, cũ alijs Platonicis, Philoſophus re vera inſignis, & in hac itidem re haud diſſentire videntur.

Conuen. in diſtinct potentiarum.

Conueniunt, quod extra corpus exerceat itidem anima has operationes .ſ. intelligere, velle, memorari, &c. quoniam (vt diximus) non indiget organo corporeo, in his functionibus obeũdis, quinimò in vtraq; via anima dicitur videre, audire, & omnes operationes ſenſuum exteriorum facere, ſed tamen modo intelle-

Conuen ſia operat. animæ immaterialibus.

tellectiuo, & ſupernaturali (vt dictũ eſt) non autem modo ſenſitiuo.

Conueniũt in intellectione per ſpecies, & ideas.

Conueniunt, quod anima cognoſcat per ſpecies, à Deo impreſſas, vel ab Angelo, & præſertim Thomiſtæ, & ex parte Richardus, non autem Scotus, & aſſeclæ, quoniam Platonici, & ipſi putant animas intelligere (vt vidimus) potiùs per infuſum idearum lumen, quam per ſpecies, mediãtibus ſenſibus acquiſitas, quo quidem melius vtuntur ſeorſum à corpore, quam in ipſo, &c.

Conueniũt in trib. receptaculis, ſed nõ perfectè, quia noſtri literaliter intelligunt, ipſi poeticè.

Conſentiunt, quod animæ à corporibus ſeparatæ, illicò ſe recipiãt in aliquod ex trib. receptaculis .ſ. in Paradiſum, Purgatoriũ, vel Infernum, licet hæc nomina non habeantur in via Platonica (vt viſum eſt) non tamen id omninò eſt affirmandum, quoniam aliqualis cadit differentia in hac re inter noſtros, & Platonicos, vt alibi videbimus.

Conueniũt in iudicio particulari, & vniuerſ. necnon in reſurrec carnis vt patet in Polit.

Conueniũt, quod ſtatim ab ipſis corporibus item abiunctæ, iuſto Dei decreto, iudicentur, & pro meritis, & demeritis illarum, abeant in bona, vel mala receptacula; quinimò videntur aliqualiter conuenire in iudicio vniuerſali, in mundi exitio, & in reſurrectione carnis, licet non ita explicitè loquatur Plato (vt noſtra loquitur Theologia) quæ lumine veræ fidei roborata, horum articulorum veritatem abſq; vlla probatione, & dubitatione prædicat, vtpotè illa, quæ ſuã firmitatem habet ex ore filij Dei, & ſuorum Apoſtolorum, quod non habet illa Ethnicorum, quę lumine naturę, ſine ratione prophetica, non benè põderata, ſimpliciter procedere videtur, idcircò hoc abſolutè nõ eſt vndequaq; affirmandum, cum multa inconſtanter prolata in ea obſeruentur.

Non conueniunt hac ratione, quod abiunctæ à corporibus animæ, pertranſeãt in corpora beſtiarum, iuxta Pythagoræ, & Platonis poſitionem, ſi tamen intelligatur de Methempſicoſi illa exteriori, non autem de interiori .i. non de corporali, ſed de ſpirituali, de qua locutus eſt Ammonius Ermeus in Phędone, pro qua, in defenſione illorum ſummorum Philoſophorũ, extant apud Patres noſtros, & Græcos, & Latinos, clariſſimæ auctoritates, quas qui videre cupit (vt alibi dictum eſt) ad D. Io. Chriſoſtomum homil. 24. in Gen. ad Clem. Alex. in Pedagogo, ad Boetium Seuerinum lib. 4. de conſolat. & ad D. Thom. in expoſitione illius lib. confugiat, qui omnes vnanimi conſenſu, & pari voto, admittunt tranſmigrationem interiorem, & ſpiritualem, non autem exteriorem, & corpoream, quam explodũt omnes Patres, & veteres, & recentiores, tanquam monſtruoſum, & peſſimum dogma, de quo ſatis aliundè locuti ſumus in prælu-dio, necnon in ſuperiori lib. & etiam fuſiſſimè dicemus in Cautionibus intra.

Vide in proœm operis, quod dicat Auctor pro defenſ. Plat. & Pythag.

Conueniũt quod extra corpus gaudent, & triſtentur.

Conueniunt itidẽ, quod ſicut anima, exuta corpore, vtitur potentijs intellectiuis, & ſenſitiuis, intellectus .ſ. memorię, & voluntatis, ex ſentẽtia noſtrorum, & pręſertim Damaſceni, ita etiam, quod in tali ſtatu gaudeat, & triſtetur, nam ſi fœlix euadit in receptaculo cœli, fœlicitas plena, & perfecta non poteſt haberi ſine ingenti gaudio; è contrario ſi in receptaculo inferni euadit miſera, & infœlix, miſeria, & infœlicitas, non eſt abſq; graui triſtitia, quare, &c.

Quom. conueniunt in modo inflictionis pœnarum.

Conueniunt demũ, quod ratio illius triſtitiæ, non tantùm ſit pœna damni, & proueniat à carẽtia diuinæ viſionis, & boni Idealis; & nulla tamẽ habetur mentio in doctrina Plat. ſed etiam, quod ex pęna ſenſibili fiat, quæ in re immateriali fit cum vnione ipſius cum materiali, quæ vnio non eſt facta tãquam per informationem (vt dictum eſt) ſed per inhęrentiam mouentis ad mobile, & hæc modo ſupernaturali, & Dei permiſſione. Solum in hoc poteſt eſſe differentia inter noſtros, & Platonicos, quod .ſ. hęc vnio fiat immediatè, ſecundum veritatem doctrinæ noſtræ; mediatè autẽ in via Academica, hoc eſt mediãtibus vehiculis, & pręſertim æthereo, quod eſt in ea perpe-

tuum,

tuum; & quo nedum videtur anima videre, audire, & hæc ſimilia facere, vt ſuo loco oſtenſum eſt.

Hæc ſunt, in quibus videtur communicare, & pugnare noſtrates Theologi, & Platonici, in vniuerſa animæ natura. In verbis, & nominibus, non parum tamen diſtare videntur, ſed quoniam perſpicua ſe offert cuilibet intuēti differentia, idcircò à nobis, tanquam ſuperuacanea, declaranda omittitur. Solum hoc ingenuè dicam, quod circa hos conſenſus, & diſſenſus, mihi placet eoſdem approbare, & reprobare, ſicut Eccleſia Catholica, vt ſimiles, & diſſimiles ſinceræ veritati Chriſtianæ admittit, vel reijcit, ſub cuius cenſura omnia piorum ſcriptorum placita ſubijcienda eſſe, optimo iure cenſeo, ſed de hac re pro nunc ſatis. In calce iſtius voluminis longa verborū textura nec tam proteſtationem, à me factam eidē ſacroſanctę Eccleſiæ Romanæ, quæ eſt, quod nil aliud verū eſſe puto, niſi illud omne, quod eſt veræ Religioni conſonum, & pro tali ab ea admiſſum, & conceſſum.

Auct. excuſatio circa has abſolutiſſ. comparationes.

Videamus modo, quiſnam longius à noſtra veritate aberrare videatur, Plato ſ. an Ariſtoteles.

INcipiamus ab eius generatione, & productione, de qua longè, lateq; ſuis locis egimus.

Ait Chriſticola: Anima eſt à Deo, vt cætera omnia per nouam creationem.

Aug. ſuper Gen.

Ait Plato: *Anima non eſt producta de nouo, ſed eſt antiquiſſima*, ſi mundus non eſt productus niſi cauſatiuè, ſi autem eſt temporariè productus, vtiq; & anima ipſa eſt producta, ſed non de nouo, ſed in exordio mundi, in quo omnia fuere ſimul, & ſemel producta.

Baſilius in Exam. Ambroſius ibid.

Ait Ariſt. *Anima humana eſt educta de potentia materiæ*, vt forma naturalis; tanto interuallo diſceſſit, in hoc dogmate à veritate non modo noſtra, ſed Platonica, quandoquidem, animā, quę producta eſt à primo, & ſummo omnium Principio, ipſe docet productam eſſe à poſtremò, & infimo.

Orig. in Periarc. & denique ol.

Ait Chriſticola: Anima poteſt à corpore ſeparari, eſt .n. ſubſtantia per ſe, & producta, antequā corpori copuletur, & immortalis .i. per creationem nouam.

Plato in Timæo. in Phædro. & alibi.

Ait Plato, & tota ſapientia vetus: Anima poteſt à corpore ſeparari, & ſeparabitur de facto poſt ſolutionem à corporeo vehiculo .i. Oſtreaceo.

In Phæd. & alibi.

Ait Ariſt. *Anima, cum ſit forma corporis phyſici, organici potentia vitam habentis, non poteſt ſeparari à corpore*, & eſt ratio, quoniā ſicuti aliæ formę naturales, quæ ducuntur de potentia materię, ſunt ab ipſa inſeparabiles, ita quoq; anima humana, quæ ducta eſt ex eadē materia, erit forma naturalis, & ob id à corpore inſeparabilis: ſi formę naturales omnes corrūpuntur corrupto cōpoſito, ergo anima ipſa vt talis forma. Quod eſt impium dogma, & non ſolū noſtræ veritati irrefragabili contrariū, ſed etiam dogmatibus Orphicis, Trimagiſticis, Pythagoricis, & Platonicis, & in hoc maximè nimirū tota verſatur antiquitas, pręterquam vnus Ariſt. ſed implicitè, Epicurei verò explicitè, qui hoc dogma perperam euertere conati ſunt.

Ariſt. lib. de anima.

Nec occurrit dicere, q non ſit forma naturalis abſolutè, eò quia ſpectat ad Metaphyſ. & ſic eſt immort. quia dicit, q eſt actus corp. phyſ. .i. corp. naturalis.

Quoniam Ariſt. in hoc negotio de animæ immortalitate, non ita ſibi ipſi conſtare videtur, vt certi aliquid poſſit afferri ex ſua ſententia, idcircò adducamus breuiter fundamenta, quibus vtuntur ij, qui, ipſum immortalem tenuiſſe animam, arbitrātur, vt Simplicius, Philoponus, Themiſtius, & alij multi ex Græcis, D. Thomas, Albertus Præceptor, & alij multi ex Latinis, & poſtea feremus fundamenta eorum, qui putarunt, eundem illam excogitaſſe mortalē, & à corpore ſolubilem, vt Alexandri Aphrodiſæi, qui tamen intellectum agentem aſſeruit eſſe Deum. Auerrois, qui vnicā rationalem animam poſuit in tota ſpeciei humanæ ſphæra, vt iam alibi dictum eſt.

Correlariū.

Auctores qui tenēt Ariſt. putaſſe an. mā nō eſſe immortalē.

Rei difficultas ſtat in hoc, quod Ariſt. in hac vna re non ita explicitè loquitur, ſicut Plato, nam quandoq; ſeipſum præbet

De mente humana.

Quod dicatur diuina, facta cõparatione, cum alijs animę partibus egẽtibus inſtrumẽto, ait Simon Portius lib. de mẽte humana.

Vbi ſupra.

Quod ſentẽtia profertur probabiliter, & in alieno loco, idem Simon in eodem loco.

Lib. de immortalit. animę.

Quod loquitur Ariſt. dubitatiuè, non aſſertiuè, quia modo in vnam, modo in aliam, videtur declinare partem, ait Hieronymus Gardanus libro de immortalitate animę.

Vbi ſupra.

Quod loquitur Ariſt. de mente, & anima non pręcisè hominis, ſed vniuersè extenſa, etiam ad animas cœlorum, ait idem Gardanus eodem loco.

Alex. vt ſupra.

Quod facit verba de mẽte, & poteſtate, hoc eſt de pręparatione, & ſuperaddita facultate, idem Alexander, vt ſupra.

Quod tandem id extrinſecus accedere referunt, nõ ad mentis eſſentiam, ſed ad ſpiritũ, in hominis generatione incluſũ, pro mente producenda, qui eſt præſtantior cæteris ſpiritibus ſeminum, & maiorem cœleſtis caloris virtutem includit.

Hæc ſunt fundamenta, & rationes, cõpendioſè relatæ, quibus euertere conantur fautores immortalitatis animæ perpetuitatem, vnde ex hoc Philoſophandi ritu, cõſpicuè eruitur, Ariſt. fuiſſe ancipitem, & dubiũ (vt dixi) circa animæ ipſius Philoſophiam, & longiſſimè in hoc diſtare, non ſolum à doctrina Platonica, ſed à veritate Catholica; in animę verò potentijs, functionibus, & obiectis, propius accedere, vt in comparationibus ſupra oſtenſum eſt.

Auguſt. & omnes.

Ait Chriſticola: Anima non eſt vna. ſ. intellectiua, ſed plures, prout ſunt plures homines in vna ſpecie.

In Tim. & alibi.

Ait Plato: *Animæ ſunt plures, ſecundum pluritatem indiuiduorum*, licet mundi totius vna ſit vniuerſalis.

Ait Ariſt. *Potius vnam eſſe in vniuerſa ſpecie humana, quam plures vereor, & hæc eſt ratio, quoniam animarum ſtatum extra corpus, ſicut non cognoui, ita nec protuli, ſi quidem originem formarũ putaui eſſe materiam*, hoc eſt plurium formarum. 12. Metaphyſices, tex. 12. *Nec mihi ipſi perſuadere poſſum hanc animarum multiplicitatem, quia nouam non agnoſco creationem, & ob id non admitto, nam neceſſe eſſet admittere, ſi numerum earum concederem.* Sed, quod maius incommodum gignit, daretur infinitus numerus animarum in actu, quod eſt contra principia Peripatheticæ Philoſophiæ, quæ non admittit infinitum in actu, & aſſerit mundum æternum à parte ante, & poſt, *& in hoc mihi placet opinio Anaxagoræ, qui vnicam, & non plures in vniuerſo ſtatuit mentes, quare licet admittam animæ immortalitatem, non tamen eiuſdem pluralitatem.*

12. Metaphyſ. tex. 12.

3. Ratio.

4. Ratio.

Anima eſt immortalis, vna, non vt plures.

Ex his facilè conijcitur, igitur de mente Ariſt. quod anima, vt vna in tota humana ſpecie ſit vtique immortalis, ſed non vt plures, & rationes adductę pro immortalitate, faciunt pro ea, rationes, & euaſiones autem pro mortalitate, ſunt nullius momenti, & nullius efficaciæ.

In quo decipit. Alex.

Quod intellectus agens ſit Deus, quoniam nõ diſtinguitur eſſentia à poſſibili, & quod actus ſecundus ipſius ſit primo diuinus, cum apprimè ſit variabilis, & ob id non magis immortalis, quã primus, ex 3. de anima, tex. 20. nam ſpectantia ad actum ſecundum intereunt, ait ibi Philoſophus, quare decipitur Alexander.

3. de anima, tex. 20.

In quo decipitur Portius.

Quod non dicitur diuinus, facta comparatione cum alijs animæ gradibus, qui indigent inſtrumento corporeo, nam abſolutè loquitur Philoſophus, nõ eſſe naturam, nec ſpectare ad naturalem, & ſeparari, vt æternum à corruptibili, quare decipitur Portius.

In quo decipitur Põponatius.

Quod non dicitur diuinus ratione generis mentium, nam id, quod ei conuenit, vt eſt mens humana conuenit, alioquin Ariſt. nos deciperet, & ei tribueret, quod non competit, quare decipitur Pomponatius.

Idem decipitur Portius.

Quod intellectus diuinitas ſit prolata in loco alieno, quia Philoſophus in proprijs locis, & non in alienis, ſemper videtur eſſe conſtans, & veridicus, quare decipitur idem Portius.

In quo decipitur Gardanus. Quod in huiuſmodi conſideratione Philoſophus videatur dubius, & anceps, quoniam ſæpiſſimè circa eandem ſemper repetit idẽ, quare decipitur Gardanus.

Iteidem decipitur Gardanus. Quod eius conſideratio non eſt præciſè de anima noſtra, ſed de vniuerſa, etiam cœlorum, quoniã Philoſophus malè dubitaret, malè ſolueret, & oſtenderet ſuam ſententiam circa hoc dogma, quare decipitur idem Gardanus.

Alex. decipitur in de anima. Quod hæc conſideratio nõ ſit de fundamẽto, ſed de præparatione ad recipiẽda intelligibilia, quoniã præparatio non eſt animæ, ex Ariſt. 3. de anima; quare decipitur idem Alexander.

2. de generat. anim. Quod intelligatur Philoſophus loqui de ſeminario ſpiritu, quoniam 2. De generatione animalium cap. 30. rationes formauit, & ſoluit de partibus animæ, nõ autem de ſpiritu, &c.

Reſol. firma pro hac veritate. Stantibus igitur prędictis, concludendum eſt, Ariſt. (veluti iam concluſimus) fuiſſe in hoc dogmate irreſolutũ, vel tenuiſſe immortalitatem, vt præallegatæ concludunt rationes, ſed tamẽ vnitatem ipſius animæ, quod eſt impium dogma, & à via Platonica alienum, vt quidã putant, ſed alij minimè admittunt, eos in hac re eſſe diſcordes, ſed hoc dogma alieniſſimum eſſe à Chriſtiana pietate, & veritate facilè conſpicitur.

D. Th. contra Gentil. & in ſumma. Albertus de pla 4. ſent. Abdala Saracenus. Et re vera, quod hæc aſſertio humanæ conditioni, diuinæ iuſtitiæ, rectæque noſtræ inſtitutioni aduerſetur, D. Thomas, & eius Præceptor Albertus, re, & cognomento Magnus, iure concludunt, & probant, nam ſi hoc eſſet verum, quę fœlicitas eſſet humanę naturæ? eſſet, dubiò procul, homo miſerabilior cunctis animantibus terræ, qui tamen à ſapientibus appellatur magnum naturæ miraculum, quo nihil admirabilius reperitur in mũdo.

Aug. & omnes. Ait Chriſticola: Anima, non eſt ante corpus, ſed creatur à Deo, & infunditur eidem, iam organizato.

In Phædro, & Phæd. Ait Plato: *Anima eſt ante corpus, & eidem infunditur per legem adraſtiæ*, .i. neceſſitatis.

Lib. 2. Ait Ariſt. *Anima non eſt ante corpus, ſed veluti forma naturalis, educitur de potentia ſua corporea materia*, vt ſupra tactum eſt.

Auguſt. & omnes. Ait Chriſticola: Animæ tori infunditur intellectus; quo diſtinguitur à brutis.

In Phędo, de Repu. & Tim. Ait Plato: *Anima conatus eſt intellectus, quo dicitur rationalis, ac etiã intellectus brutorum dicitur talis non per ſe, ſed quatenus dirigitur ab intellectu vniuerſali.*

2. de generat. anim. Ait Ariſt. *Intellectus deforis accedit, & non dicitur eſſe natura, ſed ſupra naturam.*

In cæteris .ſ. de animæ ſuis operationibus, & obiectis, dum eſt in corpore noſtrates magis Ariſt. quàm Platoni adhærere videntur.

Tota ſcriptura noua, & vetus. Ait Chriſticola: Anima à corpore ſeparatur, & ſeorſum ab eo viuit poſt ſeparationem.

In Phędon, & alibi. Ait Plato: *Anima à corpore ſeparatur, & ſuperſtes viuit, ſicut viuebat, priuſquam eidem copularetur.*

De anima. Ait Ariſt: *Anima à corpore nõ ſeparatur, quoniam vt eiuſdem forma cum eo incipit, & cum eo deſinit eſſe.*

Scriptura vniuerſ. vet. & noua. Ait Chriſticola: Anima, dum eſt in corpore, afflatur diuino ſpiritu, vnde prędicit futura, & ex hoc homo dicitur Propheta.

Apolog. & Phædro. Ait Plato: *Anima diuino afflatur ſpiritu, & futura pronunciat.*

De diuinat. per ſom. & probl. Ait Ariſt. *Anima humore melancholico laborans, vel in eo reſidens, prædicit aliquid.*

Ait Chriſticola: Homo habet munus hariolandi, quoniam eſt ad imaginem Dei creatus.

In Phæd & alibi. Ait Plato: *Non ſolum hoc habet munus, ſed cætera diuina, quoniam eſt diuina forma.*

2. lib. de anima. Ait Ariſt. *Anima eſt forma corporis Phyſici, vnde ipſo alterato, alteratur & ipſa.*

In tota ſcriptur. vet. & noua. Ait Chriſticola: Animæ proborum hominum poſt mortem in receptaculum Paradiſi aſcendent, vbi Deo fruentur.

In Phæd & Repub. Ait Plato: *Animæ, quæ rectè vixerint in corpore, Deo fruentur.*

In Probl. Ait Ariſt. *Poſt mortem, nullum gaudium, nulla fœlicitas animæ accedit*; quæ doctrina minimè diſcrepat ab illa Epicuri.

Ait Chriſticola: Animæ poſt obitum cor-

Tota ſcript. & omnes Theol.

corporis purgantur in loco determinato, ſ. in Purgatorio, ſi tamen in culpa mortali non deceſſerint.

In Phæd. & Tim.

Ait Plato: *Animæ humanæ poſt obitum purgãtur in loco, à diuina iuſtitia determinato.*

Ait Ariſt. *Animæ cum corpore pereunt, tanquam formæ naturales, eductæ de potentia materiæ.*

Script. vet. & noua, & cũ eo Theolog. om.

Ait Chriſticola: Animæ malorũ, quæ mortali piaculo deceſſerint, pœnas æternas dabunt in Inferno.

Phæd. Phædon. & Timæo.

Ait Plato: *Animæ malorum pœnas luent ſuorum errorũ in loco pœnali, vt diuina impleatur iuſtitia.*

Vbi ſup.

Ait Ariſt. *Animæ, ſi intereunt cum corpore, nihil patientur poſt ſeparationem.*

Tota ſcript.

Ait Chriſticola: Animæ iterum aſſument ſua corpora, in quibus vixerunt, & in quibus reſurgent, vel ad gloriam, vel ad ſupplicium æternum.

De Repub. 10.

Ait Plato: *Corpora hominum reſurgent tandem Dei permiſſione.*

Lib. Perihern.

Ait Ariſt. *A priuatione ad habitum impoſſibilis eſt regreſſus. Totaq; cum ſemel vita priuentur animæ, non amplius ad vitam redire poſſunt.*

Auguſt. & Theol. om.

Ait Chriſticola demum: Anima viri ſapientis, & boni, poſt hanc præſentem vitam, coniungetur cum ſuo Creatore.

In Phæd.

Ait Plato: *Vir bonus, & ſapiens, in hac vita, & poſt mortem, cum Deo coniungitur,* imò verò, vt apertiſſimè docet Hermes Trimegiſtus, *Deus fit.*

In Metaph.

Ait Ariſt. *Anima humana, vix contemplatione, in corpore Deum cognoſcere poteſt.*

Hæc ſunt, in quibus videntur concordes, & diſcordes, non ad ſe inuicem tantum, præſtantiſſimi Philoſophi, Plató, & Ariſt. prima omnium ſcientiarum lumina, & columnæ, ſed etiam cum vniuerſa Theologia noſtra. Iam ad cautiones tranſeamus.

Cautiones, quibus procedere debet pius Chriſticola in Ethnicis legendis, & præſertim in Philoſophia Plat.

Cautio prima.

MAgna cautione, in primis procedendum eſt, in hac doctrina Platonis animaſtica, vbi cum fuiſſe ancipitem circa ortum ipſius animę, liquidò appareat. Nã modo æternam, & Deo coæuam modo creatam putat, & licet reſoluatur, quòd non ſit æterna à parte ante, ſicuti mũdus non eſt æternus, tali æternitatis ratione, veruntamẽ cautè legatur, ne in errorem incidatur Ocelli Lucani, & Thaletis Mileſij, aſſerẽtium, mundum eſſe æternum, & per conſequens, animam ipſam (Platonicè loquendò) quod dogma, in ſuam trãſtuliſſe Philoſophiam Ariſt. tanquam firmum, & inconcuſſum conatur lib. de Cœlo, & mundo, loquendo tamen de mundo, non autem de anima.

De cœlo, & mundo.

Nec obſtat, quod primo Top. dixerit hoc eſſe dialecticum problema, hoc eſt ad vtramq; partem diſputabile, quoniam hic non loquitur ex propria, ſed ex alterius ſentẽtia, licet D. Thomas velit, quod ex propria loquatur opinione p. 1. quęſt. 45. art. 3. Quæ nihilominus aſſertio, communiter non acceptatur à quibuſdam Philoſophis, & præſertim à Benedicto Pererio ſolidiſſimæ doctrinæ viro, qui quidem fuit Doctor doctiſſimæ, & ſanctiſſimæ Societatis Ieſu, necnon à Iacobo Mazzonio Ceſenate, viro itidem excellentis ingenij, & amico noſtro ſemper colendiſſimo, in comparatione Ariſt. & Platonis, vt alibi etiam dictum eſt.

1. Topic.

P. 1. q. 45. art 3

Lib. 15. de princip. rer. natur. c. 1.

In compar. Pla. & Ariſtot.

Hi nimium aiũt, nec ſine ratione, hãc fuiſſe firmam Ariſt. opinionẽ circa mundum, non autem circa animam, quam de potentia materiæ educi aſſerit, ſed nihil ad nos pro hac re de Ariſt. ſpectat: cautè legatur Plato, qui quidem modo genitam, modo ingenitam videtur velle, nã ſi vult ipſam ingenitam, cõmittit errorem, quem iure optimo damnat D. Auguſt. & cum eo Tertullianus, & multi alij Patres, putantes mundum, & animam conſequẽter æternam eſſe, cum ipſo Deo, ad aures eiuſdem.

De Ciu. Dei lib. 10. c. 17. Tertul. lib. de anima c. 4.

Cautio 2.

Cautè itidem procedatur in lectione Platonica, vbi videtur in Timęo conceſſiſſe animæ productionem, per nouam

crea-

creationem, ſed illam nō eſſe immediatam Dei operationem, ſed mentium ſecundarū, quę ſunt Dij iuniores, quoniam hoc eſt impium, & damnabile dogma, à Chriſticola explodendum, cum potentia creandi (vt alibi oſtenſum eſt) de mente Scoti, ſit ſolummodo diuinę omnipotentiæ reſeruata: & eſt ratio, vt optimè concludit Doct. Ang. p. 1. quæſt. 44. & cōtra Gent. cap. 15. quoniam hæc actio eſt primi agentis, & non alterius inferioris effectus, nam ſolum ipſe eſt vniuerſalis cauſa, & nulla alia, præter ipſam, poteſt eſſe cauſa eſſendi ſimpliciter, quod per creationem cauſatur.

2. ſent.

P. 1. quæſt. 44.

Cont. Gē. c. 15.

Confirmatur hæc veritas auctoritate Damaſceni, dicētis, quod *Quicunq; aiunt, Angelos creatores eſse cuiuſcunq; ſubſtantiæ, Homines ſunt Patris ſui Diaboli filij.*

Lib. 2. ſent.

Et D. Hieron. 2. itidem confirmat hoc ipſum, dū ait, animas à Deo dari, & non ab alio, credendum eſſe in Epiſtola ad Damaſum Papam. Quare damnabilis, & execrabilis eſt hæc aſſertio, quam, tanquam veram, amplexaræ ſunt multæ hæreticorum ſectæ, impiæ, & mendaces, vt Hentuſiaſtæ, Seleuciani, Meſſalani, Menandriani, & Appellitæ, vt videri poteſt in fonte apud Philaſtrium, Alphonſum Caſtrenſem, Prateolum, & alios.

Cautio tertia.

Cautè itē procedatur in lectione Platonica, vbi videntur multi interpretes, & præſertim Num. voluiſſe animā noſtram eſſe portionē animæ mūdi, quoniā idem eſt, ac ſi diceret, eſſe portionem ſubſtantiæ ipſius Dei, quod eſſe falſum D. Thomas conſpicuè triplici medio probat, vel quia anima quandoq; eſt in potentia intelligens, vel quia à rebus ipſis quodammodo ſcientiam nanciſcitur, vel demum, eò quia diuerſas habet potentias, quæ omnia à Dei ſubſtantia aliena, & prætere a ab aīa vniuerſali, facilè eſſe cōſpicitur.

P. 1. quæſt. 75 art. 7 & ibid. q. 90. art. 1.

Præterea hæc concluditur falſa, & hæretica ab eodem S. Doct. 2. contra Gent. cap. 85. quoniam in Deo nihil de nouo incipit eſſe, vt in anima apparet, vel quia Deus nullius forma poteſt eſſe, vt eſt ipſa anima, vel tandem, quia Dei eſſentia, & ſubſtantia non eſt in potētia ad aliquid, & eſt immutabilis, tùm ſecundū eandem ſubſtantiam, tùm etiam ſecundum ſcientiam, &c.

Hæc eadem veritas cōfirmatur auctoritatibus SS. PP. Auguſtini, & Hieronymi ex Latinis, in expoſitione Pſal. 41. & ſuper Gen. ad literam in Epiſtola 85. D. Hier. ex Græcis verò Chriſoſtomi, & Iuſtini, qui tamen S. Auguſt. & Iuſtinus iam fuere iſtius opinionis, ſed, melius cogitando, antiquam permutarunt ſententiam, & pręſertim Iuſtinus, ex deprehenſione cuiuſdam Trifonis Iudæi, prout ipſe fatetur in colloquio, & confirmat in quęſtionibus, &c.

Pſal. 41.

Epiſt. 85.

Prauitas iſtius Hæreſis emanauit (aſſertoribus Epiphanio, & Nicephoro ex antiquis, Caſtrenſe, & Prateolo ex Neothericis) ab hæreticis, qui vel Gnoſtici .i. ſcientes, vel cognoſcentes appellantur, Manichæi, Apocaritæ, Dicaritæ, & Brachitæ, qui omnes ortum duxere à Manete Baſilide, ſecundum D. Hieronymum, à Valentino, ſecundum Philaſtrium, & à Nicolao, ſecundum Auguſtinum.

Cautione magna itidē vti debet pius Chriſticola, in hac eadem aſſertione Platonica, qua innuitur anima noſtra eſſe mundi animæ pars; quoniam hoc approbare (vt verum) quod tamen eſſe falſum probauimus ſupra, ſecundum noſtrę Theologiæ placita, eſſet incurrere non ſolum in prauam Numenij ſententiā, ſed in mendacem etiam Alexandri opinionem, quod mens noſtra agens ſit Deus, vel demum in illam maledicti Auerrois aſſertionem, qua probare nititur, & approbare videtur, vnicam eſſe mentem in tota humana natura, quam ſolidiſſimis, & demonſtratiuis argumentis impugnare valuerunt, non ſolum D. Thomas ſacræ Theologię Coryphæus, contra Gentiles, & alibi, ſed ſubtiliſs. Scotus, & eius aſſecla Antonius Trōbeta Patauinus, Vernias Theatinus, & huius noſtrę tēpeſtatis excellentiſs. Iacobus Zabarella, in al-

Cautio 4.

Quom. 'eſt incidit cum ſuperiori in quibuſdam.

Hæreſis impugnatores Auerroiſticæ.

mo Gymnaſio Patrię Ciuitatis Philoſophus inſignis.

Hæ nimirum tres prauæ ſententiæ, re vera execrabiles, & damnabiles, vel concludunt, animam eſſe portionem tertiæ ſubſtantiæ Platonicæ, vt prima, & cum ſuperioribus hęreſibus coincidit, vel eſſe portionē Dei ipſius, vel ipſumet Deum, vt ſecunda, quę concurrit cū Manicheorum errore, vel demum, quod anima intellectiua non ſit multiplicata, neq; multiplicabilis, niſi per accidens, vt tertia, quod eſt impijſſimum dogma, & hęreſis praua, quam approbarunt in via Pręceptoris, & extulerunt quidam horum doctrinę ſequaces, vt Pōponatius, Portius, Chardanus, Antonius Mirandulanus, Alexāder Achillinus, Archangelus Mercenarius, & multi; ſed hanc opinionem, vt veritati noſtrę contrariam, iure confutarunt, & euerterunt ſupradicti Philoſophi, & Theologi celeberrimi.

Nō vt Chriſticolæ, ſed vt Philoſophi, dicunt, hos affirmaſſe.

Cautio 5.

Cautè pariter in Platonica Philoſophia procedēdum eſt, vbi videtur Plato voluiſſe, quod animę ante corpora extiterint, prout eruitur ex illis verbis 10. de legib. & in Phędro .ſ. animam ante corpus factam fuiſſe, corpus autē ſecundum & poſt animam natum, & quidem conſentanea ratione. Quoniam, vt verè, & firmiter determinatum eſt, ex ſententia noſtræ ſacrę Theologię, non fuere ante corpora, ſed in completa eorundem organizatione creata, & infuſa à Deo.

10. de legib. & in Phæd.

Hanc nimirum ſententiam, vt veram approbare, & tenere, eſſet errorem (quem impingūt Origeni) ſectari, qui (vt aiunt) tenet, & prędicat, animas ſuis corporibus pręextitiſſe, quod eſt falſum, & impium dogma, ſecutum à Priſcillianiſtis, & Flagellātibus (vt patet apud Caſtrenſem, & Prateolum) quod quidē dogma eſt, tanquam peſtis à Chriſticola fugiendum, & reprobatur à Concilijs, & pręſertim à Conſtantienſi, & Bracharenſi, quinimò à Patribus, videlicet à Damaſceno, Theodoreto, Gregorio Niſſeno inter Gręcos; ab Auguſt. Hieronymo, Hilario, & Leone, inter Latinos; quibus omnibus adſtipulatur Clemens Alexandrinus. Verumtamen Auguſtinum oppoſitam tenuiſſe ſententiam conſtat, in Geneſi ad literam, quam poſtea iure reprobaſſe, auctor eſt D. Thomas, vt videri poteſt in ſuis Retractationibus, in quibus, & hunc, & multos alios correxit errores, conſpicuè apparet.

De viris. & dog. hæreticorum.

Conc. Conſtan. & Brachar.

Damaſ. lib. 2. c. 3.

Hieron. in Pſal.

De retract.

Leo in epiſt. ad Turibiū.

Clem. lib 4. Strob.

Cautio 6.

Cautè itidem procedendum eſt in lectione Platonica, vbi concluſum eſt, ipſum, & aſſeclas, non ſolum tenuiſſe animarum exiſtentiam, & productionem longè antiquiorem ipſis corporibus, ſed etiam omnium rerū ſimul, & ſemel creationē, quod eſt dogma in via noſtra falſum, & abſurdum, quod poſtea tanquam verum aſſumpſit, & ſcriptis mandauit, elapſis temporibus, Ioān. Huicl ſius Anglus, qui verba Platonis in Timæo forſan conſiderans, vbi dicit. *Et oſtendit primum ortum omnibus vnum fore, eumq; moderatum, atq; cōſtantem, nec ab vllo, &c.* Quæſiuit eum cum ſacris literis conciliare, & pręſertim cum illa ſententia Eccleſiaſt. ſupra allegata .ſ. *Qui viuit in æternum, creauit omnia ſimul*, quare, hanc opinionem vt habuit, ita explicuit, & patefecit, itaut diceret, Deum nequaquam poſſe mūdum, vel meliorem, vel deteriorem reddere, ſed & animas in ipſius creatione, vſq; ad determinatum numerum creaſſe, nec vltra, quæ aſſertio, vt falſa damnatur à Thoma Vualdēſe, qui ſcripſit cōtra ipſum, quinimò reprobata eſt in Conc. Conſtantienſi, cum multis alijs, ſeſſ. 15. Sed prius propulſata eſt à D. Auguſt. tanquam veritati noſtrę cōtraria, necnon à Vener. Beda de mundi, cœli, & terrę conſtitutione, tom. 2. tanquam erronea, & ſcandaloſa eadem ratione reiecta.

In Timæo.

Eccleſ. 18.

Conc. Conſtāt. ſeſſ. 15.

De Eccleſ. dogm. c. 18. & 19.

Beda to. 2. de conſt. cœli, & terræ.

Nec valet dicere, pro defēſione iſtius prauę aſſertionis, quod cū Deus in mundi totius creatione requieuiſſet ab omni opere, quod patrarat, quod etiam ab animarū effectione, & productione requieuerit, quoniam ſubſtantię immateriales, & ſpirituales, vt ſunt animæ, faciunt ad mun-

Ratio confutatur.

Præterea D. Auguſtinus (vt viſum eſt ſuo loco) Angelos vult eſſe corporeos, & tamen in ordine illos præcedere animas, auctor eſt D. Dionyſius de cœleſti Hierarchia. Vnde, quantò magis animæ, ex eiuſdem doctrina cenſendæ; ſunt corporeæ?

Quid dicẽdum eſt de illis ſcholaſticis, quinimò de alijs eorũ ſententiam tenentibus, qui putant nihil eſſe incorporeum, prẹter Deum ipſum? vt prẹcipuè Guillelmus Varro ſubtiliſſimi Scoti Præceptor?

Guillelmus Varro sup.

Dicendum eſt conſtantiſſimè, quod non ſolum Deus eſt incorporeus, ſed etiam Angeli, & animę noſtræ ſunt à materia pænitus abiunctæ, & hoc validiſſimis authoritatibus confirmare poſſumus ſ. D. Dionyſij Areopagitæ, Gregorij Niſſeni, Nazianzeni, Arnobij, & Cyrilli; quare contrarium aſſerere cum Platonicis, tenentibus animas vehiculatas, & præſertim vehiculo æthereo, quò perpetuò inuoluũtur, eſſet errare cum Tertullianiſtis, Archonticis, Enthuſiaſtis, & Seleucianis, qui omnes animas perpetuam corporeas affirmãt, cũm Tertulliano Magiſtro, quique tamen, tantò longiùs à Platonicis in hac re diſtare videntur; quantum ipſi per ſe credunt animas taliter indutas, Platonici verò per accidens, hoc eſt non per propriam conditionem, & naturam, quæ eſt ſimpliciſſima, ſed per aſſumptionem vehiculorũ, poſtquam ſunt in actu productæ, vt rectè animaduertit Iamblicus, & cum eo Proclus in Theologia Platonica, & ratione confirmari poteſt hęc veritas, ſi dicamus cum D. Thoma, quod non poteſt anima vllo modo dici corporea, cùm ſit principium vitæ, &c.

De diuin. nomin. De Eccleſ. Hierarc. De anima, & reſurrect.

De myſt. Aegypt.

1. p. 1. quæſt. 75. art. 1.

Cautio 10.

Cautè procedatur etiã in lectione Platonica, vbi videtur ipſe, & eius aſſeclæ, præſertim Porphyrius, & Plutarchus, in hanc falſam currere opinionem, vt vnanimiter putent, omnem animam eſſe immortalem, quod eſt dogma in via noſtra abſurdum, & impium, omniq; conatu à mentibus fidelium propulſandum, tanquam hæreticum, quod quidem cauſa fuit, vt Manichæi, & cum illis Gnoſtici, dum hũc amplexati ſunt errorem, & doctiſſimè impugnarentur & iure damnarentur à Patribus, & præcipuè à D. Auguſt. contra Manichæum, qui quidem cum omnibus rectè ſentientibus, non ſolum illud reijcit, ſed expreſsè fatetur, & optimo iure, animas nullas eſſe immortales, præter humanas, & eſt ratio, ſecundum placita D. Thomæ, tùm quia nulla operatio ſenſitiua poteſt eſſe ſine corpore, tùm quia omnis forma ſeparata à materia eſt intellecta in actu: vel melius, eò quia in brutis nullus eſt appetitus ad eſſe perpetuum, niſi ſecundum ſpeciem, vel demùm, eò quia in ipſis nulla delectatio excedit, ſui corporis cõſeruationem, &c.

In Phædon. Plutarch.

In Opuſc.

Cõt. Manic. 12. de Ciuit. c. 23.

Cont. Gẽt. c. 22.

Cautio 11.

Cautè prætereà procedendum eſt in hac doctrina, ne putet cum illis pius fidelis, quod ſicuti omnes animas immortales (ſed perperam) exiſtimarunt Platonici, ſic & eaſdem mente præditas, & rationales re vera eſſe, cum nulla, præter humanam, ſit immortalis, ita nec rationalis erit exiſtimanda, dicant quicquid velint ſupracitati Philoſophi ſ. Porphyrius, & Plutarchus, & probent, quoniam eorum & dicta, & probata nullius ſunt valoris, & ſic falſa, & vndequaq; explodenda. Nam hoc tenere, vt verum, & conſtans dogma in noſtra via, eſſet errare cum eiſdem Manichæis, & Gnoſticis, de quibus ſupra; qui quidem dicebant, bruta animalia æquè intelligere, & ſentire veluti homines, & cum Chryſippo, & Aeliano; quinimò cum Celſo illo, turpi fama notiſſimo, quem tantopere, euertere laborat, celeberrimus Origenes, & iure optimo, lib. 4. contra ipſum: eſſet (inquam) committere lapsũ Sixti Empirici Philoſophi Septici. Hypotypoſion, qui cognitionem, & virtutem rationalẽ maxima iniuria tribuebat canibus, & cæteris animantibus mente deſtitutis, quibus omnibus noſtra tempeſtate, adſtipulatur Laurentius Valla, acerrimus noſtræ, & aliarum veritatis mendaciſſimus impugnator.

Porphyr. & Plutarc. vbi ſupra.

Orig. contra Celſum lib. 4.

Hypotypoſ. lib. 1.

Laurentius Valla.

Hic pernicioſiſſimus error facilè corrigitur,& aboletur,non ſolum auctoritate veteris ſcripturæ, vt pluribus in locis videri poteſt, vtputa in Gen. 1. & Pſal. 48. ſed etiam rationibus, & doctrina SS. PP. & præſertim Athanaſij, Baſilij, necnon Gregorij Niſſeni, virorum quidem celeberrimorum, & catholicæ, veritatis acerrimorum defenſorum.

In Gen. Pſal. 48.

Athan. lib. de def de anima

Baſil. Examer. hom 8.

Greg Niſſ. de opif hominis.

Cautio 12.

In Timæo.

Cautione magna præterea procedere debet in lectione Platonica Catholicus Chriſticola, vbi videtur ipſe cum aſſeclis,in Timæo,Prothagora,& Epinomide,cauſam aſſignare humanę conſtitutionis, & copulationis animæ,& corporis.ſ. efficientem, iuniores Deos, quos Angelos appellant Alij, materialem verò, terram, & ignem, quoniam noſtra firmior, & verior doctrina cauſam efficientem, & immediatam rerum omnium, & præſertim hominis, quinimò potiori modo hominis, propter quem omnia producta ſunt, ponit,& maximo iure ipſumet Deũ immediatè, nam hoc de rato affirmare cum ipſo, & aſſeclis, eſſet errare cum Valentinianis hęreticis,(qui perperam iuniores Deos fecerunt hominis productores, & aliorum animantium) quæ per propagationem habent exordium.

Vide Prateol & Philaſt.

Neq; terram,igne cœleſti admixtam, eſſe cauſam materialem eiuſdem, admittendum eſt.,ſed ſimpliciem limum, quem aſſumpſit Deus ad hominem efformandum (ait Lyranus) qui eſt portio terrę leuiſſimus, ad differentiam craſſioris partis ipſius, neq; in viſceril us terræ, vbi multa fiunt animantia, ne putetur, hominem ex putri materia ortum, ſed in ſuperficie terræ, in quem, mira arte factum, inſpirauit Deus ſpiraculum vitæ, propter quod ad opificis ſui ſimilitudinem pulcherrimus videtur, ait D. Auguſt.

Lyranus in Gen.

D. Aug. de Gen. ad lit. lib. 19. c. 15.

Quæ doctrina paſſim, vt indubitata, vagari videtur,& vt Patrum auctoritate, & rationibus confirmata, tùm vet. tùm nou. teſt. veriſſima tenetur, &c. ſed de hac productione hęc miſſa faciamus, cum in mũdi creatione multa, ad vniuerſalem productionem ſpectantia, dixerimus.

Cautione itidẽ magna, vti debet Chriſticola pius, legendo dogmata Platonis, vbi vult, animas corporibus inſinuatas, quaſi obliuione grauatas, iterum reminiſci, ſiue acquirere ſcientiam, quarum notitiam callebant, antequam in illis immergerentur, quæ aſſertio, tanquam erronea, & hæretica, iure ab Eccleſia reijcitur, & damnatur, cùm ſuis aſſertoribus .ſ. cum Origene, quem in hunc lapſum incidiſſe, putãt multi eiuſdem doctrinę oſores. Putat (dicunt iſti) Origenes, in anima rationes ſeminales ineſſe, antequam corpori iungatur, ſed allucinatur, quia ſicuti falſum eſt, ipſam pręexiſtere ante corporis formationem, ita teneri debet (vt à nobis alibi oſtenſum eſt) hęc poſitio ſcandaloſa, & praua in via noſtra eſſe.

Cautio 13.

In Ioan in princ. tom. 19.

In hunc ſanè lapſum incidiſſe iam D. Auguſt. in ſolido conſtat, & ex propria palinodiæ decantatione, in Retractationibus, nam in eo lib. hanc videtur iam tenuiſſe opinionem, ſed ſeipſum, vt nimis Platonicæ doctrinæ addictum, optimè corrigit, & nõ ſolũ in Retractationib. ſed ſuper Gen. & lib. 12. de Trin. emendat.

D. Aug. lib. 1. c. 8.

Super Gen. c. 9. 10. 11 & li. 12 de Trinit. c. 15.

Hanc itidẽ, vt falſam, & pernicioſam propoſitionẽ ſummo iure reprehendunt pientiſſimi Patres, veritatis noſtræ ſummi cultores, vtputa Irenæus vetuſtiſſimus, & doctiſſimus Hæreticorum impugnator, contra eoſdem Iuſtinus Philoſophus, & Chriſti Martyr inſignis, in colloquijs cum Triphone Iudæo, Arnobius diſertiſſimus Rethor, & Theologus doctiſſimus contra Gentes, Tertullianus contra Hermogenem, & multi alij. Hanc pariter impugnat D. Thomas lõga verborũ ſerie, pluribus rationibus inuehens cõtra Platonicos in Menone, quod quidem iure agit, cum hæc aſſertio ſit noſtrę doctrinæ conſpicuè contraria.

Iren. lib. 2 c. 59 61.

Iuſtinus in colloq.

Triph. Arnob. lib. 2 cont Gent.

Tertul. cõtra Herm. c. 8.

p. 1. quæſt. 84. art. 3.

Cautione magna itidẽ procedat pius Chriſtianus in legendo Platonem in Timæo, vbi videtur tres in homine animas ponere .ſ. rationalem in cerebro, iraſcibilem in corde, concupiſcibilem verò in

Cautio 14.

he-

hepate. Quoniam licet hæc opinio poſſit ſuis fundamentis defendi, prout defenditur de facto à multis contra Ariſt. qui illis in hac re impugnat) nihilominus cum illius impugnatio, ita inuaſerit homines vt crederēt illam fuiſſe prauam Plat. ſententiam, idcircò vt falſa, & impoſſibilis etiam á Patribus reijcitur, tanquam noſtræ veritati omninò contraria.

Reijcitur ēt à nobis, tanquam peſſima aſſertio, in doctrina Catholica, ne incidamus in Manicheorū hæreſim, qui cum Platone, Galeno, & Philopono, putabant, tres in homine eſſe animas re, & ratione diſtinctas, & eorum fundamentum erat, quoniam ſibi nequaquam poterant perſuadere, quod contrariæ operationes ab vno poſſent emanare principio, nam cum ſenſus, & ratio ſint contraria, idcircò diuerſa debent habere principia, vnde hoc ſibi propoſito fundamento, faciles eidem aſſentire viſi ſunt, & eò magis, cum auctoritate Apoſtoli, id poſſe confirmari putent, dum ait: *Carnem aduerſus ſpiritum concupiſcere, ſpiritum autem aduerſus carnem, &c.*

Prateol. & alij. vt ſup.

Ad Gal. 5.

Sed hæc poſitio, tanquam erronea, & hæretica, exploditur à noſtris Orthodoxis Patribus .ſ. a Damaſceno celeberrimo apud Græcos, à Gregorio Niſſeno, à Iuſtino Philoſopho, & Martyre, de admonitore Gentium, à Theodoreto, & demum à D. Auguſt. necnon à D. Thoma inter Latinos, qui tamen affirmat, quod poſſit hæc ſententia Philoſophicè facilè ſuſtineri, &c.

Damaſ. lib. hæreſib. Greg. Niſſ. lib. de anima, & reſurrect. Iuſt. Philoſ. de admonitore Gent. Theodoret. lib. 5. de natura hom. Auguſt. de Eccleſ. dogmat. P. 1. queſt. 76. art. 4.

Cautè itidem pergat Chriſticola pius, ne animum ſana doctrina imbutū maculet, hac Platonica aſſertione in 1. Alcibiade .ſ. quod ſolus homo ſit anima rationalis, corpore vtens, vt inſtrumēto, quoniam habetur, vt hæretica, & noſtræ doctrinæ penitus contraria. Vnde hac re reprehendūtur auctor operis imperfecti, & Georgius Venetus Seraphicæ noſtræ familiæ Theologus inſignis, quod hanc opinionem teneant, à Sixto Senenſe in in ſua Bibliotheca, quoniam homo, ſicut ex duplici conſtat natura, ſic ex vtraq; eſt compoſitus, & eadem ratione damnabilis, vel beatificabilis.

Cautio 15.

In 1. Alcib.

Homil. 15. auct. operis imperfec. Tom. 1. probl. ſect. 1. lib. 6.

Hæc Chriſtiana veritas ab omnibus Patribus, vt vera, amplexatur, quoniam, quod eſt ſola forma in homine, non poteſt habere rationem ſpeciei, materiam verò eſſe partem indiuidui, & non ſpeciei inconueniens eſt, nam homo, vt talis eſt, conſtat ex anima, tanquam ex forma, & ex corpore, tanquam ex materia, adeò quod, cum ſit, quod compoſitum, definitionem includit, non animæ tātum, neq; corporis ſolum, ſed compoſiti naturalis, & hæc eſt doctrina D. Thomę re vera ſolidiſſima, necnon Scoti.

P. 1. queſt. 75. art. 4. Lib. 2. diſt. 22 art. 1. § contra iſta.

In hac itidem re omnes concurrunt Patres (vt dixi) .ſ. Dionyſius Areopagita, Gregorius Nazianzenus, de Chriſti Natiuitate orat. 38. Tertullianus, de Reſurrectione carnis cap. 6. & lib. eodem, & multi alij, quare, vt ſincera veritas à nobis itidem tenenda eſt Chriſtianis, & eò magis, cum dannata ſit hæc opinio in Concilio Lateranenſi ſub Leone X. ſeſſ. 8. in Vienenſi ſub Clem. V. necnon in Clement. de ſumma Trinitate, tanquam hęretica.

Dion. Areopag. c. 6. de diu. nom. Greg. Naz. de Xpi Natiu. orat. 38. Tertul. c. 6. & eod. lib. ſeſſ. 2.

Hæc tamen poſitio in via Platonica, iuxta ſua principia poteſt defendi, quinimò & trahi ad bonum ſenſum, vt ait Ficinus in expoſitione D. Dyon. de Diuinis nominibus, ſed nobis cū hac vniuerſa horum Patrum caterua, & cum ipſis Concilijs placet concurrere.

Cauiè pergat Chriſticola, in lect. illa Platonica, in qua ipſe Plato, & aſſeclæ, cum Pythagora Metempſicoſim aĩarum in Phędro, hoc eſt tranſmigrationem de corpore in corpus videntur admittere, & licet in ſenſu morali, capi debere, velint multi, tùm de noſtra, tùm de eiuſdem familia in ſuperioribus lib. tùm antiqui, tū recentiores, hanc aſſertionem, nihilominus, cum in ſenſu litterali multi illam ſumere videantur, & hac ratione occaſionem & dubitandi, & errandi multis præbeant, idcircò tanquam falſa, & hæretica

Cautio 16.

De hac iam fuſius his tractatū eſt in ſuperiorib. lib.

eſt à Chriſtiano Philoſopho reijcienda, & eò magis, quia multi aliorum dogmatum hæretici, hanc pro viribus, tanquam veram, immeritò promulgarunt, quorum primus, & Anteſignanus fuit Simon ille Magus, qui Alpha hæreticorũ iure poteſt appellari, ex ſententia Irenæi lib. 1. contra hæreticos, & multorum aliorum. Secunda fuit ſecta multorum, doctrinam Tertulliani ſequentium, qui hac praua opinioue ſuffulti, non ſolum animas in Dæmones verti poſt mortem affirmabãt, ſed in quæcunq; animalia bruta, ſuis demeritis conuenientia. Tertia fuit illa Manetis ſectatrix improba turba, quæ hanc fatuam ſentẽtiam ſecuta eſt humanæ .ſ. tranſmigrationis in beluas, inter multas alias hæreſes.

Mitto Baiulenſes, Concordenſes, & Albigenſes, de quibus explicitam habemus mentionem apud Philaſtrium, Caſtrenſem, & Prateolum; ſed hæc aſſertio, tanquam peſſima, & damnabilis vndequaq; non ſolum à Patribus propulſatur, ſed ab ipſiſmet Philoſophis, tanquã veræ Philoſophiæ contraria iurè reijcitur.

8. cap. de anima cap. 7. lib. 5. c. 15. lib. 4. in Io.

Hanc Origenes nõ eſt ſecutus, vt quidam aſſerũt, ſed pro virili, ac remis, multis in locis damnauit, vt in Periarchon, in Epiſtola ad Romanos, in D. Matthæum contra Celſum, in D. Ioannem, & alibi. Hanc Athanaſius, tanquam anathema, reſpuit, damnat, & confodit Tom. 7. lib. 6. de Beat.

Cont. hæreſes.

Hanc Irenæus confutat, & validiſſimis argum. contra hæreſes Valẽtinianas.

De homin. opif. c. 28.

Hanc confodit Greg. Niſſenus multis, & ſolidis rationibus.

De diu. dec. c. 28. de iudicio.

Hanc Theodoretus ſpernit, tanquam ridiculam, & impiam fabellam, pluribus in locis, ſed præſertim de Diu. dec. cap. de iudicio.

Cõt. hæreſ.

Hanc Epiphanius multis, & diſertiſs. verbis euertit cõtra hæreſes, tom. 1. lib. 2.

De fid cõt. Manichæos c. 73.

Hanc Auguſt. damnat, dum Manichæos, tanquam malleus hæreticorum, verberat, de fide contra eoſdem Manichæos, c. 73. & de Ciu. Dei lib. 10. c. 30.

Hanc tandem Philoſophi non modò Peripathetici, & Ariſt. Princeps, ſed omnes cuiuſcunq; ſectæ vnanimi conſenſu damnant, quinimò & multi Pythagorici, & cum eis Platonici multi veræ Religionis ſectatores, & veritatis Platonicæ veri amatores, inter quos alij myſticam credunt, vel moralem (vt viſum eſt ſuis locis) vel tanquam ad Poeticum figmentum, reduci debere exiſtimant.

Ariſt. 1. de anima.

Cautione demũ magna procedat religioſus Chriſticola, in lectione Platonica, vbi de receptaculis animarũ, poſt earum à corporibus ſeparationem, de iudicio ipſarum, & tandem de reſurrectione, & aſſumptione cum eis, & illorum, verba facit. Quoniam licet cum noſtris aliqualis videatur eſſe ſimilitudo .ſ. in rerum ſubſtãtia, in quibuſdam nihilominus, ipſam concomitantibus accidẽtibus, apparet conſpicua diſſimilitudo, nam verba Plat. videntur eſſe potiùs poetica, quam realia; noſtra verò abſq; vllo velamine poetico clara, vnde iure reijciũtur, vt talia, à D. Auguſt. lib. de Ciu. Dei, quaſi per totũ volumen, cuius dicta veluti in cõparationem poſita, hic referre ſuperfluũ duximus, ne iſte lib. excedat epitome metã.

Cautio 17. & poſtrem.

Lib. de Ciu. Dei per tot.

Cautè igitur ſẽper perget in hac Ethnicorũ oĩum doctrina fidelis Theologus Chriſtian⁹, ſi veritate imbutus, firmè crediderit ſolã Chriſtianã Theologiam, ad ſalutem neceſſariã, Platonicã verò minimè, & Philoſophicã oẽm, ſiue Triſmagiſticã, ſiue Orphicã, ſiue Peripatheticam, ſiue Stoicã, & multò minus Epicureã: hoc ſolũ admiratione dignũ, in dogmatibus ipſorũ cupio animaduerti, quomodo Platonici lumine naturali ſimpliciter, tã multa proxima noſtræ veritati intelligere potuerint, vel ab alijs excerpta, ſcriptis mãdarint, vel ex ſpeciali gratia à Deo obtẽta eadem rõne, in teſtimoniũ ſuæ pietatis prodiderint, ad differentiam multorum Philoſophorũ, qui nihil de ijs, vel credere, vel edere voluerũt, dæmoniaca impietate, quã veri ſinceritate potiùs occupati. Et hæc dicta ſufficiant.

FINIS DECIMITERTII LIBRI.

CHRISTIANÆ THEOLOGIAE Cum Platonica Comparationis.

LIBER QVARTVSDECIMVS

In quo, per compendium more noſtro, de natura Dæmonum agitur, prout ex ſacra veteri, & noua ſcriptura depromitur.

SCRIPTVRÆ ſacrę, vetuſta videlicet, ac recens, ita Dæmonicam præſupponũt naturam, vt nullo modo in dubio ſit reuocandum, an ipſa in rerum natura reperiatur. Sit igitur, & à nobis, qui Chriſtianam profitemur veritatem, præſuppoſita, tanquam vera à Diuinis Oraculis pręmonſtrata, quinimò à Chriſto ipſo, veritatis præceptore probata, & hac ratione à nobis approbata. Hęc eſt illa natura ſpiritualis nobiliſſima, quã in exordio mundi creauit Altiſſimus bonitate refertam, non tamen ſummam, ſed media, quæ quidem poterat per conuerſionem ad ſummum, & incommutabile bonum ſupra ſe fieri capax ſtatus gratiæ, & gloriæ; ſed quoniam conuerſa eſt ad bonum commutabile, infra ſe, lapſa eſt in malum culpæ, & pęnæ, itaut rebellis, & Deo inimica facta, in tetrum, & obſcurum ſit detruſa carcerem. Hæc eſt illa, quę cecidit de ſuæ conditionis puritate, de arbitrij libertate, & eiuſdem flexibilitate, in bonum omninò commutabilę, de luce in tenebras, de ſcientia in ignorantiam, de ſtatu innocentiæ in culpam, de fœlicitate in æternam miſeriam, & tandem de dilectione in odium Dei omnipotentis. Hinc eſt, quod poſt ſuam electionem, à Sede Empyrea, facta impenitens, & obſtinata in malo; in vero excęcata; in bono deordinata, in virtute mãcipata; Dei ſpeculatione fuit hac ratione priuata, Vnde in voluntate facta ob id impia, inuida, & maligna, conuerſa eſt in odium prauum hominis, & in eius perſecutionem, & ſubuerſionem, quam ſemper per tentationes varias molitur.

[Quod Dæmon. ſint, nó eſt dubitetur.]

[Mutatio naturæ Angelicæ de bono in malum.]

His ſic ſtantibus, inutile, & ſuperuacancum putãt Theologi, in quęſtionem ponere in Theologia noſtra, an ſint Dęmones? Nihilominus, ſi quis vellet curioſè percunctari, an dentur in hac via, cum in via quorũdam Philoſophorum, & pręſertim Peripathcticorum, negẽtur (vt latè ſequenti videbimus libro) occurrere poſſet pius Chriſticola eiuſdem inquiſitioni, & dicere, quod re vera dãtur, non ſolum ex cõfeſſione ſacrę Scripturę, tum vetuſtę, tùm nouę; ſed etiam, quia ratio congruentię hoc videtur dictare, & ſuadere. Nam ſi concluſum eſt rationibus ſolidis ſummorum Theologorum D. Thomę Aquinatis, & Alexandri Alenſis, quod Angeli ſunt; quid vetat affirmare, quod Dęmones ex conſequentè reperiantur, cum & ipſi ſint Angeli, ſecundum eandem conditionem, & naturam conformes; licet ſint ex culpa deformes? quod eſt ex accidenti. Admittũtq;

[Quom ...]

An-

Angeli his rationibus, ergo admittantur Dæmones, cum nulla ſubſtantialis differentia cadat inter hos, & illos, admittatur iſtorum caſus, ſicuti iure admittitur, non ſolum in via noſtra, ſed etiã in Philoſophica (prout videbimus proximè in hoc libro, necnon in ſequenti) & ſic nulla erit lis, & nulla quæſtio.

De hac igitur natura, & de eorũ Capite Primo, & Anteſignano Lucifero, ſine alia inquiſitione modo agere debem⁹, ad aures noſtrorum Theologorum, & de his omnibus ſpiritibus, qui cum eo cecidere à Regno Empyreo in viſcera terræ, & caliginoſum aerem: quiq; Angeli lucis nuncupati fuere, & modo Angeli tenebrarum Dæmones, Diaboli, & incolæ Inferni vocitērantur. Horum vnus eſt caput .ſ. Lucifer, qui hoc nomine appellabatur, iuxta Prophetæ Iſaiæ expreſſionẽ; ante caſum propter ipſius pulchritudinem, & modò in vtroq; teſtamento varijs nuncupatur nominibus, quorum aliqua ſibi fuere impoſita, ſecundum eius proprietatem, aliquà verò per metaphoram, quemadmodum videbimus in extremo capite iſtius libri, quando varias nominum ſignificationes Dæmonibus aſſignabimus: In præſentiarum igitur, quid ſit, ſecundum rem, videamus, ſecundum quod grauiſſimi eundem definierũt Theologi, & præſertim D. Auguſt. Eccleſiæ celeberrimus Doctor.

Dæm. iam Angeli lucis, nunc tenebrarũ dicuntur.

Ord. obſer. in lib.

Quid ſit Dæmon: ſecundum diffinitionem.

VOlens igitur S. Doctor hãc dæmonicam naturam conſpicuè declarare; talem ipſius affert diffinitionem. *Dæmon eſt ſpiritus, nocendi cupidiſſimus, à Iuſtitia penitus alienus, ſuperbia tumidus, inuidia liuidus, ſiuè inuidentia, & fallacia callidus.* Eſſe ſpiritum, nulli dubium eſt, quoniam eius natura eſt merè ſpiritualis, & immaterialis, & nullum admittit corpus, niſi quando ea ſumit peregrina, ad aliquas prauas operationes exercendas: *Eſt ſpiritus*, hoc ſtat loco generis, cũ ſpiritus itidem ſint Angeli boni, & animæ noſtræ, cætera verò, quæ in hac diffinitione poſita ſunt, ſtant loco differentiarum. Eſt *nocẽdi cupidiſſimus*, quoniam ſemper hominib⁹ inſidias ponit, ad hoc, vt in laqueos incidant, quos tendit ad capiendas eorum animas. Eſt *nocendi cupidiſſimus*, nedum in anima, dum eãdem varijs premit tentationibus, ſed etiam in corpore, dum eidem retiacula, & captiunculas inijcit, & in idem ingrediendo, & inhabitando torquet, & vexat. Eſt *à Iuſtitia alienus*, quoniam licet id agat, diuina permittente voluntate, nihilominus hoc facit ipſe, maligna animi natura compulſus, praua volitione concitus, quæ nequaquam diuinam permiſſionem, & iuſtitiã inſpicit, ſed propriam inclinationem, quæ impiã intentionem ſemper quærit explere. Eſt *ſuperbia tumidus*; quoniam in eius electione; quamuis gratiã amiſerit, & pulchritudinem perdiderit; non tamen ſuperbiam reliquit, ſed in ſe eandem retinuit, ac ſemper pro viribus conſeruat. Eſt *inuidentia liuidus*, quoniam liuore inuidiæ eſt repletus, & hæc eſt ratio, quoniam videns, hominem, poſt lapſum, meruiſſe ſuæ culpæ inuenire Deũ Redemptorem, qui de captiuitate eundem liberauit, omni ſuo conatu, quærit inuidus illum illaqueare, & perdere. Eſt tandem *fallacia callidus*, quoniam, ſub ſpecie boni, ſæpè ſæpius hominem deludit, & hac ratione aſtu, in ſuam nititur deducere voluntatem. Et hoc exemplo facilè probatur mirifico, in primordio mundi, callida ſuaſione in errorẽ, & peccatum primos deduxit parentes, & in diem etiam multos varijs tentationibus deuincit, & ſecum trahit.

Deſcriptio Dæmonis D. Auguſt. 8. lib. de Ciuit. Dei, & eiuſd declaratio.

Dæm quare ſint inuidi.

Exẽp. proſ. Dæm.

Secunda Dæmonis diffinitio, quæ totam eiuſdem naturam longè, lateq; declarat.

AVctor compendij Theologiæ, lib. 2. cap. 25. aliam videtur afferre.

Dę-

Diff. Dæm. vt habetur in compēd. Th. 2.c.21.

Dæmonis diffinitionem, longam re vera ſatis, ſed peroptimè totā ipſius naturam intus (vt aiunt) & in cute, eandem declarātem, & eſt talis: *Dæmon eſt ſpiritus impurus, humani generis inimicus, mente rationalis, in nequitia ſubtilis, cupidus nocendi, per ſuperbiam tumidus, ſemper in fraude nouus, immutans ſenſus, inquinans affectus, qui vigilantes turbat, dormientes per ſomnia inquietat, morbos infert, tempeſtates concitat, in lucis Angelum ſe transformat, ſemper ſuum infernum ſecum portat, in idolis ſibi cultum diuinum vſurpat, ſuper bonos dominari appetit. magicæ artis effector, bonis ad exercitium datus, malis verò ad ſupplicium æternum, ſemper hominis finem inſidians.*

Declaratio huius diffin.

In hac æquidem Dæmonis longa ſatis deſcriptione, omnes (ni fallor) cōtinentur proprietates, & functiones, quas breuiter, & reſſolutè, modo declarare intendimus. Eſt Dæmon re vera *ſpiritus impurus*, impuritate, non naturæ; ſed culpæ, quoniam per culpam deformatus eſt, & in culpa pertinax, & obſtinatus perſiſtēs, quotidie peccat, vnde labe peccati contaminatus, voluntariè re vera dici poteſt impurus, hac nimirū impuritate, ad differentiam Angelorum cœleſtiū, & Beatarum animarum, quę puræ, puritate gratię, & gloriæ iure meritò nuncupantur.

Quare Dæmon dicantur rationales.

Sūt humani generis inimici (vt etiam tetigimus in diffinitione D. Auguſt.) *Sunt mente rationales*, quoniam, propter peccatum ab eis perpetratum, non amiſerunt naturalia, ſed gratuita, ideò in eis remanſit vſus rationis, ſicuti noſtræ animę, licet aliquando, vt deprauato vtantur diuina permiſſione; vel ſunt rationales, non intellectuales, ad differentiam bonorum Angelorum.

Semper ſua-dent Dæm. ad malum finem.

In nequitia ſubtiles ſunt, quoniam omnis eorum induſtria, nil moliri ſtudet, niſi iniquè tentando in malum protrahere tentatos, & ſi fortè, fortuna aliquando aliquid boni efficere videntur, bonum .ſ. ſuadendo, hoc ſemper ad malum tendit finem; ſecundum quod eorum praua intentio tandem manifeſtat.

Cupidi nocendi ſunt, eò modo, quo ſupra, & per ſuperbiam tumidi dicūtur, eadem ratione, qua ſupra, nam eorum miſeria à ſuperbia ortum duxit, & in ſuperbia, & cum eadem perſeuerat.

Dæm fraudulenti, & quomo.

Semper ſunt in fraude noui, quoniam ſemper nouos excogitāt modos fraudulenter agendo, alios fuco, & fallacia decipiendo, & ſi quoniā per vnum nequeunt modū decipere, alium adinueniunt, donec fraude tandem decipiant: Et ad hoc, vt per eos hoc fieri poſſit, immutant ſenſus illudendo; adeò quod vnum pro alio oſtendunt, & hac ratione nedum humanos inquināt effectus, qui vel concupiſcētijs illecti, vel prauis cupiditatibus occupati, quod non decet, cupiunt, & pro virili inquirunt vſu rationis omninò decepto.

Quom. turbant vigilantes varijs .ſ. modis.

Vigilantes turbant, ſuggerentes malum vel melius *turbant*, variè tētando mentes humanas, quę non valent quieſcere in contemplatione rerum diuinarum. *Turbant violenter*, dum corpus extra lædunt, vt de Iob. legitur apud ipſum, & de multis Sanctis nouæ legis, qui variè fuere ab ipſis virgis cęſi, varijs modis læſi, dum orationibus, ieiunijs, & alijs pijs vacabāt operibus. *Turbant etiam vigilantes*, dum non ſolum extra lędendo corpora vexāt, ſed intus etiam, dum obſeſſa iactant. *Turbant vigilantes*, imagines imprimendo falſas, quibus conciti homines per eorum ſuggeſtionem mala operantur. *Turbant* per ſanguinis commotionē intus, ad peccata accendendo, vel ſenſus deludendo per impreſſionem falſarum formarum. *Turbant tandem vigilantes*, rationem obtundendo, ſenſus decipiendo, & corpora torquendo. Nec deſiſtunt etiam homines inquietare in ſomno, ſicut in vigilia, quoniā per ſomnia inquietant, dum decipientia phantaſmata in animo imprimunt, quibus concitantur homines, ad malum agendum, vel ad illud, quod non decet, neq; licet, perpetrandum.

Quom morbos inferūt.

Morbos inferunt, vel humores commouendo, & turbando, ex qua commotione,

&

& turbatione, reſultat corporum intemperies, & ex hac, ſolutio continuarũ partium in ipſis, adeò quod citò, ad exitium properant; & ſicuti inferunt morbos in corporibus, ita in animis, pari modo per aſſiduam eorum tentationem.

Quom. tempeſtates cōcitant.

Tempeſtates concitant, dũ in medio aeris interſtitio, ſiue caliginoſo habitantes, eaſdem iactant ad hæc inferiora, vel, vt cadẽdo homines lędant, vel ea deſtruãt, quæ hominum æſui, & vſui data ſunt à Deo.

Quom. In lucis Angelos ſe transformant.

In lucis Angelos ſe transformant, vt cautiori modo homines lędant, & perdant, & ad hoc, vt non cognoſcant, quæ bona ſibi ipſis perſuadent Angeli boni, qui ad eorum cuſtodiam fuerunt deputati.

Quom. ſecum infernũ portant.

Infernum ſuum ſecum portant, nõ locum pęnarum, ſed pœnas, quibus indeficienter affliguntur, ex Diuino mandato, & miſeram recordationem amiſſionis diuinæ gratiæ, æternæ glorię, & perpetuæ viſionis Dei. Portant ſuum infernum ſecum, quoniam, vbi eſt Diabolus, ibi eſt Infernus, ſicuti, vbi eſt Chriſtus Dominus, ibi eſt Paradiſus vice verſa.

Quom. In Idolis cupiunt adorari.

In Idolis ſibi cultum diuinum vſurpant, quoniam ſuperbiam, & ambitionem non amiſerunt a cœlo eiecti, & in Infernum clauſi, ideò cum non potuerint ibi ſimilitudinem aſſequi diuinam, cupiunt hic adorari ab hominibus, quos hac de cauſa decipere volũt, & in ſuum trahere dominium, & domicilium; ſed qui è cœlo eos eiecit Deus, in terra à ſimulacris materialibus eiecit eiuſdem Filius, noſtram aſſumens carnem. Hac ratione etiam, *ſuper bonos dominari appetunt*, ſuperbia tumidi, & ambitione elati.

Quom. magicas artes exercent.

Magicas artes, artificioſis ſuperſtitionibus exercent, ad hoc, vt facillimè in errorem ducant homines, curioſis nouitatibus incumbentes: Superſtitioſam, & vanam Theurgiam exercent præcipuè, necnon alias deceptorias artes, quæ in ruinam hominum, fuerũt ab ipſis inuentæ, & excogitatæ:

Quom. bonis dati ad exerc.

Bonis fuere dati ad exercitium, nam virtus magis perficitur in eis, qui non facilè capiuntur eorũ inſidijs, ſed viriliter pugnant, & perſeuerãter durant in pugna, fide vera armati, fortiter eis reſiſtentes.

Malis verò ad ſupplicium.

Malis è contrario, ad ſupplicium, & pœnam dati sũt, propter peccata grauia, ab eis cõmiſſa, & facinora, iuſta caſtigatione digna. Vnde nihil boni in eis reperitur præter entis bonitatem, niſi executio diuini mandati, quæ expletur, dum in hos malos ſæuire ſibi conceſſum eſt, & permiſſum.

Quom ſini hominũ inſidiantur.

Semper tandem *fini hominum inſidiantur* bono, ne ipſum ex voto aſſequantur, malo autem, quod facit ad eorum perniciem adiuuãt, & pro viribus incumbunt. Hæ ſunt Dæmonum prauæ functiones, quæ in deſcriptione hac notari poſſunt; ſed melius in proceſſu eorum nequitiam, & malitiam patefaciemus.

Dæmones ſunt plures, & certo ſunt determinati numero.

VIdeamus, quomodo Dæmon non eſt vnus dumtaxat, ſed multi ſunt, & quaſi innumeri ſequaces maledicti Luciferi. Sunt multi (inquam) dubiò procul, nam Doctores omnes id vnanimi conſenſu iure affirmant, dicentes, quod vnaquæq; anima duos habet Angelos, vnum ad cuſtodiam ſibi deputatũ, alium ad exercitium, primus eſt Bonus, & eſt Angelus lucis, ſecũdus malus, & eſt Angelus tenebrarum, at animæ ſunt multę, igitur & multi Angeli, tùm boni (vt viſum eſt ſuo loco) tùm mali, vt modo neceſſariò concludere cogimur. Sunt multi etiam, quoniam Lucifer caput Dæmonum, cum eſſet de ſupremo ordine ſupremæ Hierarchiæ, ex confeſſione probatiſſimorum Doctorum, necnon in eadem ſupremum teneret locum, cadens, magnam de ſingulis ordinibus ſecum multitudinem traxit, quæ ei adhæſit. Sunt multi etiam, quoniam communis vagatur ſententia, quod vnus Angelorum Chorus cecidit, at in vno Choro multi

Quom. Dæmones ſunt multi ſatis.

ſunt

Quom. ſit intellig. vnū cecidiſſe chorū Angelorum.

continentur, igitur multi hac ratione concluduntur Angeli Apoſtatæ, qui ſunt Dæmones. Non tamen eſt intelligendum, quod decem fuerint Angelorum Chori, cum nouem ſolummodo à Doctoribus ſint determinati, ſed hoc eſt intelligendum, quod tot de ſingulis ordinibus cęcidere, quot vnum poterant conſtituere Chorum. Alij voluerunt tertiam Angelorum cęcidiſſe partem, ſit quomodocunq; hęc poſitio, ſemper neceſſariò concluditur hac ratione, Dæmones eſſe multos.

Dæm ſunt num determinati certo.

Et non modo multi, his Doct. auctoritatibus concludi poſſunt, ſed etiā numero certo determinari, nā ſi tot de ſingulis cęcidere ordinibus, quot poterant vnum explere Chorum, igitur vnus integer cęcidit Chorus, multis legionibus conſtās: Quilibet enim Angelorum Chorus ſuas habet legiones, & vnaquęq; legio ſex mille ſexcentum ſexaginta ſex continet Angelos, at quoniam tot ſunt legiones, quot Angeli, igitur 6666. legiones cęcidere Angelorum, qui modo apoſtatici dicuntur Dęmones.

Quæ fuerit potiſſima cauſa ruinæ Angelorum.

Cauſa caſus Diab. fuit ſuperbia.

CAuſam originariam Diaboli caſus, & aſſeclarum Luciferi, ſuperbiam, & elationem fuiſſe, Doctores omnes tùm poſitiui, tùm ſcholaſtici, ſolidiſſimis argumentis, & auctoritatibus concludunt. Nā in veteri ſcriptura legitur in Eccleſ. *Initium omnis peccati fuiſſe ſuperbiā*, quam poſtea alia peccata ſubſecuta ſunt (vt infra latè videbimus) in noua pariter legitur apud Luc. *Videbam Sathan, quaſi fulgur de cœlo cadentem:* in gloſa, quod Lucifer ſingulariter elatus eſt, & propter illam elationem eiectus, & hac de cauſa, Chriſtus Dominus diſcipulis dixit, vt in eius caſu de elatione timerent.

Eccleſ.c.10.

Luc.10.

De ſummo bono lib. 1. c.10.

Iſidorus Hiſpalenſis, elarioribus verbis cauſam hanc expreſſit, dicens, quod Lucifer, mox vt factus eſt, in ſuperbiam erupit, & præcipitatus eſt de cœlo, igitur fuit cauſa potiſſima ſuperbia, quod Lucifer cæcidit à ſede cœleſti: attamen nōn excluditur, quod etiam alia non commiſerit ſuperbiēdo peccatā (vt probabimus infra) nam ſtatim creatus, cognoſcens ſuam pulchritudinem, præſumpſit Dei æqualitatem, ecce præſumptio, & quoniam non abſq; ambitione notabili, ideò ambitio eandem ſecuta eſt, cum poſtea non valeret adipiſci, quod præſumpſerat, cæcidit in maximā odij euerſionem, vnde cæpit inuidere Deo, & eidem odij effectu contraire, quare in his confirmatus peccatis, ab ipſo Deo ſeparatus eſt, propter eiectionē, nam ingratitudinem omiſſionem, & nimium ſui amorem oſtendit, quem Scotus noſter ſubtilium Princeps, largo ſumpto vocabulo, appellat luxuriam. Hæc eſt cauſa caſus ruinæ, & eiectionis Diaboli originalis ab Empyrea ſede.

Peccata cōcomitantia ſuperbiam Diaboli fuit præſumptio & ambitio.

Scot. 2. diſt. 6. q. 2.

Quando ceciderit Lucifer?

SEd quando, ſeu in qua hora cæcidit Lucifer, poſt ſuam creationem? Ab Altiſſimo malignus hic Dei hoſtis cæcidit, vt eſt ferè communis Theologorum ſententia, prima die ſtatim poſt ſuā creationem, non autem ſecunda, prout tenēt alij. Cadendo, in aliquem cæcidiſſe locū, facilè conijcitur. D. Thomas Doct. Ang. duplicem locum affert, in quem cecidiſſe Diabolus fertur. Dicit. n. Doct. S. quod, iuſto Dei iudicio, debetur ei iure locus pænalis, & hic eſt Infernus, necnon locus alius, ratione humanæ exercitationis, & hic eſt aer caliginoſus. Hæc loca igitur ſunt, in quæ cadendo, ſe recepit Lucifer, cum ſequacibus, in Infernum, vt pœnas luerent, & animas prauorū torquerent, in caliginoſum aerem, vt alios exercitarent; nam procuratio totius humanæ ſalutis protenditur vſq; ad diem iudicij, & ſicuti vſque ad illum diem durat miniſterium Angelorum, ſic durat exercitatio Dęmonum. ſ. quod vſq. ad il-

Par. 1. q. 64. art. 4.

Diab. cecidit primo die, non ſecunda poſt creationē.

In quem locum cecidit Lucifer.

lum diem, boni Angeli ad nos huc mittuntur, & Dæmones in aere hoc caliginoſo, ad noſtrum exercitium: licet eorum quidam etiam in inferno ſint ad torquendum eos, quos ad malum induxerunt.

Quare grauiſſimum hoc fuerit Luciferi peccatum.

Quare peccatum Luciferi fuit maximum.

HAc de cauſa igitur, & in hoc tempore, & ad hæc habitacula, eiecti ſunt Dæmones, per infinita tempora, vnde ex hoc conijci poteſt, grauiſſimum, & maximum fuiſſe peccatum maledicti Luciferi, quod eſt ſuperbia: Quod Doctores rationibus, & auctoritatibus optimè confirmant: Quarum prima ratio eſt, quoniam peccatum Luciferi fuit primum inter capitalia.ſ.ſuperbia, ex quo alia ſecuta ſũt, vt ſupra tetigimus. Secunda eſt, quoniam fuit crimen læſæ maieſtatis diuinæ, ideò ex obiecto dicitur eſſe maximum, & ex intento fine, quoniam voluit eſſe Deus. Tertia eſt, quoniam eſt irremiſſibile, propter obſtinationem, nam poſt caſum, factus impœnitens, obſtinatus eſt in malo, excæcatus in vero, deordinatus in bono, infirmatus in virtute, & poſtremo, excluſus à diuina contemplatione, vt optimè concludit D. Auguſt. & cum eo SS. Patres, D. Thom. & D. Bonauent.

Prima ratio. 2. ratio. 3. ratio. Lib. 2. ſent. diſt. 6.

Solent tamen quamplurimæ rationes aſſignari à Patribus, quare hoc Luciferi peccatum fuit irremiſſibile: D. Auguſt. præterea, quæ ſupra dixit, ſubijcit, qđ hæc fuit potiſſima ratio, quoniam nullo ſuggerente peccauit, ſecus autem de homine, qui alio ſuadente peccauit, ideò reparatorem inuenit, Dæmon autem nullo ſuadente deliquit, ideò reparatorē minimè inuenit. Damaſcenus aliam affert rationem, quoniam (inquit ipſe) contra Deiformem intellectum peccauit, vel quoniam Angelus, non eſt pœnitentiæ ſuſceptibilis, ideò nec veniæ: Alij alias rationes afferunt, vel quod in eo, tunc

Quare fuit irremiſſibile peccatum Luciferi. Ratio D. Auguſt. Ratio Damaſc. Aliorum rationes.

fuerit extincta ſynderesis, vel quia natura ſpiritualis ſemel tantum vertibilis ſit, eò quod tota ſe conuertat; quod humana non facit, quæ in diem peccando redit, deambulatoria .n. eſt hominis voluntas. His, & ſimilibus rationibus peccatũ Diaboli dicitur eſſe grauiſſimum, maximum, atq; irremiſſibile.

Poſſumus etiam adiũgere his rationibus alias, quas quidam ex Sholaſticis adiungunt Scotiſtæ, & præſertim Guillelmus, quod.ſ. fuit maximum ratione peccantis, qui fuit Angelus, in ſtatu perfectionis excellentior cæteris creaturis, ratione peccati irremiſſibilis, vt diximus, necnon ratione tandem cauſæ, eò quia cauſa, & occaſio fuit omnis peccati, nam Angeli, qui cum eo ceciderunt, ſumpſerunt occaſionem peccandi ab exemplo Luciferi, vnde peccarunt eodem genere peccati, prout facilè probari poteſt.

Guillelm. ratio var. 2. ſent. diſt. 5.

3. Quod Angeli multi cum Lucifero ceciderint, iam (ni fallor) ſatis clarè conclusum eſt, concludendo eorum multitudinem, quinimò & numerum eorum determinatum, quod autem eorum caſus cauſa fuerit ſuperbia, exemplum eis præbente Lucifero, qui primus peccauit hoc genere peccati (vt iam oſtenſum eſt) modo ratione probemus, & Patrum auctoritatibus, confirmemus.

Tertia pars Angel cecidit cum Lucifero eorũ caput.

Peccauerũt Dæmones peccato ſuperbiæ (ait D. Gregorius 2. lib. moralium) quoniam per elationem eiecti ſunt, item concordat cum eo Vgo de S. Victore, qui dixit expreſſè, quod omnes in eandem malitiam conſenſerunt, & vnum ordinem peruerſæ ſocietatis, eadem ratione cecidiſſe fatetur, at hæc malitia Luciferi fuit (vt viſum eſt) ſuperbia, igitur.

Rationes D. Greg. lib. 2. moral. & Vgon. Victorini. q Ang peccauerũt pecc. ſuperbiæ.

Poteſt hæc veritas etiam ratione ſic perſuaderi peccata capitalia, quæ (vt omnibus notum eſt) ſunt numero ſeptem, alia ſunt purè carnalia, alia ſunt purè ſpiritualia, alia mixta; carnalia, vt gula, luxuria, ſpiritualia, vt ſuperbia, ira, inuidia, & accidia, mixta vtriuſq; participantia, auaritia, at Dæmones non peccauerunt

Superior ſent. ſic ratione comprobatur.

ſunt carnalibus peccatis, cũ ſint ſubſtantiæ ſpirituales, nec mixtis, cum ſint eadẽ ratione ſimplices ſpiritus, igitur à ſufficienti partium diuiſione, peccauerũt peccato purè ſpirituali, cui (vt dictum eſt) multa alia concomitari videntur. Sed inter hæc primum Dæmonis peccatum non potuit eſſe inuidia, quoniam eſt ſuperbię proles (aſſertore D. Auguſt.) igitur præceſſit ſuperbia ipſa, qua peccauerunt abſque procul ſequaces Luciferi, qui hac ratione nequaquam potuerunt alijs prædictis peccare peccatis.

Lib. de Virginit.

Peccauerunt igitur hoc nimirum peccati genere omnes, ſed non oẽs eandem peccati grauitatẽ perpetrarunt, quoniam non æqualiter omnes elati ſunt, ideò omnes non eadem pœnarum afflictione puniti ſunt: præ omnibus Lucifer ſuperbiuit, qui omnibus voluit ſua authoritate preeſſe, ideò pre alijs fuit pœnis affectus, ſecũdũ diuinę iuſtitię determinationem.

Lucifer præ alijs punitus eſt, quia magis peccauit.

Peccauerunt igitur omnes hoc modo, ſed pre alijs peccauit Lucifer, ſed non ſolum ratione grauioris elationis, & ſuperbiæ, ſed etiam ratione grauioris occaſionis (dicit Richardus) quam cæteris dedit, qui licet propria & ipſi voluntate, tamen exemplo alterius, qui conceptum ſuum eis aperuit, & eis occaſionem dedit, peccauere, nam eorum volũtas forſitan ad peccandum non declinaſſet, niſi illum peccaſſe vidiſſent. Vnde in hoc æquidem ſenſu intelliguntur illa verba Io. in Apoc. 12. ſcilicet, quod *Draco magnus traxit ſecum tertiam partem ſtellarum*, Draco iſte Lucifer eſt, qui etiam cũ Michaele pugnauit. Apoc. 12.

2. ſent. diſt. 5. art. 1. q. 3.

Io.ᵗ Apoc. 12.

Apoc. 12.

Non ſolùm hoc genere peccati, & modo peccandi peccauerunt, ſed etiam eodem inſtanti, ſecundum D. Thomæ ſententiam, nam in eodẽ inſtanti, in quo Lucifer peccauit, oſtẽdit alijs ſuum conceptum, & ipſi, eidem conſentiẽdo, peccauerunt, tamen omnes ſimul mali obſtinati ſũt, & de cœlo expulſi Dei imperio, & Michaele, ac eius aſſeclis inſequẽtibus, vt in eadem Apoc. patet 12.

2. ſent. diſt. 6. q. 2.

Scotiſtæ tamen nonnulli, ipſos pro aliqua morula in cœlo ſtetiſſe poſt primum peccatum, autumant, quoniam aliquando fuere viatores .ſ. vſq; ad ſecundam morulam. Quocunq; modo res ſe habeat, ex hoc peccato gratiam Dei, gloriam eiuſdem, & ipſũ Paradiſi amiſerunt, tunc excæcati, & vecordes indignationẽ, ſupplicij, & locum inferni acquiſierunt per æterna ſæcula ſæculorum.

Guillel. in 2. diſt. 1.

Quomodo in Dæmonibus ſint prælationes.

NVnc videamus, qualiter in eis aſſignentur prælationes, & diuerſi in eis ſint gradus principatuum, qui nihilominus imperatorem ſupremum agnoſcunt Luciferum. Inter Dæmones dari prælationes, & eminentias, non eſt, qui negare audeat: quinimò id omnes affirmare videntur cum Magiſtro ſent. 2. diſt. 6. Vnde ad minus aſſignantur ſeptem principes vniuerſę infernalis militię, quorum caput, & imperator eſt Lucifer, & prout Magiſter ait, ſecundum modum maioris, vel minoris ſcientiæ, prælationes inter ſe maiores, vel minores ſunt. Vnde maiores plura ſciunt, quam minores, & quidam (inquit) idem Magiſter, vni prouinciæ, alij vni homini, aliqui verò vitio prę ſunt. Vnde dicitur ſpiritus ſuperbiæ, ſpiritus luxuriæ, auaritiæ, & huiuſmodi, quoniam de illo maximè valent vitio hominem tẽtare, à quo appellantur, & decipere, prout tentant (Deo permittente) & decipiunt.

Mag. ſent. in 2. diſt. 6.

Septẽ Principes infernalis militiæ.

Lucifer, qui eſt caput, & dux iniquæ militiæ, dicitur tentare de vitio ſuperbię, quoniam fuit (vt viſum eſt) primus ſuperbiens. Mammon de vitio auaritiæ, Aſmodęus de vitio luxurię. Sathan de vitio iræ, & diſcordiæ. Belzebub de vitio gulę. Leuiathan de vitio inuidiæ. Behelphegor tãdem de vitio accidię. Sub ijs autẽ, tanquam ſub capitibus, & antetignanis, ſtant multi alij, eorum mandata pro viribus exequentes, vtputa Incubi, Succubi,

De quibus vitijs tentẽt hi ſeptem principes infernales militæ.

ſiue Fauni ioculatores, & ſeductores, alij truculenti, & furibundi, alij blaſphemiæ, & inuidię inſpiratores, alij muti, & ſurdi, cęciq; ab effectu, ſicuti dicitur pallida mors, eò quia pallidos efficiat homines, ſic ipſi aliquando mutum, & ſurdum efficiunt oppreſſum, vt legitur apud Lucam

Luc. 11.

11. Alij tandem dicuntur diurni, quoniam in die tẽtare ſibi permiſſum eſt; alij meridiani, quoniam in meridie; alij verò nocturni .ſ. in nocte tentantes, & ij omnes ſubſunt ſuperioribus, & ad nutum eorum tentant homines, vt in ſuum eos deducant imperium, hoc tamen agunt diuina permiſſione, nam ad hoc in caliginoſum aerem fuerunt detẽti, ſicuti in infernum deiecti ſunt, alij ad prauos torquendos, diuina itidem permiſſione, vt tetigimus.

Quare permittat Deus, & ſinat homines tentari à Dæmonibus.

PErmittit autem Deus homines tentari à Dæmonibus, ad hoc, vt meliores efficiantur in tentatione, nam (aſſertore D. Paulo) *Virtus in infirmitate perficitur*, namq; Dæmonibus reſiſtentes, ſummopere à Deo præmiãtur, & ad hoc, vt id aſſequãtur homines, clamat Petrus. *Cui reſiſtite fortes in fide, &c.* Etenim licet Dęmonibus, in hoc aere caliginoſo exiſtentibus, datum ſit, vt poſſint homines tentare, nõ tamen eiſdem conceſſum eſt, vt queant eos facilè debellare, vnde eſt vera ſententia Chryſoſtomi, quod non quantum vult Dęmon, tentat homines, quoniam, quantum eſt de ſe, nunquam à tentatione ceſſaret, neq; .n. habet alium actum ab actu tentandi, ſed impeditur à Deo poſt aliqualem tentationem, quam reliquit ſuccedere, ad probandos homines, nam nõ vult mortem peccatoris, ſed, vt magis conuertatur, & viuat, ſed ipſi huic ſemper muneri incumbunt in ſua malitia, obſtinatione, & peruicacia perſiſtentes, & perſeuerantes, poſtquã peccauerunt, & fuerunt à Deo auerſi. In hac quippè obſtinatione manentes, ſemper malum volunt, itaut nullo modo bonam habere intentionem, & voluntatẽ queũt, quod rationibus oſtendũt Theologi firmiſſimis, & primò Magiſter, inquit, quod ſemper malũ volunt Dęmones, quoniam, quamuis bonum ſit illud, quod volunt, aliquando, vt homines torquere, ſecundum diuinę iuſtitię determinationẽ, nõ tamẽ id volunt bona voluntate, ſed ex odio, quoniam bonum velle Dęmones ſimpliciter non poſſunt, & rationem pulcherrimam primò affert D. Thomas, quoniam, ſicut aliquem vltimatè coniunctum recto fini, puta Beatum Angelum impoſſibile eſt malum velle, ſiue malè operari, ſic pari modo, aliquẽ vltimatè auerſum à recto fine, puta Dęmonem, impoſſibile eſt bonum velle, vel benè operari, cum agens ex habitu (teſte Philoſopho) ſit impenitiuus, hoc eſt nũquam pęnitet.

2. Cor. 12.

Pet. Epiſ. 5.

Conceſſum eſt Dæmonib. homines tentare, ſed non debellare.

Lib. 1. ſuper Matth.

Dæm. nunquã ceſſant tentare homines.

Mag. 2. ſẽt. diſt. 7.

2. ſent. diſt. 7. q. 2. art. 1.

Ratio D. Tho quare ſemper Dęmon vult malum.

Aliam rationem afferunt alij, vt Henricus Gandauenſis, & aſſeclę, quod Dęmones non poſſint bonũ velle, quoniam ad quodcunq; ſe conuertũt, immobiliter ſe cõuertunt, at quia ratione obſtinationis, & inuidiæ ſemper ſe conuertunt ad malũ, igitur ad illud immobiliter ſe conuertunt, & nunquam ad bonum, & hæc ratio ſic confirmatur ab eodem Henrico, in ſumma, parte ſecunda, triplex (inquit ipſe) eſt liberum arbitrium: diuinum, quod ſemper eſt immutabile: humanum, quod eſt mutabile, tàm ante, quàm poſt electionem: Angelicum, medians inter diuinũ, & humanum, mutabile ante electionem, ſed poſt eandem immutabile, ad quod ſe conuertit. Propterea Dæmones hoc tertio libero prædit arbitrio ad malũ, quod elegerunt, ſemper declinant, quoniam in eo ſunt confirmati, ſicut Angeli boni in bono, & hac ratione dicuntur in malo ſemper obſtinati, itaut neceſſario ſemper malum velint, quoniam ad illud ſe conuerterunt.

Ratio Gandauenſis in ſumma.

Triplex eſt liber arbitr. .ſ. Diuinum, hum. & Angelicum.

Aliam rationem itidem afferunt Scotiſtę, non benè has approbantes; & eſt

Ratio Scotiſt. pro hac poſit.

talis, quod Dæmones ſemper ad malum ſunt procliues, & in eo valdè obſtinati, quoniam voluntas diuina non concurrit cum Dæmonum voluntate, licet, & ipſa libera exiſtat, vt noſtra.

Dubitatio. Sed fortaſſis diceret quiſpiā, quare ſi pollent libero arbitrio Dæmones, aliquando bonum vnum abſolutū nolint? Reſponſio. In 2. diſt. 7. Reſpondetur cū Magiſtro ſen. quod liberum arbitrium vtiq; habent Dæmones, ſed depreſſum, atq; corruptum propria malitia, ſpontanea .n. voluntate, gratia deſtituti, malum ſequuntur, ſic, quod ſurgere ad bonum non valeant; Sed vlterius contingit dubitare, nunquid poſſet Deus eis infundere bonam voluntatem? Dubitatio. Reſponſio. 2. ſent. diſt. 7. q. 2. art. 2. vtiq; Reſpondit D. Bonau. & hoc de potentia ſua abſoluta, & ex vi efficientis, ſed loquendo de potentia ordinata, ex parte Dęmonis, nequaquam, quoniam non eſt aliqua ordinatio ad hoc, vt rectificetur, imò facta eſt voluntas Dæmonica impoſſibilis, quodamodo (vt peroptimè ſacræ teſtantur litteræ) & hæc tota impoſſibilitas venit ex extrinſeco impedimento, quoniam Deus non vult concurrere, propter legem poſitam, quam ipſe Deus præfixit, ſtatum miſericordiæ, & tempus merendi, ſed loquēdo de impedimento intrinſeco, nulla eſt re verà impoſſibilitas.

Quom peccatum Diaboli ſit irremediabile. Eſt igitur peccatum Dęmonis, hac ratione irremediabile, & eius voluntas deprauata ſemper tentare parata, & perſiſtēs in ſua praua obſtinatione, quoniam non valet conteri, & dolere de peccato ſuo, quoniam dolor, & contritio non cadit in mentem à voluntate Diuina auerſam, quæ eſt gratia illius deſtituta, & charitate priuata, hinc ſemper prompta ad tentandum, & ad perdendum, ſi poſſet, ipſum hominem, & permitteret Deus. Nam licet habeant hanc volūtatem liberam, cum non habeant charitatem ſinceram, ſemper affectat peccare, quinimò aſſiduè peccat, quoniā ſemper ad minus vult malè operari, & ſic continuatio corruptę volitionis ſiſtit ſemper in actu peccandi.

Qua ſcientia polleant Dæmones, in hoc miſerrimo ſtatu ſiſtentes.

Sed videamus modo, quo lumine ſcientiæ vigeant Dæmones, in ſtatu miſeriæ exiſtentes poſt caſum: quo præditi acumine ſciendi. Magiſter in 2. ſent. diſt. 7. cui aſſentit Iſidorus, triplici vigere Dæmones lumine, ſiue acumine ſcientiæ commemorat. ſ. primò ſubtilit te naturæ, quoniā ſunt ſpirituales intelligentiæ, & ſubtiles, nec grauitate molis corporeæ impeditæ: ſecundò experientiæ longitudine, nam Dæmones experientia ab antiquo tempore edocti, plurima per aliqua ſigna cognoſcūt (ait D. Thomas) ſicuti Medici per ſigna in pulſu, excrementos, & in alijs accidentibus mortem, aut vitam predicunt, itidem & Aſtrologi, ex aſtrorum motibus plura auſpicātur, ſed Dęmones melius, vt plus experientia edocti, id nimirum aſſequuntur: tertiò vigent acumine Dęmones, ſcientię ex reuelatione acquiſitæ, à ſuperioribus ſpiritibus, ſed quomodò hoc acumine, dicuntur vigere Dęmones (ait D. Bonau.) cum ipſi ſint Deo inimici, necnon & ſupernorum Angelorum? quid boni eiſdem inſpirant, ſi bonum odio habent? & quid mali, ſi ipſi malum nō effectiuè, ſed permiſſiuè, dumtaxat ſinunt incurrere.

Reſpōdet idem S. Doctor, vbi ſupra, quod vtiq; per inſpirationem multa ſciunt Dæmones, prout fatetur Magiſter, auctoritate D. Auguſtini fretus, nam diuina ſic ſapientia, & ordinauit, quod .ſ. eius voluntas adimpleatur per inimicos ſibi, & Sanctis omnibus: nam Deus ipſe, vtitur his Dæmonibus, tanquam adminiſtratoribus ſuæ diuinæ iuſtitiæ, & executoribus eiuſdem, quare neceſſe eſt aliquando, aliqua reuelari ſibi, ad hoc, vt diuinum adimpleant mandatum, hac de cauſa, inſpiratione, & reuelatione, qua ſæpè corripiuntur Dæmones, Dei permiſſu cognoſcunt, igitur, vnde inſtantia benè currit prædicta, de ſecretis humani conſilij, quæ ſecreta ſunt Dæmonibus

Marginalia: De ſcientia Dæmonū. — In 2. ſent. diſt. 7. — Triplici acumine vigēt Dæmones. — Primo. — Secundo. — 2. ſent. diſt. 7. q. 2. art. 1. — Tertio. — 2. ſent. diſt. 7. q. 1. — Quom multa ſciūt Dæmones per inſpirationem ad exequenda Dei mandata. — Quom ſunt adminiſtratores diuinæ iuſtitiæ.

abſcondenda, tanquam hoſtibus hominum capitalibus, ſecus autem accidit de diuinis arcanis, cum voluntati diuinæ nullus poſſit reſiſtere. Vigent igitur hoc triplici acumine ſubtilitate naturæ. ſ. quæ agũt per cognitionem veſpertinam, qua intelligunt naturalia præſentia: experientia temporum, qua cognoſcunt naturalia futura; reuelatione ſuperiorũ mentium, qua cognoſcunt etiam voluntaria, ſed (vt diximus) Dei conceſſione. Quod ſecus nullo modo cognoſcere poſſent, nã nõ oĩa, nec sẽper ea cognoſcere ſibi permiſſum eſt, ſed quæ placita ſunt Deo, & quando ipſe vult, & quæ vult voluntariè cognoſci.

Quomodo Dæmones futura cognoſcere, & prædicere valeant.

Futura ſunt in triplici differentia. HIs nimirum acuminibus cognoſcũt Dæmones etiam quædam futura, ſed non omnia, nec eodẽ modo. Etenim futura in triplici differentia eſſe concordant excellentiſſimi Patres Theologi, & Sancti Doctores D. Thomas Angelicus, & D. Bonauent. Seraphicus 2. ſent. diſt. 7. quæſt. 2. art. 2. a quibus non diſcordat Richardus de media Villa.

Prima. Prima futura ſunt illa, quæ habent cauſam determinatã, & infallibilem, vt puta ea, quæ attenduntur in cœlorum motione, vt Solis ortus, & Lunæ necnõ eorum eclypſes, quæ fiunt ad tempus determinatum, & in locis determinatis, & cætera his ſimilia: hæc nimirum determinatè ſcire poſſunt Dæmones, pluſquã Aſtrologi, in hac arte etiam excellẽter verſati.

Secunda. Secunda futura ſunt illa; quæ habent cauſam vtiq; determinatam, ſed fallibilem, & ſunt ea; quæ contingentia appellari poſſunt; ſecundum naturam horum inferiorum, quæ tamen quandoq; poſſunt impediri, propter defectum cauſarum inferiorum, non autem ſuperiorum, quoniam ratione cauſam habent determinatam, vtpotè, quod ager ſeminatus, pinguedine delibutus, optima diſpoſitione ſupernorum corporum, fructum vberem afferre debeat neceſſariò, licet quandoq; eueniat contrarium ex aliquo impedimento. *Quomodo Aſtrol. ſciũt futura contingentia.* Hæc nimirum ſciri poſſunt à Dæmonibus, & etiam à creatura humana, coniectura tamen, non autem certitudine, infallibili, ſicut prima, exemplum eſt de Aſtrologis, aliquando prognoſticantibus, ex conſtitutione cœlorum, tempeſtates pluuias, & ſimilia, necnon de Medicis prædicentibus ex ſignis pulſus, & vrinæ ſalutem, vel mortem.

Tertia. Tertia futura ſunt, quæ habent cauſam indeterminatam, & fallibilem, quoniam ad vtrumlibet ſe habent, & ſunt eã, quæ à libero pendent arbitrio, tũ diuino, tum Angelico, tũ humano: & hęc re vera dicuntur indeterminata, quoniam volũtas eſt indifferenter ad oppoſita vertibilis, ſunt etiam fallibilia, quoniam licet voluntas decreuerit aliquid perficere, tamen poteſt impediri, & ſic falli, quod ipſa determinauit.

Futura tertio modo ſumpta nõ poſſunt ſciri, niſi à Deo. Hæc igitur futura non poſſunt determinatè ſciri, niſi à Deo omnium conditore, vel per eius reuelationem: ipſe ſolus cognoſcit abſcondita cordium, verè determinatè, non per coniecturã aliquam, vnde, quando quis vult temerè hæc prædicere, dicitur velle diuinare, quę diuinatio, & fœdis, & vana ſępiſſimè accidit.

Dæmones, vt Dij appareant, hanc volunt habere ſcientiam. Dæmones, licet hac careãt ſciẽtia, quę ſolũmodo (vt diximus) eſt Dei propria, volunt tamẽ, vt ſuperbiſſimi, & ambitioſiſſimi, quaſi Deus ipſe, honorari, vnde audẽt oſtẽdere hoc in ſe habere munus, quamuis fallantur tandem. Hoc igitur credere de his Dęmonibus, quod poſſint hoc certitudinaliter ſcire, eſt ſignum infidelitatis, cui annectitur idololatria, cum vellit ſibi Dęmõ vſurpare, quod eſt proprium Dei munus, & non aliorum.

Ratio, quare Dæmones non habent facultatem hanc ſciendi futura. Quod autem Dęmones hęc futura preſcire nõ valeãt, optima hac ratione probatur, quoniam ſi Dęmones poſſent hęc futura ſcire, vellent hoc maximè ſcire an poſſent hominem, quem tentant, ſuperare, nec ne, & cum viderent aliquem ne-

qua-

quaquam eos vincere poſſe, nec tentare eundem aggrederentur, ſed illum, quem debellare ex hac ſcientia putarent, ſecus autẽ euenire multoties in ſcripturis apparet, nam aggrediuntur, quandoq; homines, quos eiſdem ſuccumbere exiſtimant, & nihilominus ſuperantur ab ijs, vt patet de Iob in veteri, & de Christo Domino, necnon de alijs in noua ſcriptura: & ſi quis peruestigaret, dicit Doct. Seraph. ex quo tota hęc doctrina deſumpta eſt) vnde accidat, quod ſæpè eueniãt ea, quę prędicunt futura contingentia Dęmones, quę quidem ſunt istius generis, eidem reſpondeatur illicò, hęc contingentia euenire non neceſſariò, tanquam ab eiſdem neceſſariò præuiſa, & præcognita, ſed tãquam coniecturata ex quibuſdã circumſtãtijs, nam certitudine infallibili hoc haud intelligere valent.

2. Sent. diſt. 7.

Non certitudine, ſed coniectura valent hæc futura ſcire.

Et hæc veritas confirmari poteſt auctoritate Lyrani in Deuter. cap. 4. dicentis, quod Dæmones in idolis ſemper dabant reſponſa ambiguitate perplexa, deceptiua, quoniam vera neſciebant dare, nec poterãt, & ſi vellent, vti fuit illa famæ notiſſima, data Pyrro Epyrrotarũ Regi, quippè cũ inquireret ab Oraculo, an ipſe poſſet Romanos ſuperare bellãdo, eidem hæc præcisè verba feciſſe legitur. *Aio te, Eacida, Romanos vincere poſſe*. & illud: *Ibitis redibitis nõ, capiemini*, quę verba poſſunt in duplicem trahi ſenſum .i. in vincere, & in vinci, quod eidem, præter votum, & expectationem accidit, quoniam à Romanis, cum quibus pugnauit, ſuperatus eſt.

Lyranus 4. Deut.

Vide Titum Liuium.

Accidit igitur raro, quod Dæmones futura prędicãt contingentia verè, quod autem aliquando eueniant D. Auguſt. optimas reddit rationes, ſuper Gen. ad litteram: quarum prima eſt, quod Dæmones, acumine ſcientiæ, poſſunt ſcire, non certitudine, ſed cõiecturali ratione, ad quid inclinetur humana affectio .ſ. quæ ſint inducentia, vel retrahentia ad aliquid agendum, vel non agendum, & ſic ratione hac prædicere. Secunda ratio celeberrimi Doctoris eſt, quoniam experiẽtia longinqua etiam vident accidere talia ex talibus, ideo eadem coniecturali experientia prędicere, tanquam ſibi re vera cognita, cognitione ſciẽtiali. Tertia eſt, quoniam iuſto Dei iudicio, propter hominũ peccata, permittit Deus, Angelos bonos multa reuelare malis Dæmonibus, ad hoc, vt illos inducant in errores homines, qui reuelationem itidem accipiunt ab ipſis: vel permittit Deus hoc, vt amplius puniantur mali, & boni probentur talibus non credendo, ſicuti per Balaã multa prædixit Deus, quæ tandem impleta ſunt, & tamen Balaam fuit falſus .ſ. Magus, quod etiam dici poteſt de Caypha impio, mortem Domini noſtri prophetante, non ex dono prophetiæ ſibi dato, ſed ex correptione Spiritus Sancti. Ita per Dæmones peſſimos voluit Deus aliqua hominibus reuelari. Quarta eſt ratio, quoniam Dæmones ſępiſſimè doloſa vtuntur cautela, ſic, quod cum Dei permiſſu propoſuerint aliquid facere, tunc prædicunt, quaſi tale futurũ, & ſic diuinare poſſint, quatenus honorentur, & tanquam Dij habeantur, ſicuti ſemper ſummoperè peroptant haberi, & adorari.

Super Gen. ad litter. D. Aug. reddit rõnes, quare Dæmones ſciunt aliquã contingentia.

Prima ratio

2. ratio.

3 ratio.

Quãdo Deus permittit Ang. bonos multa reuelare malis.

4. ratio.

Quandoq; etiam, ſecundum hunc diuinandi modum mentiũtur ad ſortẽ Dęmones, vt ſi ex caſu id accidat, honorẽ talsò requirãt, ſicuti frequenter videmus, q̃ falſi agunt Prophetæ, & Aſtrologi iudiciarij, qui quandoq; falſa, quandoq; vera in his contingentibus prædicunt, non tamen certitudinaliter, ſed potius caſualiter, non ex vera ſcientia, ſed ex leui etiam coniectura. Vnde aliquando nefarij ſpiritus (teſte eodem D. Auguſt.) vbi ſupra etiam ea, quæ ipſi ſunt facturi, volunt diuinando prædicere, vt hac ratione itidem honorem Deo debitum iniquè conſequantur, vnde ad hanc corroborãdam veritatẽ clariſſima affert exempla .ſ. quod Dæmon in quodã Idolo latens, requiſitus futuram Syllę victoriam, prædixit, & Capitolio exitiale incẽdium.

Quom. aliquãdo vera prædicunt Mathematici .i. Aſtrologi iudiciarij.

2. lib. de ciu. Dei cap. 24.

Hæc

Quare quãdoq; vera, quãdoq; falſa prædicãt Dæm falſi prophetę, & Mathematici.

Hęc porrò neſciunt Dæmones certitudine ſcientiæ, ſed acumine coniecturali, ſiue probabili coniectura, ideò caſualiter prædixit, vel ſciuit permiſſionem eſſe diuinam, ſe talia futura etiam (Richardo teſte) ideò diuinare voluit, prædicendo id, quod facturus erat, vt diximus.

His igitur vijs Dæmones ſciunt futura primo, ſecundo, & tertio modo prędicere, & hæc eſt eorum ſcientia, circa omnia ſcibilia, prima eſt perfecta, ſecunda eſt media, tertia eſt imperfectiſſima, quoniã eſt ſolius Dei propria, & nõ alterius.

Quomodo Dæmones abdita cordium cognoſcere valeant.

QVomodo autem, & qua ratione ſciant abſcondita cordium, modo dicamus. Licet non ſit cur dubitetur, quod infra Deum non reperitur, qui poſſit arcana cordiũ perſcrutari, tamen omninò non negatur, quia etiam Dæmones valeant aliquo modo abdita cordium ſcire, at videamus quomodo. Quod Deus ſolus ſit legitimus, & verus cordium ſcrutator, ſacræ litteræ teſtãtur, & apud Pſalmographum legitur. *Qui finxit ſigillatim corda eorum, & intelligit omnia opera eorum*, item apud Ieremiam: *Ego Dominus ſcrutans corda, & renes*, item lib. 3. Regum: *Domine, tu ſolus noſti corda hominum*; apparet nihilominus aliquando Dæmones hominum cogitationes noſcere, quid igitur eſt dicendum? Patres Theologi, & præſertim D. Bonau. dicũt abſolutè, quod eſt verum, quod ſolus Deus eſt cordium ſcrutator verus, ſicut ipſe ſolus eſt verus cognitor, ſed quod eſt etiam verũ, quod ſecreta adeò pauca ſunt, vt quamuis ſecreta ſint, non tamen ita ſint in abſcondito, quin appareãt per aliqua ſigna, ideò plura Dæmones aſtutè, & callidè coniectant, & deprehẽdunt in huiuſcemodi ſecretis noſtrorum cordium. Et propterea D. Aug. dicit, ꝙ mali Angeli multa ſic prædicũt de cogitationibus hominum, & diſpoſitionibus ex ſignis exterioribus, quę exprimuntur, hoc igitur modo itidem ſciunt Angeli mali. ſ. Dæmones abſcondita noſtra arcana, & non alio modo.

Pſal. 32.

Cap. 17.

Lib. 3. Reg. 8.

3. Rat. diſt. 8.

Quom. coniecturaliter ſciunt abdita cordium.

Lib. 12 ſup. Gen. & lib. de diuinat.

At inſurgit dubitatio, quomodo cùm Dęmones ſint ſpirituales ſubſtantię, quę ſunt per naturã ſpecula (aſſerte D. Dionyſio) videntes ſubſtantiã animæ, etiam non vident intima ſecreta eiuſdem? Rationem affert D. Bonau. vbi ſupra, quod hoc euenit ideò, quia Dęmon nõ poteſt illabi animæ, igitur nõ poteſt intima eius conſpicere, ſicuti Angelus vnus videns alterum, non poteſt ſecreta illius cognoſcere, niſi ille voluerit reuelare, vnde non eſt ſimile de ſpeculo naturali, ſiue artificiali, quod repreſentat ſe, & quod lucet in eo, ita quod viſo ſpeculo, videantur, quę ſunt in eo, ſed ſpeculũ voluntarium, quale eſt anima, vel ſubſtantia ſpiritualis, non manifeſtat actu, quæ ſunt in eo, niſi vt vult, &c. Non igitur Diabolus abſcondita noſtrorum cordium, modo tali, ſed vt diximus, modo coniecturali cognoſcit. Hæc ſint breuiter dicta de Dęmonum cognitione, ſecundum veritatem noſtrę doctrinę, iam videamus, quam poteſtatem, & virtutem habeãt in hæc inferiora, quę opera .ſ. exercere valeant mirabilia, ſecundum quod Altiſſimus eiſdem conceſſit, vel ad humanum ſupplicium, vel ad exercitium.

Dubitatio.

D. Dion. de cęleſti Hierarchia.

Reſp. D. Bonau.

Anima eſt ſpeculũ voluntarium.

Quæ ſit Dæmonum poteſtas, & vſque quo Dei permiſſione ſe extendat.

DAemones, ſicuti ſcientia pollent (vt vidimus) aliqua, & acumine mentis prędititi exiſtunt, ita etiã varias dicuntur exercere functiones, & virtutes, quinimò & multam poteſtatem in his inferioribus. Miracula faciunt admiranda, mirabiliter ſenſus illudũt humanos: animę non illabuntur humanę, tamen dum vtuntur illuſionibus, corpora aſſumunt, loquuntur, & multas, ac varias dicuntur facere operationes, tùm extra, tùm intra eadem. Miracula agunt abſque dubio, quoniam, cum miraculum ſit actio quę-

De Dæmonum poteſtate.

Dæm. non valet illabi animæ.

Quid miraculum.

dam

dam ardua, & inſolita, ſupra ſpem, & facultatem admirantis (teſte D. Auguſt.) hęc per ipſos fieri poſſe, abſolutè fatemur nam ardua aggrediuntur, quę natura agere non valet, & inſolita, quoniã multa contra communem curſum naturæ facere queunt, & aliquando contra ſpem, & facultatem eius, qui eadem opera admirari videtur.

Lib. de vtil. credendi.

Sed eſt maximè animaduertendum, quod facere miracula, propriè ſpectat ad omnipotentem, hinc eſt, quod ſolius Dei proprium eſt facere miracula, impropriè autem ad ipſos Dęmones, hinc nedum euenit, quod Dei miracula differũt à miraculis Dæmonũ in tribus (prout Theologorum nonnulli animaduerterunt, & præſertim D. Thomas.) Primò differunt ratione agentis, ſiue operantis, hic eſt ſummus rerum omnium opifex Deus, illi ſunt Dæmones, Angeli praui, eius rebelles, & inimici. Secundò differunt, quoniam miracula Dei ſemper ad aliquam tendunt vtilitatem, & ad aliquem finem bonum, puta ad cõuerſionem peccatoris ad fidem, ad augendum numerum credentium, ad ſanandum à morbis oppreſſos, & ad multa hæc ſimilia. Miracula verò Dæm. ſunt ad meram curioſitatem, & ad impiam vanitatem, vt volitare per aera, facere ranas, & ſimilia. Tertiò differunt ratione finis, quoniam miracula diuinæ ſunt ad laudem, & gloriam Dei, ſed miracula Dæmonũ ſunt, vel ad fraudem aliorum, vel ad propriũ commodum facta; vnde, quod agant miracula, admittatur abſq; cõtrouerſia, ſed quod ſint vera miracula in propria virtute facta, omninò negandum eſt.

Solius Dei proprium eſt miracula facere.

In trib. differunt miracula Dei, à Dæm. 2 ſent. diſt. 7. q. 1. ar. 4.

Ad hoc perſpicuè manifeſtandum, eſt conſiderandum, quod ly verum poteſt capi dupliciter, vno modo abſolutè, alio modo reſpectiuè, miracula verò Dæm. ſunt vera abſolutè, quoniam ſunt opera ſupra naturæ conſuetum ordinem facta, ſed reſpectiuè nequaquam poſſunt dici vera miracula .ſ. reſpectu miraculorum Dei, nam Deus vt omnipotens, poteſt omnia facere miracula, Dæmones verò non omnia, ſed quædam. Vel dicamus, quod miracula Dei dicantur vera ſimplici, & ſincera veritate, eò quod ſint facta ad optimum finem, & ſecundum rectam intentionem, miracula vero Dęmoniaca non ſunt vera, quoniam ſemper dicũtur eſſe facta ad deceptionem, & ſecundum falſam, & prauam intentionem.

Alia differ. inter miracula Dei, & Dæm.

Ex his facilè conijci poteſt, quod ſecundum hanc diſtinctionem vera fuerũt miracula Chriſti Domini, quoniam in propria virtute omnipotẽtis fuerunt facta ad ſanctiſſimam intentionem, miracula verò Dæm. ſiue hominum, virtute Dęmoniaca, nequaquam, vt fuere miracula Magorum, & erunt miracula Antichriſti (diuina permiſſione) futura.

Miracula Chriſti fuerũt vera miracula, quia erat Deus, & homo.

Quomodo Dæmones ſenſus humanos ludificare valeant.

THeologi omnes pro cõfeſſo habẽt, & ſine controuerſia tenent, quod Dæm. valeant ſenſus ludificare humanos, & hoc tribus modis facere dicuntur. Primò, vel dum oſtendunt eſſe, quod re vera non eſt; quando .ſ. phantaſiam humanam occupant in aliqua vehementi imaginatione, ita quod illud verum appareat ſibi, quod imaginatur (vt patet de Phreneticis) & de ijs, qui ita fortiter Phantaſia detinentur, quod etiam abſentem mulierem putant ſecum habere in nocte, & cum ea coire, prout ad hoc propoſitum ait D. Auguſt. lib. de Trin.

Triplici modo Dæm ludificant homines.

Primo modo.

Secundo modo, dum oſtendunt rem eſſe aliter, quam ſit, & hoc faciunt Dæmones, vel obiectum immutando, vel ſenſitiuam potentiam alterando, immutando .ſ. ſpecies ſenſibiles, & etiam operantes, quod à cerebro deſcendant humores, qui taliter occupent ſenſum, vt vnum pro alio iudicet, eſſe .ſ. album pro rubro, & è contra, vel etiam obiectũ variando, tùm ex diuerſa luminis poſitione, vel etiam ex quarundam rerum applicatione ad inuicem, quę faciunt, quod

Secundo modo.

Quom. illudunt ſenſus humanos Dæm.

Vide Ioan. Bapt. à Porta mag. naturalium.

illæ videantur, ſicuti in ſua natura, non alterata, ſunt re vera, vt de candelis ex pinguedine lucerulatum, & calabronum factis, quę accenſæ, vbi varię ſint virgæ, vel palleæ omnes ſerpentium ſpecies habere videntur.

Tertiũ modu illuſion. Diab.

Tertio modo valent illudere Dæmones id, quod adeſt, abſcondendo, & faciendo apparere, quod non ſit, & hoc habent vim faciendi ex parte ipſius obiecti, modiq; nam quamuis obiectum, ex ſui natura, in medio ſpeciem producat, attamen poſſunt Dæmones obicem, & impedimentũ ponere, ne ſpecies ad viſũ tranſeat, vel medium aliquo modo alterando, vel aciem viſus perſtringendo, ita ut non poſſit pertingere ſpecies vſq; ad rem viſam, & ſic aliquem reddere inuiſibilem. Hæc eſt Dæm. poteſtas, quo ad illuſiones, quibus ſæpiſſimè vtuntur.

Alij modi illudendi Dæm.

Secundum alios, quamplures habent iidem modos illudẽdi humanos ſenſus, præter hos tres, vt quod vnum appareat multa, quod magnum eſt, minus ſuę magnitudinis appareat, vel è conuerſò. Quod aliquid ſit in ſitu, & figura diuerſũ, quod itidem vel in motu, vel in quiete ſe præbeat reſpicientibus, & hæc ſimilia; ſed modis illudendis demiſſis, iam videamus de ipſis digniora ſcitu alia.

Dæmones an corporei ſint.

Dæm. ſunt re vera incorporei, & quare.

VIdeamus, an ſint ſui natura corporei Dæm. Abſolutiſſimè prima facie dicimus cum Theologis, & poſitiuis, & ſcholaſticis, quod Dæm. ſunt re vera incorporei, quod probatur auctoritate SS. Dion. & Dam. dicit explicitè Dion. de cœleſti Hierarchia, quod Angeli omnes ſunt incorporei, at qui totum admittit, nihil excludit, igitur nec etiam Dæmon. excluduntur; qui cum Angeli ſint, licet per culpã deformes, ab incorporea conditione non ſeparantur. Diff. ſua (vt vidimus) erat, quod Angelus eſt ſubſtãtia intellectualis, incorporea, at Dæm, peccando non amiſerunt naturalia, ſed gratuita, igitur nec intellectualem, nec incorpoream cõditionem, igitur abſq; corpore ſunt, niſi tamen dicere volumus, quod poſt peccatũ cadendo in caliginoſum locum, vel Infernum, aliquo modo corporeum ſumpſerint indumentũ, quod non eſt admittẽdum, cum nulla cogat neceſſitas his abſq; ratione corpora cõcedendi, vt per optimè cõcludit itidẽ D. Dion.

Cap. 4. de diu. nomin.

Sed quid dicemus ad D. Auguſtinum, qui cum quibuſdam Philoſophantibus videtur admittere Dæm. habere corpora aerea, & quid ad D. Bernardum, qui dicit, omnem ſpiritum creatũ prorſus corporeo indigere ſolatio.

Lib. 8. de Ciu. Dei.

Super Cãt. hom. 5.

Dicendum eſt, cũ grauiſſimis Doctoribus, atq; ſanctiſſimis .ſ. DD. Thoma, & Bonauentura, quod ibi D. Auguſt. loquitur ſecundum aliorum opinionem .ſ. Lucij Apulei, eius conterranei, cuius diffinitionẽ aſſerremus, & declarabimus lib. ſequenti; non autem locutus eſt ſecundum propriam mentem, & aſſertiuè, ſed recitatiuè dumtaxat; & quod D. Bernardus loquitur, quod Angelus indiget corporeo ſolatio, non quidem propter ſe, ſicut corpori vnitus ſpiritus, ſed propter alios, vt quando alijs apparet, tunc voluntariè aſſumit corpus. Sint igitur omninò incorporei; ſecundum omnes præfatos Doctores, & certiſſimè omnes Angeli, tùm boni, tùm mali ergo, & Dæmones; & hanc concluſionem ratione optima confirmemus, quę eſt Richardi de S. Victore. Si Dæmones haberent corpora, non poſſet legio vna, quæ eſt valdè numeroſa, vnum ingredi corpus humanum, & tamen legimus apud Marcum, cap. 5. Chriſtum Dominum, ſenam legionem à corpore vno obſeſſo expuliſſe, hac igitur ratione ſolida concludere poſſumus (demiſſis multis alijs) quod Dæmones ſint incorporei.

2. ſent. diſt. 8.

Concluſio.

D. Aug. nõ ex propria, ſed ex aliorum ſententia facit Angelos corporeos.

Ratio Rich. Victor. quæ probat Dæmon. incorporeos.

Quomodo valeant corpora aſſumere aliena, & quæ præcisè.

QVod autẽ poſſint corpora aſſumere,

Dæm. aſſumere corpora probatur auct. D. Gregorij, & rationib. SS. Tho. & Bonau. 2. ſent.

re, & quod re vera aſſumant, non eſt, qui negare audeat, cum omnes Patres & poſitiui, & Scholaſtici, id tanquam verum penitus fateantur. D. Gregorius clarè dicit, quod nequaquam Abraham Angelos videre potuiſſet, niſi corpus aſſumpſiſſent, hoc idem confirmat Magiſter ſent. & cum eo D. Thom. & D. Bonau. in 2. eadem diſt. & cæteri. Vnde ſi Angelis datum eſt aſſumere corpora hac ratione, & Dæmonibus, qui eadem ratione, Angeli iure cenſentur, licet reprobi, & mali.

Dæm. aſſumere corpora clarũ eſt, ſed quęnam non ſatis exploratum eſt.

Aſſumũt igitur corpora dubiò procul, ſed quænam corpora aſſumant, nondum ſatis exploratum eſt, nam quam plures, de corporum aſſumptione loquẽtes, variè locuti ſunt. Clarum eſt, quod non ſumũt corpus cęleſte, hoc eſt de ſubſtantia, tùm empyrei, tùm alicuius inferioris, & ratio eſt, quoniam corpora illa ſunt pænitus indiuiſibilia, nec peregrinas ſuſcipiunt impreſſiones (teſte Philoſopho)

1. Metheor.

Etenim, ſi ex hac ſubſtantia aſſumerent corpora Dæmones, ſequeretur hoc maximum inconueniens. ſ. quod vbi aſſumerent, vacuum ibi relinquerent cœlum.

Quare non aſſumũt corpora cœleſtia, & elementalia.

Neque aliud aſſumũt ex quatuor elementis compoſitum, mixtum ad inſtar corporis noſtri, quoniam corpus, quod Angelus bonus, & malus aſſumunt, ęquè mobile debet eſſe, ad ſurſum, & ad deorſum, illud autem ſic aſſumptũ, eſſet dumtaxat mobile deorſum, ratione grauitatis; ſed quod nam corpus valent igitur aſſumere? Corpora, quæ aſſumunt, in duplici differentia poſſunt eſſe, vetera. ſ. & nouiter formata, vetera à natura iam producta, vti cadauera, quorum corporum ſunt ſimplices motores, non autem formatores, ait Scotellus.

Quæ præciſe aſſumere poſſunt, ſecundũ Scotell. 2. ſent.

Corpora nouiter formata aſſumere poſſunt ſempè ex aere cõpacta.

Nec poſſent in eiſdem permanere ſemper, ſed ſecundum quod Deus permiſſione concederet, nouiter formata poſſunt etiã aſſumere corpora, id quod nulli dubium eſt, quoniam Dei voluntate primo eadem formant, virtute mirifica, poſtea ſumunt, & mouent, manifeſtando ſe nobis, & aliquales exercendo operationes, quas videre, & ſenſibus percipere haud poſſemus, niſi hoc modo & formarent, & aſſumerent.

Sed de quanam parte aeris id faciũt? cum totum elementum aereum in tria ſit diuiſum interſtitia (Phil. aſſertore in Metheo. &c.?) Reſpondet, & peroptimè declarat Beda Venerabilis Doctor, dicẽs, q̃d aut loquimur de Angelis bonis, aut de reprobis, ſi de bonis, formant, & aſſumunt corpora de parte illa ſuperiore aeris, quæ dicitur ętherea, ſi verò loquimur de malis, & reprobis, formant, & aſſumunt de inferiori parte, quæ dicitur caliginoſa; Et hoc ſigno declarat Th. Doct. Ang. dicens, quod quidam pugnantes cum Dæmone, enſe illud corpus ſcindere nequaquam poterant, quoniam natura aeris eſt citiſſimè vnibilis, quod non eſt dicendum de alijs corporibus, præter aquam, quæ etiam eſt citò vnibilis.

De Dæmonibus.

2. ſent. diſt. 8.

Aſſumere poſſunt nõ ſolum cadauera, ſed ferina.

Aſſumere etiam poſſunt cadauera (vt diximus) & ea non modo humana, ſed etiam ferina, puta Leonis, Vrſi, & cuiuſuis alterioris animalis, & hoc ſigno itidẽ manifeſtari poteſt; quoniam Sanctis in eremo vitam degentibus, modo ſub forma Leonis, modo ſub forma Canis apparuerunt, & ſub alia quauis forma, & aſpectu, vt patet de S. Abb. Antonio.

Quomodo poſſunt aſſumere corpora phyſica.

Poſſunt deniq; formare quędam Phyſica corpora, & ea nedum aſſumere, ſed non perfecta, veluti humana ſed imperfecta, vtpotè illa quæ ex putri materia gignuntur, veluti ranas, muſcas, & huiuſcemodi, quoniam cum ipſi ſapiẽtia polleant naturali, ſciunt optimè actiua approximare paſſiuis, in conuenienti proportione, & diſpoſitione, & cum debito cœli influxu, & hoc in inſtanti, vel breuiſſimo temporis ſpatio, ſed corpus humanum, cum ſit perfectæ mixtionis, nequaquam poſſunt formare de nouo, & per conſequens illud aſſumere, poſſunt tamen fictè apparere illud aſſumpſiſſe, ſed hæc eſt illuſio, & nõ realis formatio, neque aſſumptio.

Quam nõ aſſumunt corpora perfectè organizata.

An modo hoc corpus, quod formari, & aſſumi poteſt à Dæm. ſit perfectè organizatum? dicendum eſt, quod non, reſolutè, quoniam aſſumit illud per accidens, & per breue temporis ſpatium, nec indiget illud corpus organizatione, quoniam breui eſt diſſolubile, nec illud aſſumit, tanquam informari debeat, ſed vt ſolummodo illud moueat; ſecus autem eſt de anima, quæ perfectã indiget organizatione ſui corporis, eò quia illa perfectè informat, & mouet.

Ad quam vnionẽ aſſumũt corpora.

Sed ad quid igitur, vel ad quam aſſumit vnionem tale corpus Dæmon? Reſpondendum eſt, quod nequaquam aſſumit ad vnionem naturalem .ſ. quod ſicut anima facit cum corpore ſuo vnũ per ſe, ita & Dęmon, cum corpore aſſumpto, faciat vnum per ſe ſubſiſtens. Neq; (& multò minus) ad vnionẽ, & identitatem hypoſtaticã, ſicuti à verbo eſt aſſumpta natura humana, ſed ad vnionẽ accidentalem, ad aliquid manifeſtandum ſenſibiliter, vel aliquid exequendum, ſecundum ipſius Dei mandatum, & permiſſionem. Vnde nõ eſt in corpore illo aſſumpto, ſicut perfectio in ſuo perfectibili, neq; veluti forma informans, ſed ſicut ſimplex forma aſſiſtens, & veluti motor extrinſecus, vtens hoc corpore, veluti inſtrumento, ſiue vt nauta in naui.

Dubitatio.

Et ſi quis perquireret, quomodo aſſumendo hoc corpus ex aere conflatum, illud ſtatim cõdenſat, & veluti coloratum oſtendit, tanquam corpus perfectè mixtum, cũ ſit ex materia prima, & dyaphana rara, & ſenſibus occulta? Reſponderet D. Bonau. Seraph. quod non de puro aere omninò aſſumit corpus illud, ſed ex aere admixto, cum quadam vaporis terrei parte, ſicut apparet in nubibus, & hoc in inſtanti agere valent, abſq; vlla contrarietate.

Reſp. D. Bonauẽt. in 2. ſent. diſt. 8.

Quod corpus poſtea (vt facilè reſolubile, ſicut facilè fuit compoſitũ) in præiacentem materiam nõ reſoluitur, niſi quãdo aſſumit cadauer alicuius damnati hominis, tũc enim relinquit illud fœtidum, & putridum Dæmon. Anima autem, licet ſit & ipſa ſubſtantia ſpiritualis, nata ſuum informare corpus, nequit tamen, corpore iã exuta, aliud aſſumere corpus, & hoc ideò, quoniam nõ habet vim, neq; vſum adminiſtrandi (vt idem Doctor Seraph. declarat, vbi ſupra) igitur nec habet potentiam aſſumendi, quoniã hoc eſſet mortuos ad vitam iterum reuocare, quod eſt ſolius Dei munus, non autem hominis, neq; Dæmonis; & ſi quis iterum vltra dubitaret, & dubitando perquireret, an Dęmon in corpore aſſumpto totum illud occupet, an dumtaxat vnam illius partem? ſiue (ſicuti de anima dicitur) ſit totus in toto corpore, vel totus in aliqua eius parte? Reſpondetur, ſecundum Ang. Doct. in 2. eadem diſt. 8. qđ aſſumens illud corpus, ſiue Angelus, ſiue Dæmon exiſtat, totus in qualibet parte illius corporis exiſtit, nec tamẽ ſequitur, quòd ob id ſit ſimul in pluribus locis, quoniam talis aſſumptio eſt motoris ad mouendum, ſicut nauta ſe habet ad nauem gubernandam, & hæc reſolutè ſufficiant pro hac dubitatione.

d. diſt. 8.

Dubitatio.

Reſp.

Dubit.

Reſp.

Quas operationes valeant Dæmones exercere in corpore aſſumpto, quas vero minimè.

Poſſunt Dęmon. exercere operationes immanentes, non autem tranſeuntes, niſi motũ.

Modo, quas operationes valeat Dęmon in corpore aſſumpto exercere, dicamus, & quas è cõtra nequaquam valeat, & primo videamus, num valeat exercere functiones vitales: Reſoluiè Doctores (nemine diſcrepante) dicunt, Dæmones, ſicuti Angelos, operationes immanentes poſſe abſque dubio intra exercere, quæ ſunt intelligere, velle, opinari, &c. at ex operationibus tranſeuntibus non poſſe exercere, niſi motum, nam poſſunt corpus mouere motu locali, vel progreſſiuo, quoniam habẽt poteſtatem ſuper illa corpora aſſumpta; Sed an illud agant per intellectum, & voluntatem dumtaxat, an etiam per potẽtiam executiuam, Scotiſtis admiſſam, à Thomiſtis

vc-

2. ſent. diſt. 8. verò negatam, hic eſt difficultas. Ad hãc ſoluendam, dicitur cum Scotello, quod Dæmon mouet corpus aſſumptum ordine mirabili, & eſt talis ordo, quod primò habet intellectum ſpeculatiuum, quo vtitur ad contemplandum, ſecundò voluntatem complacentem, tertiò intellectum practicum, quo vtitur dirigendo operationem, quartò voluntatem imperantem, quintò potentiam executiuam, & ſic per hanc dicitur proximè mouere corpus: Alijs etiam præſuppoſitis, ſecundum quod ordo hic requirit, nam non fieret talis executio, ſine intellectu primò contemplante, & poſtea, abſq; voluntate, illud volente, quod intellectus prius ſpeculando præcognoſcit, nam voluntas (aſſertore Philoſopho) nunquam fertur, niſi in præcognitum. Hanc igitur operationem tranſeuntem exercere pro certo valet Dæmon, & Angelus in corpore aſſumpto.

Pulchra de anima Scotelli.

Sed ad hoc, vt melius cognoſcamus, quas præciſè, abſolutéq; Dæmones valeant, & non valeant exercere operationes vitales; triplicem modum, quem habet anima, in corpore ſuarũ functionum, dicamus cum D. Bonauent. lib. 2. diſt. 8. Primus modus eſt earum operationum, quas quidem habet in corpore, inquantum eſt ipſius perfectio, forma, & Endelechia: huiuſmodi nequit Dæmon exercere in corpore aſſumpto, ſicuti eſt vegetare, ſentire, videre, audire, & ſimilia, & hæc eſt ratio potiſſima, quoniam hæ potentiæ exercentur per ſua ſenſiteria, per ſua corporalia organa, quæ inſtrumenta non habentur corporea, ab Angelis, & Dæmonibus aſſumpta, nam licet videantur quandoq; habere, hoc eſt, quo ad apparentiam, non autem quo ad realem exiſtentiam. Secundus modus eſt operationum animæ, in quãtum ipſa eſt corporis motrix, & has poſſunt Angelus, & Dæmon vtiq; exercere, vt eſt mouere corpus de loco ad locum, motu progreſſiuo, mouere manus, & alia mẽbra, prout voluntat. Tertius eſt operationum animæ, inquãtum partim eſt perfectio corporis, partim verò inquantum eſt eiuſdem motrix, & has ſimili modo partim poſſunt Angeli, & Dæmones exercere, partim verò nequaquam, vti eſt videre, flere, & huiuſmodi, quæ partim animæ conueniunt, ratione motricis virtutis, quoniam ridẽdo homo genas, & labia mouet, animo hilareſcit, &c. ſic quoq; conuenit animæ, vt eſt perfectio, & forma corporis, ſic ſimiliter eſt de iraſci, de timere, & plorare, quas non valent Dæmones, & Angelus, paſſiones in ſe ipſo, in propria ſpeciali ſubſtantia, ſed tantummodo in corpore aſſumpto facere, & exercere.

Triplici modo operat. animæ exercetur ab ea. 2. ſent. diſt. 8.

Primus modus.

2. modus.

3. modus.

Dubiũ. curioſa.

Sed cur legimus multoties in tẽtationibus, quas paſſi ſunt Patres in eremo, Dæmones ſæpè triſtatos eſſe, dum non potuerunt eos tentãdo ſuperare, ſiue lætatos eſſe, dũ aliquos illorum in lapſum è cõtra, & peccatum trahere potuerũt? Reſpondetur, quod lætari, & contriſtari ſũt, quo ad apparentiam exteriorem, in corporibus aſſumptis, nõ autem quo ad paſſionem internam, nam poſſunt faciem mouere, quaſi appareant ridentes, ſed non interno affectu gaudentes. Hæ ſunt operationes, quas valent Dæmnoes in corporibus aſſumptis exercere.

Reſp.

Quod Dæmones in corporibus aſſumptis vegetare, generare, & ſentire non valeant.

SVpra diximus obiter, quod nullum animaſticum officium poſſunt exercere Dæmones s. i. vegetare, generare, & ſentire in corporibus aſſumptis; modò, quare non valeant has nimirum functiones explere, dicamus & primò vegetatiuam potentiam. Hæc potentia tres habere actus, vt ex Philoſopho 2. de anima facilè colligitur. ſ. nutrire, augere, & generare. Primum actum non valent exercere Dæmones, quoniam non eſt opus nutrire corpus aſſumptum, cum nequaquam reſtauratione indigeat, nam cibatio requiritur neceſſariò ad eorum cor-

2. de anima. Potẽtia vegetat. tres habere actus.

Primus.

corporum durationem, quæ forma informatur ſubſtantiali, at corpora aſſumpta, non ſunt huiuſmodi, cum ſimpliciter his vtantur Dæmones, tanquam inſtrumentis, igitur &c.

Dubia.

Sed quare videntur cibum aſſumere aliquando, & eum maſticare, quemadmodum faciunt cætera animantia? nam cibi aſſumptio, & maſticatio dicuntur præcedere nutritionem.

Reſp.

Reſpondetur, quod licet quandoq; videantur Dæmones cibum aſſumere, & eundem maſticare, non ob hoc eſt illa vera, & realis aſſumptio, & maſticatio, ſed apparẽs, quod probari poteſt auctoritate Tobiæ, vbi Raphael Angelus dixerat: *Videbar vobis comedere, & bibere, ego vero cibo, & potu inuiſibili vtor.*

Tobiæ cap. vlt.

Sicut igitur eius cibatio, & maſticatio erat apparens, & non vera, ita & Dęmoniaca, cum non ſit maior ratio de Angelo, quam de Dęmone, in corporum aſſumptione. Item dici poteſt de Angelis, qui in domo Abrahæ comedere, & de multis alijs, vt patet Gen.

Gen. c. 18.

Dubit. & ſolutio.

Sed circa hoc percunctari licet, quomodo Angeli id agunt, cum apparentia ſit veluti ſpecies illuſionis qua ipſi nequaquam vtuntur, prout Dæmones faciunt? Reſpondetur, admittendo etiam, quod cibi aſſumptio ibi fuerit realis, & dicitur, quod in comeſtione tria conſiderantur præcipua; primũ eſt cibi maſticatio; ſecũdum eſt eiuſdem in ventriculum tractio, tertium conuerſio eiuſdem etiam in carnem, & ſanguinem, &c. & hæc eſt propria comeſtionis ratio. Duo prima Angeli in domo Abrahæ, & alibi agere potuerunt, tertium verò nequaquam.

Triplex cõſideratio circa maſticationem.

Si quis vltra progrediendo perquireret, ac diceret, in quam partẽ corporis recipitur cibus comeſtus? & quomodo abſorbetur à natura? illicò rationem redderet D. Auguſt. dicens, quòd non conuertitur in ſubſtantiam corporis aſſumpti ab Angelo, ſicut terra arida abſorbet aquam, ſed ſicut radius Solis reſoluit aquã in aerem, vel vapores, quaſi exhalationes, quod etiam de comeſtione Chriſti poſt reſurrectionem, dici ſolet à Theologis; & hæc ſint obiter dicta de Angelis.

D. Auguſt. hom. in Luc.

De Dęm. dicendum eſt, quod non eſt vera, ſed apparens cibatio, & maſticatio.

Vnde ex hoc etiã conijci poteſt, quod in his corporibus aſſumptis non ſit vera augmentatio, nam illa corpora nullam habent vim augmentatiuam, vti habent corpora, ab animabus informata, quorũ eſt propria cibatio, maſticatio, digeſtio, partium diſtributio, & per conſequens augmentatio; Et ſicuti hac de cauſa carent illa aſſumpta corpora nutritione, & augmentatione, ita etiam generatione; nam, cum cibi digeſtio nõ fiat modo naturali, ita nec etiam ſeminis productio, quæ ſolet per digeſtionem naturalem in corpore perfecto fieri. Nam in humana genitura tria ſolent accidere, ſecundum omnes, tùm Philoſophos, tùm Medicos, primum eſt ſeminis humani conſtitutio .ſ. in toto corpore, & præſertim in capite, ſecundum eſt ipſius ſeminis transfuſio ab ipſo viro, tertium verò eſt receptio eiuſdem in vterum fœmellæ.

Vbi nõn ſit maſticatio, & digeſtio, non ſit augmẽtatio, Auſt. de part. anim.

Philoſ. vt ſup. & Galen. de via part.

Primum, dubio procul, agere Dęmones, per rationes antedictas, nequeunt, cùm ſint incorporei, & per conſequens nec generare. Quo ad ſequentia, dicunt plerique, quod vtiq; agere poſſunt, nam in humanis pollutionibus Dęmones quidam ſuccubi poſſunt quandoq; ſemen decisum aſſumere, & illud in calore, & qualitate naturali ſeruare, quouſq; breui tempore iterum ſint aliquibus mulieribus incubi, & transfundant illud ſemen viri in matricem mulieris, & hoc modo fieri, admittunt, aliquorum hominum generationem; vt fama eſt de Merlino Britannico, de quo meminit Scotus 2. ſent. & hoc modo etiam autumant, quidam Antichriſtum fore naſciturum. Sed homines ſic geniti, non poſſunt dici propriè filij Diaboli, ſed hominũ, dicit D. Thom. quoniã non ex ſemine Dæmonico, quod non reperitur, geniti ſunt, ſed ex humano, igitur non poſſunt propriè generare. Nec poſſunt etiam functiones potentiæ ſenſitiuæ explere Dęm. licet aſſumendo

Dem. non poſſunt generare, & quom.

Scot. Scotl de Merlino, & de Antichriſto naſcituro.

cor-

corpora, aſſumant cum eis omnes partes, & omnia eorum membra, non tamen ijs vtuntur; quoniam non eſt eis opus vti, & ratio eſt, quoniam tam oculis vident clauſis, quam apertis, nam non vident oculis corporalibus, nec audiunt per aures huiuſmodi, quoniam nō fuere aſſumpta organa ſenſibilia, vt per ea ſentiant, neq; organa huiuſmodi ſunt habentia ſenſum, ſed tantummodo ſimilitudines organorum. Et ſignum eſſe poteſt, quod etiam impeditis corporum aſſumptorum ſenſiterijs, vident, & audiunt, &c. oculis intellectualibus, vt etiam de Angelis dici potest, item vident tā in tenebris, quam in luce, tam ante, quam retro, & ſic de alijs differentijs dicatur. Et quidquid de ſenſibus, viſus, & auditus dictum eſt, etiā de alijs ſenſibus dici poteſt, & ſi quis ratione huius rei perquireret, ei illicò dicendum eſſet, quod Angelus, & Dæmon, tam intelligibilia, quam ſenſibilia, intelligibiliter ſui natura etiam ſine corporalibus ſenſiterijs cognoſcere poſſunt. Neç fiunt ſpecierū ſenſibilium impreſſiones in organis eorum, quoniam non ſunt ſatis perfectè complexionatæ, ſed cur, diceret ingenioſus, aſſumunt hæc corpora, ſi poſſunt ab ijs facere operationes corporales intelligibili modo? propter ſuum miniſterium aſſumunt talia, ad oſtendendum, quod etiam poſſunt videre, & audire, & omnes cunctorum denique ſenſuum operationes exercere, etiā ſine corporalibus organis, & materialibus inſtrumentis.

Angeli quo modo videant, & aſſumpta non poſſunt uti

Modus videndi Angelorum, & Dæmonum, quo non indigent corporibus.

Dubit.

Reſp.

Quom. Dæmones ad inuicem loqui, & ſuos conceptus communicare poſſint.

PRæterea idem dici poteſt de eorum locutione, nam etiam ſine lingua, & alijs inſtrumētis ad locutionem requiſitis, loqui valent, & vnus ſuum alteri aperire conceptum. Inquirunt Patres Scholaſtici, quomodo locutus eſt Angelus Gabriel ad Mariam Virginem Dominam noſtrā, eidem annunciando Verbi incarnationem? mentali (vt ita dicā) locutione, an vocali? D. Thom. tenet, quod locutione etiam vocali, nam in locutione corporali requiritur motus labiorū, & linguæ, aeriſq. attractio, & cum talia facere poſſint Angeli, ſicut Dæmones in corpore aſſūpto, hac de cauſa dici poteſt, quod ſic loqui valeant, abſq; repugnantia, & quod Gabriel Angelus, & alij quamplures fecerint, ille ſalutādo, & alloquendo Beatam Virginem, alij autem alio modo, vt patet in ſcripturis.

Inquiſitio pulch.

1. ſent. diſt. 8.

Locutio corporea Ang. & Dæm.

Mentali etiam locutione vti Ang. & Dæm. re vera dicere poſſumus, quoniam in locutione corporali, propriè aeris inſpirati repercuſſio requiritur, ad exprimēdum mentis conceptum, & quia præfati ſpiritus non aſſumunt ſic corpora veraciter, & perfectè organizata, vt poſſint verè, & perfectè loqui, igitur conijci poteſt, quod apparenter loquantur tantummodo, & non propriè .ſ. ſecundum completam ſignificationem propriæ locutionis, ſed eſt ibi aliqua ſimilitudo, inquantū intelligunt, & exprimunt conceptum ſonis quibuſdam, quippèq; ſi propriè capiuntur, non ſunt re vera voces, ſed vocum ſimilitudines.

Ariſt. 2. de anima.

Quod exemplo conſpicuè confirmari poteſt de his animantibus, quæ haud reſpirare dicuntur, & tamen voces edere apparent per quædam inſtrumenta, non tamen repercuſſione inſpirati aeris, ſic de Angelis, vt de Dæmonibus dici poteſt, quia aerem non inſpirant, ſic igitur cōcludi poteſt, poſſe Dæmones loqui duplici modo .ſ. abſq; contradictione.

Quomodo Dæmones, corpora ingrediantur humana, eademq; obſideant, & occupent.

MOdo dicamus, quare eiſdem Dæmonibus permiſſum ſit à Deo, vt non modo aſſumant corpora ſuperiora, ſed etiam, quod poſſint ingredi humana, nam in Euangelio conſtat, eoſdē à Chriſto Domino fuiſſe expulſos ab obſeſſis cor-

corporibus? huic inquiſitioni ſatisfaciunt doctiſſimi Patres Diuus Thomas, & D. Bonauentura, quibus adſtipulatur Richard. de media Villa, quod cum Dæmones ſint natura ſpirituales, niſi impediantur, poſſunt quæcunq; corpora penetrare ſua ſubtiliſſima conditione, & eiſdem illabi corporibus, vel etiam ſubſiſtere, propter eandem; & ob id illa vexare, commouere, & quoquo modo turbare; & niſi ab ipſo Deo prohiberentur, omnes homines vexarent propter capitalẽ inimicitiam, quam cum eis ſua praua voluntate contraxere, ſed impediũtur ab Altiſſimo, qui non ſinit ſua prauitate vti, niſi cum his hominibus, in quibus vult, eos liberãdo, ſuam manifeſtare gloriam, & potentiam. Aliquando etiam permittit Deus Dæmones vexare corpora noſtra, propter peccati iuſtam punitionem, vel ad peccantis correctionem, vel aliquando propter aliorum eruditionem, occultò ſuo iudicio.

1. Sen. diſt. 8. — *Subſtantia Dæm. penetrat quæque corpora.* — *Quare Deus ſinit Dæm. homines vexare.*

Quæſtion. Et ſi quis interrogaret, quomodo duo ſpiritus poſſunt in vno, eodemq; loco habitare? .ſ. Dæmon, & anima in vno, & eodem corpore? *Reſp.* Dicendum eſt, quod non repugnat, duo ſpiritus ſimul ſtare in eodem loco, ſicut Dæmon, & anima faciunt in eodem corpore, vel quia (dicit Richardus vbi ſupra) non eſt idem exiſtendi modus, nam anima ſtat veluti ſpiritus coniunctus, & forma informãs, Dæmon verò veluti ſpiritus ſeparatus, & motor aſſiſtens; Vel dici poteſt, quod vterq; ſpiritus benè ſtãt in eodem corpore, non autem in eadem parte corporis, quoniã anima eſt in qualibet parte humani corporis, Dæmon autem in quibuſdam humoribus internis, & ſic non repugnat, ambo in eodem ſtare loco.

Quomodo Dæm. & anima ſtant in eodem corpore.

Stant igitur ſine repugnantia ſimul, & ſemel in eodẽ corpore, quinimò Dæmon ipſum corpus illa præſente vexat, & torquet, ſed nõ ceſſat etiam animas vexare ſæpiſſimè, nõ eis illabẽdo, quoniam illabi ſolius Dei eſt proprium, ſed malas immittendo cogitationes in eis, non tamen per formalem modum immiſſionis, quia ſolus Deus, ſicut eſt principale agens, ita eſt primarius (vt ita dicam) immittẽs, vt peroptimè concludit Seraph. Doct. vbi ſupra. Sed ſicut callidus, & aſtutus ſuggeſtor, & excitator poteſt immittere, ſuggerere, & excitare animos, ad aliquod malum agẽdum, ſicuti dicitur apud Ioan. 14. quod *Diabolus miſit in cor Iudæ, vt traderet &c.* & D. Gregorius, in moralibus dicebat. *Maligni ſpiritus in cordibus malorũ cogitationes prauas immittere nõ deſiſtũt*, ita in hoc ſenſu .ſ. ſuggeſtionis, & ob id nõ repugnãt hæc ſententia illi, quæ eſt apud Bernardum, quod *Diabolus nõ eſt malarum immiſſor cogitationũ*. hoc eſt eo modo, quo immittit Deus. Vltra poteſt dubitari, an poſſint nos compellere ad illas recipiendas cogitationes prauas, quas ſæpiſſimè offerunt. Reſpondet Doctor Seraph. quod nõn, & eſt ratio, quoniam noſtram non poteſt voluntatem cogere, cum ſui natura ſit maximè libera, & licet malas quadere cogitationes non poſſimus, ſi tamen non aſſentimus, non peccamus, quoniam peccatum ideò eſt peccatum, quia voluntarium, hoc eſt, quia voluntate aſſentimus ad malum agendum, nobis à Dæmone cogitatione oblatum, &c. Mittit igitur ſic Diabolus in animis noſtris cogitationes malas, ſed nos ad eis conſentiendum cogere minimè valet. Sed occurrit alia inſignis dubitatio, an .ſ. poſſit, quandoq; Diabolus bonas immittere, quæ tamen ad malum tendant finem, ſecundum quod eius intentio ſemper eſt mala.

Quomodo Dæm. loquent non ſolò corpora, ſed animas hom. — *Ioan 14.* — *D. Greg. in moral.* — *Dubiũ 1* — *Solutio.* — *Quomodo Dæm. non poteſt nos ad ſua volũt. cogere.* — *Inſignis dubitatio.*

Reſpondet Alexander Alenſis, ad hanc dubitationem ſoluendam, pulcherrimam afferendo diſtinctionem. Dicit igitur Doctor irrefragabilis, quod immittere cogitationes de bono, quod quidem ſit neceſſitatis, & præcepti ad agendum, eſt ſolius Dei, & non alterius, putã cogitare, quomodo poteſt quis obedire mandatis eius, & Eccleſiæ, ſed immittere cogitationes de bono erogationis, vel perfectionis, quãdoq; ſpectat ad Deum,

2. par. ſum. — *Quom. ad diverſos ſit immittere Deus, & Dæm. cogitat. in cor hominis.*

&

& quandoq; ab ipſo Dæmone venit, vti ingredi Religionem, ieiunare, & ſimilia, ad quæ non tenetur quis ex vi præcepti. Hæc nimirum Dęmon poteſt ſuggerere alicui Dei permiſſu, propter illius peccatum, vt .ſ. decipiatur homo, vt in periculum ruat, vel apoſtaſiæ, vel amentiæ, ex auſteritate pœnitentiæ, &c. En quomodo bonas quandoq; immittit cogitationes, ſed prauas directo fini.

Eſt tamen animaduertēdum, quod id rarò agit Dæmon, ſæpiſſimè verò è contra, malas immittit, quoniam ipſe totus eſt malus, & nō modo malas immittit cogitationes, ſed etiam malas affectiones, in humanam valet imprimere voluntatem, ſicuti probatiſſimi affirmant Doctores, pariterq; Sanctiſſimi Thomas, & Bonauentura. *(2. ſent. diſt.)* Nam propriè dicuntur Dæmones incenſſores malarum cōcupiſcentiarum apud Patres. D. Gregorius dicit *(Super Iob.)* præciſè, quod Diabolus habet excitare ſtimulum concupiſcentiæ carnis, & D. Auguſt. dicit cum eo, quod & hunc hominem, & hanc mulierem non ceſſat incendere, quod eſt intelligendum de igne concupiſcentiæ carnalis; quam etiam, ex impreſſione Sathanica, accidiſſe D. Paulo, ac alijs quampluribus, legimus, & in eius concionibus, & etiam alibi.

(Guilielm. & Scotell.) Huiuſcemodi tamē dicta horum grauiſſimorum Patrum ſunt intelligēda (dicunt Scotiſtæ) diſpoſitiuè, hoc eſt, quod diſponant homines ad hoc agendum .ſ. pabulum miniſtrando, hoc eſt offerēdo malum concupiſcentiam, faciendo feruere ſanguinem, vt anima prouocetur, & ad concupiſcēdum diſponatur; non autem ſunt intelligenda, quod in voluntatem hominis valeāt imprimere efficaciter hęc omnia, quoniam libertas voluntatis noſtræ è medio omninò tolleretur, quę quidem eſt re vera pænitijs ſuorum actuum Domina, & non cogitur ab obiecto, ſicuti cogitur intellectus Dæmonis. Nec diſpoſitio prædicta aliquā habet efficaciā, niſi homo tribuat ei vigorem ex negligentia, & conſenſu; vnde licet etiam Dę- *(Quom. poſſunt imprimere, & nō imprimunt malas cogitatiōes in anima noſtra.)*

mones imprimant malas cogitationes, & concupiſcentias in phantaſiā, tamen non in ipſum intellectum, igitur non cogitur per conſenſum acceptare.

Hæ ſunt tandem operationes, quas poſſunt Dæmones exercere, hæc ſunt admirabilia, quæ valent agere, & intus, & extra nos. Reſtat modo, pro complemēto iſtius libri, varia declarare nomina, quibus in ſacris litteris variè denominantur.

Quomodo Dæmones in ſacris litteris, tùm veteris, tùm nouæ legis, varijs nominibus explicentur.

Dæmones, iam diximus, fuiſſe Angelos apoſtatas, qui è cœlo eiecti fuerunt, propter eorum elationem, quamobrem, ſicuti ex eorū officijs dicti ſunt Angeli lucis ante peccatum, poſt ipſum iure appellati ſunt Angeli tenebrarum, qui tamen remanſerunt, eandem obtinuerunt denominationē .ſ. Angeli lucis, qui verò peccatum elationis commiſerunt, Angeli tenebrarum, quorum caput (vt iam diximus) eſt Lucifer, ſic dictus, propter eius eximiam pulchritudinē ante lapſum, poſt verò dictus eſt Diabolus, hoc eſt defluens, quia defluit, vel corruit, vel melius dictus eſt Diabolus, ſecundum Gręcam denominationem, quę interpretatur clauſus ergaſtulò, eò quia clauſus eſt in determinato loco per æterna ſæcula, vel quia eius potentia clauſa eſt, hoc eſt abbreuiata, quoniam non valet tantum nocere, quantum vellet, ſi poſſet. *(Qui Angeli lucis, & qui tenebrarum.)* *(Quare ſic appellatur.)*

Vel tandem dictus eſt Diabolus, ſecundùm proximiorem ethimologiam vocabuli a Dia, quod eſt duo, & Bolus, quod eſt morſellus, quia duo occidere nititur corpus vexando, & torquendo, & animam eadem ratione opprimendo. *(Quare Diabolus.)*

Dicitur etiam Dęmon, hoc eſt ſanguineus .ſ. propter peccatum, vel melius Syrico idiomate dicitur Dæmon, quaſi Dimon, à diuitijs, & Mammon, qui eadem lingua dicitur diues, quia forſan ipſe ha- *(Quare dictus Dęmon.)*

bet omnem facultatem, ſuper omnes diuitias mundi, vel per cōtrarium ſenſum, Dæmon, qui omnibus ſpritualibus diuitijs deſtitutus, & pauperrimus euaſit.

Quare Belzebub. Dicitur itidem Belzebub, hoc eſt Dominus muſcarum .ſ. animarum, quæ veluti muſcę ab eo facillimè capiuntur, ſicuti capi ſolent ſæpiſſimè illa parua animalia, lacte, auro, pigmento admixto.

Quare Belial. Dicitur etiam Belial, hoc eſt abſq; iugo, & abſq; Domino, ſed melius dici debet abſq; fręno, quoniā pro viribus cōtra illum pugnat, cui debet eſſe ſubiectus.

Quare Sathan. Dicitur Sathanas, hoc eſt aduerſarius, quoniam ſemper bonis, ac ſanctis aduerſatur operibus fidelium, & ſemper corda recta, in Deum directa, falſis cogitationibus, & aduerſis ſuggeſtionibus perturbat, & ab eo quærit auertere.

Quare Behemoth. Dicitur Behemoth, hoc eſt beſtia, ab effectu, quoniam homines ſuis ſuaſionibus reddit beſtiales, dum vſum eis offuſcat rationis, itaut non poſſint, quæ recta ſunt, rationabiliter facere, ſed veluti beſtiæ ab eo ducuntur.

Quare Leuiathan. Dicitur Leuiathan, hoc eſt additamentum ijs, qui peccata ſuper peccata frequentiſſimè cumulant, nam ipſe additando eis mala ſub ſpecie boni, facit, quod illa inſequantur, amplectantur, & mala malis adiungant, donec in mortem incidant, & his grauati, in infernum detrudantur, & ibi in æternum puniantur.

Hæc ſunt nomina, quibus communiter ſolet Angelus tenebrarum appellari. Sed alia itidem nomina huic à ſacris litteris imponūtur, quæ tamen magis communia videntur, ſicuti inimicus, quo nomine frequētiſſimè vtitur Pſaltes, vt *Perfeciſti laudem propter inimicos meos.* &: *Vſq; quo exaltabitur inimicus meus? Qui tribulant me, inimici mei,* & ſimilia, quæ in ipſo Pſalterio clarè leguntur. Dicitur iure inimicus, propter inimicitiam, quam poſuit in exordio mūdi, inter Deum, & hominem, & propter illam, quam vſq; modo, & cum ipſo Deo, & cum hominibus ſeruat.

Pſal. 9. Pſal 12. Pſal 26.

Dicitur Princeps, à principatu Tyrannico, quo gaudet in mundo, & in Inferno. *Nunc Princeps huius mundi eijcietur foras:* Dicebat Chriſtus Dominus apud Ioānem 12. quando illum expellere voluit: *Attollite portas Principes veſtras.* quando aperuit Limbum, vt Sanctos extraheret Patres, *In Belzebub Principe Dæmoniorū.* & cætera multa, quæ breuitatis gratia prætereo. Ioan. 12. Luc. 11.

Dicitur aliquando Miniſter, à Miniſterio diuinæ iuſtitię, vt apud Matth. 5. vt *Iudex tradet te miniſtro;* Matth. 5.

Aliquando Aquila, quoniam ſemper ad inſtat Aquilę, roſtro, & vnguibus paratus eſt peccatores lacerare, ac dilaniare acriter, vt Prou. 30. *Comedant eum filij Aquila.* Quare Aquila. Prou. 30.

Quandoq; appellatur Bos, vt *Fænum, quaſi Bos comedet.* Quare Bos. Iob 40.

Quandoq; appellatur Leo, *Ne quando rapiat vt Leo animam meam.* &: *Quaſi Leo in ſpelunca ſua.* & ſimil. Quare Leo. Pſal. 7.

Aliquando Aſpis, vt apud Iſaiam: *Super foramina aſpidis,* &c. & in Pſal. *Super Aſpidem & Baſiliſcum,* &c. Quare Aſpis. Iſaia 11.

Aliquando Serpens, eò quia formam, tentando primos Parentes, Serpentis aſſumpſit, vnde Apoc. appellatur, *Serpens antiquus,* hac de cauſa. Quare Serpens. Apoc. 12.

Aliquando Draco, vt *Conculcabis Leonem, & Draconem.* Quare Draco. Pſal 90.

Quandoq; dicitur Aquilo, *A quo panditur omne malum,* & in hoc nimirum ſenſu aſſumit Iſaias hoc nomen (aſſertore Abulenſe) ſicut etiam Pſaltes. *Aquilonem, & mare tu creaſti.* Quare Aquilo. Pſal. 88.

Dicitur etiā multoties Rex malorum .ſ. ſuper quos, dicit Gregorius Sanctus, *Sceptrum ſuſtinet indiſcretum, & infame,* vt *Ipſe eſt Rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ.* Quare Rex. Iob 41.

Dicitur tandem Angelus malus, quod nomen ratione officij ſibi re vera competit, quoniam malorum eſt denuntiator peſſimus, quinimò effector iniquiſſimus, qui ſemper mala cogitat, ſuadet, efficit, & molitur. Quare Angelus malus.

Innumeris alijs nominibus ſolet nun-

cu-

ſuperi Dæmon, quæ multo ſupportu ca- ſacrum afferre duco. Hæc igitur ſufficiant compendioſa breuitate dicta .ſ. de eius natura, culpa, officio, nequitia, & exercitio. Item reſtat videre, quid dicat Plato, & eius Aſſeclæ, de hac ſpirituali natura, de qua multa dixerunt etiam, non ſolum tota antiqua ſapiētia, ſed omnes vetuſti, & neotherici Academici.

Excuſatio Auctoris. Eſt tamen animaduertendum, quod in hoc libro multa diximus de hac (licet per compendium) ad maiorem illius expreſſionem, & vberiorem declarationē, quam neceſſitas comparationis cogeret, cū Platonicis rebus, & hoc iure fecimus, ne nimis ſterilis remaneret tractatio in doctrina Chriſtiana, reſpectu Platonicę tractationis. Hæc igitur legantur propter breuem, ſed claram notitiam iſtius naturæ, ab his, qui mediocriter, vel parum, ſunt verſati in Theologia noſtra, & illa obſeruētur ab eiſdem, in quibus apparent conſenſio, vel diſſonantia, inter noſtra, & Platonica dogmata.

Finis Quartidecimi Libri.

CHRISTIANÆ THEOLOGIAE Cum Platonica Comparationis,

LIBER QVINTVSDECIMVS:

In quo vniuerſa Dæmonum natura, ſecundum Platonis,& Platonicorum Doctrinam, clarè explicatur.

CVM de Angelis, ſecundum Platonis ſententiam, verba fecerimus, multa de Dæmonum natura etiã diximus, ſecundum quod hoc nomen latiſſimè in eius doctrina vſurpatur Propterea quod,ſolet hoc nomen in ea omnibus ſubſtantijs incorporeis adaptari, incipiendo à Deo, vſq; ad animas noſtras, & hac de cauſa primò Orphæus, vetuſtiſſimus Vates, & gentilitatis Theologus Iouem appellauit Dæmonem,quod non eſt mirandum, cum hæc vox deducatur à verbo græco, δαίω, quod ſcire interpretatur, nã, communi omnium conſenſu, ſolus Deus dicitur re vera ſapiens, homo verò (vt peroptimè correxit olim Pythagoras) φιλόσοφος, hoc eſt ſapientiæ amator, non autẽ ſciens, vel ſapiens, vt ſibi falſo arrogarunt Græci ſapientes,de quibus mentionem facit Plato in Protagora, & Cicero in Tuſculanis quæſtionibus. Eſt igitur hoc nomen, Deo ex natura conueniens, etiam auctoritate Ariſt. & vetuſtiſſimi Theologi Orphei, qui ſic illum canendo appellat:

Deus Dæmon dictus ab Orphæo, & quare.

Imperium Dæmonq; vnus, mundiq; ingens Rex.

Dij minores etiam, qui Angeli ſunt (vt ſuo loco oſtenſum eſt) quandoq; ab eodẽ,& ab alijs,poſt ipſum,Dæmones nuncupati ſunt, etiam de mẽte Philonis Hebræorum doctiſſimi, & ſunt ij, quos Plato appellat pluribus in locis, (vt vidim⁹) modo minores Deos, modo Dæmones, qui legatorum Dei, & eiuſdem interpretum funguntur officio,quoniam inter ipſum Deum, & homines interiacent, & Deo humana referũt, hominibuſq; diuina pateſaciũt,oblationes, ſacrificia, preceſq; tandem Deo ipſi offerunt,quod eſſe Angelorum bonorum proprium, & peculiare munus, ſuis locis concluſimus.

Dij minor. Dæmon eſt dicti à Philone.

Poſt Deos minores,quandoq;ſic Dæmones appellatos,ſequuntur illi,qui Dæmones propriè & iurè dicuntur, ſecundũ quod communiter appellãtur à vulgaribus, & ſunt habitatores aereæ regionis, de quibus hic agendi principaliter onus ſuſcipimus. Poſt hos autem, animæ noſtræ ſæpè Dæmones appellantur, & in hoc ſenſu Heſiodus vetuſtiſſimus Vates, animas hominum Illuſtrium,corporibus exutas, nuncupauit Dæmones, prout refert Plato ipſe in Cratylo,quæ tamen ab alijs Platonis ſequacibus dicuntur Dæmones aduenæ.

Spiritus regionis æreæ propriè dicũtur Dæmones.

Heſiodus animas noſtras Dæmones appellat ſecundũ Plat.

Sed his omnibus relictis, de quibus ſuis locis egimus, & alijs à Poetis olim decantatis, quos Marcianus Capella diſtinguit in Panes, Syluanos, Nymphas,

De ſæpe [illegible]

Phau-

Phaunos, Satyros, &c. quos vti Poeticos, & fabuloſos omittimus, ſolummodo de his poteſtatibus hic agere eſt noſtra intentio, qui aeream incolunt regionem, & re vera nomen Dæmonũ videntur mereri, ſecundum quod paſſim fama vagatur inter mortales. Nam ſuperiores omnes non Dæmones apud non ignobiles Academicos iure appellantur, ſed potiùs methaphoricè dici poſſunt Dæmones. Verę igitur aereę poteſtates, veriq; ſpiritus, poſt Deum primum, ſecundoſq; Deos minores, iure ſint dicti Dæmones, & de his, fœlicibus auſpicijs, agemus. Et ad hoc, vt ordinatè procedamus.

Modo hic tractabili. Primò, inueſtigabimus more noſtro, An ſint.

Secundò, Quid ſint.

Tertiò, In quot ordines ſint diſtributi.

Quartò, An omnes ſint natura boni, vel quidam mali.

Quintò, Dato, quod mali dentur, authoritate Platonis: An natura, vel culpa dicantur mali, quod eſt per accidens.

Sextò, quæ ſint munera, & dotes tùm bonorum, tùm malorum Dæmonum.

Septimò demum, Quid ſignificet hoc nomen Dæmon, & an alia ſortiatur, nomina hæc natura in Accademica doctrina, quæ omnia more noſtro breui, & clara concludemus Epitoma.

An dentur Dæmones in rerum natura, ſecundum vniuerſam Philoſophorum doctrinam.

Quomodo Peripatetici negant Dæmones. QVantum ad primum, Peripatetici omnes, cum præceptore, auſi ſunt negare Dæmones reperiri, nam ex Ariſtotele elicitur, quòd non 12. Metaph. poteſt hæc natura intelligi, neq; coniuncta corpori, neq; ab eo abiuncta, non cõiuncta, quoniam nulla admittitur Intelligentia, quæ non ſit forma alicuius corporis, vel aſſiſtens, vt intelligentiæ cæleſtes, vel informans vt animę noſtrę, quę, ſuis præditæ corporibus, facilè conſpiciuntur, ſed, faciliori methodo procedendo, dicamus, cum vniuerſa ſecta horum Philoſophantium, quod nec ratione ſubſtantię, nec ratione informationis alicuius corporis, nec demùm ratione loci, in Philoſophia Peripatetica inueniuntur, quinimò, nec ad vniuerſi decorem, nec demum ad operationes rerum obeundas. Iuſſiones de Dæmonibus.

Non ratione ſubſtantiæ, quoniam ſi ſunt ſubſtantia, vel hæc eſt corporea, vel incorporea, ſi corporea, vel corpora eorum ſunt mixta, vel ſimplicia, non mixta, quoniam talia minimè reperiuntur, præter elementata, non ſimplicia, quoniam, præter ea, quæ habentur in his inferioribus, nulla alia inueniri, & probari poſſunt via naturali. Non incorporea ſubſtantia etiam poſſunt dici, quoniã eſſent intelligentiæ, vel ſeparatæ, vel complicatæ, ſeparatæ, vt cœleſtes, vitam ducentes in ſempiterno æuo, quę tamen facilè non admittuntur in Ariſtotelica Philoſophia, non adiunctæ, ſiue complicatæ, quoniam ſic eſſent adiunctæ corpori incorruptibili, & ſic eſſent intelligentię, cęleſtium orbium motrices, vel corruptibili, & ſic eſſent animę humanę, quod eſt non modo negatum à Peripatetico, ſed nec etiam excogitatum. Dæm. non ſunt ratione ſubſtãtię ſecundũ Peripat.

Per hoc facilè poteſt concludi etiam, quod nec ratione informationis alicuius corporis debent admitti in hac doctrina Dęmones, quoniam nulli intelligentię, quę incorporea ſui natura eſt, datur, qđ poſſit informare niſi corpus, vel ęternum vel caducum, ſi informat ęternum, eſt ſubſtãtia ipſa, ſiue intelligẽtia cęleſtis, ſi caducum, eſt anima noſtra, & hęc entia incorporea nullo modo in hac via dicuntur Dæmones. Dæm. non ſunt ratione informationis corp. ſecundũ eoſdem.

Nec admittuntur ratione loci, in quo habitant, quoniam Ariſtot. & totus Peripateticorum conuentus, in terra, & aqua dumtaxàt, volunt, animantia habitare, vt patet 4. Metheor. in aere autem, & igne omninò negant, & ſi fortè fortuna, in aere, & igne requirũtur animãlia, iuxta rectam partium diuiſionem, Dæm. non ſunt ratione loci ſecundũ eoſdem. 4 Metheor.

Quam nõ aſſumunt corpora perfectè organizata.

An modo hoc corpus, quod formari, & aſſumi poteſt à Dæm. ſit perfectè organizatum? dicendum eſt, quod non, reſolutè, quoniam aſſumit illud per accidens, & per breue temporis ſpatium, nec indiget illud corpus organizatione, quoniam breui eſt diſſolubile, nec illud aſſumit, tanquam informari debeat, ſed vt ſolummodo illud moueat; ſecus autem eſt de anima, quæ perfectâ indiget organizatione ſui corporis, eò quia illa perfectè informat, & mouet.

Ad quam vnionẽ aſſumũt corpora.

Sed ad quid igitur, vel ad quam aſſumit vnionem tale corpus Dæmon? Reſpondendum eſt, quod nequaquam aſſumit ad vnionem naturalem .ſ. quod ſicut anima facit cum corpore ſuo vnũ per ſe, ita & Dæmon, cum corpore aſſumpto, faciat vnum per ſe ſubſiſtens. Neq; (& multò minus) ad vnionẽ, & identitatem hypoſtaticã, ſicuti à verbo eſt aſſumpta natura humana, ſed ad vnionẽ accidentalem, ad aliquid manifeſtandum ſenſibiliter, vel aliquid exequendum, ſecundum ipſius Dei mandatum, & permiſſionem. Vnde nõ eſt in corpore illo aſſumpto, ſicut perfectio in ſuo perfectibili, neq; veluti forma informans, ſed ſicut ſimplex forma aſſiſtens, & veluti motor extrinſecus, vtens hoc corpore, veluti inſtrumento, ſiue vt nauta in naui.

Dubitatio.

Et ſi quis perquireret, quomodo aſſumendo hoc corpus ex aere conflatum, illud ſtatim cõdenſat, & veluti coloratum oſtendit, tanquam corpus perfectè mixtum, cũ ſit ex materia prima, & dyaphana rara, & ſenſibus occulta? Reſpondere

Reſp. D. Bonauẽt. in 2. ſent. diſt. 8.

ret D. Bonau. Seraph. quod non de puro aere omninò aſſumit corpus illud, ſed ex aere admixto, cum quadam vaporis terrei parte, ſicut apparet in nubibus, & hoc in inſtanti agere valent, abſq; vlla contrarietate.

Quod corpus poſtea (vt facilè reſolubile, ſicut facilè fuit compoſitũ) in præiacentem materiam nõ reſoluitur, niſi quãdo aſſumit cadauer alicuius damnati hominis, tũc enim relinquit illud fœtidum, & putridum Dæmon. Anima autem, licet ſit & ipſa ſubſtantia ſpiritualis, nata ſuum informare corpus, nequit tamen à corpore iã exuta, aliud aſſumere corpus, & hoc ideò, quoniam nõ habet vim, neq; vſum adminiſtrandi (vt idem Doctor Seraph. declarat, vbi ſupra) igitur nec habet potentiam aſſumendi, quoniã hoc eſſet mortuos ad vitam iterum reuocare, quod eſt ſolius Dei munus, non autem hominis, neq; Dæmonis; & ſi quis iterum vltra dubitaret, & dubitando perquireret, an Dæmon in corpore aſſumpto totum illud occupet, an dumtaxat vnam illius partem? ſiue (ſicuti de anima dicitur) ſit totus in toto corpore, vel totus in aliqua eius parte? Reſpondetur, ſecundum Ang. Doct. in 2. eadem diſt. 8. q. quod aſſumens illud corpus, ſiue Angelus, ſiue Dæmon exiſtat, totus in qualibet parte illius corporis exiſtit, nec tamẽ ſequitur, quòd ob id ſit ſimul in pluribus locis, quoniam talis aſſumptio eſt motoris ad mouendum, ſicut nauta ſe habet ad nauem gubernandam, & hæc reſolutè ſufficiant pro hac dubitatione.

Art. 1.

Dubitatio.

Reſp.

Dubit.

Reſp.

Quas operationes valeant Dæmones exercere in corpore aſſumpto, quas verò minimè.

MOdo, quas operationes valeat Dæmon in corpore aſſumpto exercere, dicamus, & quas è cõtra nequaquam valeat, & primo videamus, quas valeat exercere functiones vitales: Reſoluiè Doctores (nemine diſcrepante) dicunt, Dæmones, ſicuti Angelos, operationes immanentes poſſe abſque dubio intra exercere, quæ ſunt intelligere, velle, opinari, &c. at ex operationibus tranſeuntibus nõ poſſe exercere, niſi motum, nam poſſunt corpus mouere motu locali, vel progreſſiuo, quoniam habet poteſtatem ſuper illa corpora aſſumpta; Sed an illud agant per intellectum, & voluntatem dumtaxat, an etiam per potẽtiam executiuam, Scotiſtis admiſſam, à Thomiſtis

Poſſunt Dæmon. exercere operationes immanentes, non autem tranſeuntes, niſi motũ.

verò negatam, hic eſt difficultas. Ad hæc ſoluendam, dicitur cum Scotello, quod Dæmon mouet corpus aſſumptum ordine mirabili, & eſt talis ordo, quod primò habet intellectum ſpeculatiuum, quo vtitur ad contemplandum, ſecundò voluntatem complacentem, tertiò intellectum practicum, quo vtitur dirigendo operationem; quartò voluntatem imperantem, quintò potentiam executiuam, & ſic per hanc dicitur proximè mouere corpus. Alijs etiam præſuppoſitis, ſecundum quod ordo hic requirit, nam non fieret talis executio, ſine intellectu primò contemplante, & poſtea, abſq; voluntate, illud volente, quod intellectus prius ſpeculando præcognoſcit, nam voluntas (aſſertore Philoſopho) nunquam fertur, niſi in præcognitum. Hanc igitur operationem tranſeuntem exercere procerto valet Dæmon, & Angelus in corpore aſſumpto.

2. ſent. diſt. 8.

Pulchra de anima Scot.

Sed ad hoc, vt melius cognoſcamus, quas præciſè, abſolutèq; Dæmones valeant, & non valeant exercere operationes vitales; triplicem modum, quem habet anima, in corpore ſuarū functionum, dicamus cum D. Bonauent. lib. 2. diſt. 8. Primus modus eſt earum operationum, quas quidem habet in corpore, inquantum eſt ipſius perfectio, forma, & Endelechia: huiuſmodi nequit Dæmon exercere in corpore aſſumpto, ſicuti eſt vegetare, ſentire, videre, audire, & ſimilia, & hæc eſt ratio potiſſima, quoniam hæ potentiæ exercentur per ſua ſenſiteria, per ſua corporalia organa, quæ inſtrumenta non habentur corporea, ab Angelis, & Dęmonibus aſſumpta, nam licet videantur quandoq; habere, hoc eſt, quo ad apparentiam, non autem quo ad realem exiſtentiam. Secundus modus eſt operationum animæ, in quātum ipſa eſt corporis motrix, & has poſſunt Angelus, & Dæmon vtriq; exercere, vt eſt mouere corpus de loco ad locum, motu progreſſiuo, mouere manus, & alia mēbra, prout volunt. Tertius eſt operationum animæ, inquātum partim eſt perfectio corporis, partim verò inquantum eſt eiuſdem motrix, & has ſimili modo partim poſſunt Angeli, & Dæmones exercere, partim verò nequaquam, vti eſt videre, flere, & huiuſmodi, quæ partim animæ conueniunt, ratione motricis virtutis, quoniam ridēdo homo genas, & labia mouet, animo hilareſcit, &c. ſic quoq; conuenit animæ, vt eſt perfectio, & forma corporis, ſic ſimiliter eſt de iraſci, de timere, & plorare, quas non valent Dæmones, & Angelus, paſſiones in ſe ipſo, in propria ſpeciali ſubſtantia, ſed tantummodo in corpore aſſumpto facere, & exercere.

Triplici modo operat. animę exercetur ab ea. 2. ſent. diſt. 8.

Primus modus.

2. modus.

3. modus.

Dubi. curioſa.

Sed cur legimus multoties in tētationibus, quas paſſi ſunt Patres in eremo, Dæmones ſæpè triſtatos eſſe, dum non potuerunt eos tentādo ſuperare, ſiue lætatos eſſe, dū aliquos illorum in lapſum è cōtra, & peccatum trahere potuerūt? Reſpondetur, quod lętari, & contriſtari sūt, quo ad apparentiam exteriorem, in corporibus aſſumptis, nō autem quo ad paſſionem internam, nam poſſunt faciem mouere, quaſi appareant ridentes, ſed non interno affectu gaudentes. Hę ſunt operationes, quas valent Dæmones in corporibus aſſumptis exercere.

Reſp.

Quod Dęmones in corporibus aſſumptis vegetare, generare, & ſentire non valeant.

SVpra diximus obiter, quod nullum animaſticum officium poſſunt exercere Dæmones, i. vegetare, generare, & ſentire in corporibus aſſumptis: modo, quare non valeant has nimirum functiones explere, dicamus & primò vegetatiuam potentiam. Hæc potentia tres habere actus, vt ex Philoſopho 2. de anima facilè colligitur, ſ. nutrire, augere, & generare. Primum actum non valent exercere Dæmones, quoniam non eſt opus nutrire corpus aſſumptum, cum nequaquam reſtauratione indigeat, nam cibatio requiritur neceſſariò, ad eorum cor-

2. de anima. Potētia veget. habet actus.

Primus.

cor-

corporum durationem, quæ forma informatur ſubſtantiali, at corpora aſſumpta, non ſunt huiuſmodi, cum ſimpliciter his vtantur Dæmones, tanquam inſtrumentis, igitur &c. Sed quare videntur cibum aſſumere aliquando, & cum maſticare, quemadmodum faciunt cætera animantia? nam cibi aſſumptio, & maſticatio dicuntur præcedere nutritionem. Reſpondetur, quod licet quandoq; videantur Dæmones cibum aſſumere, & eundem maſticare, non ob hoc eſt illa vera, & realis aſſumptio, & maſticatio, ſed apparẽs, quod probari poteſt auctoritate Tobiæ, vbi Raphael Angelus dixerat: *Videbar vobis comedere, & bibere, ego vero cibo, & potu inuiſibili vtor*. Sicut igitur eius cibatio, & maſticatio erat apparens, & non vera, ita & Dęmoniaca, cum non ſit maior ratio de Angelo, quam de Dęmone, in corporum aſſumptione. Item dici poteſt de Angelis, qui in domo Abrahæ comedere, & de multis alijs, vt patet Gen.

Dubit.

Reſp.

Tobiæ cap. vlt.

Gen. c. 18.

Sed circa hoc percunctari licet, quomodo Angeli id agunt, cum apparentia ſit veluti ſpecies illuſionis qua ipſi nequaquam vtuntur, prout Dæmones faciunt? Reſpondetur, admittendo etiam, quod cibi aſſumptio ibi fuerit realis, & dicitur, quod in comeſtione tria conſiderantur præcipua; primũ eſt cibi maſticatio, ſecũdum eſt eiuſdem in ventriculum tractio, tertium conuerſio eiuſdem etiam in carnem, & ſanguinem, &c. & hæc eſt propria comeſtionis ratio. Duo prima Angeli in domo Abrahæ, & alibi agere potuerunt, tertium verò nequaquam.

Dubit. & ſolutio.

Triplex cõſideratio circa maſticationem.

Si quis vltra progrediendo perquireret, ac diceret, in quam partẽ corporis recipitur cibus comeſtus? & quomodo abſorbetur à natura? illicò rationem redderet D. Auguſt. dicens, quòd non conuertitur in ſubſtantiam corporis aſſumpti ab Angelo, ſicut terra arida abſorbet aquàm, ſed ſicut radius Solis reſoluit aquã in aerem, vel vapores, quaſi exhalationes, quod etiam de comeſtione Chriſti poſt reſurrectionem, dici ſolet à Theologis; & hæc ſint obiter dicta de Angelis. De Dęm. dicendum eſt, quod non eſt vera, ſed apparens cibatio, & maſticatio.

D. Auguſt. hom. in Luc.

Vnde ex hoc etiã conijci poteſt, quod in his corporibus aſſumptis non ſit vera augmentatio, nam illa corpora nullam habent vim augmentatiuam, vti habent corpora, ab animabus informata, quorũ eſt propria cibatio, maſticatio, digeſtio, partium diſtributio, & per conſequens augmentatio; Et ſicuti hac de cauſa carent illa aſſumpta corpora nutritione, & augmentatione, ita etiam generatione; nam, cum cibi digeſtio nõ fiat modo naturali, ita nec etiam ſeminis productio, quæ ſolet per digeſtionem naturalem in corpore perfecto fieri. Nam in humana genitura tria ſolent accidere, ſecundum omnes, tùm Philoſophos, tùm Medicos, primum eſt ſeminis humani conſtitutio .ſ. in toto corpore, & præſertim in capite, ſecundum eſt ipſius ſeminis transfuſio ab ipſo viro; tertium verò eſt receptio eiuſdem in vterum fœmellæ.

Vbi non ſit maſticatio, & digeſtio, non ſit augmentatio, Ariſt. de part. anim.

Philoſ. vt ſup. & Galen. de vſu part.

Primum, dubio procul, agere Dęmones, per rationes antedictas, nequeunt, cùm ſint incorporei, & per conſequens nec generare. Quo ad ſequentia, dicunt plerique, quod vtriq; agere poſſunt, nam in humanis pollutionibus Dęmones quidam ſuccubi poſſunt quandoq; ſemen decisum aſſumere, & illud in calore, & qualitate naturali ſeruare, quouſq; breui tempore iterum ſint aliquibus mulieribus incubi, & transfundant illud ſemen viri in matricem mulieris, & hoc modo fieri, admittunt, aliquorum hominum generationem, vt fama eſt de Merlino Britannico, de quo meminit Scotus 2. ſent. & hoc modo etiam autumant, quidam Antichriſtum fore naſciturum. Sed homines ſic geniti, non poſſunt dici propriè filij Diaboli, ſed hominũ, dicit D. Tho. quoniã non ex ſemine Dæmonico, quod non reperitur, geniti ſunt, ſed ex humano, igitur non poſſunt propriè generare. Nec poſſunt etiam functiones potentiæ ſenſitiuæ explere Dęm. licet aſſumendo

Dæm. non poſſunt generare, & quom.

Scot. Scotl de Merlino, & de Antichriſto naſcituro.

cor-

corpora, aſſumant cum eis omnes partes, & omnia eorum membra, non tamen ijs vtuntur; quoniam non eſt eis opus vti, & ratio eſt, quoniam tam oculis vident clauſis, quam apertis, nam non vident oculis corporalibus, nec audiunt per aures huiuſmodi, quoniam nō fuere aſſumpta organa ſenſibilia, vt per ea ſentiant, neq; organa huiuſmodi ſunt habentia ſenſum, ſed tantummodo ſimilitudines organorum. Et ſignum eſſe poteſt, quod etiam impeditis corporum aſſumptorum ſenſiterijs, vident, & audiunt, &c. oculis intellectualibus; vt etiam de Angelis dici poteſt, item vident tā in tenebris, quam in luce, tam ante, quam retro, & ſic de alijs ſenſiterijs dicatur. Et quidquid de ſenſibus, viſus, & auditus dictum eſt, etiā de alijs ſenſibus dici poteſt, & ſi quis rationem huius rei perquireret, ei illicò dicendum eſſet, quod Angelus, & Dæmon, tam intelligibilia, quam ſenſibilia, intelligibiliter ſui natura etiam ſine corporalibus ſenſiterijs cognoſcere poſſunt. Nec fiunt ſpecierū ſenſibilium impreſſiones in organis eorum, quoniam non ſunt ſatis perfectè complexionatæ, ſed cur, diceret ingenioſus, aſſumunt hæc corpora, ſi poſſunt ab ijs facere operationes corporales intelligibili modo? propter ſuum miniſterium aſſumunt talia, & ad oſtendendum, quod etiam poſſunt videre, & audire, & omnes cunctorum deniq; ſenſuum operationes exercere, etiā ſine corporalibus organis, & materialibus inſtrumentis.

Aſſum poter ſenſitiue nō poſſunt exercere.

Modus videndi Angelorum, & Dæm.

Ratio, quare non indigēt corp. ſenſu.

Dubit.

Reſp.

Quom. Dæmones ad inuicem loqui, & ſuos conceptus communicare poſſint.

PRæterea idem dici poteſt de eorum locutione, nam etiam ſine lingua, & alijs inſtrumētis ad locutionem requiſitis, loqui valent, & vnus ſuum alteri aperire conceptum. Inquirunt Patres Scholaſtici, quomodo locutus eſt Angelus Gabriel ad Mariam Virginem Dominam noſtrā, eidem annunciando Verbi incarnationem? mentali (vt ita dicā) locutione, an vocali? D. Thom. tenet, quod locutione etiam vocali, nam in locutione corporali requiritur motus labiorū, & linguæ, aeriſq; attractio, & cum talia facere poſſint Angeli, ſicut Dæmones in corpore aſſūpto, hac de cauſa dici poteſt, quod ſic loqui valeant, abſq; repugnantia, & quod Gabriel Angelus, & alij quamplures fecerint, ille ſalutādo, & alloquendo Beatam Virginem, alij autem alio modo, vt patet in ſcripturis.

Inquiſitio pulch.

2. ſent. diſt. 8.

Locutio corporea Ang. & Dæm.

Mentali etiam locutione vti Ang. & Dæm. re vera dicere poſſumus, quoniam in locutione corporali, propriè aeris inſpirati repercuſſio requiritur, ad exprimēdum mentis conceptum, & quia præfati ſpiritus non aſſumunt ſic corpora veraciter, & perfectè organizata, vt poſſint verè, & perfectè loqui, igitur conijci poteſt, quod apparenter loquantur tantummodo, & non propriè .ſ. ſecundum completam ſignificationem propriæ locutionis, ſed eſt ibi aliqua ſimilitudo, inquantū intelligunt, & exprimunt conceptum ſonis quibuſdam, quippè q; ſi propriè capiuntur, non ſunt re vera voces, ſed vocum ſimilitudines.

Ariſt. 2 de anima.

Quod exemplo conſpicuè confirmari poteſt de his animantibus, quæ haud reſpirare dicuntur, & tamen voces ædere apparent per quædam inſtrumenta, non tamen repercuſſione inſpirati aeris, ſic de Angelis, vt de Dæmonibus dici poteſt, quia aerem non inſpirant, ſic igitur cōcludi poteſt, poſſe Dæmones loqui duplici modo .ſ. abſq; contradictione.

Quomodo Dæmones, corpora ingrediantur humana, eademq; obſideant, & occupent.

MOdo dicamus, quare eiſdem Dæmonibus permiſſum ſit à Deo, vt non modo aſſumant corpora ſuperiora, ſed etiam, quod poſſint ingredi humana, nam in Euangelio conſtat, eoſdē à Chriſto Domino fuiſſe expulſos ab obſeſſis

cor-

corporibus? huic inquiſitioni ſatisfaciunt doctiſſimi Patres Diuus Thomas, & D. Bonauentura, quibus adſtipulatur Richard. de media Villa, quod cum Dæmones ſint natura ſpirituales, niſi impediantur, poſſunt quæcunq; corpora penetrare ſua ſubtiliſſima conditione, & eiſdem illabi corporibus, vel etiam ſubſiſtere, propter eandem; & ob id illa vexare, commouere, & quoquo modo turbare, & niſi ab ipſo Deo prohiberentur, omnes homines vexarent propter capitalẽ inimicitiam, quam cum eis ſua præſta voluntate contraxere, ſed impediũtur ab Altiſſimo, qui non ſinit ſua prauitate vti, niſi cum his hominibus, in quibus vult, eos liberãdo, ſuam manifeſtare gloriam, & potentiam. Aliquando etiam permittit Deus Dæmones vexare corpora noſtra, propter peccati iuſtam punitionem, vel ad peccantis correctionem, vel aliquando propter aliorum eruditionem, occultò ſuo iudicio.

Subſtantia Dæm. penetrat quæcũque corpora.

Quare Deus ſinit Dæm. homines vexare.

Quæſtio. Et ſi quis interrogaret, quomodo duo ſpiritus poſſunt in vno, eodemq; loco habitare? .ſ. Dæmon, & anima in vno, & eodem corpore?

Reſp. Dicendum eſt, quod non repugnat, duo ſpiritus ſimul ſtare in eodem loco, ſicut Dæmon, & anima faciunt in eodem corpore, vel quia (dicit Richardus vbi ſupra) non eſt idem exiſtendi modus, nam anima ſtat veluti ſpiritus coniunctus, & forma informãs, Dæmon verò veluti ſpiritus ſeparatus, & motor aſſiſtens; Vel dici poteſt, quod vterq; ſpiritus benè ſtãt in eodem corpore, non autem in eadem parte corporis, quoniã anima eſt in qualibet parte humani corporis, Dæmon autem in quibuſdam humoribus internis, & ſic non repugnat, ambo in eodem ſtare loco.

Quomodo Dæm & anima ſtant in eodem corpore.

Stant igitur ſine repugnantia ſimul, & ſemel in eodẽ corpore, quinimò Dæmon ipſum corpus illa præſente vexat, & torquet, ſed nõ ceſſat etiam animas vexare ſæpiſſimè, nõ eis illabẽdo, quoniam illabi ſolius Dei eſt proprium, ſed malas immittendo cogitationes in eis, non tamen per formalem modum immiſſionis, quia ſolus Deus, ſicut eſt principale agens, ita eſt primarius (vt ita dicam) immittẽs, vt peroptimè concludit Seraph. Doct. vbi ſupra. Sed ſicut callidus, & aſtutus ſuggeſtor, & excitator poteſt immittere, ſuggerere, & excitare animos, ad aliquod malum agẽdum, ſicuti dicitur apud Ioãn. 14. quod *Diabolus miſit in cor Iudæ, vt traderet &c.* & D. Gregorius, in moralibus dicebat: *Maligni ſpiritus in cordibus malorũ cogitationes prauas immittere nõ deſiſtũt*, ita in hoc ſenſu .ſ. ſuggeſtionis, & ob id nõ repugnat hæc ſententia illi, quæ eſt apud Bernardum, quod *Diabolus nõ eſt malarum immiſſor cogitationũ*, hoc eſt eo modo, quo immittit Deus. Vltra poteſt dubitari, an poſſint nos compellere ad illas recipiendas cogitationes prauas, quas ſæpiſſimè offerunt. Reſpondet Doctor Seraph. quod nõn, & eſt ratio, quoniam noſtram non poteſt voluntatem cogere, cum ſui natura ſit maximè libera, & licet malas quadere cogitationes non poſſimus, ſi tamen non aſſentimus, non peccamus, quoniam peccatum ideò eſt peccatum, quia voluntarium, hoc eſt, quia voluntate aſſentimus ad malum agendum, nobis à Dæmone cogitatione oblatum, &c. Mittit igitur ſic Diabolus in animis noſtris cogitationes malas, ſed nos ad eis conſentiendum cogere minimè valet. Sed occurrit alia inſignis dubitatio, an .ſ. poſſit, quandoq; Diabolus bonas immittere, quæ tamen ad malum tendant finem, ſecundum quod eius intentio ſemper eſt mala.

Quomodo Dæm. torquent non ſolũ corpora, ſed animas hom.

Ioan. 14.

D. Greg. in moral.

Dubium.

Solutio.

Quomodo Dæm. non poteſt noſtras volũtates cogere.

Inſignis dubitatio.

Reſpondet Alexander Alenſis, ad hanc dubitationem ſoluendam, pulcherrimam afferendo diſtinctionem. Dicit igitur Doctor irrefragabilis, quod immittere cogitationes de bono, quod quidem ſit neceſſitatis, & præcepti ad agendum, eſt ſolius Dei, & non alterius, puta cogitare, quomodo poteſt quis obedire mandatis eius, & Eccleſiæ, ſed immittere cogitationes de bono erogationis, vel perfectionis, quandoq; ſpectat ad Deum, &

2. par. ſum. ma.

Quom. ad diuerſos ſines immittant Deus, & Dem. cogitat. in cor hominis.

& quandoq; ab ipſo Dæmone venit, vti ingredi Religionem, ieiunare, & ſimilia, ad quæ non tenetur quis ex vi præcepti. Hæc nimirum Dæmon poteſt ſuggerere alicui Dei permiſſu, propter illius peccatum, vt. ſ. decipiatur homo, vt in periculum ruat, vel apoſtaſiæ, vel amentiæ, ex auſteritate pœnitentiæ, &c. En quomodo bonas quandoq; immittit cogitationes, ſed prauas directo fini.

Eſt tamen animaduertēdum, quod id rarò agit Dæmon, ſæpiſſimè verò è contra, malas immittit, quoniam ipſe totus eſt malus, & nō modo malas immittit cogitationes, ſed etiam malas affectiones, in humanam valet imprimere voluntatem, ſicuti probatiſſimi affirmant Doctores, pariterq; Sanctiſſimi Thomas, & Bonauentura. Nam propriè dicuntur Dæmones incenſſores malarum cōcupiſcentiarum apud Patres. D. Gregorius dicit præciſè, quod Diabolus habet excitare ſtimulum concupiſcentiæ carnis, & D. Auguſt. dicit cum eo, quod & hunc hominem, & hanc mulierem non ceſſat incendere, quod eſt intelligendum de igne concupiſcentiæ carnalis; quam etiam, ex impreſſione Sathanica, accidiſſe D. Paulo, ac alijs quampluribus, legimus, & in eius concionibus, & etiam alibi.

2. ſent. diſt.

Super Iob. 8.

Huiuſcemodi tamē dicta horum grauiſſimorum Patrum ſunt intelligēda (dicunt Scotiſtæ) diſpoſitiuè, hoc eſt, quod diſponant homines ad hoc agendum. ſ. pabulum miniſtrando, hoc eſt offerēdo malum concupiſcentiam, faciendo ferueſcere ſanguinem, vt anima prouocetur, & ad concupiſcendum diſponatur; non autem ſunt intelligenda, quod in voluntatem hominis valeāt imprimere efficaciter hęc omnia, quoniam libertas voluntatis noſtræ è medio omninò tolleretur, quę quidem eſt re vera pænitus ſuorum actuum Domina, & non cogitur ab obiecto, ſicuti cogitur intellectus Dæmonis. Nec diſpoſitio prædicta aliquā habet efficaciā, niſi homo tribuat ei vigorem ex negligentia, & conſenſu, vnde licet etiam Dæmones imprimant malas cogitationes, & concupiſcentias in phantaſiā, tamen non in ipſum intellectum, igitur non cogitur per conſenſum acceptare.

Guillelm. & Scotell. ...

Quom. poſſunt imprimere, & nō imprim. malas cogitat. in anima noſtra.

Hæ ſunt tandem operationes, quas poſſunt Dæmones exercere, hæc ſunt admirabilia, quæ valent agere, & intus, & extra nos. Reſtat modo, pro complemēto iſtius libri, varia declarare nomina, quibus in ſacris litteris variè denominantur.

Quomodo Dæmones in ſacris litteris, tùm veteris, tùm nouæ legis, varijs nominibus explicentur.

Dæmones, iam diximus, fuiſſe Angelos apoſtatas, qui è cœlo eiecti fuerunt, propter eorum elationem, quamobrem, ſicuti ex eorū officijs dicti ſunt Angeli lucis ante peccatum, poſt ipſum iure appellati ſunt Angeli tenebrarum, qui tamen remanſerunt, eandem obtinuerunt denominationē. ſ. Angeli lucis, qui verò peccatum elationis commiſerunt, Angeli tenebrarum, quorum caput (vt iam diximus) eſt Lucifer, ſic dictus, propter eius eximiam pulchritudinē ante lapſum, poſt verò dictus eſt Diabolus, hoc eſt defluens, quia defluit, vel corruit, vel melius dictus eſt Diabolus, ſecundum Gręcam denominationem, quę interpretatur clauſus ergaſtulo, eò quia clauſus eſt in determinato loco per æterna ſæcula, vel quia eius potentia clauſa eſt, hoc eſt abbreuiata, quoniam non valet tantum nocere, quantum vellet, ſi poſſet: Vel tandem dictus eſt Diabolus, ſecundum proximiorem ethimologiam vocabuli a Dia, quod eſt duo, & Bolus, quod eſt morſellus, quia duo occidere nititur corpus vexando, & torquendo, & animam eadem ratione opprimendo.

Qui Angeli lucis, & qui tenebrarum.

Quare Lucifer ſic appellatus.

Quare Diabolus.

Dicitur etiam Dęmon, hoc eſt ſanguineus. ſ. propter peccatum, vel melius Syrico idiomate dicitur Dæmon, quaſi Dimon, à diuitijs, & Mammon, qui eadem lingua dicitur diues, quia forſan ipſe ha-

Quare dicitur Dęmon.

bet omnem facultatem, ſuper omnes diuitias mundi, vel per cõtrarium ſenſum, Dæmon, qui omnibus ſpritualibus diuitijs deſtitutus, & pauperrimus euaſit.

Quare Belzebub. Dicitur itidem Belzebub, hoc eſt Dominus muſcarum .ſ. animarum, quæ veluti muſcę ab eo facillimè capiuntur, ſicuti capi ſolent ſæpiſſimè illa parua animalia, lacte, auro, pigmento admixto.

Quare Belial. Dicitur etiam Belial, hoc eſt abſq; iugo, & abſq; Domino, ſed melius dici debet abſq; fręno, quoniã pro viribus cõtra illum pugnat, cui debet eſſe ſubiectus.

Quare Sathan. Dicitur Sathanas, hoc eſt aduerſarius, quoniam ſemper bonis, ac ſanctis aduerſatur operibus fidelium, & ſemper corda recta, in Deum directa, falſis cogitationibus, & aduerſis ſuggeſtionibus perturbat, & ab eo quærit auertere.

Quare Behemoth. Dicitur Behemoth, hoc eſt beſtia, ab effectu, quoniam homines ſuis ſuaſionibus reddit beſtiales, dum vſum eis offuſcat rationis, itaut non poſſint, quæ recta ſunt, rationabiliter facere, ſed veluti beſtiæ ab eo ducuntur.

Quare Leuiathan. Dicitur Leuiathan, hoc eſt additamentum ijs, qui peccata ſuper peccata frequentiſſimè cumulant, nam ipſe additando eis mala ſub ſpecie boni, facit, quod illa inſequantur, amplectantur, & mala malis adiungant, donec in mortem incidant, & his grauati, in infernum detrudantur, & ibi in æternum puniantur.

Hæc ſunt nomina, quibus communiter ſolet Angelus tenebrarum appellari. Sed alia itidem nomina huic à ſacris litteris imponũtur, quæ tamen magis communia videntur, ſicuti inimicus, quo nomine frequẽtiſſimè vtitur Pſaltes, vt *Perfeciſti laudem propter inimicos meos.* (Pſal. 8.) &: *Vſq; quo exaltabitur inimicus meus?* (Pſal. 12.) *Qui tribulant me, inimici mei,* (Pſal. 26.) & ſimilia, quæ in ipſo Pſalterio clarè leguntur. Dicitur iure inimicus, propter inimicitiam, quam poſuit in exordio mũdi, inter Deum, & hominem, & propter illam, quam vſq; modo, & cum ipſo Deo, & cum hominibus ſeruat.

Dicitur Princeps, à principatu Tyrannico, quo gaudet in mundo, & in Inferno. *Nunc Princeps huius mundi eijcetur foras:* Dicebat Chriſtus Dominus apud Ioãnem 12. quando illum expellere voluit: *Attollite portas Principes veſtras.* quando aperuit Limbum, vt Sanctos extraheret Patres, *In Belzebub Principe Dæmoniorũ.* & cætera multa, quæ breuitatis gratia prætereo. (Ioan. 12. Luc. 11.)

Dicitur aliquando Miniſter, à Miniſterio diuinæ iuſtitię, vt apud Matth. 5. vt *Iudex tradet te miniſtro;* (Matth. 5.)

Quare Aquila. Aliquando Aquila, quoniam ſemper ad inſtar Aquilę, roſtro, & vnguibus paratus eſt peccatores lacerare, ac dilaniare acriter, vt Prou. 30. *Comedant eum filij Aquilæ.* (Prou. 30.)

Quare Bos. Iob 40. Quandoq; appellatur Bos, vt *Fænum, quaſi Bos comedet.*

Quare Leo. Pſal. 7. Quandoq; appellatur Leo, *Ne quando rapiat vt Leo animam meam.* &: *Quaſi Leo in ſpelunca ſua.* & ſimil.

Quare Aſpis. Iſaia 11. Aliquando Aſpis, vt apud Iſaiam: *Super foramina aſpidis,* &c. & in Pſal. *Super Aſpidem & Baſiliſcum,* &c.

Quare Serpens. Aliquando Serpens, eò quia formam, tentando primos Parentes, Serpentis aſſumpſit, vnde Apoc. appellatur, *Serpens antiquus,* hac de cauſa. (Apoc. 12.)

Quare Draco. Pſal. 90. Aliquando Draco, vt *Conculcabis Leonem, & Draconem.*

Quare Aquilo. Quandoq; dicitur Aquilo, *A quo panditur omne malum.* & in hoc nimirum ſenſu aſſumit Iſaias hoc nomen (aſſertore Abulenſe) ſicut etiam Pſaltes. *Aquilonem, & mare tu creaſti.* (Pſal. 88.)

Quare Rex. Dicitur etiã multoties Rex malorum .ſ. ſuper quos, dicit Gregorius Sanctus, *Sceptrum ſuſtinet indiſcretum, & infame,* vt *Ipſe eſt Rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ.* (Iob 41.)

Quare Angelus malus. Dicitur tandem Angelus malus, quod nomen ratione officij ſibi re vera competit, quoniam malorum eſt denuntiator peſſimus, quinimò effector iniquiſſimus, qui ſemper mala cogitat, ſuadet, efficit, & molitur.

Innumeris alijs nominibus ſolet nun-

cu-

ſuperi Dæmon, quæ nullo ſuperiuta-dicum aſſerere duco. Hæc igitur ſufficiant compendioſa breuitate dicta .ſ. de eius natura, culpa, officio, nequitia, & exercitio. Iam reſtat videre, quid dicat Plato, & eius Aſſeclæ, de hac ſpirituali natura, de qua multa dixerunt etiam, non ſolum tota antiqua ſapiĕtia, ſed omnes vetuſti, & neotherici Academici.

Excuſatio Auctoris. Eſt tamen animaduertendum, quod in hoc libro multa diximus de hac (licet per compendium) ad maiorem illius expreſſionem; & vberiorem declarationĕ, quam neceſſitas comparationis cogeret, cũ Platonicis rebus; & hoc iure fecimus, ne nimis ſterilis remaneret tractatio in doctrina Chriſtiana, reſpectu Platonicę tractationis. Hæc igitur legantur propter breuem, ſed claram notitiam iſtius naturæ, ab his, qui mediocriter, vel parum, ſunt verſati in Theologia noſtra, & illa obſeruĕtur ab eiſdem, in quibus apparent conſenſio, vel diſſonantia, inter noſtra, & Platonica dogmata.

Finis Quartidecimi Libri.

CHRISTIANÆ THEOLOGIAE

Cum Platonica Comparationis,

LIBER QVINTVSDECIMVS

In quo vniuerſa Dæmonum natura, ſecundum Platonis, & Platonicorum Doctrinam, clarè explicatur.

CVM de Angelis, ſecundum Platonis ſententiam, verba fecerimus, multa de Dęmonum natura etiā diximus, ſecundum quod hoc nomen latiſſimè in eius doctrina vſurpatur Propterea quod, ſolet hoc nomen in ea omnibus ſubſtantijs incorporeis adaptari, incipiendo à Deo, vſq; ad animas noſtras, & hac de cauſa primò Orphæus, vetuſtiſſimus Vates, & gentilitatis Theologus Iouem appellauit Dæmonem, quod non eſt mirandum, cum hæc vox deducatur à verbo græco, δαίμω, quod ſcire interpretatur, nā, communi omnium conſenſu, ſolus Deus dicitur re vera ſapiens, homo verò (vt peroptimè correxit olim Pythagoras) φιλόσοφος, hoc eſt ſapientiæ amator, non autē ſciens, vel ſapiens, vt ſibi falſo arrogarunt Græci ſapientes, de quibus mentionem facit Plato in Protagora, & Cicero in Tuſculanis quæſtionibus. Eſt igitur hoc nomen, Deo ex natura conueniens, etiam auctoritate Ariſt. & vetuſtiſſimi Theologi Orphęi, qui ſic illum canendo appellat:

Deus Dæm. dictus ab Orphæo, & quare.

Imperium Dæmonq; vnus, mundiq; ingens Rex.

Dij minores etiam, qui Angeli ſunt (vt ſuo loco oſtenſum eſt) quandoq; ab codē, & ab alijs, poſt ipſum, Dęmones nuncupati ſunt, etiam de mēte Philonis Hebręorum doctiſſimi, & ſunt ij, quos Plato appellat pluribus in locis, (vt vidim⁹) modo minores Deos, modo Dæmones, qui legatorum Dei, & eiuſdem interpretum funguntur officio, quoniam inter ipſum Deum, & homines interiacent, & Deo humana referūt, hominibuſq; diuina patefaciūt, oblationes, ſacrificia, preceſq; tandem Deo ipſi offerunt, quod eſſe Angelorum bonorum proprium, & peculiare munus, ſuis locis concluſimus.

Dij minor. Dæmon eſt dicti à Phil. Plat.

Poſt Deos minores, quandoq; ſic Dęmones appellatos, ſequuntur illi, qui Dęmones propriè & iurè dicuntur, ſecundū quod communiter appellātur à vulgaribus, & ſunt habitatores aereæ regionis, de quibus hic agendi principaliter onus ſuſcipimus. Poſt hos autem, animæ noſtræ ſæpè Dæmones appellantur, & in hoc ſenſu Heſiodus vetuſtiſſimus Vates, animas hominum Illuſtrium, corporibus exutas, nuncupauit Dæmones, prout refert Plato ipſe in Cratylo, quæ tamen ab alijs Platonis ſequacibus dicuntur Dæmones aduenæ.

Spiritus regionis aereæ propriè dicūtur Dæmones.

Heſiodus animas noſtras Dæm. appellat ſecundū Plat.

Sed his omnibus relictis, de quibus ſuis locis egimus, & alijs à Poetis olim decantatis, quos Marcianus Capella diſtinguit in Panes, Syluanos, Nymphas,

De ſept. ar. lib. libert.

Phau-

Phaunos, Satyros, &c. quos vti Poeticos, & fabuloſos omittimus, ſolummodo de his poteſtatibus hic agere eſt noſtra intentio, qui aeream incolunt regionem, & re vera nomen Dæmonũ videntur mereri, ſecundum quod paſſim fama vagatur inter mortales. Nam ſuperiores omnes non Dæmones apud non ignobiles Academicos iure appellantur, ſed potiùs methaphoricè dici poſſunt Dæmones. Verę igitur aereę poteſtates, veriq; ſpiritus, poſt Deum primum, ſecundoſq; Deos minores, iure ſint dicti Dæmones, & de his, fœlicibus auſpicijs, agemus. Et ad hoc, vt ordinatè procedamus.

Primò, inueſtigabimus more noſtro, An ſint. *Modo ſeruā... in lib.*

Secundò, Quid ſint.

Tertiò, In quot ordines ſint diſtributi.

Quartò, An omnes ſint natura boni, vel quidam mali.

Quintò, Dato, quod mali dentur, authoritate Platonis: An natura, vel culpa dicantur mali, quod eſt per accidens.

Sextò, quæ ſint munera, & dotes tùm bonorum, tùm malorum Dæmonum.

Septimò demum, Quid ſignificet hoc nomen Dæmon, & an alia ſortiatur, nomina hæc natura in Accademica doctrina, quæ omnia more noſtro breui, & clara concludemus Epitoma.

An dentur Dæmones in rerum natura, ſecundum vniuerſam Philoſophorum doctrinam.

Quoniã Peripat. negāt Dæm. eſſe.

QVantum ad primum, Peripatetici omnes, cum præceptore, auſi ſunt negare Dæmones reperiri, nam ex Ariſtotele elicitur, quod non *12. Metaph.* poteſt hæc natura intelligi, neq; coniuncta corpori, neq; ab eo abiuncta, non coniuncta, quoniam nulla admittitur Intelligentia, quæ non ſit forma alicuius corporis, vel aſſiſtens, vt intelligentiæ cœleſtes, vel informans vt animę noſtrę, quę, ſuis præditæ corporibus, facilè conſpiciuntur, ſed, faciliori methodo procedendo, dicamus, cum vniuerſa ſecta horum Philoſophantium, quod nec ratione ſubſtantię, nec ratione informationis alicuius corporis, nec demùm ratione loci, in Philoſophia Peripatetica inueniuntur, quinimò, nec ad vniuerſi decorem, nec demum ad operationes rerum obeundas. *Iuſſiones de Dæmonibus.*

Non ratione ſubſtantiæ, quoniam ſi ſunt ſubſtantia, vel hæc eſt corporea, vel incorporea, ſi corporea, vel corpora eorum ſunt mixta, vel ſimplicia, non mixta, quoniam talia minimè reperiuntur, præter elementata, non ſimplicia, quoniam, præter ea, quæ habentur in his inferioribus, nulla alia inueniri, & probari poſſunt via naturali. Non incorporea ſubſtantia etiam poſſunt dici, quoniã eſſent intelligentiæ, vel ſeparatæ, vel complicatæ, ſeparatæ, vt cœleſtes, vitam ducentes in ſempiterno æuo, quę tamen facilè non admittuntur in Ariſtotelica Philoſophia, non adiunctæ, ſiue complicatæ, quoniam ſic eſſent adiunctæ corpori incorruptibili, & ſic eſſent intelligentię, cęleſtium orbium motrices, vel corruptibili, & ſic eſſent animę humanę, quod eſt non modo negatum à Peripatetico, ſed nec etiam excogitatum. *Dæm. non ſunt ratione ſubſtātię ſecundū Peripat.*

Per hoc facilè poteſt concludi etiam, quod nec ratione informationis alicuius corporis debent admitti in hac doctrina Dęmones, quoniam nulli intelligentię, quę incorporea ſui natura eſt, datur, qd poſſit informare niſi corpus, vel ęternum vel caducum, ſi informat ęternum, eſt ſubſtãtia ipſa, ſiue intelligẽtia cęleſtis, ſi caducum, eſt anima noſtra, & hęc entia incorporea nullo modo in hac via dicuntur Dæmones. *Dæm. non ſunt ratione informationis corporis ſecundū eoſdem.*

Nec admittuntur ratione loci, in quo habitant, quoniam Ariſtot. & totus Peripateticorum conuentus, in terra, & aqua dumtaxat, volunt, animantia habitare, vt patet 4. Metheor. in aere autem, & igne omninò negant, & ſi fortè fortuna, in aere, & igne requirſitur animãlia, iuxta rectam partium diuiſionem, *Dæm. non ſunt ratione loci eorū patroni.* *4. Metheor.*

dic

dicerent, quod ibi ſufficit aues habitare, ſicuti in igne reperiri vermiculos, & auiculas quaſdam alatas. Quod autem in his duobus elementis poſſint habitare animalia omninò aerea, vel ignea, pro viribus negat Philoſophus primo de Hiſtoria animaliũ, vt latè videbimus lib. ſequẽti.

3. de hiſtor. animal.

Nõ ſunt ad operat. rerũ perficiẽdas.

Tandem cõcluditur etiam, quod Dæmones non ſint, ſecundum hanc doctrinam, ad vniuerſi decorem, quoniã non ſunt entia multiplicanda ſine neceſſitate, ſed ſufficiunt pro decore vniuerſi quæ diximus .ſ. intelligentiæ omnes ſuperiores cœlorum, & inferiores animæ noſtræ. Nec ad operationes rerum perficiendas, quoniam hac de cauſa, ſatis eſſe poſſunt cauſæ ſecundæ, nempè corpora cæleſtia, ſol, ſydera, &c. quæ motu, lumine, & calore, quin & influxibus, agere poſſunt quicquid fieri debet in vniuerſo.

Hę ſunt rationes, & fundamenta, quibus communiter vtuntur Peripatetici, de mente Præceptoris, ad deſtruendos Dæmones, dicentes, quod ſi aliquid de ipſis aliquãdo obiter dicit, hoc ipſum, volunt, dicere Ariſtotelem, vel per Methaphoram, vt quando naturam appellat Dæmonicam, vel ſecũdum communem conſenſum, vt quando diuidit ſubſtantiam, .ſ. metaph. ſices, & ſecundum vnum diuiſionis membrum, enumerat Dæmones, quæ etiam poſſunt intelligi pro ſubſtantia diuinorum, vel alio demùm modo intelligi vult, quã, quod re vera reperiantur Dæmones.

Lib. de diuinat. Met. & problem.

Hęc adducere voluimus, quæ tamen ad principale propoſitũ comparationis non pertinent, & hoc fecimus, vt magis iſtius materiæ appareat veritas, nonmodo ex ſimplicibus cõfeſſionibus aliorum Philoſophorum credita, ſed eorum rationibus ſoliđiſſimis probata, vt paulò infra patebit.

Miror profectò, quomodo Ariſt. & cum eo tota Peripateticorum ſchola hãc veritatem de Dæm. impugnent, cum ipſa paſſim per vniuerſum orbem, penes cunctos Philoſophos, & ſapientes ſemper vagata ſit, vt latè videbimus in progreſſu, & cũ ipſam aliquo modo admiſerit, licet perobſcurè de ea locutus ſit, non ſolum in ſuperioribus locis, ſed etiam lib. de Reſpiratione, necnon 3. de Generatione animalium, cap. 11. diuidendo, ac tandem in Problem.

Lib. de reſpiratione. 3. de gener. animal. cap. 11.

Sed forſan ceſſabit admiratio, ſi conſiderare voluerimus, ipſum ſæpè, in quibus fuit anceps, & dubius, ita diutilo, & obſcuro dicendi genere vti, vt non poſſet facilè percipi, quæ ſit vera, & abſoluta eius intentio, ſicuti etiam de animorum immortalitate dici poteſt, de qua, peius cæteris Philoſophis, philoſophatũ eſſe, non ignobiles fatentur auctores, & Græci, & Latini. At quoniam in hac re etiam fuit dubius, ideò de hac peius, quam cæteri ante ipſum, & poſt, philoſophatus eſt; ſed de his hactenus, cũ noſtra intentio non ſit comparare Ariſt. cum Platone, & cum alijs ſapientibus, ſed cum noſtratibus Theologis, ipſum Platonem, & veteres Philoſophos.

Ariſtot. fuit dubius in Dæm.

Quod ſint Dæmones, non ſolum ſecundum Platonis, & Platonicorum doctrinam, ſed ſecundum vniuerſam veterum ſapientum catervam.

PLato, & Platonici exaduerſo vnanimiter, & equali voto, totius veteris ſapientiæ auctoritate freti, & docuerunt, & probauerunt, hanc reperiri naturam, mediã inter cæleſtes intelligentias, & animas humanas. Ante Platonem primus inter Aegyptios Theologos, Mercurius Teſmaximus, in Pimandro, & alibi, Dæmones eſſe, apertè teſtatus eſt. Secundus Heſiodus, celeberrimus, & vates, & Theologus. Tertius Orphæus, qui amorem magnum appellat Dæmonẽ, & cæteros Deos paruos, Dæmones ſecundos appellat. Poſt Platonem, ex ſua familia, Ammonius Saccus, Plotinus, Iamblicus, & Porphyrius, ex Academia Aegyptia, Proclus, Calcidius.

Platonici veteres admiſere Dæmones.

dius, Apuleius, & Pſellus eoſdem & probant, & docent, quinimò & Peripatetici multi cum eis aſſentire videtur, vt Theophraſtus Ariſt. diſcipulus, & conſobrinus, Ammonius, Hermes, Philoponus, & Simplicius inter Græcos, Auicenna, Algazel, & alij inter Arabes, vnde ſi auctoritatibus eſſet pugnandum, circa eſſe iſtius naturæ Dæmoniacæ, nulli dubium eſt, quod victoria Platonicis ſtaret.

Multi Peripat. teneant Dam. eſſe.

At relictis auctoritatibus, quas non videtur leuiter admittere Scioli quidam Peripatetici, rationes in medium adducamus, quibus hæc veritas, cunctis ingenio deprauatis, patefieri poteſt, & primo demonſtrandum eſt, Dæmones eſſe argumento inſigni, ex principijs etiã Ariſtotelicis petito, lib. de cœlo. Ariſt. igitur volens oſtendere elementa quaterno numero reſtringi, hoc vtitur medio .ſ. quod ſi extrema ſunt in natura, neceſſe eſt ex conſequenti medium eſſe: & nos hoc ſumpto fundamento, ſic dicamus. Extrema corpora reperiuntur in rerum natura, igitur & media: probatur. Corpora diuina, & impaſſibilia ſunt, vt cœleſtia, & corpora caduca, & paſſibilia, vt noſtra, & cætera, igitur media reperiuntur .ſ. Dæmones, quorum corpora, ſecundum alterum reſpectum, ſunt paſſibilia, ſecundum verò alterum æterna.

Lib. de cœlo.

Argum pro hac confeſſione.

Hoc argumẽtum hypoteticum, à poſitione antecedentis, ad poſitionem conſequentis, eſt commune pluri us Platonicis, doctrina excellentiſſimis, nempè Calcidio in Timœo, Apuleio de Deo Socratis, Iamblico de Myſterijs, Porphyrio de occaſionibus, & Pſello de Dæmonibus, ex quo facilè concludi poteſt, Dæmones eſſe, igitur hac ratione primò ſint Dæmones, quia non eſt, cur dubitetur, prout affirmat ex Neothericis Niphus, Sueſſanus Peripateticus.

Calcid. in Timeo Iamblic. de Myſt. Porphyr. de occaſion. Pſell. de Dæmon.

Alia perſuaſione vti poſſumus, ad affirmandum Dæmones eſſe, & eſt talis. In cœlo reperiuntur intelligentię merè ſpirituales, nulli prorſus corpori admixtæ, in terra aliæ exiſtũt corporibus admixtis coniunctę, vt animę humanę .ſ. ſi ſunt in his duobus extremis tales ſubſtantię, facilè admitti poteſt, quod in medio .ſ. aere, & igne, alię reperiantur, quæ neq; omninò abſq; corpore ſint, neq; corpori mixto coniunctę, & iſtę ſunt Dęmones, qui corpore ſunt aerei, & idem elementum habitant, ſecundum quod Platonicę concludunt rationes, quod perſpicuè videbimus infra in ſuis diffinitionibus: hac igitur ratione Dæmones etiam eſſe concludere poſſumus.

2. argum. probãs Dæmones eſſe.

Tertiò ſic etiã poteſt hęc veritas perſuaderi, & probari doctrina, & auctoritate Lucij Apulei, in familia Platonica magni, etiam ex conſenſu D. Auguſtini. Vnumquodq; elementum debet eſſe aliquibus animantibus prędituum, vt terra terrenis, aqua piſcibus, ęther ſtellis, quę poſſunt dici animalia diuina in via Academica, igitur & aer elementum medium debet eſſe aliquo genere animalium plenum, at ibi non debet eſſe animaliũ quorumdam defectus, igitur Dęmones ſunt incolę, & habitatores perennes illius elementi. Hoc argumentum Apulei, dicitur argumentum ex hypoteſi .ſ. ſtante Platonis ipſius poſitione, hac igitur ratione etiam Dęmones ſunt.

3. argumẽt. probãs Dæmones eſſe ex Apuleio.

Nec obſtat, quod ex hac ſupppoſitione, dici poteſt, quod hoc elemẽtum, non eſt ſuis animantibus deſtitutum, cum habeat auiculas, quę eo vtuntur, tanquam loco peculiari, & proprio, quoniam illicò diceret Apuleius, quod aues non dicuntur animantia aerea verè, & propriè, ſed terrena, cum vltra primam aeris regionem, non extollantur, & cum pari modo, victum non quærant in eo, nec nidificare valeant, nec (...)ſtere diutiùs in eo poſſunt, propter eorũ terreſtreitatem, & grauitatem.

Cur autem non dicantur animalia aerea.

Quartò itidem probari poteſt Dæmones eſſe, ex ordine, quem habent partes mundi ad inuicem, aſcendendo à terra vſque ad cœlum: In centro vniuerſi ſita eſt terra, omnium elementorum grauiſſima, & hæc prædita eſt animantibus,

4. argumẽt. probãs Dæmones eſſe.

patti-

participantibus, & grauitatem, & conditionem magis terream. Sequitur aqua, quæ eſt plena animantibus participantibus naturam, & conditionem eiuſdem, hanc ſequitur aer, qui debet eſſe repletus animantibus, quæ participant eius conditionem, & naturam, at iſta non poſſunt eſſe aues, ſecundum perſuaſionem, & probationẽ Apuleij, igitur ſunt Dæmones, animantia conditionem, & naturam aeream participantia, igitur hac ratione ſunt Dæmones.

5. argumẽt. probãs Dæmones eſſe.

Alia ratione poteſt perſuaderi, Dæmones eſſe, homo, cum ſit in hoc oſtreaceo vehiculo detruſus, quod quidem eſt veluti Ergaſtulum, multum videtur diſtare à Deo, qui cacumine cœli vtitur pro habitaculo, vnde pro ligamine neceſſe eſt aliquam naturam mediam intereſſe, quæ veluti extrema connectat, & conciliet, & iſta eſt natura Dæmonica, quæ aerem medium inter cœlum, & terrã habitat, & perſpicacitate ingenij, corporis tenuitate, actionum celeritate, & alijs conditionibus, quibus pollet natura Dæmonica aptiſſimè mediat; hac ratione etiam concluditur Dæmones eſſe.

6. argumẽt. probãs Dæmones eſſe.

Ad decorẽ etiam vniuerſi, & ad eiuſdem prouidentiam, debent neceſſariò Dæmones ſupponi, & admitti: ad decorem, inquam, cum mundus totus, debeat eſſe ſpecierum quarumcunque repletus, nõ debet aliqua eius pars, ſuis eſſe deſtituta ſpeciebus, at aer ſic eſſet, tanquam pars mundi nobilis, ſi ſuas non haberet ſpecies, igitur has habet, ne pars nobilis deſeratur inanis, & vacua, at ſuas habet terra pro conditione, & natura, & ſuas aqua, vt vidimus, igitur & ſuas aer, & hæ ſunt Dæmonum turmæ, quæ in eo vitam degunt, actiones exercent, ad nutum ſupramundani opificis, igitur hac ratione Dæmones ſunt.

7. argumẽt. probãs Dæmones eſſe.

Eadem ratione prouidentiæ æternæ, neceſſariò debent ſupponi, nam cum ratio expoſtulet, Deum curam vniuerſalem totius mundi habere, tanquam principium vniuerſi, mentem eius imparticipatam, curam, & officium prouidendi ſpecierum diſtinctam, igitur debet aliqua alia natura dari media, cuius curæ ſit prouidere partibus ceteris, & iſta eſt natura Dæmonica, quę ſicuti Dei eſt dirigere, & imperare, ita eiuſdem eſt exequi mandata, & eadem pro viribus perficere, tanquam eiuſdem miniſtra in vniuerſo, igitur hac alia ratione dantur Dęmones.

Dæm. eſſe cadit ſub ſẽſu.

Sed ad quid eſt circa hoc immorandum? ad quid conamur oſtẽdere ea, quę ferè ſenſibus patet? narrant hiſtoriæ vetuſtiſſimæ, ſenſus confirmant, Philoſophi grauiſſimi oſtẽdunt, liquidò Dæmones eſſe. Nam auditus eorum loquelam, tanquam ſuum obiectum, multoties ſenſit, ante Aduentum Chriſti Domini, quando in Idolis reſponſa dabãt petentibus, prout vnanimi conſenſu, fatentur multi Philoſophi Platonis ſequaces, & prӕſertim Porphyrius, & Plutarchus, quibus multa fides eſt adhibenda, tùm in re philoſophica, tùm in veritate hiſtorica: & hoc probant Magi, non modò per ſtatuas, & circulos fieri, ſed etiam per eaſdem hiſtorias, & Græcorum, & Romanorum.

Ex atteſtatione Magorum probatur Dæm. eſſe.

Iidem Magi confirmant, Dæmones non ſolum loquelam ſenſibilem ædere poſſe, ſed etiam obſcura patefacere & occulta reuelare multoties, nam per ſuos circulos, & imagines, dicunt ſæpiſſimè petentibus eos reuelaſſe Theſauros, ſubiungunt tanquam verum, & indubitatum, quod pręter hęc etiam multas potuere doctrinas, & ſcientias homines edocere, diuinas, naturales, & morales, necnon ſomnia interpretari, & alia ſimilia agere, quę homo nequaquam viribus naturalibus efficere eſſet ſufficiens.

Ex traditiones ſcientiarum probatur Dæm. eſſe.

Poſſunt ſua corpora mouere, & alia ab eis aſſumpta, & ex illo motu ſeipſos manifeſtare intuentibus, adeò quod etiam non modò auditui ſe ſe offerre poſſunt, ſed etiam viſui, ſenſuum omnium nobiliſſimo ſe præbere: quid igitur eſt dicendum de eſſe eorum? niſi quod re ve-

Ex motu proprio, & aliẽ.

ra ſunt in natura, & quod imbecillitas eſt intellectus, eoſdem negare, & damnare tanquam nugas, & chimeras, vanas, & fictas, prout Peripatetici, cũ Præceptore, perperam, moliri videntur.

Concluſio, quod Dæmones ſint.

Concludendum eſt igitur, Dæmones proculdubiò in rerum natura exiſtere, & eoſdem opera ſenſibilia exercere poſſe de facto; vt patet ex Magis ipſis, qui faciunt eos tanquam viſibilia corpora apparere, & eadem grauia, & mobilia adeò celeriter moueri, vt nec etiam cogitatio vix percipere poſſit, & ſic fidem facilè adhibere poterit ſenſibus, & ſic Dæmones fateri in via Platonica; licet in Peripatetica (vt diximus) abſq; iure negẽtur. Iſtæ probationes valent pro ſoluendis argumentis in contrarium allatis.

Ex his argumentis facillimè rationes Peripat. euertuntur.

Quid ſit Dæmon, ſecundum diffinitionem.

Dæm. diffinitio Calcidij.

QVid modo ſit Dæmon, dicamus. Communis diffinitio, quæ ſolet ferè ab omnibus vſurpari de Dæmonibus, eſt illa famoſa, quam affert Calcidius Platonis interpres magnus in Timęo .ſ. *Dæmon eſt animal rationale, immortale, paſſibile, ęthereum, diligẽtiam hominibus impartiens.* Hęc ſanè videtur eſſe eadem, ſiue coincidere cũ illa, quã affert Apuleius Platonicus de Dęmone Socratis, in vna dũtaxat particula videtur eſſe à Calcidio diſcors, quoniã, vbi ipſe dicit ętheream, Apuleius habet aereum, ſed facillimè poſſunt conciliari, ſi dicamus, quod pleriq; de Platonica familia indiſtinctè ſumunt ſępiſſimè pro ęthere duo elementa perſpicua .ſ. ignem, & aerem, vel forſitan, & melius diceremus, Calcidium voluiſſe facere mẽtionem de nobiliori parte, quam incolunt Dęmones, & de qua habent corporeas exuuias, cum tamen non excludat à diffinitione (vt par eſt credere) alios, quos diuidendo commemorat .ſ. aereos, & æthereos, qui licet terram incolant, non ob id terrei corporis eſſe dicuntur.

De Dæm. Socratis.

Apuleii, & Calcidii diſſenſio, & conciliatio in hac diffini.

Hęc diffinitio communis iſtis duobus Philoſophis, quæ propterea acceptatur à tota Academia Platonica, ſic de verbo ad verbum explicatur ab eodẽ Calcidio. *Animal* quidem dicitur, quoniam eſt anima corpore vtens, vt dicitur de homine apud Platonem in Alcib. 1. qui itidem dicitur anima rationalis corpore vtens, vt inſtrumento. Sed hìc ſe offert non leuis conſideratio, antequam vlterius procedamus, interpretari diffinitionem de mente Calcidij, & eſt; quare Plato, in Alcibiade, appellat hominem animam, & hic Calcidius appellat Dæmonem animal, cum Dæmon ſit nobilior natura homine in hac via; vtpotè ille, qui ſupra hominem, & infra Deum ab omnibus Platonicis collocatur? namq; ſi minus nobilem ſpiritum appellat animam magiſter, quare diſcipulus, magis nobilem appellat animal? Hæc difficultas, quæ remouetur à recẽtioribus Platonicis, iudicio meo, poteſt ſolui dicendo, quod Plato ibi conſiderauit melius hominem, non tanquam compoſitum ex anima, & corpore, ſed tanquam intelligentiam, & formam aſſiſtentem corpori, cui per inſinuationem deſcendit nõ perpetuam, ſed temporalem, & breuem, nam corpus eſt ſibi velut inſtrumentũ, in quo debet per exiguum temporis interuallum permanere, non autem eſt veluti pars eiuſdem eſſentialis, idcircò ipſum diffiniendo appellat animam. Dęmon verò ſecus ſe habet, nam ſuo corpori nõ modo aſſiſtit, ſed illud informat, quodammodo tanquam partẽ eſſentialem, à qua nunquam ſeparari poteſt, & cum qua ſempiternam ducit vitam.

Pulchra inquiſ. & eiuſdẽ ſolutio.

Difficultas, quæ oritur ex hac diffinit. & eiuſd. ſolutio.

Solutio diff.

Sed ex hac noua emergit conſideratio & difficultas, quomodo igitur dicuntur communiter Dæmones aſſumere corpora, etiam aliquãdo in hac via, ſi ſunt hoc ſempiterno corpore prædita? Reſpondetur, quod vtiq; alia ſumere poſſunt peregrina, ſed tamen propria non amittunt ſua corpora, à quibus haud ſeparari poſſunt, ſunt tenuia, leuia, & inuiſibilia, ſed

Quom. ſuboritur alia difficultas.

quæ aſſumunt, ſunt craſſiora, grauiora, & quandoq; viſibilia, ſed de hoc latius infra ſuo loco.

Quare dicitur Dæmon animal immortale, & paſſibile, æthereū, &c.

Pergamus diffinitionem interpretari. Eſt Dæmon non ſolum animal, in hoc ſenſu, ſed *eſt animal rationale*, quia prudens (dicit Calcidius) qui vtitur actu rationis, & vſu pollet, dicimus nos cū omnibus Platonicis. *Immortale*, quouiam non mutat corpus, ſed ſemper in eo permanet, & cum eo viuit. Homo è contra dicitur animal rationale, ſed mortale .i. ex parte corporis, cuius quidem interire, proprium eſt. *Paſſibile* verò, qui conſulit, nam dilectus haberi non poteſt, ſine affectus perpeſſione. *Aethereum* itidē dicitur, vel à loco, quem inhabitat, vel à qualitate corporis, quo vtitur. *Diligentiam hominibus impartiens*, ſecundum Dei voluntatem, qui cuſtodes dedit, & mundo vniuerſo inferiori, & eiuſdē partibus. Hęc eſt diffinitio Calcidij, & eius ſincera expoſitio.

Quod diffinitio Dæm. habet requiſita verę diffinitionis.

Hæc diffinitio, ex cōfeſſione eiuſdem Philoſophi, poteſt competere etiam alijs Dæmonijs .ſ. aereis, cæteris verò ab ijs diuerſis minimè, propterea quod, ipſi ſunt magis occulti, & minus noti, & ob id non ita probabiles. Hæc itidem diffinitio, quā aliquas pati difficultates autumāt quidam ex Neothericis in via Platonica, mihi nequaquam dubia accidere poteſt, nam in ipſa inuenio requiſita ad veram diffinitionem .ſ. genus, & differentias. Dæmon dicitur animal, quod primò ſtat loco generis, quoniā animal eſt genericum quoddam, quod quidem omnes animalium ſpecies continet, & etiam Dæmones, qui animalia paſſim ab omnibus appellantur Platonicis, nam Porphyrius in hac doctrina excellentiſs. diffiniens hominem in Prædicabil. dixit ipſum eſſe animal rationale mortale, diſciplinæ capax, rationale, ad differentiam irrationalium, mortale verò ad differentiam immortalis .ſ. Dæmonis, qui re vera, ſecundum eundem, & alios nobiles Platonicos, dicitur animal immortale, ex eo, quod nō eſt morti obnoxium, neq; ex parte animæ, neq; ex parte corporis, vt dictum eſt. Paſſibile dicitur, quoniā animi paſſionibus eſt ſubiectum, nam poteſt triſtari, & dolere, varijſq; affici læſionibus, & hoc forſan, ad differentiam ſupernarum poteſtatum .ſ. Deorum minorum, qui ſemper Dei miniſterio aſſiſtunt. Dicitur æthereum à Calcidio, aereum ab Apuleio, à locis, in quibus habitare dicitur, & etiam à corporibus vti dictum eſt in expoſitione Calcidij.

In prædic. Porphyr.

Quare dicitur hominū curam habere Dæm.

Dicuntur demum Dæmones diligentiam hominibus impartire, quoniam tan quam cuſtodes vigiles hominibus dati ſunt, ſecūdum quod communiter tenent Platonici. Nā, ſicuti ſuperioribus poteſtatibus cura, & prouidētia cœlorū commiſſa eſt ab eo, qui vniuerſi curam gerit, ita his inferioribus poteſtatibus data eſt cura, & gubernatio mundi elementalis, & partium, in eo exiſtētium, & pręcipuè hominum, qui nobiliſſimę, & principales partes ſunt mundi inferioris: quare autem alij ad bonū hominis deſtinati ſūt, & quare ad malū alij eiuſdem, prout boni, & mali dicuntur, poſtea dicemus; hęc ſint dicta circa diffinitionē Calcidij, cōmuniter acceptatam à ſchola Platonica.

Curā mundi inferioris dicūtur habere Dæmo.

Secunda Dæmonis diffinitio, quæ eſt Ammelij.

Diffinitio Ammelij & eius declaratio.

ALiæ ſolent dari Dæmonis diffinitiones, ſeu potius deſcriptiones, à varijs Platonicis, vario modo, quę tamen non ita communiter acceptātur ab illis, qui diligenti calculo Platonis dogmata ponderant, inter quas eſt illa Ammelij, in hac familia nihilominus famoſi, qui dixit: *Dæmonem eſſe Deum errantem, ſub orbe Lunæ vagantem*. Hæc tamen diffinitio non eſt omninò (iudicio meo) ſpernenda, ſi intelligatur, prout intelligi debet, quod Dæmon ſit Deus nuncupatiuè, ad differentiam ſupremi Dei, qui eſſentialiter dicitur talis, *ſub orbe Lunæ vagans*, ad differentiam earū mentium

tium, quæ ſupra lunam degunt in cœlis, & ſemper diuino aſſiſtunt obſequio. Hi nimirum, ſub orbe lunæ dicuntur vagari, hoc eſt in ipſis elementis, in quibus habent domicilium æternum pro cuiuſcũq; natura, & conditione.

Tertia diffinitio Dæmonis, quæ eſt Procli Dyodochi.

Dæm. diffinitio ex Proclo.

PRoclus Lycius, cognomento Dyodochus, dixit, & non abſq; ratione. *Dæmonem eſſe eſſentiã, & naturam mediam, inter Deum, & hominem*; quæ natura media, & eſſentia ſic, iudicio meo, poteſt gloſſari, nempè, quod ſit eſſentia ſpiritualis ex ſe, ſed corporea; hoc eſt tenuiſſimo corpore prædita, quo vtitur tanquam vehiculo, medians inter Deum, & hominem, vel quo ad locum, in quo ſita eſt, vt elementa ſuperiora ſupra hominem, & infra Deum, vel medians ratione naturę, quæ non eſt merè ſpiritualis, vt natura Dei, & intelligentiarum cœleſtium, nec ita corporalis, vt eſt humana, ſed medio modo ſe habens; ſpiritualis (inquam) non tamen omninò pura ſpiritualitate, vt eſt illa Dei, & cœlicolarum, ſed corporalis corporeitate (vt ita dicam) tenui, leui, & penetrabili, vt patebit infra in vltima diffinitione.

Quarta Dæmonis diffinitio modernorum.

Diffinitio Franc. Picolom. & eiuſdem explanatio.

ALia datur Dæmonis diffinitio à Franciſco Piccolomineo, in Peripatetica Philoſophia Præceptore noſtro Colendiſs. qui in Regio Philoſophandi ritu iſtius tempeſtatis, eſt vir re vera laude magna, & admiratione digniſſimus, & eſt talis. *Dæmon eſt animus rationis, & mentis ſuper humanam conditionem particeps, tenui corpore vtens, Deorum famulus, pro diſtincta partium mũdi, ſub cœli poſitis cuſtodia*. Dicitur, *animus*, quoniam in diſtinctione animarum vniuerſi, ponuntur à Platonicis (& à Iamblico præſertim de myſterijs) animæ Dæmonicæ, hoc eſt Dæmones. Vel dicitur animus Dæmon (aſſertoribus Heſiodo, & Maximo Tyrio) quoniam Dæmones hominum probitate inſignium animæ ſunt, corporibus iam exutæ, ſed hac opinione, tanquam erronea demiſſa, dicamus nos, quod Dæmones paſſim appellantur mẽtes participatæ, promiſcuæ, & indiſtinctæ, in doctrina Platonica. Cętera, quę ponuntur in diffinitione hac, coincidunt cũ eis, quę in diffinitione Calcidij ſupra poſita sũt, ideò miſſa facio. Dicit in calce, *pro diſtincta partium mundi ſub cœlo poſiti cuſtodia*, quoniam eis commiſſa eſt à Deo prouidẽtia, & gubernatio partium inferiorum, vt dictum eſt.

De Myſterijs.

In ſermonibus.

Quinta, & poſtrema Dæmonis diffinitio Auctoris.

Diffinit. ex propria ſententia, & eius explanatio.

SEd quoniam iſtę diffinitiones mihi videntur non ſatis patefacere, & explicare totam naturam Dęmonicam, audebo ego, pace tantorum virorum, aliam adducere, quę ad plenum declaret totam naturam rei diffinitę, & omni contento ſub diffinito, nec alijs à diffinito cõueniat, & eſt talis. *Dæmon eſt intelligentia quædam mente, & ratione prædita, tenui corpore circumfuſa, quæ hominibus data eſt, tùm ad ſeruitium, tùm ad exercitium, prout bona eſt bonitate naturali, ſiue mala ex culpa, in elemẽtari habitans regione*. Hęc diffinitio breuiter ſic exponi poteſt à nobis, & ex hac conſpicuè vniuerſa Dęmonum patebit natura.

Dæmon eſt mens, ſecũdum Proc.

Eſt intelligentia quædam (vt more Peripatetico, & pſertim Auerroiſtico loquar) ſiue eſt ſubſtantia, quę *νοῦς*, græcè dicitur, *mente, & ratione particeps*, quoniam poſt primam mẽtem omninò imparticipatam, Dei veri, vnius, & boni proleni immediatè ſequitur numeroſa entium participatorum turma, ſecũdum doctrinam Procli Hermię, & Syriani, quinimò ſecundum veritatem ipſam, inter quas enumerantur Dęmones, quippè cum

etiam ratione vtantur, iure rationis participes dici poſſunt.

Quibus corporib. prędiii ſūt Dęmones.

An hoc ſit verum in Theol. noſtra conſiderā.

Corpore tenui circumfuſa, quoniam Dæmones, talia corpora habent, qualia ſūt loca, in quibus vitam degunt, ætherei æthereum habent corpus (ſecundū Calcidium, vbi ſupra, & etiam Platonem in Epinomide) aerei aëreum, & cætera, quæ corpora omnia tenuia iudicari poſſunt abſq; vlla controuerſia.

Quæ hominibus data eſt, eò quia ipſis Dæmonibus (vt dictū eſt) partibus mundi prouidēdi facultas data eſt, inter quas partes, pręcipua eſt humana ſpecies, ideò de ipſis hominibus mentio fit, tanquam de parte nobilior, propter quam cætera facta ſunt à ſummo rerum Opifice.

Dęm. quomodo ad ſeruitiū hominū ſunt deſtinati, ſecundū Plat.

Ad ſeruitium, quoniam hæc Dæmonica natura bona, quæ nequaquam ab Angelica differt (vt ſuo loco videbimus) nō parum adiumēti hominibus præſtat, bonum inſpirando, à malo auertendo, Dei intentionem manifeſtando, & cætera id generis bona agendo.

Dæmones, & boni, & mali admittūtur in doctrina Plat.

Tum ad exercitium, quoniā hæc, vt mala, ſic etiam a Platone admiſſa (vt infra videbimus) homines varijs animi agitationibus perturbat, & hac ratione, poſt eiuſdem animę ſeparationem à corpore, torquet Dei ipſius permiſſione, prout bona ex merito, quoniā cum à Deo non fuerit auerſa, ſed in ſua naturali puritate, & ab erroris immunitate illæſa perſiſtit, poteſt dici bona ex merito hac de cauſa, ſed ſi diuerſa vice, ipſi Deo contraria, & rebellis extiterit, & à ſua puritate volens ceciderit, dicitur mala ex demerito, & propria culpa, quam cognouiſſe Platonem, & digniores interpretes, paulò infra demonſtrabimus, quando, apud ipſum dari Cacodęmones, patefaciemus.

In elementari demum regione habitans, quoniam in cri..us elementis, voluit Dęmones habitare Plato, tanquam in locis proprijs, quod proximè videbimus, in omnibus autem multi eiuſdem aſſeclę, vt Pſellus, & alij quidam, qui in hac parte Orphęū ſequūtur, ſed de hoc lati⁹ infra.

Hæc diffinitio eruitur ex varijs dictis Plat. & Plat.

Hæc eſt diffinitio, quæ (iudicio meo) poteſt dari iſti naturæ Dæmonicæ, ſecundum ipſiuſmet Platonis, & Platonicorum doctrinam, nā omnes iſtius partes ex varijs eiuſdem doctrinæ locis eliciuntur, tùm ex verbis, clarè prolatis ab eo, tùm etiam ex alijs, quibus perobſcurè loqui videtur, & ſi quid in hac allatum eſt, quod non ſit, vel non appareat conforme Platonis intentioni, facilè conſonum apparebit cæteris anterioribus, & poſterioribus eiuſdem, ſi diligenti attentione inter hæc, & horum ſapientū dogmata fiet collatio. Iā habemus, quod ſint Dęmones, quid ſint, in Platonica doctrina, iam videamus, vt multi re vera ſunt, ita in varios ſint etiā diſtributi ordines.

Dæmones, cum multi ſint, in varios ſunt diſtributi ordines à Platone, & Platonicis.

Platonici, cum Pręceptore, Dæmones multos, & quaſi innumeros eſſe fatentur, in ipſis autem ordinandis, omninò diſcordes apparent. Ante Platonem, Orphęus Poetarū vetuſtiſſimus, in ſex gradus diſtinguit, in Poem. ad Muſeum, ſ. in cœleſtes, aereos, aqueos, terreſtres, ſubterraneos, & circuitores, ſiue vagos. Calcidius, poſt Platonem in eiuſdem Timæo, in æthereos, aereos, & terreſtres. Porphyrius in lib. de abſtinentia, in bonos, & malos. Proclus in Alcibiade 1. in habituales, in metaphoricos, & eſſentiales, & iſti ſunt, de quibus modo loquimur, habituales ſūt animę humanę, heroicas virtutes producentes, Metaphorici ſunt, vt in nobis ratio, & appetitus ſenſitiuus, ſed de his, ac de ſecundis hic agere, nō eſt noſtra intētio, ſed de primis, qui re vera appellantur Dęmones, ſicuti illi per metaphoram. Inſuper diſtribuuntur à Michaele Pſello, lib. dę Dæm. in ſex gradus, ſ. in igneos, aereos, terreos, aqueos, ſubterraneos, & lucifugos, quam diuiſionem habuiſſe à quodam Marco, qui Cherſoneſſo ſolitariam

In Poem. ad Muſeū.

Calcidius in Tim.

De abſtinētia.

Lib. de Dæmon.

riam duxit vitam; & Necromātiæ ſuperſtitioni ſedulam nauauit operam, ipſe teſtatur.

Diſtributio Dæm. Plat. in Epinom.

Plato demùm, horum Præceptor, & Anteſignanus, in Epinomide, ſiue legum appendice, quinq; ſtatuit animalium genera. Primum genus eſt deorum viſibilium, quos ibi talibus explicat verbis.

Verba text.

Nempè, *cum duo animalium genera, viſibilia cognouerimus: quorum alterum immortale, alterum verò terrenū, quod omne eſt mortale,* &c. Iam duo habemus genera animalium viſibilia, vnum immortale, hoc eſt cælum, Sol, Luna, & Aſtra; aliud verò mortale .i. terrenum, quorum caput eſt homo. Subiungit hæc alia verba.

Verba text.

Iam tria de quinq; medium ſortita locū, probabili ratione declarare conemur. Aethera poſt ignem ponamus, ex quo animam animalia gignere arbitramur, qua ſimiliter, vt in cæteris generibus fit, plurimum de ſuo habeāt, minimum autem, copula gratia, de generibus alienis. Ex his habemus Dæmones æthereos, quos animalia appellat, à qua nempè appellatione, ſumpſerunt occaſionem interpretes, eos definiēdo animalia nuncupādi, ſubdit poſt pauca, hęc alia verba.

Verba text.

Poſt æthera ex aere alterum animalium genus: Tertium ex aqua ſimiliter ab anima fingi, &c. Ex his itidem habemus, & aereos, & aqueos Dæmones, quos eadem ratione appellat animalia. Subdit, vt vltimum tādem genus determinet in ordine vniuerſi collocatum. *Quæ omnia cum anima finxerit, totum animalibus cælum impleuit, omnibus, quoad fieri poteſt, generibus viſa, quæ omnia vitæ participia ſunt. Secunda verò, & tertia, quarta, & quinta à manifeſtorum generaliorum Deorum incipientia, ad nos tandem homines deducuntur.*

Hæc ſunt, ex quibus gradus Dæmonum deſumimus ad aures Platonis, quos animalia (vt vidimus) appellat, ſed Dæmones paulò infra expreſsè, his alijs verbis .ſ. *Deinceps verò Dæmones ſub his generis,* &c. & poſt pauca, eorum naturam mirabilem & commemorat, & commendat (vt ſuo loco videbimus) quos tamen alibi eam.

oſtendit eſſe, ex eorū operibus, ac Deos eſſe, vel Deorum filios, his verbis. *An eſt quiſquam, qui Dæmonum opera quidem opinetur eſſe, Dæmones autē minimè? Nullus,* & poſt pauca, *Dæmones autem non ne aut Deos arbitramur eſſe, aut Deorum filios?* &c. Hęc verba clarè leguntur in Apologia.

In Apologia.

Ex quinq; igitur gradib⁹ animalium, quos ibi commemorat Plato, tres gradus habemus Dæmonum .ſ. æthereum, aereum, & aqueum; ętherei dicuntur Dæmones, qui in ſupremo aeris interſtitio vitam ducunt, quę pars à Platone appellatur ęthera. Aerei verò, qui in alijs duobus aeris interſtitijs habitant.

In Timæo.

Aquei demùm, qui propè fontes, lacus, & maria errant, quos Poeticè loquendo, multi appellant ſemideos. Hi omnes nimirum ad inuicem diſtinguuntur, tùm penes conditionem naturę .ſ. puritate, & impuritate, tùm penes corpora, quibus vtūtur, tùm penes loca, in quibus degunt, tùm demum penes officia, & munera, quę exercent, vt in proceſſu videbimus.

Quæ ratione diſtinguuntur ad inuicem Dæmones.

Conciliatio cuiuſdam difficultatis, quæ oritur ex enarratis inter Platonem, & interpretes.

SEd vna oritur, & nō leuis inquiſitio, circa, hanc variam graduum Dæm. diſtributionem, & eſt talis, Platonici ſupra allegati, quare in hac vna re videntur eſſe diſcordes à Pręceptore in diſtinguendo gradus Dæmonum? cur omnes in hac parte, non ſunt concordes cum eo, qui in hac diſtinctione eſt clarus?

Controuerſia, & eius conciliatio.

Huic dubitationi, quemlibet occurrere poſſe puto, ſi dicat, quod hoc diſſidium ſit dumtaxat in verbis, in re autem minimè reperiatur. Nam Dæmones prima ſui conſideratione, poſſunt ſub vno dumtaxat genere contineri, ſicuti poſſunt vna diffinitione diffiniri (vt viſum eſt) & ſic dici omnes Dæmones eiuſdem generis, & conditionis, quo ad naturalia. Si autē conſiderentur penes loca, in quibus degunt

Dæm. redig. guntur ſub vno genere.

gunt

gunt, & corpora, quibus vtuntur, ſunt, in varios diſtributi ſunt gradus, ita vt propinquiores cœlo, cœleſtes cum Orpheo vbi ſupra, dici poſſint; & hi etiam ætherei, cum Calcidio, cum æther accipiatur pro ſuprema parte aeris, & hac ratione, aerei, cũ Apuleio, & ſic occupãtes ſpatium inter cœleſtem ignem, & aquam; poſſunt hoc nomine appellari, & in ordine trino ſic diſtribui, ſine aqueis, quos cõmemorat Plato in Epinomide. Si autem volumus cũ Platone includere aqueos, adhuc ſine controuerſia, omnes cõcludere poſſumus in tres primo ordines, dicendo, quod corpus hoc tenue, & præuiũ; quod inter cœlum, & terram continetur in ſublimi eius parte, æther dicitur, & ſic Dæmones ibi habitãtes ætherei dici poſſunt; in media verò dicitur aer, hinc aerei Dæmones, qui illum inhabitant; in infima demum aqua, quia humidis referta eſt vaporibus; & hi eam habitantes, Dæmones aquei dicuntur; vnde adhuc in gradus tres diuiſi conſpiciuntur.

Dæmon. in tres gradus diſtinguuntur.

Non repugnat etiam, in quinque ordines eoſdem eſſe diſtributos, hoc eſt, in igneos, æthereos, aereos, aqueos, & terreſtres, & hoc non ratione habitationis horum locorum, ſed ratione permixtionis, qua ratione poſſunt hæc loca etiam permeare, nam tam ætherei, quam aerei poſſunt per terræ, & aquæ meatus, ſine repugnantia, penetrare, & ſic dum ea petunt loca, horum appellatione nuncupari; & ſic modo vnũ genus, & vna natura, modo tres, modo quinque gradus, ſine repugnantia, dici poſſunt. Sic homines ſub vna ſpecie continentur, ſed quoniã ſunt multa indiuidua iſtius ſpeciei, in varios terræ partes diſtributa, in quibus naſcuntur, inde eſt, quod alij dicuntur Europæi, alij Aſiatici, alij Africani, ratione locorum, è quibus originantur, & in quibus viuunt, cum tamen omnes ſub vno genere concludantur, & etiam diffinitionem eſſentialem eandem habeant. Sunt igitur tres Dæmonum gradus, in tres ordines diuiſi, & non in plures, prout explicitè dicit Plato, & prout alij in ſenſu, ſi non in verbis, dicunt cum eo.

Necnon in quinq; etiã ſine repugnantia.

Exemplum quo declaratur concordia Platonis circa Dæm. gradus.

Quomodo Dæmones naturaliter cenſendi ſint boni, licet mali ex propria culpa euaſerint.

MOdo pareſt indagare, an omnes Dæmones ſint natura boni, vt quidam in Platonica familia clariſſimi opinantur, vel alij mali, vt quidam in eadem familia præſtantes Philoſophi, ad mentem Præceptoris autumant, & prout veritas cogit nos fateri, & probare in via noſtri Philoſophi. Qui putauerunt, Dæmones omnes eſſe bonos, ſunt Theophraſtus diſcipulus, & cõſobrinus Ariſt. & Peripateticus ætate primus, & doctrina celebris, ſed in cõfeſſione Dæmonum Platonicus magnus, Porphyrius, Nomenius, & multi alij, tenentes, Dæmones eſſe Deos quoſdam erraticos (vt ſupra tactum eſt in diffinitione Nomenij) qui exaduerſò tenent, etiam Dæmones dari malos, sũt Platonici inſigniores, quibus, ob eximiam peritiam rerum Platonicarum, multi, eſſe credendum, putant; & iſti ſunt Calcidius magnus, Plotinus, Iamblicus, Proclus, Apuleius, & Pſellus, quippe cum Dæmones in Calodæmones, & Cacodæmones diuidãt, alios bonos ex illis, alioſq; malos determinãt. Sed nos in hac re, quæ non eſt exigui momenti, ad hoc, vt ordinatè procedamus, videbimus, quomodo alij dentur boni, alijq; mali reperiantur; & probauimus hoc, & rationibus, & auctoritatibus. Qui primam tenent opinionem, dicunt cũ Ariſt. quod in ſubſtantijs ſeparatis, non inuenitur vitium, neq; peccatum, vnde cum Dæmones ſint talis naturæ, mali eſſe non poſſunt, quinimò boni omnes, vt cauſa rerum productarum, nam tenent iſti, eoſdem principia rerum eſſe, vnde mali non poſſunt cenſeri, tanquam Dei effectus.

Quom. Platonici multi & bonos, & malos admittunt Dæm.

9. Metaph.

Qui nã bonos tenent eſſe omnes Dæm.

Præterea aiunt, quod natura, quæ omni malitia caret, non eſt dicenda mala, at

na-

natura Dæmonica eſt huiuſmodi, igitur non eſt ex ſe mala. Maior eſt euidens, Min. nota fieri poteſt, inductiuè in omnibus malitiæ cauſis; quarum prima eſt ignorantia ipſa, quam nullo modo in Dæmonibus reperiri, putant, & ratio eſt, quoniam ſunt intelligentiæ ſeparatæ, in quibus tanta ſcientia ineſt, quanta in eis eſt poſſibilitas recipiendi, nam vulgatum eſt axioma apud Ariſt. quod in ſeparatis à materia, non differt eſſe à poſſe, neq; etiam in eis reperiuntur aliæ cauſæ malitiæ, quæ ab Ariſt. aſſeruntur 2. Eth. 2. de anima, & alibi, quæ ſunt multæ. Sed videamus, quibus auctoritatibus Platonis probetur, Dæmones eſſe bonos, nam pluribus in locis, & pluribus verbis hoc expreſsè fatetur Plato, ità quod locum dubitandi nobis nequaquam relinquit.

Ariſtot. in Metaph.

2. Eth. & 2. de anima.

In Ciuili, vbi de Regimine, ſiue de Regno latè diſcurrit, non modo Deum primum commemorat, & Deos infra illum iuniores, ſed Dæmones bonos, quos diuinos appellat Paſtores, verba ſunt illius eo loci. *Tunc ſanè totius circuitus Princeps, curatorq; primus Deus extitit, vt nunc per varias mundi plagas, ſingulæ ipſius partes à Dijs Principibus diſtributæ ſunt; animalium quoq; genera gregatim diſtincta. Dæmones quidam tanquam diuini Paſtores ſortiti ſunt, quorum quiſq; ad munus ſuum obeundum ſufficiens cum eſſet, ſinguli ſingulis, ſicut ille voluit, præficiebantur, quibus præeſſet ipſe.*

De Ciuili, ſiue de Regno Plato bonos admittit Dæmones hac auctoritate.

Verba text.

Ex his (ni fallor) verbis facilè intelligimus, Deum primùm particularem rerum prouidentiam commiſſe Dijs, & Dæmonibus, quos tanquam bonos, & diuinos appellat Paſtores.

In Sympoſio (quem locum alibi citauimus) poſtquam naturã Dæmonicam, mediam ſtatuit inter mortalem, & diuinam, his ſ. verbis. *Etenim omnis natura Dæmonum inter mortales*, hoc eſt homines *(Deoſq;)* hoc eſt minores, *media eſt.* Hæc aut de Dæmonibus ijs bonis. *Deus quidem homini non miſcetur; ſed per id medium commercium omne, atq; colloquiũ inter Deos, hominéſq; conficitur, & vigilantibus nobis, & dormientibus.*

Verba text. in Sympoſ. pro hac cõfirmat.

Ex his ſanè verbis, non modo habemus, Dæmones eſſe mediam quandam inter immortales, mortaleſq; naturam, ſed etiam, quod boni quidam ſint bonis fungentes officijs.

In Apologia, eoſdem Dei ipſius filios appellat, licet ſpurios, ad differentiam Deorum Minorum, qui re vera legitimi ſunt, vel quia sũt puriores natura ſpiritus, ſemper diuino incumbentes obſequio, vel quia ſorde materiæ corporeæ haud ſunt inuoluti, verba ſic ibi ſonant. *Deos tamen rurſus exiſtimare, quãdoquidem Dæmones eſſe duco? rurſus Dæmones ipſi Deorum filij ſunt, ſpurij videlicet quidam*, &c. Ex his facilè conijcitur, Dæmones eſſe tanquam Dei filios bonos, licet mali ex culpa euadere potuerint, (vt proximè videbimus) demonſtrando de mente Platonis, malos dari Dæmones, ſeu Cacodæmones.

Verba text in Apolog.

In Epinomide, vel de Philoſopho, quem librum etiam paulò ſupra allegauimus, diuidendo Dæmones, eorũ quoſdam ſtatuit re vera bonos his verbis. *Deinceps verò ſub his Dæmones genus aereum in tertia, mediaq; regione, qui interpretationis cauſa ſunt collocati, orationibus colere, gratia laudabilis interceſſionis, interpretationiſq; debemus.* Et poſt pauca, poſtquam eoſdem, prudentia ſumma præditos, ingenio peracutos, memoria tenaciſſimos fecit, ſubdit: *Honeſtos, boneſq; homines mirificè diligunt, improbos vehemẽter oderũt, vtpotè, qui doloris participes ſunt.* Et his alijs nedũ verbis facilè cognoſcimus Platonem concedere bonos in rerum natura.

Verba text. in Epinom. pro cõfirmatione, quod boni dentur Dæmon in via Plat.

Quod mali admittuntur Dæmones, non ſolum in via Platonis, & multorum Plat. ſed etiam ad mentem Merc. & totius veteris ſapientiæ.

MAlos etiam vult Dæmones reperiri, contra proteruos, & peruicaces, qui neſciunt ſibi ipſis perſuadere, quomodo natura, homine eminentior, poſſit ex ſe dici, & eſſe mala. Sufficeret,

Quod mali reperiantur Dæm. in via Plat. & Mer. cum Veter. manifeſt.

ju-

iudicio meo, pro eorum ſatisfactione, auctoritas antiquorum ante Platonem, & præſertim Mercurij Termaximi, qui bonos, & noxios admittit Dæmones, cum omnibus ſuis Aegyptijs, inter quos antiquiſſima fama paſſim vagabatur .ſ. prauis Dæmonibus occidentalem regionem eſſe à Dijs aſſignatam.

Nec ſufficit admittere prauos Dęmones, ſolum hominum iudicio, hoc eſt, quatenus tales ab ipſis iudicantur, dum aliquid mali putant ſibi accidere eorum cauſa, quoniam liquidò conſtat, apud Platonem, & ſequaces nobiliores, dari Dęmones prauos, ſi non natura ſua ſubſtantiali ſaltem defectu, & culpa, quod eſt per accidens, & hoc nobis placet oſtẽdere modo: primò ipſius Platonis aucto-
Lib. 10. de legib. ritatibus, deinde ſuorum. Poſtquã Plato duplicem ſtatuiſſet animam, beneficam vnam, maleficam verò alteram, hi-
Verba text. quibus Platonem innuunt malos daro Dęmones. ſce verbis. *Plures certè (vt ego pro vobis reſpondeam) nec pauciores, quam duas ponere debemus, vnam beneficam, maleficam alteram?* ſubdit, non poſt multa, hęc alia verba, clarè indicãtia, malos dari Dęmones: *Conceſſum iam nobis eſt multarum bonarum virtutum cælum eſſe repletũ, contrarijs etiam non vacare, vnde nobis bellum abſq; fine indictum eſt, in quo agendo patrocinio nobis opus eſt. Auxiliatores nobis Dij, & Dæmones ſunt, nos verò poſſeſſio quædam ſumus Deorum, & Dæmonum.*

Quis non videt in hiſce verbis, Platonem nobis, & bonos, & malos Dæmones indicare? non poſſent (iudicio meo) hęc verba in alium ſẽſum vertere, qui Cacodæmones negant in via ſua.

Alium præterea adinuenio locum inſignem in Phædro, in quo mentionem facit de malo quodam Dæmone, qui inuidia tactus erga homines, multa eis intulit mala, quibus ipſi in maximas lapſi ſunt calamitates. Verba hæc ibi legũtur.
Verba text. in Phædro id ipſum indicantia. *Sunt alia quoq; mala, ſed horum plurimis, in ipſo ſtatim principio. Dæmon aliquis voluptatem immiſcuit, veluti adulatori, grauiſſimæ beſtiæ, maximæq; calamitati, inſeruit natura oblectamentum aliquod inconcinnum.*

In his ſanè verbis, nonmodo mentio habetur explicita, de malo quodam Dæmone, ſed præcisè de illo, qui primos falſis blanditijs ſeduxit parentes, quod peroptimè animaduerterunt Theodoretus Cyrenſis, & cum eo Ficinus, ſed de hac re alibi fuſiùs. Lib. de capitione.

In eodem Phædro, poſtquam animarum caſum, in nouem gradus diſtributarum, enarraſſet, Poeticis vera, & Pythagoricis ſacra innuendo, conſimilem lapſum etiam, & numerum deſcribere videtur, de Angelicis Choris, qui poſt ruinam eorum, & è cœlo deiectionem, Dæmones praui, iure appellati ſunt, & ab De caſu Dæmonũ quẽdam innuit Plato.
Ethnicis, & à Prophetis, necnõ à Theologis, in veteribus, & in nouis ſcripturarum monumentis memorati, quam tamen doctrinam, à Pythagoræ ſequacibus ipſum habuiſſe, fama vagatur, & ipſos ab Aegyptijs. Nam legitur Pherecy- De eodem caſu Pherecides Syrus.
des Syrus, Pythagoræ Præceptor, litteris mandaſſe, ſimilẽ caſum accidiſſe Dæmonibus, & vnum Ophionęum nomine, hoc eſt ſerpentem cæterorum Coriphęũ extitiſſe, ac totius exercitus rebellantis, à Diuina maieſtate, ſuperbiſſimũ caput, quam pretereà Hiſtoriam, tanquam veram, veteres enarrabant Annales Aegyptiorum, ex quibus ad Græcos eandem pertranſiſſe facilè conijci poteſt, cum eorum celeberrimus Poeta, & Theologus, Homerus 19. Illiados optimè canat, & 19. Illiados.
quem Pherecides Ophionęum appellat, ipſum ATEN his carminibus nuncupare videtur.

Cõtinuò iratus, comptis tũm crinibus ATEN, Homer. Iliad. lib. 19.
Cæpit, & inſigni ſe obſtrinxerit Religiõne.
In cælum nunquã reditus, ad ſydera nunquã.
Oſtendi, aſſiduè cunctos, quæ affligeret ATE.
Dixerat hæc, manibus eum cælo truſit ab alto
Contorquens, ea mox ſic ad mortalia venit.

Hæc igitur ſunt, quæ nobis conſpicuè (ni fallor) oſtendere poſſunt, Platonem de rato, Calodæmones, & Cacodæmones cognouiſſe, & hanc veritatem etiam confirmare poſſunt excellentiſs. Inter-

pre-

pretium irrefragabiles rationes, & auctoritates, incipiẽdo à Plotino in eius ſchola primario, vſque ad Damaſcium, & ad Priſcianum Lydium, Platonicum inſignem. Plotinus lib. de Dæmone, & anima, bonos, & malos admittit Dęmones, bonos, dum vult cum Præceptore, ipſos hominibus inſeruire; malos verò, dum vult eorum multos magis miſeros eſſe in corpore æterno, quam homines in mortali (vt peroptimè animaduertit D. Auguſtinus.) Placet nobis adducere aliorum auctoritates, qui tenent, & bonos, & malos dari Dæmones in via Præceptoris, dum tenent bonos, hac vtuntur ratione potiſſima, pręter illas, quas ſupra adduximus. Dæmones, cum ſint animalia rationalia, intellectum habent, & voluntatem, & cum eorum intellectus ſit naturali ordine diſpoſitus, nec è contrario alio flexibilis, conſequens erit, vt nihil intelligat niſi bonum, & cum ipſa voluntas intellectum præcognoſcentem ſemper ſequatur, conſequens eſt, vt ipſa nihil appetat, niſi bonũ, igitur, quę ſemper bonum, re vera intelligunt, & illud appetunt, bona neceſſariò cẽſenda ſunt, at iſti ſunt Dęmones, igitur dantur boni.

Lib de Dæmone, & anima.

D. Aug. de Ciuit. Dei lib. 9. c. 10.

Ratio cõis probãs bonos dari Dęmones.

Qui verò malos reperiri autumant, & non iniuria, hac itidem vtuntur alia ratione. Animalia, quorum aliqua praue ſunt naturæ, & malas exercent operationes, mala putanda ſunt, at Dæmones ſunt huiuſmodi, igitur & cætera. Mai. iſtius ſyllogiſmi ex ſe eſt adeò euidens, quod non indiget probatione, Min. remanet probata auctoritate Platonicorum, qui cum Mercurio Termaximo iure confitentur, Dæmones prauas exercere operationes .ſ. furta, homicidia, adulteria, & alia iſtius generis mala, his igitur duabus communibus rationibus, & boni, & mali dantur Dæmones communiter ab omnibus Platonicis, ſed veniamus ad explicitas eorum auctoritates.

Ratio cõis probãs malos dari Dęmones.

Porphyrius, Plotini diſcipulus, lib. 2. de abſtinentia ab æſu animalium, omnes poteſtates, q̃ immediatè ſub luna degũt, Dęmones appellat, & ex his alios bonos, alios malos nuncupare videtur. Hæc verba ibidem leguntur. *Quæcunq; animæ ex vniuerſa illa exortæ, magnaq; ſub luna ſunt, locorum partes gubernant, annexæ quidem ſpiritui, ſed ipſi ſecũdum rationem dominantes eæ, & Dæmones boni exiſtimandæ ſunt, & qui ad vtilitatem eorum, quibus præſunt omnia procurent.* Ex his iam habemus ex Porphyrio, bonos dari Dæmones, ſub luna degentes, quippè cum curam gerãt mundi elementaris, ſunt potiſſimæ cauſæ bonarum operationum, in eodem .ſ. quę ad temperiem eiuſdem conducunt, & per conſequens ad productionem fructuum vberem, & temporaneam, cum his ſpecialiter quidam pręſint, etiam ſi ex illis artibus nobilioribus præſideant, vtpotè medicinæ, & alijs artibus, eas omninò ad hominis vtilitatem conducunt, tanquam boni harum partium rectores, inter hos etiam, vult connumerari Porphyrius Dęmones Deorum, & hominum internuncios, de quibus meminit Plato in Sympoſio.

Ratio Porphyrij, qua probat bonos dari Dęmon. lib. 2. de abſtin.

Quid boni Dæm. agant in mundi elementari, ſecund. Porphyr.

Exaduersò animæ aliæ, mali appellãtur Dæmones ab eodem his alijs verbis: *Anima verò, quæ inconiunctum ſibi ſpiritum non dominantur, ſed plerunq; etiam ab ipſo ſuperãtur, atq; in idem aguntur vehementer, ac feruntur, quando iræ, & cupiditates ſpiritus incitationem fuerint adeptæ, eæ quidem etiam ipſi Dæmones, ſed malefici tamen appellantur.* Ex alijs Porphyrij verbis, malos itidem habemus Dæmones, & adeò mali dicuntur, quod nullum eſt facinus, quod efficere non aggrediantur, ſubiungit ipſe: *Cum .n. violentos penitus, & ſubdolos habeant mores.* Opera autem mala, quę efficere dicũt in hoc elementari mũdo, ſunt omnes calamitates, quæ accidere in eodem, quandoq; videntur, vti sũt peſtilentiæ, ſterilitates, terræ commotiones, ſiccitates, atq; cętera id generis. Sed vberius de his agemus infra, cum de eorum functionibus pręciſè ſermonem habebimus.

Auctorita Porph. qua probatur malos dari Dæm. vbi ſup.

Opera mala, quæ mali efficiũt Dæmones.

Poſt Porphyrium, Iamblicus, in ſecta Pla-

Probatio, quod Dæm. non ſunt natura mali, ſed culpa. candi Dæmones, malitia naturali, ſed accidentali dumtaxat, quod reſtat etiam probatum per ea, quę dicta ſunt à Platone, & Platonicis, quinimò à Poetis de caſu ſerpentis, qui è cœlo deiectus eſt, propter malitiam, non naturalem, ſed accidentalem, quod eſt dictũ propter culpam, & peccatum. Et ſi quis vellet hoc ratione Platonica conſpicuè probare, poſſet cum Proclo dicere, ſuper illa verba Platonis in Timæo .ſ. *Cum vellet Deus omnia bona fore, nihil verò malũ*, quo vtiq; omnia bona ſunt in mundo.ſ. animę omnes, naturæ, & corpora, ſi tamen cõſiderantur quo ad eſſentias, & potentias ipſarum, ſi autem conſiderantur quo ad actiones earundem, mala plerumq; conſpiciuntur, quod etiam de Dæmonibus dici poteſt. Sunt nimirum boni omnes, quo ad eſſentias, quoniam à Deo ſunt, & hac ratione, quo ad potentias, quia ipſæ ſe habent ſecundum noſtram, & quod ſecundum naturam eſt, malum haud eſt, ſed mali eſſe poſſunt, quo ad actiones.

Dubit. circa prædicta. Et ſi quis dubitaret, & dubitando inquireret, quomodo etiam in actionibus malum eſſe poteſt, cum ipſæ actiones tũ rationales, tùm irrationales, ſecundum naturam fiant, & hę omnes ſemper bonum appetunt, omnes ad bonum dirigũtur? Reſponſio. Reſpondetur, ſecundum Procli doctrinam, & ſententiam allegatam in lib. de mundi ortu, ad mentẽ Platonis, quod malum omne, quod quidem reperitur in actionibus animarum naturarum, & corporum, & per conſequens Dæmonum, non tãtum intelligitur eſſe in ipſis actionibus, quatenus ſunt actus ſecundi ipſorum, quantum etiam in nõ recta comenſuratione actionum harum virium, quæ pendẽt à libera volũtate illorũ, quę commenſuratio non recta, gręcè ἀσυμμετρία dicitur. Sed quoniam de hac materia latiſſimè verba fecimus, vbi ſupra de mundi ortu, propterea hæc tacita modo prę terire volumus, & ſolũmodo concludere Cõfirmatio ſ[illegible] ſent. authorit. Pla poſſumus, Dæmones non eſſe malos hac de cauſa per ſe, & ſecundum proprias eſſentias, & potentias, ſed benè ſecundum eorum actiones prauas, pendẽtes a libera voluntate, non rectè commenſuiãte, & dirigente actiones, & munera ſua, & hanc veritatem cõfirmare poſſumus coniectura ex Platone elicita, qui quidem caſum quendam Dæmonicum nobis patefecit in Phædro, ad aures Pythagoricorum (vt ſupra tactum eſt) qui ab alio euenire non potuit, quã à culpa, & peccato eorum in cœlo commiſſo, quod quidem ortum habuit ab hac nõ recta commẽſuratione ſuarum actionum, deriuante à praua voluntate. [ton in Phædro.] Nobis igitur placet determinare hanc concluſionem hac poſitione .ſ. quod Dæmones ex culpa mali ſunt, quæ culpa, & defectus in cœlo, à quo fuere depulſi, fuit quædam eorum actio, non rectè commenſurata à viribus proprię mentis, quod in ſequenti lib. reſolutè patebit. Cõcluditur Dęm praua voluntate malos.

Quænam ſint Dæmonum munera, & dotes ex parte corporis, & ex parte animæ.

IAm de eorum muneribus, & dotibus quædam dicamus, ſicuti expoſcit ordo, quem ſeruare promiſſimus in exordio iſtius libri. Cum igitur Dæmonum ſit media quædam natura, ex ſpirituali, & corporali conditione conſtans, par eſt videre prius, quidnam habeat horum ex parte corporis, & quod præterea ex parte animæ. Quod ſit corporea natura Dęmonica, ſupra (ni fallor) oſtenſum eſt, ſic obiter diffinitiones Dęmonicas declarando, nunc modo libet oſtendere, & probare, prout oſtendunt, & probant Platonici omnes, nemine diſcrepante. Dicunt igitur, quod ex hoc debent cenſeri corporei Dæmones, quoniam patiũtur ab igne corporeo, & animo paſſiui ſunt, & quæcunq; tali conſtant natura corporea, dubiò procul admittuntur, vnde hac prima ratione Dæmones corporei ſunt: Amplius, corporei determinantur etiam Rationes, quibus probatur Dæmones corporeos eſſe. Prima ratio

Ratio 1. ex hoc, quoniam cum corporibus multoties apparent, quod multi, in familia Platonica inſignes, pro certo affirmare non dubitarunt, & eò magis, quod quidam, eoſdē audiuiſſe varijs occaſionibus pro certo fatentur. Kurſus, cum ſint formæ, quarum operationes ſunt cum corpore, in corpore debent eſſe neceſſariò, nam, quamplurimę eorum operationes in corporibus clarè ſpectantur, ideò corporei iure cenſeri debēt, prout iure tenetur ab omnibus ſapientibus: Dicit Porphyrius pro confirmatione iſtius veritatis, quod ſuas operationes adeò cum corporibus habent communicantes, vt nullo modo, & nulla ratione poſſint dici incorporei, igitur corporei. Sed cōtingit dubitare, an iſta corpora Dęmonica ſint caduca, veluti noſtratia, cui reſpondendum eſt, quod nequaquam, ſed ſunt æterna, immutabilia, & perpetua, quemadmodum animæ eorum. Vltra inquiritur, an ſint mixta, vel ſimplicia? Reſpondetur, Platonicos in hac re non eſſe concordes, ſed ex diametro diſcordes. Michael Pſellus, & cum eo quidam alij Neotherici putāt, Dęmones corporibus mixtis eſſe præditos, ſed nihilominus in hac mixtione volunt aerē prædominantem, ſicuti in greſſibilibus terrā, & aquatilibus aquam, quæ ideò in eiſdem elementis vitam ducunt. Prætereà adiungitur, quod ſicuti ibi hac de cauſa habitant, ita etiam cibis terreis, & aquatilibus nutriuntur, ſic & Dæmones hac ratione, aerei aerem eundem inhabitant, & eiuſdem cibis nutriuntur. Quæ poſitio à veritate prorſus aliena exiſtimatur, & tanquam falſa reijcitur ab alijs ſanioris iudicij Platonicis; melius eſt igitur dicere cum alijs, in hac doctrina magis verſatis, quod Dæmonum corpora ſint omninò ſimplicia, & pœnitus à mixtione aliena. Et ſi aliqualis compoſitio materialis in eiſdem admitti debeat, hęc ſit ex purioribus elementis, igne. ſ. & ipſo aere, quæ elementa, cum puriſſima ſint, non egent extrinſeca alteratione, & idcircò ex eiſdē nequaquam nutriuntur, vt falsò aſſeruerunt Pſellus, & multi ſequaces: Puriſſima igitur cum ſint, æterna, & corruptioni nequaquam obnoxia exiſtunt, nam à puritate componentium, & à ſimplicitate compoſitionis, omninò pēdet eorum incorruptibilitas. Timæus tamen Locrus putabat Dęmones ſolubiles ex natura, ſed inſolubiles, quodammodo per accidens. ſ. propter Dei voluntatem, cui adiunguntur etiam propter hanc mixtionis ſimplicitatem. Sint igitur eorum corpora ſimplicia ſaltem reſpectu aliorum craſſiorum corporum, & ſi aliqualiter mixta, non eadem ratione, qua putabat Pſellus, quod ex hoc, ſecundum meam ſententiam, ſuſpicari poteſt, quoniam auctoritate communi Platonicorum, & Magorū poſſunt etiam ianuis clauſis, in quemcumq; locū intrare, & permeare, quod accidere dicitur, quoniam, vt corpora talia ſubtilia, & hac ratione de facili penetrabilia, per poros quamuis anguſtos, & fixuras in ligneis valuis exiſtentes. Et hæc eſt ratio, quia parum eſt in eis de craſſa materia, & multum eſt de ſubtili, ſecus autem de corporibus terrenis, & aquaticis, hæc dos eſt illa ſubtilitatis, quam noſtrates Theologi iure optimo corporibus glorioſis attribuunt, de quibus alibi.

Dubitatio. / Reſponſio. / Alia dubitatio / Reſponſio. / Dæm. non habeat corpora mixta, ſed ſimplicia. / Timæi Locri ſent. circa mixtionem, & ſimplicitatem, Dæm. / Ratio confirmās ſimplicitatē in corporibus Dæm.

Quæ ſint figura præditi Dæmones in via Platonis, & Platonicorum.

Sed admiſſis corporeis Dæmonibus hac nēpè ſubtili, & penetrabili corporeitate, quamnam figuram, & ſpeciem dicuntur habere in hac via? In hac itidem poſitione lis eſt, & diſcordia inter Platonicos. Plotinus, & cum eo Amelius, determinatam eis tribuunt figuram, nam communis eſt Philoſophorum ſententia, & præcipuè Ariſt. 2. de Cœlo, quod omnia corpora, limitent ſibi certā figuram, & præſertim animata corpora, tale eſt corpus Dæmonicū, ex præcedenti determinatione, igitur &c. Sed quæ-

2. de cœlo. / Dæm. certā ſibi aſciſcūt figuram.

nam

nũ eſt ita præciſè? aiunt eſſe ſphæricam, ſed tamen variabilem, non perpetuam, vt eſt illa, quam attribuunt noſtri Angelis, nec ita perfectam: variabilẽ (inquam) ad inſtar nubium, quorum corpora, modò ſub vna, modò ſub alia conſpiciuntur forma, quoniam ducibilia, & flexibilia ſunt, variabilem poſtremò, ex eorum arbitrio, & electione, quoniã ſunt ſub poteſtate ſuæ voluntatis.

Plotini opinio.

Porphyrius autem, Iamblicus, Proclus, Apuleius, & Calcidius, & cum eis Pſellus, nullam eiſdẽ aſſignant figuram, & hæc eſt eorũ potiſſima ratio, quoniam varijs modis, & ſub varijs formis, & figuris apparuerunt multis, ex confeſſione Magorum. Sed poſſunt (meo iudicio) hi grauiſſimi Platonici concordari, ſi dicamus, quod ſunt certa, & orbiculari præditi figura, tanquam omnium perfectiſſima in quiete, in motu verò nullam habent determinatam figuram, quoniam modo conſtringuntur, modo dilatantur ad inſtar vermiculorum. Etenim, ſi vt corporei determinatam debent habere figuram, ne Philoſophorum ſententia falſa remaneat, perfectior eiſdẽ iure eſt concedenda, & hæc eſt ſphęrica, in ipſa quiete, ſi etiam debeant moueri, & aliquando ſe ſe alijs manifeſtare, & ſub diuerſis debẽt apparere figuris, par eſt dicere, quod hanc figuram in motione diſtendant, & contrahant, ad libitum ſuæ voluntatis, & ſic vtriuſq; opinionis ſententiæ veræ cenſendæ ſunt, hac nimirum diſtinctione adhibita.

Porphyrius Proclus, & alij nullam Dæmonib. aſſignant figuram.

Controuerſia inter hos Platon conciliata.

Sint igitur corporei, ſint ſubtiliſſimæ naturæ, & ob id de facili penetrabiles, ſint determinatę formę, in quiete, in motione variabiles, non tamen erunt ſenſibus noſtris tangibiles, quoniam ſunt nimia puritate elementali præditi, itaut non poſſint videri, audiri, tangi, neq; vllo ſenſu attingi, tam ſunt ſubterfugaces: vellent nihilominus ſuo arbitratu fieri viſibiles, audibiles, tãgibiles, & quoquo modo ſenſibiles, vnde, quam ſæpè etiam varios ob id ſuſcipiunt colores, quemadmodum nubeculæ faciunt, ex contactu radiorum ſolarium, ſed hoc agũt volentes, liberè, & non coactè.

Concluſio. Quom. Dęmon. ſunt, & non ſunt ſenſibiles.

Quomodo Dæmones corpora noſtra occupent in via Platonis, & Platonicorum.

AT quomodo noſtra corpora obſident aliquando, & hac ratione occupant, ſi taliter corporei ſunt, num corpora eorum noſtrũ penetrare valeãt? Reſpondetur, quod ſic, eo modo, quo anima noſtra corpori organizato inſinuatur, quæ tamen æthereo, & aereo eſt induta vehiculo, & eſt hæc obſeſſio, & occupatio, de qua paulò infra. Sed eſt alia ſpiritualis occupatio Dæmonum, quæ ſæpè nobis haud noxia conſpicitur, ſed potius vtilis, & proficua accidit, & eſt, quando docere volunt quædam omninò incognita animæ, vt ſunt arcana, artes, & doctrinę, pęnitus occultę nobis. Quod vt efficere poſſint (dicunt Porphyrius, & cũ eo Pſellus) quod valent phãtaſiam mouere, ad omnes conceptus ſuſcipiendos, vti faciunt magiſtri vocibus, & organo corporeo, dum diſcipulos docere volunt nobiles, & liberales diſciplinas: ſed hoc eſt diſcrimen, inter ipſos, & Dęmones, nam quod illi agunt modo reali, & vocali, ſiue vocibus, illud ipſi faciunt modo intẽtionali, ſiue intentione, & hęc accidit differẽtia ratione corporũ, id agendo Præceptor, corpore occupatur, Dæmon autem ſecus, quia corpore non occupatur, ſed potius perficitur, & adiuuatur, hinc multos, legimus, artes mirabiles didiciſſe, quaſi in inſtanti, quas quidem vix per ſex, aut decem annos potuiſſent addiſcere, etiã Præceptoris adhibita diligentia, multos item fodiendo adinueniſſe theſauros, hac nimirum Dæmonum traditione.

Dubitatio.

Reſponſio.

Duplex occupatio Dęmonũ bona & mala.

Doctrina Dæm. quo modo tradatur.

Hæc tamen non meretur dici occupatio propriè, quinimò humana poteſt nũcupari ſalus, & perfectio. Vnde alius eſt modus inſtructionis, & inſinuationis, qui

Occupatio, & obſeſſio vera Dæm.

qui melius poteſt dici occupatio, & eſt quando organis noſtræ vtuntur imaginationis, & phantaſiæ, & hoc ad modum Naucleri, qui nauem ad libitum mouet, & id efficiunt Dęmones, organa præcisè mouendo, non autem phantaſiā ipſam, & hic re vera modus dicitur occupatio humana, quoniam non phātaſia, ſed organa ſubditæ phantaſiæ dicūtur eſſe mota, & hoc modo ſimplices homines, mulieres, pueri, dicuntur Dęmonibus occupari, & eorum obſeſſionem pati, varijs namque loquuntur idiomatibus, varijs vtuntur ſcientijs, quas nunquā vel valuerunt, modo doctrinali, nec potuerūt addiſcere. Hoc modo, bruta eſſe locuta, fama vagatur apud nō ignobiles Philoſophos, hoc modo tandem, infantes futura prędixiſſe etiā in cunabulis, legimus apud eoſdem. Hæc igitur re vera dicatur occupatio, & humana obſeſſio, quas à Dęmonibus patitur natura noſtra, quippè cum id agant principaliter in nobis, hoc modo videntur agere, veluti artifices, qui artium inſtrumentis vtuntur, ad libitum proprię voluntatis.

Re vera occupatione quid accidat.

Quomodo Dæmones loquantur in via Platonica.

HOc prętcrea modo dicuntur ſenſibiliter loqui, itaut percipiātur eorum voces, & conceptus ab hominibus (aſſertoribus Porphyrio, & Pſello, vbi ſupra) nam formant vocem realem, audibilem, idiomata, quęcunq; exprimunt, loquendo voluntariè, & id duplici agūt modo .ſ. vel corpore proprio, & naturali, vel aſſumpto, quo itidem vtuntur, tanquam organo ad has voces exprimēdas, vt patet in obſeſſis, & faſcinatis: voluntariè (inquam) loquuntur, & vocē realem formant, quemadmodum & figuram, & colores aſſumunt libera voluntate: & in proprio id agunt rarò, in aſſumpto ſępè, quod mouent loquendo, ſicut nauta nauim. Inſenſibiliter dicuntur etiā loqui, dum poſſunt formare conceptus ad libitum propriæ voluntatis, & in phantaſiam imaginationem hominis eadem ratione imprimere, qui modus loquēdi dicitur non ſenſibilis, eò quia ſenſu nō percipitur, ſed intentionalis, qui eſt intentionis propriæ quædam occulta manifeſtatio, quæ vel hominibus, vel ſibi ipſis accidere, quàm ſæpè ex coniecturis percipitur. De hac nimirum intentionali locutione, multa dicūt Theologi noſtrates 2. ſent. (vt viſum eſt) loquendo de Angelica natura, nam non eſt maior ratio de illa, quam de iſta Dæmonica.

Quomodo Dęmon loquantur.

Senſibiliter & inſenſibiliter dicuntur loqui.

2. ſent. vbi de locutione Angelorum.

Quomodo in Dæmonibus eſt prælatio.

QVod etiam in eis non modo ſit corpus ad libitum ſenſibile, figura, motus, occupatio, & loquela, ſed etiam prælatio ordinata, & obedientia, facilè poteſt conijci, & teneri, auctoritate Termaximi Mercurij, quippè qui in eis, clarè admittit Dæmoniarcam, cui oēs ad nutum parent, & id etiam ex facili coniectura exiſtimamus, ſtante hac poſitione, quoniam in animantibus cæteris occiduis, & terrenis, conſpicuè apparet. Dantur ſpecies variæ horum, quarum aliæ ſunt perfectioris gradus, aliæ verò imperfectioris: eminentioris perfectionis, & gradus eſt Leo, reſpectu alterius animalis, loquendo de irrationalibus, & ſic de ſingulis, igitur ſi hic ordo admittitur in his terrenis, quid mirum eſt, ſi in his etiam confiteamur eſſe? ſcientia conie cturalis in aereis; ſi hic ordo conſpicitur in occiduis, multò magis in perpetuis ſubſtantijs admittendus eſt, quæ & eſſentiali perfectione, & eminentia loci, cæteris præſtant: hæc igitur admittatur prælatio, & ordo, & ob hoc dimittatur dubitandi occaſio, cum ratio naturalis id etiam dictet, & oſtendat.

Prælatio in Dæm ſunt prælationes, & Dæmoniarca, ſecundum Merc.

Quibus potentijs polleant Dæmones animaſticis.

VIdeamus modo, quibus potentijs polleant animaſticis, quibuſuè careant.

reant. In diffinitionibus concluſum eſt; Dęmonem eſſe animal, ex anima, & corpore conſtans, & quale ſit corpus, iam latè declaratum eſt, & quibus ſit præditum dotibus. Reſtat videre modo, quibus potentijs in eo ſtatur anima, & quibus minimè. Quatuor adinuenio in anima Dæmonis potẽtias, quibus perfectè ſuas explet functiones, & munera. Prima eſt potentia intellectiua, ſecunda ſenſitiua, tertia appetitiua, quarta ſecundum locum motiua. Quantum ad intellectiuam, communicat cum Dijs minoribus, necnon cum hominibus, qui hac nobiliſſima potentia intelligibilia, & vniuerſalia peroptimè comprehẽdunt, ſed in modo comprehendendi, non ita conueniũt,

Quæ potentias reperiũtur in anima Dæm.

nam melius hęc comprehendunt Dij Minores, cum ipſi eminentioris, & perfectioris ſint conditionis, minus Dæmones, & deterius illis homines, cum ſint in gradu animalticarum ſubſtantiarum infimo, ſicuti in ſupremo iuniores Dij, in medio verò Dęmones. Dij nullum habẽt corpus, quod quidem poſſit eſſe onus, & impedimẽtum, homines habent craſſiſſimum, & graue, Dęmones medium, hoc eſt aereum. Dij facillimè vnica hac intelligũt intellectione, difficillimè homines, cum mediantibus ſenſibus cõprehendãt, ſed faciliori modo ipſis Dæmones, cum habeant corpus, magis ad ſpiritum, quã ad craſſam materiam vergens.

Quid comprehendant intellectiuæ potẽtiæ Dęmon.

Habent præterea potentiam ſenſitiuam perfectiorem hominibus ratione purioris, & perfectioris corporis, nam potentię debent ſequi omninò conditionem corpoream, & cum ipſi habeant magis purum corpus, habent & hãc potentiam omninò puriorem: & quoniam potentia ſenſitiua exigit neceſſario appetitum, idcircò & appetitiuam habent potentiam, quæ cum debeat expleri mediante motu, ideo & motiuam habent, qua moueantur ad appetitum ipſum, ad tempus explendum. Et quoniam potentia ſenſitiua eſt pęnes ſenſus, qui ſunt vel interiores, vel exteriores, ideò habent

Quom poſſeant potentia ſenſitiua Dæm. appetitiua, & motiua.

hos ſenſus, ſed non omnes. De interioribus non habent niſi imaginatiuam, de exterioribus verò omnes, non tamen per multa ſẽſiteria diffuſos, ſed vnica potentiã adſtrictos, itaut poſſit ſola dici in eis, viſus, tactus, olfactus, auditus, & guſtus; ſenſus non craſſi, vt noſtri, ſed longè puriores, propter magnam eorum corporatam conditionem, & perfectionem: per conſequens his cognoſcunt particularia, & temporalia indiuidua, & ſenſibus omnia ſubiacentia.

Quom. de interiorib. non habent niſi imaginatiuã, de exterioib. verò oẽs.

Sed eminentiori potentia, & perfectiori futura valẽt cognoſcere quãdoq;, licet multi negare audeãt, ſed abſq; ratione, quoniam experientia contrarium probat, ſi oraculis aliqualis eſt adhibenda fides (quod Porphyrius animaduertit) & ijs nedum, quibus requiſiti interpretationes ſomniorum dedere, quod nõ egiſſent, niſi aliquo modo futura valerent præcognoſcere.

Qua potentia futura valeant cognoſcere.

Et ſi quis curiosè perquireret, quare ſępè multa falſa prædicunt, & multa amphibologica proferunt? Reſponderi poteſt, quod futurũ poteſt duobus modis conſiderari, vno modo ſimpliciter, alio modo, ſecundum quid: ſimpliciter, quod eſt in potentia venturum, & nullo modo actu eſt, ſecundum quid, quod eſt in ſe actu, & eſt futurum nõ reſpectu ſui, ſed mei, vt Principis aduentus ad Ciuitatem, tunc dicendum ad quæſitum, puto, quod .ſ. Dæmones primo modo non cognoſcunt futura, niſi pronoſticando, quoniam in re nondum entia ſunt, cum in effectu non contineantur; ſecundo autem modo omnia cognoſcunt, quoniam licet nobis futura ſint, & potentia eis ſũt præſentia, & actu; & hæc eſt ratio, quoniam eorũ intellectus ſunt illimitati per inferiorem orbem, cuius curæ præſidẽt.

Dubitatio.

Reſponſio.

Differentiæ Dęm & noſtræ cognit.

Pronoſticando (inquam) cognoſcunt futura ſimpliciter, & nõ ſimplici intuitu, & illimitato, ſicuti in artibus experiuntur homines, quas profitentur, vt Medici medicinam profitentes, futura cognoſcũt, quandoq; circa ſanitatem, & ægritudinem; & Aſtrologi circa temporum

mu-

gunt, & corpora, quibus vtuntur, ſunt, in varios diſtributi ſunt gradus, ita vt propinquiores cœlo, cœleſtes cum Orpheo, vbi ſupra, dici poſſint; & hi etiam æthe- rei, cum Calcidio, cum æther accipiatur pro ſuperna parte aeris, & hac ratione, aerei, cū Apuleio, & ſic occupātes ſpatium inter cœleſtem ignem, & aquam, poſſunt hoc nomine appellari, & in ordine tertio ſic diſtribui, ſine aqueis, quos cōmemorat Plato in Epinomide. Si autem voluerimus cū Platone includere aqueos, adhuc ſine controuerſia, omnes cōcludere poſſumus in tres tantum ordines, dicendo, quod corpus hoc tenue, & præuiū, quod inter cœlum, & terram continetur, in ſublimiori eius parte, æther dicitur, & ſic Dæmones ibi habitātes ætherei dici poſſunt; in media verò dicitur aer, hinc aerei Dæmones, qui illum inhabitant, in infima demum aqua, quia humidis referta eſt vaporibus, & hi eam habitantes, Dæmones aquei dicūtur, vnde adhuc in gradus tres diuiſi conſpiciuntur.

Demon. in tres gradus diſtinguuntur.

Non repugnat etiam, in quinque ordines eoſdem eſſe diſtributos, hoc eſt, in igneos, æthereos, aereos, aqueos, & terreſtres, & hoc non ratione habitationis horum locorum, ſed ratione permixtionis, qua ratione poſſunt hæc loca etiam permeare, nam tam ætherei, quam aerei poſſunt per terræ, & aquæ meatus, ſine repugnantia, penetrare, & ſic dum loca peteunt, horum appellatione nuncupari, & ſic modo vnū genus, & vna natura, modo tres, modo quinque gradus, ſine repugnātia, dici poſſunt. Sic homines ſub vna ſpecie continentur, ſed quoniā ſunt multa indiuidua iſtius ſpeciei, in varios terræ partes diſtributa, in quibus naſcuntur, inde eſt, quod alij dicuntur Europæi, alij Aſiatici, alij Africani, ratione locorum, è quibus originantur, & in quibus viuunt; cum tamen omnes ſub vno genere concludantur, & etiam diffinitionem eſſentialem eandem habeant. Sunt igitur tres Dæmonum gradus, in tres ordines diuiſi, & non in plures, prout expli-

Necnon in quinq. etiā ſine repugnantia.

Exemplum quo declaratur theologia Platonis circa Dæm. gradus.

citè dicit Plato, & prout alij in ſenſu, ſi non in verbis, dicunt cum eo.

Quomodo Dæmones naturaliter cenſendi ſint boni, licet mali ex propria culpa euaſerint.

MOdo pareſt indagare, an omnes Dæmones ſint natura boni, vt quidam in Platonica familia clariſſimi opinantur, vel alij mali, vt quidam in eadem familia præſtantes Philoſophi, ad mentem Præceptoris autumant, & prout veritas cogit nos fateri, & probare in via noſtri Philoſophi. Qui putauerunt, Dæmones omnes eſſe bonos, ſunt Theophraſtus diſcipulus, & cōſobrinus Ariſt. & Peripateticus, ætate primus, & doctrina celebris, ſed in cōfeſſione Dæmonum Platonicus magnus, Porphyrius, Numenius, & multi alij, tenentes, Dæmones eſſe Deos quoſdam erraticos (vt ſupra tactum eſt in diffinitione Numenij) qui exaduersò teneat, etiam Dæmones dari malos, sūt Platonici inſigniores, quibus, ob eximiam peritiam rerum Platonicarum, multi, eſſe credēdum, putant; & iſti ſunt Calcidius magnus, Plotinus, Iamblicus, Proclus, Apuleius, & Pſellus, quippè cum Dæmones in Calodæmones, & Cacodæmones diuidāt, alios bonos ex illis, alioſq; malos determināt. Sed nos in hac re, quæ non eſt exigui momenti, ad hoc, vt ordinatè procedamus, videbimus, quomodo alij dentur boni, alijq; mali reperiantur, & probauimus hoc, & rationibus, & auctoritatibus. Qui primam tenent opinionem, dicunt cū Ariſt. quod in ſubſtantijs ſeparatis, non inuenitur vitium, neq; peccatum, vnde cum Dæmones ſint talis naturæ, mali eſſe non poſſunt, quinimò boni omnes, vt cauſæ rerum productarum, nam tenent iſti, eoſdem principia rerum eſſe, vnde mali non poſſunt cenſeri, tanquam Dei effectus.

Quom. Platonici multi & bonos, & malos admittunt Dæm.

9. Metaph.

Qui nō bonos tenent eſſe omnes Dæm.

Præterea aiunt, quod natura, quæ omni malitia caret, non eſt dicenda mala, at

na-

natura Dæmonica eſt huiuſmodi, igitur non eſt ex ſe mala: Maior eſt euidens, Minor abta fieri poteſt inductiuè in omnibus malitiæ cauſis; quarum prima eſt ignorantia ipſa, quam nullo modo in Dæmonibus reperiri, putant, & ratio eſt, quoniam ſunt intelligentiæ ſeparatæ, in quibus tanta ſcientia ineſt, quanta in eis eſt poſſibilitas recipiẽdi, nam vulgatum eſt axioma apud Ariſt. quod in ſeparatis à materia, non differt eſſe à poſſe, neq; etiam in eis reperiuntur aliæ cauſæ malitiæ, quæ ab Ariſt. aſſeruntur 2. Eth. 2. de anima, & alibi, quæ ſunt multæ. Sed videamus, quibus auctoritatibus Platonis probetur, Dæmones eſſe bonos, nam pluribus in locis, & pluribus verbis hoc expreſsè fatetur Plato, ità quod locum dubitandi nobis nequaquam relinquit.

Ariſtot. in Metaph.

2. Eth. & 2. de anima.

In Ciuili, vbi de Regimine, ſiue de Regno latè diſcurrit, non modo Deum primum commemorat, & Deos infra illum iuniores, ſed Dæmones bonos, quos diuinos appellat Paſtores, verba ſunt illius eo loci. *Tunc ſanè totius circuitus Princeps, curatorq; primus Deus extitit, vt nunc per varias mundi plagas, ſingulæ ipſius partes à Dijs Principibus diſtributæ ſunt; animalium quoq; genera gregatim diſtincta, Dæmones quidam tanquam diuini Paſtores ſortiti ſunt, quorum quiſq; ad munus ſuum obeũdum ſufficiens cum eſſet, ſingulis ſingulis, ſicut ille voluit, præficiebantur, quibus præeſſet ipſe.*

De Ciuili, ſiue de Regno Plato bonos admittit Dæmones hac auctoritate.

Verba text.

Ex his (ni fallor) verbis facilè intelligimus, Deum primùm particularem rerum prouidentiam commiſſe Dijs, & Dæmonibus, quos tanquam bonos, & diuinos appellat Paſtores.

In Sympoſio (quem locum alibi citauimus) poſtquam naturã Dæmonicam, mediam ſtatuit inter mortalem, & diuinam, his ſ. verbis. *Etenim omnis natura Dæmonum inter mortales*, hoc eſt homines *(Deoſq;)* hoc eſt minores, *media eſt.* Hæc autem de Dæmonibus ijs bonis. *Deus quidem homini non miſcetur; ſed per id medium commercium omne, atq; colloquiũ inter Deos, hominesq; conficitur, & vigilantibus nobis, & dormientibus.*

Verba text. in Sympoſ. pro hac cõfirmat.

Ex his ſanè verbis, non modo habemus, Dæmones eſſe mediam quandam inter immortales, mortaleſq; naturam, ſed etiam, quod boni quidam ſint bonis fungentes officijs.

In Apologia, eoſdem Dei ipſius filios appellat, licet ſpurios, ad differentiam Deorum Minorum, qui re vera legitimi ſunt, vel quia sũt puriores natura ſpiritus, ſemper diuino incumbentes obſequio, vel quia ſorde materiæ corporeæ haud ſunt inuoluti, verba ſic ibi ſonant. *Deos tamen rurſus exiſtimare, quãdoquidem Dæmones eſſe duco? rurſus Dæmones ipſi Deorum filij ſunt, ſpurij videlicet quidam.* &c. Ex his facilè conijcitur, Dæmones eſſe tanquam Dei filios bonos, licet mali ex culpa euadere potuerint, (vt proximè videbimus) demonſtrãdo de mente Platonis, malos dari Dæmones, ſeu Cacodæmones.

Verba text in Apolog.

In Epinomide, vel de Philoſopho, quem librum etiam paulò ſupra allegauimus, diuidendo Dæmones, eorũ quoſdam ſtatuit re vera bonos his verbis: *Deinceps verò ſub his Dæmones genus aereum in tertia, mediaq; regione, qui interpretationis cauſa ſunt collocati, orationibus colere gratia laudabilis interceſſionis, interpretationiſq; debemus.* Et poſt pauca, poſtquam eoſdem, prudentia ſumma præditos, ingenio peracutos, memoria tenaciſſimos fecit, ſubdit: *Honeſtos, boneſq; homines mirificè diligunt, improbos vehemẽter oderũt, vtpotè, qui doloris participes ſunt.* Et his alijs nedũ verbis facilè cognoſcimus Platonem concedere bonos in rerum natura.

Verba text. in Epinom. pro cõfirmatione, quod boni detur Dæmon in via Plat.

Quod mali admittuntur Dæmones, non ſolum in via Platonis, & multorum Plat. ſed etiam ad mentem Merc. & totius veteris ſapientiæ.

MAlos etiam vult Dæmones reperiri, contra proteruos, & peruicaces, qui neſciunt ſibi ipſis perſuadere, quomodo natura, homine eminentior, poſſit ex ſe dici, & eſſe mala. Sufficeret,

Quod mali reperiantur Dæmones in via Plat. & Mercurij Triſmegiſti.

ju-

iudicio meo, pro eorum ſatiſfactione, auctoritas antiquorum ante Platonem, & præſertim Mercurij Termaximi, qui bonos, & noxios admittit Dæmones, cum omnibus ſuis Aegyptijs, inter quos antiquiſſima fama paſſim vagabatur .ſ. prauis Dæmonibus occidentalem regionem eſſe à Dijs aſſignatam.

Nec ſufficit admittere prauos Dęmones, ſolum hominum iudicio, hoc eſt, quatenus tales ab ipſis iudicantur, dum aliquid mali putant ſibi accidere eorum cauſa, quoniam liquidò conſtat, apud Platonem, & ſequaces nobiliores, dari Dęmones prauos, ſi non natura ſua ſubſtantiali ſaltem defectu, & culpa, quod eſt per accidens, & hoc nobis placet oſtēdere modo: primò ipſius Platonis auctoritatibus, deinde ſuorum. Poſtquā Plato duplicem ſtatuiſſet animam, beneficam vnam, maleficam verò alteram, hiſce verbis. *Plures certè (vt ego pro vobis reſpondeam) nec pauciores, quam duas ponere debemus, vnam beneficam, maleficam alteram?* ſubdit, non poſt multa, hęc alia verba, clarè indicātia, malos dari Dęmones: *Conceſſum iam nobis eſt multarum bonarum virtutum cœlum eſſe repletū, contrarijs etiam non vacare, vnde nobis bellum abſq; fine indictum eſt, in quo agendo patrocinio nobis opus eſt. Auxiliatores nobis Dij, & Dæmones ſunt, nos verò poſſeſſio quædam ſumus Deorum, & Dæmonum.*

Lib. 10. de legib.

Verba text. quibus Platonem innuunt malos dare Dęmones.

Quis non videt in hiſce verbis, Platonem nobis, & bonos, & malos Dæmones indicare? non poſſent (iudicio meo) hęc verba in alium ſēſum vertere, qui Cacodæmones negant in via ſua.

Alium præterea adinuenio locum inſignem in Phædro, in quo mentionem facit de malo quodam Dæmone, qui inuidia tactus erga homines, multa eis intulit mala, quibus ipſi in maximas lapſi ſunt calamitates. Verba hæc ibi legūtur. *Sunt alia quoq; mala, ſed horum plurimis, in ipſo ſtatim principio. Dæmon aliquis voluptatem immiſcuit, veluti adulatori, grauiſſimæ beſtiæ, maximęq; calamitati, inſeruit natura oblectamentum aliquod incocinnum.*

Verba text. in Phædro ad ipſum indicantia.

In his ſanè verbis, nonmodò mentio habetur explicita, de malo quodam Dęmone, ſed præcisè de illo, qui primos talſis blanditijs ſeduxit parentes, quod peroptimè animaduerterunt Theodoretus Cyrenſis, & cum eo Ficinus, ſed de hac re alibi fuſiùs.

Lib. de curatione.

In eodem Phædro, poſtquam animarum caſum, in nouem gradus diſtributarum, enarraſſet, Poeticis verà, & Pythagoricis ſacra innuendo, conſimilem lapſum etiam, & numerum deſcribere videtur, de Angelicis Choris, qui poſt ruinam eorum, & è cœlo deiectionem, Dæmones praui, iure appellati ſunt, & ab Ethnicis, & à Prophetis, necnō à Theologis, in veteribus, & in nouis ſcripturarum monumentis memorati, quam tamen doctrinam, à Pythagoræ ſequacibus ipſum habuiſſe, fama vagatur, & ipſos ab Aegyptijs. Nam legitur Pherecydes Syrus, Pythagoræ Præceptor, litteris mandaſſe, ſimilē caſum accidiſſe Dæmonibus, & vnum Ophioneum nomine, hoc eſt ſerpentem cæterorum Coriphęū extitiſſe, ac totius exercitus rebellantis, à Diuina maieſtate, ſuperbiſſimū caput, quam preterea Hiſtoriam, tanquam veram, veteres enarrabant Annales Aegyptiorum, ex quibus ad Græcos eandem pertranſiſſe facilè conijci poteſt, cum eorum celeberrimus Poeta, & Theologus, Homerus 19. Illiados optimè canat, & quem Pherecides Ophioneum appellat, ipſum ATEN his carminibus nuncupare videtur.

De caſu Dęmonū quēdam innuit Plato.

De eodem caſu Pherecides Syrus.

19. Illiados.

Cōtinuò iratus, comptis tūm crinibus ATEN,
Cæpit, & inſigni ſe obſtrinxerit Religiōne.
In cælum nunquā reditus, ad ſydera nunquā
Oſtendi, aſſiduè cunctos, quæ affligeret ATE.
Dixerat hæc, manibus eum cælo truſit ab alto
Contorquens, ea mox ſic ad mortalia venit.

Homer. 11. Iliad. lib. 19.

Hæc igitur ſunt, quæ nobis conſpicuè (niſi fallor) oſtendere poſſunt, Platonem de rato, Calodæmones, & Cacodæmones cognouiſſe, & hanc veritatem etiam confirmare poſſunt excellentiſs. Inter-

pre-

pretum irrefragabiles rationes, & auctoritates, incipiēdo à Plotino in eius ſchola primario, vſque ad Damaſcium, & ad Priſcianum Lydium, Platonicum inſignem. Plotinus lib. de Dæmone, & anima, bonos, & malos admittit Dęmones, bonos, dum vult cum Præceptore, ipſos hominibus inſeruire; malos verò, dum vult eorum multos magis miſeros eſſe in corpore æterno, quam homines in mortali (vt peroptimè animaduertit D. Auguſtinus.) Placet nobis adducere aliorum auctoritates, qui tenent, & bonos, & malos dari Dæmones in via Præceptoris, dum tenent bonos, hac vtuntur ratione potiſſima, pręter illas, quas ſupra adduximus. Dæmones, cum ſint animalia rationalia, intellectum habent, & voluntatem, & cum eorum intellectus ſit naturali ordine diſpoſitus, nec à contrario alio flexibilis, conſequens erit, vt nihil intelligat niſi bonum, & cum ipſa voluntas intellectum præcognoſcentem ſemper ſequatur, conſequens eſt, vt ipſa nihil appetat, niſi bonū, igitur, quę ſemper bonum, re vera intelligunt, & illud appetunt, bona neceſſariò cēſenda ſunt, at iſti ſunt Dęmones, igitur dantur boni.

Lib. de Dæmone, & anima.

D. Aug. de Ciuit. Dei lib. 9. c. 10.

Ratio cōis probās bonos dari Dęmones.

Qui verò malos reperiri autumant, & non iniuria, hac itidem vtuntur alia ratione. Animalia, quorum aliqua praue ſunt naturæ, & malas exercent operationes, mala putanda ſunt, at Dæmones ſunt huiuſmodi, igitur & cætera. Mai. iſtius ſyllogiſmi ex ſe eſt adeò euidens, quod non indiget probatione, Min. remanet probata auctoritate Platonicorum, qui cum Mercurio Termaximo iure confitentur, Dæmones prauas exercere operationes .ſ. furta, homicidia, adulteria, & alia iſtius generis mala, his igitur duabus communibus rationibus, & boni, & mali dantur Dæmones communiter ab omnibus Platonicis, ſed veniamus ad explicitas eorum auctoritates.

Ratio cōis probās malos dari Dęmones.

Porphyrius, Plotini diſcipulus, lib. 2. de abſtinentia ab æſu animalium, omnes poteſtates, quæ immediatè ſub luna degūt, Dęmones appellat, & ex his alios bonos, alios malos nuncupare videtur. Hæc verba ibidem leguntur. *Quæcunq; animæ ex vniuerſa illa exortæ, magnaq; ſub luna ſunt, locorum partes gubernant, annexæ quidem ſpiritui, ſed ipſi ſecūdum rationem dominantes ea, & Dæmones boni exiſtimandę ſunt, & qui ad vtilitatem eorum, quibus præſunt omnia procurent.* Ex his iam habemus ex Porphyrio, bonos dari Dæmones, ſub luna degentes, quippè cum curam gerāt mundi elementaris, ſunt potiſſimæ cauſæ bonarum operationum, in eodem .ſ. quę ad temperiem eiuſdem conducunt, & per conſequens ad productionem fructuum vberem, & temporaneam, cum his ſpecialiter quidam pręſint, etiam ſi ex illis artibus nobilioribus præſideant, vtpotè medicinæ, & alijs artibus, eas omninò ad hominis vtilitatem conducunt, tanquam boni harum partium rectores, inter hos etiam, vult connumerari Porphyrius Dęmones Deorum, & hominum internuncios, de quibus meminit Plato in Sympoſio.

Ratio Porphyrij, quæ probat bonos dari Dę mon. lib. 2. de abſtin.

Quid boni Dęm agant in mundi elementari, ſecund. Porphyr.

Exaduersò animæ aliæ, mali appellātur Dæmones ab eodem his alijs verbis: *Animæ verò, quæ inconiunctum ſibi ſpiritum non dominantur, ſed plerunq; etiam ab ipſo ſuperātur, atq; in idem aguntur vehementer, ac feruntur, quando iræ, & cupiditates ſpiritus incitationem fuerint adeptæ, ea quidem etiam ipſi Dæmones, ſed malefici tamen appellantur.* Ex alijs Porphyrij verbis, malos itidem habemus Dæmones, & adeò mali dicuntur, quod nullum eſt facinus, quod efficere non aggrediantur, ſubiungit ipſe: *Cum .n. violentos penitus, & ſubdolos habeant mores.* Opera autem mala, quę efficere dicūt in hoc elementari mūdo, ſunt omnes calamitates, quæ accidere in eodem, quandoq; videntur, vti sūt peſtilentiæ, ſterilitates, terræ commotiones, ſiccitates, atq; cętera id generis. Sed vberius de his agemus infra, cum de eorum functionibus pręcisè ſermonem habebimus.

Auctorita Porph. qua probatur malos dari Dæm. vbi ſup.

Opera mala, quæ mali efficiūt Dæmones.

Poſt Porphyrium, Iamblicus, in ſecta Pla-

Probatio, q Dæm. non ſunt natura mali, ſed culpa. candi Dæmones, malitia naturali, ſed accidentali dumtaxat, quod reſtat etiam probatum per ea, quę dicta ſunt à Platone, & Platonicis, quinimò à Poetis de caſu ſerpentis, qui è cœlo deiectus eſt, propter maliriam, non naturalem, ſed accidentalem, quod eſt dictū propter culpam, & peccatum. Et ſi quis vellet hoc ratione Platonica conſpicuè probare, poſſet cum Proclo dicere, ſuper illa verba Platonis in Timæo .ſ. *Cum vellet Deus omnia bona fore, nihil verò malū*, quo vtiq; omnia bona ſunt in mundo .ſ. animę omnes, naturæ, & corpora, ſi tamen cōſiderantur quo ad eſſentias, & potentias ipſarum, ſi autem conſiderantur quo ad actiones earundem, mala plerumq; conſpiciuntur, quod etiam de Dæmonibus dici poteſt. Sunt nimirum boni omnes, quo ad eſſentias, quoniam à Deo ſunt, & hac ratione, quo ad potentias, quia ipſæ ſe habent ſecundum noſtram, & quod ſecundum naturam eſt, malum haud eſt, ſed mali eſſe poſſunt, quo ad actiones.

Dubit. circa prædicta. Et ſi quis dubitaret, & dubitando inquireret, quomodo etiam in actionibus malum eſſe poteſt, cum ipſæ actiones tū rationales, tùm irrationales, ſecundum naturam fianr, & hę omnes ſemper bonum appetunt, omnes ad bonum dirigūtur? Reſponſio. Reſpondetur, ſecundum Procli doctrinam, & ſententiam allegatam in lib. de mundi ortu, ad mentē Platonis, quod malum omne, quod quidem reperitur in actionibus animarum naturarum, & corporum, & per conſequens Dæmonum, non tātum intelligitur eſſe in ipſis actionibus, quatenus ſunt actus ſecundi ipſorum, quantum etiam in nō recta comenſuratione actionum harum virium, quæ pendēt à libera volūtate illorū, quę commenſuratio non recta, grecè ἀσυμμετρία dicitur. Sed quoniam de hac materia latiſſimè verba fecimus, vbi ſupra de mundi ortu, propterea hæc tacita modo pręterire volumus, & ſolūmodo concludere Cōfirmatio ſ[illegible]ius ſent. auctorit. Pla poſſumus, Dæmones non eſſe malos hac de cauſa per ſe, & ſecundum proprias eſſentias, & potentias, ſed benè ſecundum eorum actiones prauas, pendētes à libera voluntate, non rectè commenſuratæ, & dirigente actiones, & munera ſua, & hanc veritatem cōfirmare poſſumus coniectura ex Platone elicita, qui quidem caſum quendam Dæmonicum nobis patefecit in Phædro, ad aures Pythagoricorum (vt ſupra tactum eſt) qui ab alio euenire non potuit, quā à culpa, & peccato eorum in cœlo commiſſo, quod quidem ortum habuit ab hac nō recta commēſuratione ſuarum actionum, deriuante à praua voluntate. Nobis igitur placet determinare hanc concluſionem hac poſitione .ſ. quod Dæmones ex culpa mali ſunt, quæ culpa, & defectus in cœlo, à quo fuere depulſi, fuit quædam eorum actio, non rectè commenſurata à viribus proprię mentis, quod in ſequenti lib. reſolutè patebit. (ton in Phædro.) (Cōcluditur Dem praua voluntate malos.)

Quænam ſint Dæmonum munera, & dotes ex parte corporis, & ex parte animæ.

IAm de eorum muneribus, & dotibus quædam dicamus, ſicuti expoſcit ordo, quem ſeruare promiſimus in exordio iſtius libri. Cum igitur Dæmonum ſit media quædam natura, ex ſpirituali, & corporali conditione conſtans, par eſt videre prius, quidnam habeat horum ex parte corporis, & quod præterea ex parte animæ. Quod ſit corporea natura Dęmonica, ſupra (ni fallor) oſtenſum eſt, ſic obiter diffinitiones Dęmonicas declarando, nunc modo libet oſtendere, & probare, prout oſtendunt, & probant Platonici omnes, nemine diſcrepante. Dicunt igitur, quod ex hoc debent cenſeri corporei Dæmones, quoniam patiūtur ab igne corporeo, & animo paſſiui ſunt, & quæcunq; tali conſtant natura corporea, dubiò procul admittuntur, vnde hac prima ratione Dæmones corporei ſunt: Amplius, corporei determinantur etiam (Rationes, quibus probantur Dæmones corporeos eſſe.) (Prima ratio)

Ratio 1. ex hoc, quoniam cum corporibus multoties apparent, quod multi, in familia Platonica inſignes, pro certo affirmare non dubitarunt, & eò magis, quod quidam, eoſdē audiuiſſe varijs occaſionibus pro certo fatentur. Rurſus, cum ſint formæ, quarum operationes ſunt cum corpore, in corpore debent eſſe neceſſariò, nam, quamplurimę eorum operationes in corporibus clarè ſpectantur, ideò corporei iure cenſeri debēt, prout iure tenetur ab omnibus ſapientibus: Dicit Porphyrius pro confirmatione iſtius veritatis, quod ſuas operationes adeò cum corporibus habent communicantes, vt nullo modo, & nulla ratione poſſint dici incorporei, igitur corporei.

Dubitatio. Sed cōtingit dubitare, an iſta corpora Dęmonica ſint educa, veluti noſtratia, cui reſpondendum eſt,

Reſponſio. quod nequaquam, ſed ſunt æterna, immutabilia, & perpetua, quemadmodum animæ eorum.

Alia dubitatio. Vltra inquiritur, an ſint mixta, vel ſimplicia?

Reſponſio. Reſpondetur, Platonicos in hac re non eſſe concordes, ſed ex diametro diſcordes. Michael Pſellus, & cum eo quidam alij Neotherici putāt, Dęmones corporibus mixtis eſſe præditos, ſed nihilominus in hac mixtione volunt aerē prædominantem, ſicuti in greſſibilibus terrā, & aquatilibus aquam, quæ ideò in eiſdem elementis vitam ducunt. Præterea adiungitur, quod ſicuti ibi hac de cauſa habitant, ita etiam cibis terreis, & aquatilibus nutriuntur, ſic & Dæmones hac ratione, aerei aerem eundem inhabitant, & eiuſdem cibis nutriuntur. Quæ poſitio à veritate prorſus aliena exiſtimatur, & tanquam falſa reijcitur ab alijs ſanioris iudicij Platonicis; melius eſt igitur dicere cum alijs, in hac doctrina magis verſatis, quod Dæmonum corpora ſint omninò ſimplicia, & pœnitus à mixtione aliena. Et ſi aliqualis compoſitio materialis in eiſdem admitti debeat, hęc ſit ex purioribus elementis, igne. ſ. & ipſo aere, quæ elementa, cum puriſſima ſint, non egent extrinſeca alteratione, & idcircò ex eiſdē nequaquam nutriuntur, vt falsò aſſeruerunt Pſellus, & multi ſequaces: Puriſſima igitur cum ſint, æterna, & corruptioni nequaquam obnoxia exiſtunt, nam à puritate componentium, & à ſimplicitate compoſitionis, omninò pēdet eorum incorruptibilitas.

Dæm. non habent corpora mixta, ſed ſimplicia.

Timæus tamen Locrus putabat Dęmones ſolubiles ex natura, ſed inſolubiles, quodammodo per accidens .ſ. propter Dei voluntatem, cui adiunguntur etiam propter hanc mixtionis ſimplicitatem. Sint igitur eorum corpora ſimplicia ſaltem reſpectu aliorum craſſiorum corporum, & ſi aliqualiter mixta, non eadem ratione, qua putabat Pſellus, quod ex hoc, ſecundum meam ſententiam, ſuſpicari poteſt, quoniam auctoritate communi Platonicorum, & Magorū poſſunt etiam ianuis clauſis, in quemcumq; locū intrare, & permeare, quod accidere dicitur, quoniam, vt corpora talia ſubtilia, & hac ratione de facili penetrabilia, per poros quamuis anguſtos, & fixuras in ligneis valuis exiſtentes. Et hæc eſt ratio, quia parum eſt in eis de craſſa materia, & multum eſt de ſubtili, ſecus autem de corporibus terrenis, & aquaticis, hæc dos eſt illa ſubtilitatis, quam noſtrates Theologi iure optimo corporibus glorioſis attribuunt, de quibus alibi.

Timæi Locri ſent. circa mixtionem, & ſimplicitatem, Dæm.

Ratio confirmās ſimplicitatē in corporibus Dæm.

Qua ſint figura præditi Dæmones in via Platonis, & Platonicorum.

SEd admiſſis corporeis Dæmonibus hac nēpè ſubtili, & penetrabili corporeitate, quamnam figuram, & ſpeciem dicuntur habere in hac via? In hac itidem poſitione lis eſt, & diſcordia inter Platonicos. Plotinus, & cum eo Amelius, determinatam eis tribuunt figuram; nam communis eſt Philoſophorum ſententia, & præcipuè Ariſt. 2. de Cœlo, quod omnia corpora, limitent ſibi certā figuram, & præſertim animata corpora, tale eſt corpus Dæmonicū, ex præcedenti determinatione, igitur &c. Sed quænam

2. de cœlo.

Dæm. certā ſibi aſciſcūt figuram.

nam

nã eſt ita præciſè? aiunt eſſe ſphæricam, ſed tamen variabilem, non perpetuam, vt eſt illa, quam attribuunt noſtri Angelis, nec ita perfectam: variabilẽ (inquam) ad inſtar nubium, quorum corpora, modò ſub vna, modò ſub alia conſpiciuntur forma, quoniam ducibilia, & flexibilia ſunt, variabilem poſtremò, ex eorum arbitrio, & electione, quoniã ſunt ſub poteſtate ſuæ voluntatis.

Notini opinio.

Porphyrius autem, Iamblicus, Proclus, Apuleius, & Calcidius, & cum eis Pſellus, nullam eiſdẽ aſſignant figuram, & hæc eſt eorũ potiſſima ratio, quoniam varijs modis, & ſub varijs formis, & figuris apparuerunt multis, ex confeſſione Magorum. Sed poſſunt (meo iudicio) hi grauiſſimi Platonici concordari, ſi dicamus, quod ſunt certa, & orbiculari prædit i figura, tanquam omnium perfectiſſima in quiete, in motu verò nullam habent determinatam figuram, quoniam modo conſtringuntur, modo dilatantur ad inſtar vermiculorum. Etenim, ſi vt corporei determinatam debent habere figuram, ne Philoſophorum ſententia falſa remaneat, perfectior eiſdẽ iure eſt concedenda, & hæc eſt ſphærica, in ipſa quiete, ſi etiam debeant moueri, & aliquando ſe ſe alijs manifeſtare, & ſub diuerſis debẽt apparere figuris, par eſt dicere, quod hanc figuram in motione diſtendant, & contrahant, ad libitum ſuæ voluntatis, & ſic vtriuſq; opinionis ſententiæ veræ cenſendæ ſunt, hac nimirum diſtinctione adhibita.

Porphyrius, Proclus, & alij nullam Dæmonib. aſſignant figuram.

Controuerſia inter hos Platon. conciliata.

Sint igitur corporei, ſint ſubtiliſſimæ naturæ, & ob id de facili penetrabiles, ſint determinatę formę, in quiete, in motione variabiles, non tamen erunt ſenſibus noſtris tangibiles, quoniam ſunt nimia puritate elementali præditi, itaut non poſſint videri, audiri, tangi, neq; vllo ſenſu attingi, tam ſunt ſubterfugaces: vellent nihilominus ſuo arbitratu fieri viſibiles, audibiles, tãgibiles, & quoquo modo ſenſibiles, vnde, quam ſæpè etiam varios ob id ſuſcipiunt colores, quemadmodum nubeculæ faciunt, ex contractu radiorum ſolarium, ſed hoc agũt volentes, liberè, & non coactè.

Concluſio. Quom. Dæmon. ſunt, & non ſunt ſenſibiles.

Quomodo Dæmones corpora noſtra occupent in via Platonis, & Platonicorum.

At quomodo noſtra corpora obſident aliquando, & hac ratione occupant, ſi taliter corporei ſunt, numquid corpora eorum noſtrũ permeare valeãt? Reſpondetur, quod ſic, eò modo, quo anima noſtra corpori organizato inſinuatur, quæ tamen æthereo, & aereo eſt induta vehiculo, & eſt hæc obſeſſio, & occupatio, de qua paulò infra. Sed eſt alia ſpiritualis occupatio Dæmonum, quæ ſæpè nobis haud noxia conſpicitur, ſed potius vtilis, & proficua accidit, & eſt, quando docere volunt quædam omninò incognita animæ, vt ſunt arcana, artes, & doctrinę, pęnitus occultę nobis. Quod vt efficere poſſint (dicunt Porphyrius, & cũ eo Pſellus) quod valent phãtaſiam mouere, ad omnes conceptus ſuſcipiendos, vti faciunt magiſtri vocibus, & organo corporeo, dum diſcipulos docere volunt nobiles, & liberales diſciplinas: ſed hoc eſt diſcrimen, inter ipſos, & Dæmones, nam quod illi agunt modo reali, & vocali, ſiue vocibus, illud ipſi faciunt modo intẽtionali, ſiue intentione, & hęc accidit differẽtia ratione corporũ, id agendo Præceptor, corpore occupatur, Dæmon autem ſecus, quia corpore non occupatur, ſed potius perficitur, & adiuuatur, hinc multos, legimus, artes mirabiles didiciſſe, quaſi in inſtanti, quas quidem vix per ſex, aut decem annos potuiſſent addiſcere, etiã Præceptoris adhibita diligentia, multos item fodiendo adinueniſſe theſauros, hac nimirum Dæmonum traditione.

Dubitatio.

Reſponſio.

Duplex occupatio Dęmonũ bona & mala.

Poſtrima Dæm. quo modo tradi. tur.

Hæc tamen non meretur dici occupatio propriè, quinimò humana poteſt nũcupari ſalus, & perfectio. Vnde alius eſt modus inſtructionis, & inſinuationis,

Occupatio, & obſeſſio vera Dæm.

qui

reant. In diffinitionibus concluſum eſt, Dęmonem eſſe animal, ex anima, & corpore conſtans, & quale ſit corpus, iam latè declaratum eſt, & quibus ſit præditum dotibus. Reſtat videre modo, quibus potentijs in eo vtatur anima, & quibus minimè. Quattuor adinuenio in anima Dæmonis potētias, quibus perfectè ſuas explet functiones, & munera. Prima eſt potentia intellectiua, ſecunda ſenſitiua, tertia appetitiua, quarta ſecundum locum motiua. Quantum ad intellectiuam, communicat cum Dijs minoribus, necnon cum hominibus, qui hac nobiliſſima potentia intelligibilia, & vniuerſalia peroptimè comprehēdunt. ſed in modo comprehendendi, non ita conueniūt, nam melius hęc comprehendunt Dij Minores, cum ipſi eminentioris, & perfectioris ſint conditionis, minus Dæmones, & deterius illis homines, cum ſint in gradu animaſticarum ſubſtantiarum infimo, ſicuti in ſupremo iuniores Dij, in medio verò Dęmones. Dij nullum habēt corpus, quod quidem poſſit eſſe onus, & impedimētum, homines habent craſſiſſimum, & graue, Dęmones medium, hoc eſt aereum: Dij facillimè vnica hac intelligūt intellectione, difficillimè homines, cum mediantibus ſenſibus cōprehendāt, ſed faciliori modo ipſi Dæmones, cum habeant corpus, magis ad ſpiritum, quā ad craſſam materiam vergens.

Quæ potētias reperiūtur in anima Dæm.

Quid comprehendant intellectiuæ potētia Dęmon.

Habent prætera potentiam ſenſitiuam perfectiorem hominibus ratione purioris, & perfectioris corporis, nam potentię debent ſequi omninò conditionem corpoream, & cum ipſi habeāt magis purum corpus, habent & hāc potentiam omninò puriorem: & quoniam potentia ſenſitiua exigit neceſſariò appetitum, idcircò & appetitiuam habent potentiam, quæ cum debeat expleri mediante motu, ideò & motiuam habent, qua mouentur ad appetitum ipſum, ad tempus explendum. Et quoniam potentia ſenſitiua eſt pęnes ſenſus, qui ſunt vel interiores, vel exteriores, ideò habent illos ſenſus, ſed non omnes. De interioribus non habent niſi imaginatiuam, de exterioribus verò omnes, non tamen per multa ſēſiteria diffuſos, ſed vnica potentia adſtrictos, itaut poſſit ſola dici in eis, viſus, tactus, olfactus, auditus, & guſtus; ſenſus non craſſi, vt noſtri, ſed longè puriores, propter magnam eorum deputatam conditionem, & perfectionem: per conſequens his cognoſcunt particularia, & temporalia indiuidua, & ſenſibus omnia ſubiacentia. Sed eminentiori potentia, & perfectiori futura valēt cognoſcere quādoq;, licet multi negare audeāt, ſed abſq; ratione, quoniam experientia contrarium probat, ſi oraculis aliqualis eſt adhibenda fides (quod Porphyrius animaduertit) & ijs nedum, qui ab us requiſiti interpretationes ſomniorum dedere, quod nō egiſſent, niſi aliquo modo futura valerent præcognoſcere.

Quom. potent. potentia ſenſitiua Dæm. appetitiua, & motiua.

Quom. de interiorib. non habent niſi imaginatiuam, de exteriorib. verò oēs.

Qua potentia futura valeant cognoſcere.

Et ſi quis curioſè perquireret, quare ſępè multa falſa prædicunt, & multa amphibologica proferunt? Reſponderi poteſt, quod futurū poteſt duobus modis conſiderari, vno modo ſimpliciter, alio modo, ſecundum quid: ſimpliciter, quod eſt in potentia venturum, & nullo modo actu eſt, ſecundum quid, quod eſt in ſe actu, & eſt futurum nō reſpectu ſui, ſed mei; vt Principis aduentus ad Ciuitatem, tunc dicendum ad quæſitum, puto, quod .ſ. Dæmones primo modo non cognoſcunt futura, niſi pronoſticando, quoniam in re nondum entia ſunt, cum in effectu non contineantur; ſecundo autem modo omnia cognoſcunt, quoniam licet nobis futura ſint, & potentia eis ſūt præſentia, & actu, & hæc eſt ratio, quoniam eorū intellectus ſunt illimitati per inferiorem orbem, cuius curæ præſidēt. Pronoſticando (inquam) cognoſcunt futura ſimpliciter, & nō ſimplici intuitu, & illimitato, ſicuti in artibus experiuntur homines, quas profitentur, vt Medici medicinam profitentes, futura cognoſcunt, quandoq; circa ſanitatem, & ęgritudinem; & Aſtrologi circa temporum

Dubitatio.

Reſponſio.

Differentiæ Dęm & nostra cognit.

mu-

mutationes, & ſic quandoq; vera, quandoq; falſa prædicere valent abſq; contraditione, reſpectu diuerſorum.

Dæm. caret potētia vegetandi.

His igitur potentijs pollent animaſticis, & alijs carent, quas perſpicuè habere homines videmus, vti eſt potentia vegetandi, quam nullo modo in Dæmonibus reperiri, vno ore fatentur Academici, & hæc eſt ratio potiſſima, quoniam non habent nutritionem neceſſariam, cum itidem careant inſtrumentis, eidem inſeruientibus: ſunt enim æterni, igitur nutritio in eis eſt ſuperflua, & eadem ratione inſtrumenta, veluti os, radices, & ſimilia.

An aliquo modo dicantur nutriri Dæmones apud Platonicos.

NOn defuerunt tamen quidam, in Platonica familia etiam grauiſſimi interpretes, qui putarent, Dæmones beneficio nutritionis perfrui, vti Porphyrius, & cum eo alij, ſed eſt re vera falſa, & erronea eorum ſententia, nam Dæmones, cum non habeant inſtrumenta apta nutritioni .ſ. os, hepatem, venas, &c. non dicuntur ob id nutriri. Benè verũ eſt, quod poteſt eſſe vera per quandam ſimilitudinem, & metaphoram, hoc eſt, poſſunt dici nutrimentũ capere, quatenus eorum corpora per quoſdam halitus perficiuntur; & per fumos nociuos, quàm ſæpè lædũtur, & hæc nutritio perſimilis ſpongiarum nutritioni, aptè dici poteſt magis alteratio, quam nutritio vera, & ſi in hoc ſenſu intelligit, quod nutriantur, pingueſcant, & repleantur Dæmones, benè dixit Porphyrius, ſin min⁹, malè. Hæc de dotibus, & corporum, & animarum Dæmonum compendiosè ſunt dicta, iam aliquid dicamus de eorũ muneribus, & officijs ſpecialibus, quibus præſunt, & propter quæ facti ſunt à ſummo Factore.

Tam dicũtur nutriri metaphoricè, & nõ realiter.

An Dæmones in via Platonica ſint Beatitudinis ſuſceptibiles.

DAemones tam boni, quam mali, non temerè, non caſu fuere à ſummo Opifice creati, ſed ad aliquem finem diſpoſiti, & deſtinati, ad aliqua opera efficienda, & perficienda, necnon ad fælicitatẽ ipſam, cuius re vera capaces exiſtunt, ſecundum ſententiam omnium antiquorum Platonicorum. Sunt ſubſtantiæ æternæ operationis perpetuæ, & perfectiſſimæ ſuſceptibiles, ait Iamblicus. Nam ſi homines ſũt tales, prout iurè optimo tenent Philoſophi, multò magis Dæmones, qui (vt diximus) ſunt in eminentiori gradu perfectionis. Itidem ſi extrema ſunt fælicitatis ſuſceptibilia, vt Dij iuniores, & homines, igitur & hac ratione Dæmones in via Platonica.

Sunt beatitudinis ſuſceptib. Dæmon. in via Plat.

Alia munera Dæmonum, ſecundum ſententiam Platonis præcisè.

AD alia quippè opera extrinſeca ſunt diſpoſiti, & boni, & mali Dæmones, ſecundum ſentẽtiam veram Platonis, vnde de bonis dicebat in Epinomide, quod *Hominibus opitulãtur in ſomnis, & vaticinijs perſpiciũtur, in ſanitate, & ægritudine, ac in vitæ exitu conſpiciuntur*, &c. Et hi ſunt, quos ibidem nuncupat *prudentiæ mirabilis participes, acuto ingenio, tenaciq; memoria, cogitationes noſtras cognoſcentes, quiq; honeſtos, bonoſq; homines mirificè diligũt, improboſque odio habent*. Hi ſunt (inquam) qui curant, vt mandata Dei, citò exequãtur, rectè impleantur, & exactè perficiantur, & id ad votum Dei agunt, dum hominibus, & vrbibus, quibus præſunt, prouident, & quę decent ſubminiſtrant ſinguli ſingulis. Curant nedum de mandato Dei, vt animæ in corpora deſcendant, & eorum conſilio in vita diriguntur, & quorum reuelatione varia, & multa cognoſcunt, tandem quorum ope ad ſupera eleuãtur. Hi ſunt boni, quos, ait Calcidius in Timæo, fuiſſe nõ modo in Dei obſequiũ, ſed etiam in tutelã mortalium deſtinatos, boni iure dicũtur, & Calodæmones, qñi bona ſemper exercent opera. Mali (verſa vicè) qui Cacodæmones dicuntur, ſunt illi, de quibus dicit Plato,

Munera Dæmonum ex Plat. in Epinomide.

Quom. ſunt boni auctorit. Calcidij in Timæo, & quomod. mali ex diuerſis functionibus.

quod

[illegible] ſcelerum operis pœnas luūt improbi, & peccatores, necnon a vitijs purgantur, H. ſunt, quibus animæ tyrannorū excruciantur, & affliguntur ex demerito prauitatis eorum. Dicis idē Calcidius ibidem dici, quod impietatis, & ſceleratorū vltores, ſūt iuxta iuſtitiæ diuinæ ſanctione, & quod vltrò etiam plerunq; lædunt.

An Dæmones ſint numero determinato concluſi.

DEterminatis officijs, tùm bonorū, tùm malorum Dæmonum, breuiter inquirendū eſt, an ſint numero certo determinati, ſpecieq; [illegible] concluſi: ad hoc reſolutè dicendū eſt, quod nō: idem ſentiunt Platonici, circa huiuſmodi quęſtionem. Quidam ſequentes Heſiodū, celeberrimum vatē, & Philoſophū, putant Dæmones omnes eſſe decem millia, ſed quoniam, hæc res eſt ambigua, & incerta in Platonica ſchola, ideò ſine certa reſolutione omittitur, an etiam ſint vnius, vel diuerſæ ſpeciei: pari ratione, tamen ratio ſuadet, potius aſſerere, quod ſint eiuſdē ſpeciei, cū vnica diffinitione, & ſpecifica omnes concludantur, & licet diuerſi appareant, ex diuiſione eorum graduū, hæc potius eſt attendēda diuerſitas, ex parte locorum, quàm ex parte ſubſtantiæ. Reſtat videre, quid importet hoc nomen, DÆMON, & quare ſic appellentur, & tandem huic libro finem imponemus.

Quid importet hoc nomen, Dæmon, in via Platonis.

NOmen hoc, DÆMON, dicitur quaſi ſapiens (teſte Plat. in Cratylo) cum ipſe maximè ſapientia polleat, quæ faciliter conſpicitur in ſuis muneribus obeundis (vt diximus) & in his rebus diſcretè prudentia moderandis, quibus præfecit eoſdem voluit ſummus rerū omnium moderator, & cuſtos. His tanquā Miniſtris vel voluit, in hac ſui opificij parte, quis degunt, tanquam in proprijs ſibi habitaculis. Dicuntur ab eodem Platone, [illegible] dita ab eodem Opifice, & licet ex his multi quidam (vt vidimus) exiſtant, qui non debeant dici ſapientes, cum opera potius inſipientiæ, quam veræ ſapientię exerceāt, tamen cum non ſint tales natura, ſed defectu, & culpa, ideò per accidens dicūtur tales effecti, non conformes diuinæ voluntati, ſed omninò difformes, nec ob id nomen hoc Dæmonis amittunt. Dicantur igitur propriè boni, re vera ſapiētes, mali verò, & iniquitoſi, inſipientes Dæmones, quaſi per Antiphraſin.

Calcidius etiam vult eoſdem nuncupari Dæmones, quaſi [illegible] rerum omnium ſcientes, quos ſenſibili mūdo, prefectos eſſe voluit, ipſe rerū omnium creator, [illegible] de quibus ſup. Poſſidonius Stoicus, lib. de Heroibus, & Dæmonibus, vult Dæmones appellari [illegible] quod eſt vrere, quoniam ex ætherea ſubſtantia, puta putat eſdem conſtare, ſed hæc Dæmonis ſignificatio eſt nullius momenti, cum iam ex antedictis conſtet non modo igneos, ſiue æthereos dari, ſed aereos, & aqueos, qui eadē ratione deberent ab aere, & aqua nomen trahere. Vnde melius eſſe dicendū cum noſtris ſocij prioribus, & preſertim cū Euſebio, quod Dæmones debent appellari [illegible], quod eſt verbum denotans deterrere, & patefacere, quod agunt indiſtincte ferè, & boni, & mali Dæmones. Aliud nominum nomen, quod Dæmonibus adaptentur à Platonicis, ſecundū æthymologiam vocabuli, niſi, quod quandoque appellantur æthereæ, aereæ, & elementales poteſtates, animæ Dæmonicæ, mentes participatæ, &c. Opſiobeum audiuimus fuiſſe appellatum primū Dæmonem rebellem, & hoſtem Dei, qui fuit, cū innumeris aſſeclis è cœlo eiectus, à Pythagoricis, qui Pherecidē Syrū, Pythagoræ preceptorē ſequuntur & hūc Aten, ab Homero Poetarū Corypheo, & Alphal. Hæc breuiter de Dæmonibus, cæteris omiſſis, q nihil, aut parū ad rē faciunt.

FINIS DECIMI QVINTI LIBRI.

Qua ratione poſſunt dici inſipiētes Dæm.

Calcidius in Timæo.

Lib. de Heroibus.

Lib. de præparatione Euangelica.

An ſint numero finiti Dæm.

Magis Dæmones vidētur eſſe eiuſdem ſpeciei, quam diuerſæ.

Quom. Dæmon dicitur ſapiens in Cratylo.

CHRISTIANÆ THEOLOGIAE Cum Platonica Comparationis.

LIBER SEXTVSDECIMVS

In quo ſit abſolutiſſima comparatio vtriuſq; Theologiæ, circa naturam Dæmonicam.

CVM natura Dęmonica, latiori modo ſumatur in doctrina Platonica, quã in doctrina Chriſtiana, (vt perſpicuè ſuperioribus libris viſum eſt) ideò in eadem etiam latiores eiuſdem vidẽtur dari diffinitiones, & magis vniuerſales, cum (vt liquidò apparet) indifferenter cõpetant, tùm bonis, tùm prauis mẽtibus poſt primam imparticipatam. Diffinitiones Sanctorum Patrum pręcisè videntur competere huic naturæ deprauatę, & Dei gratia deſtitutæ propter peccatum, de qua ſuo loco latiſſimè egimus. Diffinitiones verò Platonicorum videntur tali naturę inſtitutæ cõpetentes, quæ nõ ad hominum perniciem, & ruinam tantum ſunt deſtinatæ, ſed ad eorum ſeruitutem, & vtilitatem potius accommodatæ.

Diffinit. noſtrorum Patrum præcisè competũt Dæmonib. prauis, Platonicè verò indifferẽter omnibus.

Sed ſuppoſito hoc vero dogmate, iacto hoc ſolido fundamento, quod Dęmones ſint, prout in via noſtra abſq; vlla argumentatione ſtatuimus, & in Platonica probauimus efficaciſſimis rationibus, & medijs non ſolum ex eorum doctrina erutis, ſed ex Peripateticorum principijs elicitis, qui hanc naturam reperiri, perperam negant (vt viſum eſt) ſuperiori lib. & infra videbimus, examinemus modo has diffinitiones, & facilè perſpiciemus, & diffinitionum differentias, & per conſequens rei diffinitæ cum ipſis naturam.

Dæmon à D. Auguſt. iurè ſpiritus nuncupatur, hoc idem à Platone, & Platonicis non negatur, idcircò hoc in vna re prima facie cõcordare vidẽtur, & quamuis animal, corpore indutũ ab eis in diffinitione appellctur, id accidit, quoniam, ſecundum frequentiſſimũ loquẽdi vſum, Platonicorum, omnes participatæ mentes, animæ nuncupantur, poſt primam mentem imparticipatam .ſ. cœleſtes, elementares, Dæmonicæ, & humanæ, ſed in hoc halucinantur Platonici, quoniã cũ cœli, & elementa minimè ſint animata, neq; etiam debent dici illæ ſubſtãtię motrices animæ, ſed mentes; quod mentes animariæ ſæpiſſimè vocitentur, hac eadem ratione decipiũtur; quod ſint rationales, poteſt in vtraq; via defendi, ſicuti, quod ſit ſpiritus, & mente præditus, ideò ſecluſa hac voce animal, quæ non benè ſonat in via noſtra, in cæteris poſſunt facillimè conciliari.

Dæm. oderunt noſtri appellare animalia.

Communicant etiã, quod ſit immortalis (Dei tamen permiſſione) quia ſicut ex nihilo eundem creauit altiſſimus, de ſua potẽtia abſoluta, poſſet etiam eadem ratione illum ad nihilum reducere, ſine vlla repugnantia.

Cõmunicãt quod ſint immortales.

Communicant preterea, quod ſit animo

Cõicant q̃ ſint animo paſſibiles.

mo paſſibilis, & quod ſit ſpiritus erraticus ſub orbe lunæ, in elemento aeris caliginoſi degens, ſed verſa vice pugnant, quod dicatur Deus, cum Amellio (etiam nuncupatiuè) loquẽdo de prauo ſpiritu, non de bono, & ratio eſt, quia hoc nomen Angelis bonis .i. Dijs iunioribus, & Calodęmonibus, hominibuſq; ſolũmodo, in vtraq; via adaptari poteſt, Cacodæmonibus verò nequaquam.

Quomodo ſint natura media communicãt, & pugnant.

Quod autem ſit natura media, inter Deũ, & homines, vt aſſerit Proclus, non eſt abſolutè verum, neq; omninò falſum, nam ſi conſideretur Dæmon ante peccatum, & vt Angelus lucis, vtiq; poteſt dici media natura, ſi verò poſt peccatum, vt Angelus tenebrarum, minimè, quoniam infra hominem, per culpam deprauatus, iure collocatus eſt, adeò quod in hac ſententia, ſecũdum eorum naturam inſtitutam, communicare poſſunt, ſecundum verò eam deſtitutam, nequaquam.

Quod aliquo corpore ſint prædıti (licet tenui, & leuiſſimo) pari ratione dicendum eſt, quod pugnent, & communicẽt, communicant (inquam) cum his Patribus, qui putant Angelos, & Dæmones corporibus talibus vti, vt eſt in capite D.

Doct. tenentes Dæm. eſſe incorporeos, prout ſunt Ang.

Auguſt. lib. 2. ſuper Gen. ad litterã, cap. 17. Epiſtola 115. ad Nebridiũ in expoſitione Pſal. 145. de Ciuitate Dei, lib. 11. cap. 23. pariter de Ciuit. lib. 15. cap. 23. de Eccleſiaſticis dogmatibus cap. 11. & 12. licet Magiſter ſentent. 2. lib. Diſt. 8. dicat, quod D. Auguſt. non ex proprio ſenſu, ſed ex aliorum ſententia id afferat, cum eo tamen cõſentit Io. Caſſianus lib. 7. Collat. cap. 10. Io. Damaſcenus 2. Theologiæ cap. 3. & lib. 3. aduerſus Iconomaſtas, & hos omnes ſequuntur Baſilius Magnus, Athanaſius, & Methodius, qui quidem vno ore pronunciant, ſolum Deum eſſe incorporeum. Exaduersò D. Thomas, & pleriq; ſcholaſtici, ſequentes opinionem D. Dionyſij Areopagitæ, negant, qui primo Cap. cœleſtis Hierarchiæ appellat Angelos, & Dęmones incorporeas, & immateriales ſubſtãtias, & præſertim Angelos Deiformes ſimplicitates, cui adſtipulantur Chriſoſt. hom. 22. in Gen. & alij, quorum opinio à multis, vt verior, amplexatur, & ratio D. Thomæ eſt, quod Angeli, & Dęmones neq; ſubſiſtendi, neq; intelligendi, neq; ſeipſos mouendi gratia, corporibus indigent. D. Bernardus ſtat dubius, & anceps, propter hanc diuerſitatem opinionum Sanctiſſimorum Patrum, & doctiſſimorum Theologorum, adeò quod à primo ad vltimum (vt diximus) cũ primis concordant, cum ſecundis autẽ verſa vice diſcordant.

In hac re quom. põt intelligi, & pugnent, & cõicent.

Quod poſtea Dæmones ſint ſpiritus nocendi cupidi, iniuſti, ſuperbi, fallaces, inuidi, callidi, impuri, & inquieti ſi, generis humani hoſtes perpetui, & quod polleãt omnibus iniquitatibus, quorum meminit D. Auguſt. in diffinitione, & quorum lõga ſeries legitur in illa deſcriptione, quæ eruitur ex cõpendio Sac. Theol. non omninò diſtant Platonici à noſtratibus, ſi verum eſt, quod ipſi admittant Cacodæmones, prout eorum auctoritatibus probatum eſt, nam eorum malitia (inquit) non conſiſtit, niſi in his prauis actibus, & iniquis operationibus, quæ conſpicuè apparent contrariæ, ordini vniuerſæ naturę, & humanę conditionis, vt tactum eſt de mente Mercurij, & Porphyrij. Sint igitur in hac itidem re concordes, licet de eorum malitia, & nequitia nõ ita explicitè locuti ſint Platonici, vti Theologi noſtri, & vniuerſa vetus, & noua ſcriptura. Hæc ſunt, in quibus concordant, & in quibus aliqualiter diſcordare videntur noſtri, & Platonici, ſecundum ea, quæ in diffinitionibus vtriuſq; Theologiæ ſcripta leguntur.

In quib. pugnãt, & cõſ. cãt circa malitiã Dæm.

Sed rem altius repetendo, videamus, quomodo in cæteris conueniãt, & diſcrẽpent, quæ magis eorum naturam, & functiones declarant; & primò, quod ſint plures in vtraq; via, non eſt cur dubitetur, in noſtra clarũ eſt, ex eo, quod communiter tenetur, quod tertia pars Angelicæ naturæ, cum illius capite, & Anteſi-

Cõmunicãt in plat. aut. Dæm.

gnano Lucifero. In Platonica pariter, ex hoc clarum apparet, quoniam in mundo multæ admiſſæ ſunt poteſtates, & eidem, & hominibus omninò contrariæ, ſicuti etiam multæ bonæ in eodem reperiuntur, vt ex Platone ipſo, & Platonicis inſignioribus eruitur.

Circa originem nõ benè cõicant, niſi admiſſa creatione Plat.

Quod habuerint originẽ à Primo conditore, per creationem, ſicuti alia multa, ante mundi conſtitutionem, facilè concurrerent, ſi admitteretur creatio in doctrina Platonica, prout à multis admittitur, cum mundi ortu temporali, & non cauſatiuo tantum.

Quod itidẽ omnes natura fuerint producti boni ab eodem Diuino Opifice, licet mali ex culpa effecti ſint, facilè in vtraq; via conijci poteſt; & affirmari, & per conſequens in hac etiam re ad inuicem cõcordare admitti poteſt, quod etiã ceciderint, propter peccatũ in cœlo commiſſum contra Diuinam Maieſtatem, facilè conſentire videntur, quod verò illa, vel illa die minimè, cum nulla mẽtio appareat temporis, ſeu morulæ in ſcriptis Platonis, & Platonicorum.

Circa casũ Luciferi cõmunicãt circa ſubſtantiã facti, ſed diſſentiunt in verbis.

Vtrum communicent circa veritatem caſus Luciferi, & aſſeclarũ, de quo Iſaias, cap. 14. & Homerus lib. 19. Illiad. qui ipſum Atẽ appellat, & quẽ Ophionæum Pherecydes, non eſt facilis reſponſio, cum hæc vera ſint apud noſtros, illa verò poeticè decantata; nihilominus dicere poſſumus, quod Poeta, & Philoſophus, ſi naturæ non ſolum beneficio, ſed antiquorum Patrum relatione, vel diuina reuelatione hoc prodiderũt, quod ſaltem, quo ad ſubſtantiam facti conueniunt, licet quo ad verba, & quaſdam circũſtantias diſcrepare videantur.

Quod autem, ſicut cadendo Lucifer, illam copioſam Angelorum multitudinem ſecum traxerit, ſicut Ophionæus apud Platonicos, & Aten apud Poetas, ita tenendum eſt in hac re, vtranq; Theologiam concordare, vnde affirmari poteſt, quod ſi non in omnibus ſaltem, non ſolum in ſubſtantia caſus, ſed in hac multitudine eadem ratione conuenire.

Qnod vnus illorum ſit caput, & omnium Coryphæus. ſ. Lucifer, itidem conſentiunt, qui multos ſub ſe, ſecundũ noſtros, duces habeat, qui quidem in bello ſpirituali homines varijs modis, & varijs tentationibus irretiant, & illaqueent, & hoc facilè perſuaderi poteſt, quoniam in doctrina Triſmagiſtica, & Platonica, abſq; controuerſia Dæmoniarcha admittitur, qui eſt omnium Anteſignanus.

Cõicãt quo ad prælationes.

Quod hac de cauſa, inter ipſos ſint prælationes, & gradus, ſicut in humana ſpecie, & Angelica Hierarchia reperiuntur, ita eoſdem conuenire putandum eſt.

Cõicant circa ſenſus illuſiones.

Quod mirabilia faciant, in conſpectu hominum, ſenſus illudendo, ac eoſdem decipiendo, itidem vno aſſenſu conueniunt, & non ſolum noſtri, & Academici, ſed vniuerſa vetus ſapientia Ethnicorum, exceptis Peripateticis.

Et in hoc potius communicant.

Quod valeant ſolummodo illa futura contingentia ſcire, quæ habent cauſam determinatam, vt Aſtrologica, tamẽ proſnoſticando, quod eſt ſecũdum quid, non autem ſimpliciter, vt ſunt, quæ non actu reperiuntur in rerum natura, vtpotè non entia, itidem concordant, vel parum diſcrepant.

Et in hoc verè communicant.

Quod ſint aliqua compoſitione compoſiti, prout ſunt Angeli boni, de cõmuni cõſenſu noſtrorum Theologorũ, item cenſeri poteſt, quod communicent etiam (excluſo corpore elementali) in quo viuunt, cum ſolummodo gratuita, & non naturalia amiſerint in illa ruina, quæ ex prauo eorum errore, prima, vel ſecunda die, ſecundum noſtros, ſibi accidiſſe, vera ſcriptura teſtatur.

Et in hoc itidem cõicare poſſũt ſecluſis vehiculis.

Quod tàm intelligibilia, quã ſenſibilia intelligibiliter ſui natura cognoſcere valeant, etiam ſine corporum ſenſiterijs, itidem conuenire putandum eſt, abſq; vlla repugnantia. Nec obſtat, quod corpora, quibus induti ſunt, eſſent fruſtra, ſi non ſibi data eſſent ad aliquod officium exercendum, quoniam potius, vt vehicula ſibi fuere à conditore tradita, quam

ve-

veluti organa, in quibus nobiliſſimas operationes exercere valerent, in Platonica doctrina paſſim tenetur. Quod mentali, & non vocali vtantur locutione, pariter eoſdem concordare putandum eſt, cum careant naturalibus inſtrumẽtis, locutioni aſſignatis, in vtraq; via. Et cum valeant corpora aſſumere peregrina, per quorum inſtrumenta poſſunt ſenſibilem edere locutionem, in hoc etiam non diſcrepant noſtrates à Platonicis.

Et in hoc itidem communicãt, ſecluſa ſimplici corporeitate Dæm.

Quod valeant corpora materialia facillimè penetrare, per ſuam ſubtiliſſimam naturam, vt corpora glorioſa faciunt, itidem non contradicunt, & non ſunt ad inuicem controuerſi, niſi in hoc, quod noſtrates, id agere eos, putãt abſq; vllo corpore aſſumpto, ſed proprio, Platonici autem exiſtimãt, Dęmones idem facere in ſuis corporibus ſimplicibus, & naturalibus, quod eſt noſtræ veritati contrariũ.

Et in hoc ſimilè côicant.

Quod demùm polleant rerum ſcientia, ex ſubtilitate naturæ, & experientiæ longitudine, necnon ex reuelatione eiuſdem acquiſitæ à ſuperioribus, non audẽt negare Platonici, quare in hac itidem re minimè diſcrepare à noſtris, tenẽdũ eſt.

In hoc minimè cómunic ant.

Exaduersò nullo modo conſentiunt, quod eorum corpora referant formã, vel figuram orbicularem, quę in penetratione corporum materialium, per ſubtiliſſimos poros diſtendatur ad inſtar vermiculorum, quoniam vel pænitus carẽt corporibus, vt multi ex noſtris Theologis putant (quod viſum eſt lib. de Angelorum natura, & paulò ſupra) vel ſi habent illa quandoq; aſſumunt ad aliquod facinus perpetrandum, ſed poſtea dimittunt, præter naturalia, vt quando cadauera, muſcas, & ranas accipiunt, quę nihilominus diutiùs minimè conſeruant, cum vnio, & aſſumptio illa ſit ſuæ naturę aduentitia, & accidẽtalis, non autem naturalis, nec hypoſtatica, ſecus autem intelligatur de illis corporibus ęthereis, aereis, & igneis, quibus (vt diximus) naturaliter prędìti ſunt.

Conueniunt tamen, quod illa corpora moueant, vt motores nauium naues, quinimò informent, nõ tanquam formę informantes, ſed aſſiſtentes.

Et in hoc pariter côicant.

Conueniunt, quod non poſſint exercere in ipſis corporibus operationes trãſeuntes, ſed immanentes, & hoc abſq; vllo corporeo organo .ſ. intelligere, velle, &c. quæ etiam à corporibus abiuncti dubiò procul exercere valent, ſicut Angeli, & animæ ſeparatæ.

Et in hoc côicant.

Conueniunt, quod non poſſint exercere ſenſuum exteriorum operationes .ſ. ſentire, audire, &c. quoniã corpora, quæ aſſumunt, non ſunt perfecta, nec organizata, nec diſpoſita ad illas operationes obeundas, eorum namq; ſenſus exteriores ſunt vnica potentia aſtricti, & nõ per ſenſiteria varia diffuſi.

Et in hoc itidem côicant.

Conſentiunt, quod corpora naturalia, vel aſſumpta nõ nutriantur, vel augeantur, cum careant omninò vegetatiua facultate, ſed dumtaxat ab illis moueantur (vt dictũ eſt) vnde in hoc allucinatus eſt Porphyrius.

Et in hoc cõmunicãt, & quare.

Conſentiunt eadem ratione, quod in corporibus aſſumptis itidem non valeãt munera, & functiones potentię ſenſitiuę interioris explere, hoc eſt phantaſiæ, &c. quoniam illa corpora ab illis accidentaliter aſſumpta ſunt tam indiſpoſita pro ſenſibus inerioribus, quam pro exterioribus, vt dictum eſt.

Et in hoc cõmunicant.

Conſentiunt, quod vtiq; corpora noſtra occupent, dum animæ organis vtuntur, & pæſertim phantaſiæ, non autem phantaſia ipſa, nec obſtat, quod id efficere minimè valeant, cum ſint natura corporei, quoniam eorum naturalia corpora (vt dictum eſt) ſunt ſubtilia, & de facili penetrabilia, etiam corporũ ſolidorum, vt ſunt animarum vehicula, in via Academica. Vtuntur (inquã) organo phantaſiæ, nõ autem phantaſia ipſa, quoniam de ſenſibus interioribus non habent, niſi imaginatiuam.

In hoc verè pugnant.

Non cõſentiunt poſtea, quod nutriãtur per halitus (vt perperam imaginatus eſt Porphyrius) quoniam carent omni

nu-

nutritione, etiam metaphorica, nam ad quid nutritionẽ ipſis aſſignare abſq; neceſſitate? patiuntur quidem alterationem quandam, quæ tamen verè, non meretur dici mutatio.

Non diſſentiunt. Quod verò triſtentur per ſuffumigia, fama paſſim vagatur, nam ſicut lætantur, ſiue lætitię, & gaudij capaces ſunt, ita triſtitiæ, & mœroris ſunt ſuſceptibiles, & hæ paſſiones liquidò in ipſis apparẽt in praxi, dum exorciſtę quærunt eos à corporibus obſeſſis, & verbis, & actibus huiuſcemodi expellere, quare in hac re non diſſentiunt forſan noſtri, & Academici.

In hoc etiã videtur cõmunicare, quã pugnare. An poſtea ſint omnes eiuſdẽ ſpeciei, multi multa dicunt, ſed potior pars magis videtur adhęrere opinioni credentiũ potius, quod ſic, quam quod non, nihilominus in hac re, ſi licet Neothericorum afferre ſententiam, vtraq; opinio poteſt teneri, & ſuſtineri in vtraq; via, ſicuti de Angelis bonis dictum eſt, nos autem dicimus, & pronũciamus affirmatiuam magis veritati conſonã eſſe, & eſt ratio, quia omnes ſub vnica diffinitione cadũt, omnes habuere idem principium, omnes à ſuo creatore obtinuere eaſdem dotes, & nil aliud propter culpam amiſerunt, niſi gratuita, quamobrẽ ex Angelis lucis effecti ſunt Angeli tenebrarum, & in hac ſanè re nullum inuenio diſſidium, inter noſtros Doctores, & illos Academicos, qui hanc non ſolum bonam, ſed prauam admittunt naturam Dæmonicam, ſic nec obſtat, quod ſub diuerſis formis, diuerſi quandoq; appareant, quia hæc diuerſitas eſt accidentalis, & prouenit magis à diuerſitate graduum, vel corporum aſſumptorum, quam à diuerſitate naturæ, & ſubſtantiæ, vnde ex hoc poſſunt concludi in vtraque via eiuſdem ſpeciei.

Et in hoc itidem cõſent. Quod praui hi ſpiritus pœnas infligãt impijs, & peccatoribus, decreto Diuinæ Iuſtitiæ, cuius ſunt executores, & quod crucient Tyrannos, & homines, propter demerita ſuæ prauitatis, vtiq; conueniũt noſtri, & Academici, qui (Præceptore Duce) potiores autumãt, quod ſicuti boni hominibus opem, & auxilium ferunt, ita mali id faciant, tamen (vt diximus) diuinæ voluntatis permiſſione.

In hoc pugnãt procul dubiò. Non conueniunt è contrariò noſtri, & Academici illi, qui ſententiam Heſiodi ſequuntur in numero Dæmonum, quoniam cõcludunt dumtaxat eſſe decẽ millia, quæ opinio, vt veritati controuerſa ab alijs iure non acceptatur, quinimò vt falſa, & anilis reprobatur. Nam ſi tertia pars ſpiritualis naturæ (vt omnes Theologi noſtrates vno ore concludunt) è cœlo præcipiti ruina ex culpa cęcidit, paulò poſt ſuam creationem, & illa ſit maxima, quæ excedit in numero, nõ ſolum millia, ſed decies cẽtena millia (vt viſum eſt ſuo loco) reſtat, quod hęc poſitio ſit tãquam falſa, & erronea reprobanda.

In hoc communicant. Conueniunt tandem, quod Dæmon, iuxta vocabuli ſignificationem, & ethymologiam, dicatur ſapiens, non tamen omnia ſciens, quoniam multa ignorat, quę Deus haud vult eiſdem eſſe cognita, & in hoc lapſus eſt Calcidius, quare &c.

Hæc ſunt, quæ breuiter, & reſolutè dici poſſunt, pro comparatione Dęmonũ in Ethnica, & Chriſtiana Theologia, in quibus multa tacita tranſiuimus, & ad euitãdam verborum prolixitatẽ, & etiam, quia multa diximus in cõparatione Angelica, quæ etiam ad hanc naturã ſolum, ab illa differentẽ, accidentaliter ſpectantia, videri poſſunt. In qua etiam certum non ſumus ſecuti ordinem, comparando, quem ſeruauimus in ſuperioribus libris, quoniam in vnius comparatione, aliud occurrebat opportunè declarandum pro illius explicatione. Iam ad cautiones, more noſtro, accedamus, & poſtea felicibus auſpicijs finẽ huic libro imponemus.

Cautiones, quibus vti debet pius Chriſtianæ veritatis amicus, in Ethnicis Philoſophis legendis, circa Dæmonicam naturam.

Cautio prima. CAutione magna in primis procedẽdum eſt, ne quis putet nequaquam

reperiri naturam Dæmonicam abſolutè (vt tenent Peripatetici) vel quod bona admittatur, mala autem nequaquam, vt pars vna Platonicorum videtur aſſerere, quę malum in natura à materia abiuncta neſcit conſiderare, quia vniuerſa ſapientia vetus, Cacodæmones admittit (vt viſum eſt) quare contrariũ aſſerere, eſſet in hæreſim incidere prauam quorundam hæreticorum, qui Antedæmonici nuncupantur, quiq; non ſolum omnes ſpiritus malos è medio tollere conantur, ſed minimè per eos poſſe fieri maleficia, & incantationes autumant, & iſti ſunt Georgiani, Dauidici, Andreani, & Oſeander, aſſertore Caſtrenſe, & Prateolo.

In contrarium afferre Patrũ rationes, & auctoritates, pro iſtorum .ſ. euerſione, & veritatis confirmatione, eſſet perſpicaciſſimis oculis ſolem oſtendere lucidum, quippè cũ tota vetus, & noua ſcriptura, de his perſpicuè loquatur, nec inficiatur dari hanc naturam malam per peccatum deprauatam homini inimicam.

Fons iſtius erroris emanauit ab Ariſt. & quo hæc loca ejuniatur.

Fontem, & ſcaturiginem iſtius erroris emanare, à Philoſophia Ariſt. nõ eſt, qui negare audeat, qui quidem nõ ſolum (vt oſtenſum eſt) malos nõ admittit ſpiritus, ſeorſum à materia, ſed nec bonos, præter intelligentias cœleſtes, vnde vltra rationes in ſuperiori libro adductas, auctoritates etiam eliciuntur ex eius doctrina, hinc inde ex varijs libris excerptæ, & ſupra obiter tactæ.

Lib. 3. de anima. 6c.

Harum prima eſt illa, quæ videtur reijcere Dęmones, dum ait, nullum animal poſſe conſtare, vel ex aere, vel ex igne, vel ex alio ſimplici corpore, prout videntur aſſerere Platonici.

Lib. 1. de anima. 87. 88.

Secunda, quæ oſtendit elementa minimè eſſe anima prædita, quoniam impoſſibile eſt eandem reperiri naturam nobiliſſimam in igne, & aere.

Lib. 1 anim. cap. 1.

Tertia, quæ negat dari animal, quod ſolum ſit aereũ, prout tenent Academici.

2. de gener. animal.

Quarta, quæ aſſertiuè profert, ipſum ignem, nullum generare animal.

Lib. 4. Meteor.

Quinta, quæ ait, in terra dumtaxat, & aqua, animantia generari, in igne verò, & aere minimè, & eſt eius ratio, quoniam corporum materia hęc ſunt ſimpliciter.

Sexta, quæ facultatem ratiocinandi .i. Dianiam, ait vltimam eſſe, & minimam, quoniam ſoli competit homini, & non alijs animantibus. *2. de anima tex. 32.*

Septima, quæ inquit, ſolum genus humanum diuinitatis eſſe capax. *2. de partib. animal. cap. 10.*

Octaua demùm, quæ explicitè dicit, & hoc idem fatetur, quare concludendũ eſt, ipſum nequaquam admittere Dęmones (vt quibuſdam rationibus etiam ſup. concluſum eſt) ſed ſicuti in multis ad veram Theologiã attinentibus errauit, ita in hac Dæmonica veritate hallucinatus eſt. quare hęc aſſertio, vt peſſima hæreſis, à fidelibus Chriſticolis fugienda eſt. *7. Politicor. c. 13.*

Nec oportet pro eius defenſione dicere, quod non eſt abſolutè verum, quod neget Dæmones, quoniam pluribus in locis, mentionem facit iſtius naturæ, & primò videtur in diuiſione ſubſtantię inter alias partes, explicitè enumerare Dæmones; Secũdò, ait Zenocratẽ, Eudęmona eſſe affirmare, qui animam habet ſtudioſam, hãc.n. vnicuiq; eſſe Eudęmona. Tertiò, per ſomniũ, dicit ſomnia nõ immitti à Deo, ſed eſſe Dæmonica, quia natura Dæmonica eſt, non diuina; q̃m ad hęc facillimè reſpondent tenẽtes, & non iniuria, Ariſt. non concedere Dæmones, quod quãdo locutus eſt ſic Philoſophus, vel quod ſecũdum vſum vulgarẽ locutus eſt, & non ex propria ſententia, vel quod Metaphoricè intellexit dari Dæmones, non autem re vera, & ſeriò, vt quidam putant Philoſophi, & in hoc, non ſolum Platonem, & aſſeclas reprobare videtur, ſed veritatem Chriſtianæ doctrinæ luce meridiana clariorem. *5. Metaph. cap. 8.* *Top. 2. loco 19.* *Lib. de diuinat.*

Etenim hi vulgares Philoſophi, aiunt hoc nomen Dæmon facilè adaptari poſſe, cuilibet animi facultati, in via ipſius, & præſertim rationi, & appetitui ſenſitiuo, vnde, qui recta ducitur ratione, bono duci Dæmone dicitur, qui verò ira, & cupiditate, à prauo dicitur trahi Dæmo- *Ideſt Auerroiſtici.* *Hæc eſt opinio Pron. damnata ſup lib.*

tere

Facilè defendetur Ariſt. ſi dicatur, quod negat Dęmones modo, quo ponuntur à Plat. ſ. eſſe animalia, non autem ſimpliciter.

ne. Sed hæc, & ſimilia proferentes toto animo errant, & non rectũ videntur habere rõnis vſum, ſed deprauatum, à malo Dæmone deluſum, idcirco iſti fugiendi ſunt, tanquam hæretici peſſimi, & malè doceſ: quare à primo ad vltimũ, cauſa originatia iſtius hæreſis erũt à Platon. doctr.

Cautio 4.

Cautè ſiidem procedatur in lectione Platonica, vbi videntur multi in hanc currere ſententiam, vt putent naturam Dęmonicam abſq; repugnantia ſuſceptibilem eſſe Beatitudinis; loquẽdo de Cacodæm. quoniã eſt penitus veritati, & doctrinæ noſtræ contraria, & vt falſa iure reprobata. Nam cum ſpecialis illorum caſus, vt peroptimè declaratur in Comp. Theol. fuerit de naturæ puritate, & flexibilitate liberę voluntatis, ad cõmutabile bonũ, de luce ad tenebras, de ſcientia ad ignorantiam, de innocentia ad culpam, de fœlicitate ad pœnam, & demum de dilectione in odium, poſt caſum facti ſunt impœnitentes, & obſtinati in malo, excæcati à vero, in bono aũt deordinati, infirmati in virtute, & tandem excluſi à Dei ſpeculatione: propterea voluntas eorum conuerſa eſt obſtinatiſſimò in hominis odium, & inuidiam, quæ eſt cauſa, quod totis viribus nitantur ad eius ſubuerſionẽ, per multos tentandi, & nocendi modos. Vnde, ſtantibus allegatis, & præſertim ſtante obſtinatione, & per conſequẽs priuatione diuinæ contemplationis, excluſi remanent à beatitudine vera in æternum.

Cõp. Theol. lib 2 c 2.

Quare Dæmones non ſunt beatificabiles.

Hoc fateri, ac pro viribus tueri, eſſet in manifeſtam incidere hæreſim Origenis Adamantij; vetuſtiſſimi, & celeberrimi Doctoris, ſi tamen iſtius prauæ ſententię promulgatio exordiũ ſumpſit ab eo, qui fuit Diuinarum ſcripturarum accuratiſſimus interpres, & nõ huius, & multorum errorum inuentor, vt forſan falsò ei imponere ſuæ tempeſtatis hæretici, praua inuidiæ liuore tacti, vt peroptimè in eius defenſione autumant, & promunt multi præſtantiſſimi Patres; & præſertim Pamphilus Martyr ex antiquis, & ex recẽtioribus, D. Io. Picus, in ſuis Apolog.

Excuſatio Origenis.

Iſti (inquã) hæretici praui volũt, quod inter multas hęreſes, hanc protuliſſet, vt diceret Dæmones tandẽ in fine mundi fore ſaluandos, quod eſt dictu, ipſos eſſe Beatitudinis potentia capaces. Hãc ſecuti ſunt Libertini quidã hęretici, ſic appellati (aſſertore Lyndano, Caſtrenſe, & Prateolo) à libertate, quã prædicant Euangelicam. Et his quidem inconſideratè, Dei miſericordiam non ſolum hominibus pollicentur, ſed etiam Dæmonibus, quos vocant (vt diximus) poſt finale iudicium, fore ſaluandos, quæ hæreſis cum multis alijs fuit iure reiecta à Patribus, & præſertim à Malleo Hæreticorũ, & D. Aug. Lib. de hæreſib c 43.

Hæc eadem fuit & amplexata, & promulgata ab illis hęreticis, qui Dęmoniaci nuncupantur, de quibus ſupra mẽtionẽ fecimus. Hi itaq; hos Cacodęm. impiè colunt, quę eſt re vera fatua, & falſa religio, quia dicũt expreſſè, quod poſt mũdi exitũ, ſunt re vera ſaluãdi, hinc Beatitudinis eoſdẽ exiſtimant, ſed perperàm, capaces.

Iſtæ ſunt hęreſes, à quibus cauere debent Catholici Chriſticolę, circa Dęmonicam naturã, iſtę ſunt pernicioſę peſtes, quę ſunt fugiendę ab eiſdem, dum lectioni Ethnicę doctrinę curioſè dant operã. Nec oportet, quod ſeducantur à lepore, & nitore eloquentię; vel à vi rationum, quas afferunt, ſed ineptè pro firmanda ſua in hac re opinione, dum aiunt, quod non ſolum boni, ſed mali etiã Dæmones ſunt ſaluandi, quoniam à Deo nõ fuerũt fruſtra, & caſu creati, & cum ſint hominibus natura eminentiores, & cum extremi ſint Beatitudinis ſuſceptibiles, nẽpè boni Dæmones, & homines, ita etiam medij non ſunt eadem fœlicitate deſtituti. Quoniam huic inſtantiæ, eſt facilis reſponſio, ſi dicamus, quod huius muneris priuatio, non accidit naturę, Dei voluntate, ſed propria malitia, in qua firmè perſiſtendo, diuinam amiſere gratiam, & diuina iure priuati sũt miſericordia, qua priuatione, fœlicitatis remanent incapaces. Et hæc ſufficiant pro comparatione Dæmonica, & cautionibus vtendis in ea.

FINIS DECIMISEXTI LIBRI.

CHRISTIANÆ THEOLOGIAE Cum Platonica Comparationis.

LIB. DECIMVS SEPTIMVS.

De humana fœlicitate, ſecundum ſinceram veritatem Theologiæ noſtræ.

HOMO, qui eſt ad ſimilitudinem Diuinam eſformatus, quique eſt rationis vſu, ac vocali locutione prędirus, inter omnia animátia iure his de cauſis primatum tenet (vt perſpicuè apparet) at fruſtra hac admirabili conditione eſſet à ſuo creatore inſignitus, niſi etiam eundem Beatitudinis ſuſceptibilem pręterea effeciſſet, ſed hanc, noluit Altiſſimus, vt ipſe ſimpliciter, ſed labore, meritis, & virtutibus mediantibus, conſequeretur. Vt igitur iſti⁹ fęlicitatis capax, natura conditus, nil aliud in vita quęrere, nil aliud, quàm hanc indagare, ſtudere debet, ſed decipitur, vt plurimum, miſer, quoniã à ſenſu deceptus, eandem in hac caduca vita perquirens, deprauata ratione, putat eãdem eſſe, vel in facultatibus caducis, vel in honoribus inanibus, vel in voluptatibus ſenſuum, & pręterea in illecebris. Proh dolor cętera animalia, vt agentia naturalia, ſuum determinatè cognoſcunt finem, nec circa illum errare videntur, ſolus homo, vt voluntarium agens, ſic deceptus, verum non agnoſcit diſtinctè, verum non perquirit, & ob id verum non aſſequitur. Hunc igitur volens Deus ei oſtendere, ac pręterea volẽs illum miræ ſuauitate compellere, ad eundem inueniendum, & amplexandum, miſit filium ſuum humana noſtra fragilitate carnali indutum, qui & hunc oſtendit, & voce, & teſtibus pręordinatis, & determinatis, & prætereà pręd icauit, ac alijs prædicare præcepit. Sed quoniam multi reperiũtur, ita vecordes, qui eandem Beatitudinem enixè, & pro viribus negare nõ erubeſcunt, vel vtcũq; ſed imperfectam, & non veram admittere; vtpotè illam, quæ in ſenſualitatibus repoſita exiſtimatur, idcircò hic & probare, & diffinire, & eam declarare, pro viribus tentabimus, ſed breuiter, & clarè more noſtro id agere conabimur, & ad hoc, vt ordinatè procedamus, inquiremus.

Quare homo eſt ad beatitudinẽ ordinatus.

Deus miſit filiũ ſuum in mundum, ad hoc, vt

homo ſuũ verum aſſequetur finem, qui eſt beatitudo.

Primò, an ſit.

Secundò, quotuplex ſit, hoc eſt, an ſit vna, vel plures, & quæ ſit vera.

Tertiò, quid ipſa ſit.

Quartò, cuius pōtẽtiæ ſit præciſè operatio, ſiue in quo conſiſtat, an. ſ. in intellectiua, vel volitiua potentia.

Quintò, in qua potentia conſiſtat, hoc eſt, an in intellectu practico, an ſpeculatiuo.

Sextò, quomodo omnes Beatitudinẽ appetant, & quam præciſè.

Septimò demùm, quibus ſit varijs prędita nominibus.

Contra eos, qui audent humanā Beatitudinem infringere, & negare, & ſi aliqualem admittunt, eam in ſenſualitatibus poſitam eſſe, volunt; ſunt & rationes perſuaſibiles, & auctoritates Sāctorum, quas euerrerē, & impugnare minimè pius Chriſticola debet.

An detur humana fælicitas, ſecundum veram doctrinam Chriſtianorum.

Prima ratio qua probatur Beatitudinem eſſe.

PRima facie poteſt hac ſolida ratione probari, quod detur vera Beatitudo in via noſtra. Nullū dubium eſt, quod omnis potētia naturaliter verſatur circa proprium obiectum, & determinatum, & dicitur potentia, eò quia poteſt naturaliter illud attingere, & conſequi, & ſic ad actum vltimum reduci, alioquin nō eſſet potentia, ſed impotentia, quo adepto, nil amplius quærit, ſed in eo quieſcit, tāquam ſuum vltimum ſit cōſecuta finem.

Potētiæ animæ tres apud omnes.

Anima habet tres potentias (vt cuilibet notum eſt) .ſ. intellectum, memoriam, & voluntatē, intellectus habet pro obiecto verum, memoria memorabile; & volūtas bonum, at intellectiua potētia pro ſtatu præſenti nō inuenit ſincerum obiectum, .ſ. verum, in quo perfectè acquieſcat, & firmetur, igitur ne ſit fruſtranea illa potentia, quæ eſt nobiliſſima, in ſtatu futuro debet inuenire illud, in quo vltimatè quietetur, & iſtud nil aliud eſt, niſi primum verū, quod eſt Deus glorioſus, qui ſolū poteſt totam explere animā. Quod autem ipſum pro ſtatu præſenti nō inueniat, probatur auctoritate D. Auguſt. Patris veritatis, & litterarum luminis, dicentis, quod non acquieſcit in via intellectus noſter in quolibet obiecto, vnde exclamat: *Inquietum eſt cor noſtrum Domine, donec acquieſcat in te.* & Dauid multò ante exclamauit: *Satiabor cùm apparuerit gloria tua.* quaſi dicat, nunquam ſatiabor in via, ſed ſolum in patria, quando apparebit gloria tua.

Nunquid Scoticè dictum?

Auctoritas Pſalm & D. Aug. hanc rationem confirm.

Pſal 16.

Idem dicendum eſt de memoria, quæ cum nihil ſtabile hic inueniat, ſed omnia fluxibilia, & ideò facilè obliuioni obnoxia, alibi, hoc eſt in patria, debet reponere illud memorabile, quod nunquam in eo deleatur, tanquam omninò ſtabiliſſimum, & impermutabile. Nam (vt videbimus infra) ſicuti ad intellectū ſpectat viſio obiecti beatifici, ſic ad memoriam tentio, & ad volūtatem fruitio eiuſdem obiecti.

Militat eadē pulcherrima ratio etiam de voluntate, quę, cum ſummū obiectum .i. bonum, in hac vita, non inueniat perfectum, in quo vltimatè quietetur, in aliterā illud, in quo acquieſcat, & quo perfectè fruatur, habere debet, & iſtud eſt ſummū illud primum bonum, vltra quod nil amplius deſiderari poteſt.

Hoc argumentum, ſicuti concludit, obiectum beatificum dari, vt vltimatè quietatiuum, ita & animæ Beatitudo, non pro ſtatu iſto, ſed pro futuro, & eiuſdem immortalitas, & præmium omnium noſtrorum laborum concluditur.

Præterea hominem fecit Deus propter ſeipſum, dicit idem D. Auguſt. hoc eſt, vt ipſum agnoſcat, laudet, & glorificet, ſicuti omnia fecit propter hominem, at pro ſtatu iſto non valet ipſum cognoſcere à priori, ſed à poſteriori, igitur datur ſtatus, in quo cum agnoſcat perfectè à priori, in eo quietetur, ac eo fruatur, tanquam creatura ab illo ad hūc finem condita. Vnde ad hoc propoſitum dicebat idem Pater Auguſt. quod *Fecit Deus rationalem creaturam, vt ſummum bonū intelligeret, intelligendo amaret, amādo poſſideret, & poſſidendo eo frueretur.* At non poteſt hæc eia facere homo pro ſtatu iſto perfectè, igitur pro futuro, in quo & perfectè intelliget, amabit, & poſſidebit illū, eoq, fruetur, in qua nimirum fruitione, ſummam, veramq, obtinebit Beatitudinem.

Secunda ratio, qua probatur Beatitud. dari.

D. Auguſt. de fide Chriſtiana.

Sufficeret dicere cū D. Ioanne, quod *Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuū vnigenitum daret, vt omnis, qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam æternam,* in qua ſita eſt vera beatitudo, at quia hæc vita æter-

Auctoritas D. Io. qua firmatur hæc veritas. Ioan. 17.

æterna non datur in præſenti ſæculo, igitur in futuro, in quo eſt perfecta ſummi veri viſio, eiuſdem tentio, & vltimi boni fruitio, in quibus (inquam) vera, & perfecta conſiſtit beatitudo.

Sed non eſt amplius immorandum in probando beatitudinem auctoritate ſacrarum litterarum, quoniam Chriſtus Dominus hanc prædixit, & quibuſdam teſtibus in monte demonſtrauit. ſ. Petro, Iacobo, & Ioanni, in ſuâ admirãda trãſfigurationе; Paulo, qui fuit *raptus vſq; ad tertium cælum, in quo audiuit arcana verba, &c.* & etiam alijs, qui ſpeciali priuilegio in via eandem paululum deguſtarunt, ſed in patria perfectam, & ſempiternam obtinuerunt. 2 Cor. 12.

Quotuplex ſit Beatitudo in via Chriſtiana.

Videamus ordine, quotuplex ſit Beatitudo in noſtra Theologia, & ne in ea diffiniẽda laboremus in æquiuoco, ſed veram cognoſcamus, ac præterea diffiniamus, pleniſſimèq; declaremus, quoniam hoc nomen variè vſurpatur in ea, prout patebit. Beatitudinem triplicem eſſe, inuenio in ſacris litteris. ſ. apparentem, ſed non veram; veram, ſed non apparentem, & hæc in præſenti via; tertiam verã, & apparentem, ſed non in præſenti vita. Apparens, & non vera, eſt illa, quæ poſita eſt in sẽſualitatibus abſq; ratione; ſecũda in rationabilibus abſq; ſenſualitate; tertia in omninò abſtractis à ſenſibilibus, & ab his, quę ratione humana comprehendi poſſunt. Prima eſt falſa; ſecunda eſt vera, ſed nõ perfecta; tertia eſt veriſſima, & perfectiſſima. Prima eſt mala, quia imperfecta, & eſt cauſa miſeriæ; ſecunda eſt bona, quoniam eſt diſpoſitiua ad fœlicitatem; tertia eſt optima, quoniam eſt ipſamet fęlicitas vera. Prima, & ſecunda ſunt finitę durationis, & permanentiæ, quoniam habentur in hoc ſæculo: tertia eſt infinitæ perſeuerantiæ, & durationis, quoniam eſt ſempiterna, & incorruptibilis. Primam & cognouerunt, & voluerunt Ethnici, & Phariſæi; ſecũdam in via Chriſtiani; tertiam poſſident in patria Beati, & poſſidebunt omnes credentes, per omnia ſæcula ſæculorum. Primam poſuere varij in diuerſis rebus mundi, vtpotè in diuitijs, ſicut auari; in honoribus, vt ambitioſi; in poteſtate imperandi, vt ſuperbi; in pulchritudine, & valetudine corporis, vt vani, & glorioſi; in delitijs deniq;, vt luxurioſi, & ſenſuales, ſed hallucinati ſunt, prout infra patebit auctoritate irrefragabili Ang. Doct. Secunda tota repoſita eſt, vel in obſeruatione mandatorũ Dei, & ſic Beati dicuntur, qui eam & cuſtodiunt, & obſeruant, vnde Pſal. canit: *Beati immaculati in via, qui ambulãt in lege Domini.* vel in abſtinentia à peccatis. vnde Sapiẽs: *Beatus vir, qui inuentus eſt ſine macula.* vel in patiendo mala pro Chriſto, vnde Matthæus cap. 6. *Beati, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam,* &c. Hæc tandem Beatitudo repoſita eſt in omnibus operibus bonis, quæ fiunt propter Deum, & cauſa ſalutis æternę, & ſũt plures, prout in ſacra ſcriptura patet, ſed octo præcipuè enumerantur à Saluatore apud Matth. & quatuor apud Lucam.

Triplex eſt Beatitud. in ſac. lit.

In quo poſitæ ſũt iſtæ Beatitud.

Pſal. 118.

Eccleſ. 31.

Matth. 5.

Vbi ſupra. Luc. 6.

Prima dicitur apparens, eò quia obiectiuè eſt in rebus ſenſualibus, quæ variæ ſunt, ideò non poteſt dici vera, cum potiùs res ipſæ videãtur eſſe cauſa miſeriæ, quam fœlicitatis, igitur falſa, quoniam vna adepta, animus alteram quærit, quia in ipſa nequaquam acquieſcit, quia eſt mala, & cauſa omnis mali, & finita, quia non durat, niſi in hoc ſæculo, & vt plurimum etiam in medio vitæ curſu deficit.

Declaratio 1.

Secunda non eſt apparens, quoniam videtur potiùs eſſe miſeria, diuerſa à prima, quia poſita eſt in rebus, quæ vtiq; apparent ſenſibus, ſed omninò vidẽtur rationabiles, vt ſunt opera bona, ſecundum dictamen rationis facta, meritoria, & laudabilia, & in tantum dicitur vera, in quantum eſt diſpoſitiua ad veriſſimam, & perfectiſſimam, quę eſt tertia, quę quidem

Declar. 2.

dem modo eſt definienda, & conſpicuè declaranda; ad hanc igitur tertiam accedamus (his relictis) & eam definiamus, ac pro viribus declaremus.

Quid ſit Beatitudo in via Chriſtiana.

Quid tertia eius declaratio.

TErtia Beatitudo, quæ eſt vera, & non metaphorica, apparens, ſed non in hac pręſenti vita, ſic ſolet communiter diffiniri: *Beatitudo eſt ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus*, & eruitur ex Boet. & ſic de verbo ad verbũ interpretari poteſt. Ad beatitudinem, ad hoc, vt ſit permanens, requiritur ſtabilitas, nam ſi nõ eſſet in ea, & ſtabilitas, & permanentia, non eſſet vera Beatitudo, ſed apparens, ideò dicit Boetius, quod ipſa *eſt ſtatus*. Requiritur etiam bonorum omnium cumulus, & aggregatio, nã ſi vel multa, vel vnum deficeret, iã non eſſet perfecta Beatitudo, quoniam, qui eſt Beatus (teſte D. Auguſt.) *habet quidquid vult, & nihil mali vult*, at habens ipſum Deum, habet quidquid vult, quoniam in eo ſunt omnia bona, ideò ſtatus iſte iure dicitur *eſſe perfectus*, & completus. Hæc diffinitio Boetij, & diffinitionis breuis interpretatio (vt diximus) communiter vſurpatur ab omnibus, & paſſim vagari videtur, quinimò cũ diffinitione Philoſophi facilè accommodatur, vt clarè patebit cuilibet inſpicienti lib. ſequen.

Diffin. Boetij, & eiuſd. interpret. 3. de conſolat. proſa 2.

13. de Trin. c. 5.

1. Ethicor.

Nos autem cupientes eandem Beatitudinem veram copioſiori ſermone declarare; aliam afferremus, quæ videtur naturam, & conditiones eius magis dilucidare, & præcisè Chriſtianæ Beatitudini competere. *Beatitudo eſt ſumma, & perfecta animæ ſatietas, in viſione, tentione, & fruitione diuinæ eſſentiæ obiectiuè, formaliter autẽ in ſuis potẽtijs conſiſtẽs, vltra quã nil aliud deſiderari poteſt, cum in ea ſit vltimata quies, & gaudium ſempiternum. Eſt ſumma ſatietas* re vera, *& perfecta*, quoniam obiectum Beatificum ita animam explet, vt ſummè dicatur acquieſcere in eo, quod nõ accidit in alio obiecto creato, cuius ſatietas non eſt ſumma, & perfecta, vnde Saluator de illo, ait apud Io. ſub metaphora aquæ, *Qui biberit ex hac aqua ſitiet iterum*. de iſto autem apud Pſal. 102. *Qui replet in bonis deſiderium tuum*. vel clarius, *Satiabor cum apparuerit gloria tua. In viſione*. i. intellectus perceptione; *in tentione*, hoc eſt memorię cõſeruantis; *in fruitione*, ipſius voluntatis fruentis, *D. eſſentiã*, hoc eſt ſumma Deitate, *obiectiuè*, quia ipſe eſt obiectum Beatificum; *formaliter autem in ſuis potentijs conſiſtens*, eò, quia hęc ſumma ſatietas formaliter terminari dicitur in his tribus potentijs animaſticis.

Propria diffinitio Authoris.

Io cap. 4.

Pſal 102.

Pſal. 16.

Vnde etiam pro maiori declaratione põt dici, quod hæc Beatitudo dupliciter conſideratur, vel ex parte obiecti increati, quod eſt ipſa D. Eſſentia, & dicitur Beatitudo obiectiua, vel ex parte alicuius boni creati, quę eſt viſio, tentio, & fruitio Dei, & dicitur formalis, vtpotè conſiſtens in viſione intellectus videntis, memorię illud tenentis, & voluntatis fruentis, *vltra quam nil aliud deſiderari poteſt*; quoniam hoc obiecto ab anima conſecuto, nihil extra ipſum deſiderare valet, nã in eo omnia inueniuntur bona. *Cum in eo ſit æterna quies*, nã dicitur cor humanum eſſe inquietum, donec inueniat illud, in quo perfectè acquieſcat (vt peroptimè dicit D. Auguſt. ſupra allegatus) *Domine inquietum eſt cor noſtrum*, &c. *& gaudium ſempiternum*, quoniam non eſt fruitio vera ſine gaudio, at in anima eſt ſempiterna fruitio, quia ſempiternum eſt obiectũ Beatificans, igitur ſempiternum & gaudium, ſempiterna fælicitas, & indeficiẽs Beatitudo.

Exacta interpretatio iſtius diffinitionis.

Et ſi quis vellet oſtendere, quod hæc diffinitio habeat requiſita ad veram diffinitionem; dicere poſſet; quod hic ſatietas ſtat loco generis, ſed dicitur perfecta ad differentiam imperfectarum, quæ explent animam pro aliquo temporis momento, quibus habitis aliam cupiunt homines, & hæc reperitur in rebus creatis, & caducis, & de qua legitur apud Ethnicos, omnium rerum eſt ſatietas, & de hac

Quom hæc diffinitio habeat requiſita bonę diffinitionis.

lo-

loquitur Saluator, cum ait: *Qui bibet ex hac aqua, ſitiet iterum*. de illa verò ait Pſal. *Satiabor cum apparuerit gloria tua*. quæ ſequuntur ſtant in ea, loco aliarum differentiarum.

Vbi ſupra.

Hæc eſt diffinitio, & diffinitionis interpretatio veræ Beatitudinis, quæ alio modo dicitur Beatitudo, in re, & perfecta, ad differentiam illius, quæ dicitur Beatitudo in ſpe, & eſt illa, quæ reponitur in obſeruantia Præceptorum, & in omnibus operibus bonis propter Deum factis. Hæc dicitur in re, & perfecta in patria, illa in ſpe, & reſpectu iſtius imperfecta in via, reſpectu autem apparetis perfecta. Sed quoniam hanc Beatitudinem conſiſtere obiectiuè in eſſentia diuina, formaliter verò in animo, & optimo iure, in hac noſtra diffinitione certum eſt, par eſt modo inquirere, an præcisè ſit operatio vnius potentiæ .ſ. intellectiuæ, vel volitiuæ, vel vtriuſque.

Et eſt illa, de qua paulò ſupra.i.in via.

Cuius potentiæ ſit præcisè operatio Beatitudo.

Quoniam in hac re, Doctores celeberrimi, & grauiſſimi Theologi, oppoſitas videntur habere ſententias, idcircò par eſſe duxi, eas in medium adducere, cum ſuis fundamentis, eaſdemq; declarare, & ſi opus eſt, conciliare. D. Thomas vult Beatitudinem ipſam cōſiſtere in actu ip ius intellectus. Scotus ex aduerſo putat cōſiſtere in actu voluntatis. D. Bonau. Seraphicus, exiſtimat, & non iniuria, ipſam conſiſtere in actibus vtriuſq; potentiæ. Poſitio D. Thomę innititur auctoritatibus Sanctorum, vnde primò probat ſuā intentionē ſic, dicit Salu. apud Io. *Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te verum Deum, & quē miſiſti Ieſū Chriſtū.* ſed cognitio (dicit Angelicus Doctor) pertinet ad intellectum, & vita æterna eſt Beatitudo, igitur hac de cauſa magis in intellectu collocatur. Itidem dicit D. Auguſt. quod *viſio eſt tota merces*, igitur in viſione, quæ ſpectat ad intellectū, ineſt Beatitudo, quæ viſio immediatè ſuccedit fidei. Ratione itidem ſic confirmatur, Beatitudo debet conſiſtere in actu nobiliſſimo, ſed talis eſt actus intellectus, igitur. Mai. eſt euidens. Min. facilè probari poteſt, quoniā ille actus eſt nobiliſſimus, quem diſponit nobilior habitus, at talis eſt ipſius intellectus habitus (teſte Philoſopho) qui vult ſapientiā eſſe nobiliorem habitum, & meliorē omni habitu voluntatis, ergo &c. Eſt etiam talis, quoniam eſt magis eligibilis iſte, quam ille, ergo &c.

Par. 1. q. 3. art. 4.

4. ſent. diſt. 49. q. 4.

D. Bonauē. 4. ſent. diſt. 49. q. 4.

cap. 17.

D. Aug. de Trinit.

Ratio D. Th. pro ſua poſitione.

Metaph. & 6. & 10. Ethic.

Scotus, vbi ſupra, ex aduerſo, ſuas affert rationes, & ſunt tales. In actu voluntatis conſiſtit Beatitudo, & hęc eſt ratio, quia in fruitione magis, quam in clara Dei Viſione conſiſtit, & ratio eſt, quoniam fruitio Dei eſt melior, & nobilior actu intellectus, quod ſic probari poteſt, quia ipſa, quæ in voluntate ſubiectiuè ſiſtit, intimius, & perfectius coniungit naturam intellectualem, cum obiecto Beatifico, quod eſt Deus, quam viſio, & propter hoc illa dicitur præcipuè eſſe Beatitudo. Itidem fruitio magis appropinquat vltimo fini extrinſeco, quia tendit immediatè in ipſum obiectum cū ſecundò, quoniam vult videre Deū, vt ipſum diligat, nō autem vult diligere, vt videat illum, & ſic finis eſt dilectio, & nō viſio, & hæc ratio auctoritate Anſelmi firmatur dictis, quod *eſſet ordo peruerſus, ſi vellet amare, vt intelligeret*, nam in ordinatis ad finem, eſt ordo talis, vt vnum ordinetur poſt alterum, quoniā, teſte Philoſopho, *Species ſe habent vt numeri &c.*

Vbi ſupra.

Rōnes Scoti pro ſua poſitione firmande.

Anſelm. de ſummo bono.

8. Metaph.

Vltra, magis appetit voluntas ſuā perfectionē, quam ſuam intellectus, ſecundùm dictamen rectæ rationis, igitur ibi eſt principaliter quęrenda Beatitudo, intellectus ſe habet vt luminis portitor, qui Dominum præcedit, & voluntas vt Dominus ipſe, qui ſequitur ipſum vt ſeruum.

Ratio pulcherr. Scoti.

Itidem actus primus intellectus ſe habet vt diſpoſitiuus ad ſecundum perfectiuum .ſ. voluntatis, & quia perfectiuus ſe habet vt forma, & finis, ideò potior, &

Ariſt. 1. Phyſicor.

nobilior eſt diſpoſitiuo, qui ſe habet vt efficiens, & materia: finis namq; eſt cauſa cauſarum, & eſt qui mouet efficientem ad ſui conſecutionem, & licet ſit vltimus in executione, eſt tamen primus in intentione, ideò nobiliſſimus.

Scoti corroboratur auctoritas cũ Philoſ.

Et ſicut licuit ſuperiori opinioni ſuam corroborare intẽtionem auctoritate Philoſophi, ita etiam licet huic pro ſua tutela, quinimò pro veritate ipſa, Philoſophi eiuſdem auctoritate vti. Qui quidem in Ethnicis ait: *Fœlicitatẽ conſiſtere in actu nobiliſſimæ virtutis*, ſed quæ eſt virtus nobilior charitate? ſuperat ipſa nimirum omnes virtutes, Paulo teſtante, qui ait: *Si habuero Prophetiam, & omnem ſcientiam*, hoc eſt Diuinam, vel humanam, *Charitatem autem non habuero, nihil ſum.*, ſubdit: *fides, ſpes, & charitas, maior horum eſt charitas*, quod D. Auguſt. itidem fatetur, dicens, quod *in donis Dei nullũ eſt maius charitate, nec æquale.*

Epiſt. 1. ad Corint. 13.

D. Aug. de virt. Theol.

Quibus rationibus voluntas præcedit intell.

Voluntas igitur eſt tanquam Rex in Regno; nam ſicut Rex imperat ſubdito, ſic ipſa intellectui, nã ipſum mouet, & dirigit, necnon & alias animæ vires, quod non accidit è conuerſo, & licet dicatur ipſa non ferri, niſi in præcognitum ab ipſo intellectu, hoc eſt verum, ſed non ſequitur, quod ſicuti eſt prior in ordine cognitionis, ſit etiam cauſa diſpoſitionis, & deliberationis, quoniam hæc tota pẽdet à voluntate, tanquam à Regina, & Domina, ſic volente, deliberante, & diſponente: eſt intellectus præcognitor veri, quo inuento, oſtendit Dominæ volũtati, vt videat, ſi illud, vt bonum, velit, vel, vt ſecus, reſpuat: eſt demum intellectus veluti explorator ipſius voluntatis, ideò ignobilior; ideò in eo non eſt ponenda ſimpliciter Beatitudo, ſed in nobiliori potentia, hoc eſt in volũtate à primo ad vltimum, cuius actio licet ſit poſterior generatione, eſt tamẽ prior perfectione, vt habetur ex Philoſophi regula.

9. Metaph.

Nec ob id obſtant contrariæ auctoritates, & rationes, quoniam facillimè, vnica declaratione, putant Scotiſtæ eas ſoluere auctoritate Cyrilli Alexandrini, dicentis, quod vita æterna, in ſententia D. Io. intelligitur non pro Beatitudine, ſed pro fide ipſa, adeò quod ſenſus eſt, *hæc eſt vita æterna*, hoc eſt, hæc eſt fides vera, vt cognoſcant te Deum verum, i. qua mediante, ad te peruenitur Deum verum: quod hæc ſit germana, & vera iſtius interpretatio, alia auctoritate D. Io. comprobatur, ait ipſe: *Qui credit in filium Dei, habet vitam æternam*, &c. non. n. dicit, habebit, ſed habet, quod eſt tamen intelligendum, iudicio meo. i. habet meritum vitæ æternæ, quoniam ſicut in viſione nõ ineſt vita æterna præciſè, ita nec in fide, ſed ſolum virtualiter; ſit quomodocunq; vita æterna, hic non capitur pro Beatitudine, ideò auctoritas nihil valet, quia poteſt etiam intelligi pro fide viatoris, qua mediante, vitam conſequitur æternam. Vel dicendum eſt, cũ D. Bonau. & Richardo, quod clara Dei viſio, ſiue cognitio, in ſacris litteris, nuncupatur Beatitudo, non quod ſit ſola, & præciſè Beatitudo, ſiue Beatitudinis potior pars, ſed quia per ſolam viſionẽ animę huius ſtatus viatores à beatis diſtinguuntur, non. n. (aiũt hi grauiſſimi Doctores) cõprehenſores à viatoribus iuſtis per dilectionem diſtinguuntur, cum Deus charitate eiuſdem rationis vtrobiq; diligatur, dicente Paulo: *Charitas nunquam excidit*, ſed differũt, quia nos ambulamus per fidem, illi autem per ſpeciem, i. per claram Dei viſionẽ: ambulant nimirum ad fruitionem, tanquam ad vltimum finẽ Beatitudinis, in qua terminatiuè, formaliter, & potiori modo conſiſtit ipſamet Beatitudo.

Cyril. auctoritas interpretans ſententiã D. Io. & eiuſd. comprob.

Io. cap. 6.

Auctoritas D. Bonau. & Richard. 4. ſent. diſt. 49. corroborantes poſitionem Scoti.

Vbi ſupra.

Ad ſecundam auctoritatem D. Aug. ſic reſpondet Doctor Seraphicus Bonauentura: *Viſio eſt tota merces*. i. totum præmium Beatificum. Præterea, quod in patria à viſione incipit ſtatus, quemadmodum hic ſtatus à fide initiũ ſumit, inde tamen non ſequitur, dilectionem eſſe præcipuam Beatitudinem: hac ſolutione facillimè quiſq; ſatisfacere poteſt qui-

Interpretatio D. Aug. auctorit. D. Bonau. & Scoti.

buſcunq; auctoritatibus, vel dicamus cũ Scoto, *viſio eſt tota merces* intellectus, non tamẽ eſt tota merces hominis, quoniam ſicuti in ea non ineſt potiſſimẽ fruitio, ita nec complete Beatitudo, ſed in dilectione, quæ mediante voluntate, & fruitione habetur.

Propria interpret. ex doct. Scoti.

Vel dicitur ſecundum noſtram ſententiã, quod *viſio eſt tota merces*. i. quaſi tota merces, cũ in ea ſit initiatiuè Beatitudo, ſicuti eſt cõpletiuè, & formaliter in fruitione. Vel *viſio eſt tota merces* .i. in viſione eſt indubitata ſecuritas, veræ mercedis laborum, & meritorum hominum, de qua amplius nõ eſt dubitandum, cum ſint in termino viæ, & iam in patria.

Ad Philoſ. reſp.

Ad rationem Philoſophi dicendum eſt, quod ſapientia eſt nobilior habitus acquiſitus inter acquiſitos habitus, ſed ex hoc nõ ſequitur, quod ſit nobilior habitibus infuſis, inter quos charitas primatũ tenet, cui⁹ actus eſt ipſa fruitio, hic ſumus in habitibus infuſis, nõ in acquiſitis, ideò, cum non ſit par ratio, corruit inſtantia, & ad auctoritatem Philoſophi ſatisfactum eſſe putamus.

Tertia opinio mediãs, & conciliãs.

Tertia opinio D. Bonau. & Richardi, media eſt inter primam, & ſecundã, quoniam vult, Beatitudinẽ eſſe operationem vtriuſq; potentiæ, intellectiuæ .ſ. & volitiuæ, & hæc opinio, licet reprobetur à Scoto, ex hoc, quod Beatitudo conſiſtat principaliter in optimo, & cum non ſint duo optima, ſed vnum, hæc eſt fruitio, vel dilectio, idcircò falſa remaneat, nihilominus nos, non omninò explodendam eſſe, putamus, ſed tenendam, quibuſdam adhibitis fundamentis, quæ ſunt hæc.

Eſt conſiderandum, quod hæc lis, & controuerſia non eſt de excluſione vnius potẽtiæ, & incluſione alterius, ſed de primatu earum .ſ. quę iſtarum operationum ſit principalior .i. in qua potius Beatitudo conſiſtat, & vt hoc verum pateat, concluſiones vtriuſq; ſcholæ adducamus.

Concluſio Thomiſt.

Thomiſtarum hæc eſt concluſio: Eſſentia Beatitudinis, non in actu voluntatis, ſed intellectus conſiſtit. Voluntati tamen delectatio, Beatitudinem conſequẽs non dubium inexiſtit. Scotiſtarum hęc eſt altera.

Concl Scotiſtarum.

Beatitudo formalis ſupponit pro operatione voluntatis .i. pro amore erga Deum, clarè viſum, connotando claram Dei viſionem.

Concluſ horum Doct. ex quibus elicitur.

In his nimirum concluſionibus apparet, vtranq; ſcholam velle ambas operationes cõcurrere ſimul ad Beatitudinem comparandam, ſed magis principalem, volunt Thomiſtæ intellectum, minus verò volũtatem, verſa vice Scotiſtæ magis principalem voluntatem, minus autem intellectum.

Charitas eſt finis viſionis.

Sed ſi vera dicere fas eſt, videtur veritati magis conſona poſitio Scotica, quatenus .ſ. charitas in patria eſt finis ipſius viſionis, ſicuti etiam in via, finis præcepti eſt ipſamet charitas. Viſio eſt intellectus, & eſt principium Beatitudinis, fruitio, & charitas ſunt voluntatis, & ſunt finis eiuſdem, igitur ſunt duæ cauſæ partiales Beatitudinis, vnam formalem totalem facientes.

Vbi cõſiſtit tota vis cõciliationis.

Beatitudo eſt operatio intellectus, quo ad originem, ſiue initiatiuè, & eſt etiam volũtatis quo ad finem, hoc eſt completiuè. Thomiſtę optimè concludunt, iuxta ſua fundamenta, Beatitudinem eſſe operationẽ intellectus primariam, quatenus eſt principium, & cauſa mediata. Scotiſtę autem optimè determinant iuxta ſua, eſſe volũtatis operationem immediatam cauſam, & ob id primariam, & ſic tertia poſitio, non videtur eſſe reijciẽda, cum ambæ tali modo concurrant ad ipſam Beatitudinem, vt vna ſine altera nequeat illam gignere in humana anima, quę naturaliter eiuſdem eſt ſuſceptibilis; nec valet dicere, quod, cũ Beatitudo conſiſtat in vno optimo, non poteſt conſiſtere in duobus, quoniam facilè poſſunt reſpondere ſupracitati Doct. quod vtiq; in vno conſiſtit obiectiuè .ſ. in D. eſſentia, ſed in duobus vnum formaliter facientibus .ſ. in intellectus, & voluntatis operationibus. Nec doctrina hæc reprobanda

Firma ſent. pro huius abſolut.

eſt,

eſt, quoniam (vt viſum eſt) Beatitudo non conſiſtit in vna præciſè ex his potentijs, ſed in ambabus, vnde ab aliquibus etiam diffinitur Beatitudo, quod ſit Dei viſio, & eius fruitio.

An anima Beatificari poſſit in eſſentia Diuina ſine ſuis potentijs.

Dubitatio.

Reſponſio.

SOlent quærere Doctores, an anima Beatificetur abſq. ſuis potentijs? vel an Beatitudo poſſit conſiſtere in anima præciſè, non conſiſtendo in ſuis potentijs? Quibus reſolutè reſpondetur, quod minimè, & ratio eſt in promptu, quoniam anima à ſuis potentijs non diſtinguitur realiter, ſed formaliter dumtaxat. Beatificatur anima in obiecto Diuino, ſed mediantibus ſuis potentijs (vt cōcluſum eſt) beatificatur (inquam) Deum videndo, ipſum tenendo, eoq; fruendo; prima ratio fruitionis ſpectat ad intellectū, ſecunda ad memoriam, tertia ad voluntatem, vt etiam dictum eſt ſupra in explanatione noſtræ diffinitionis.

In quo intellectu conſiſtat Beatitudo .ſ. an in practico, vel ſpeculatiuo.

Reſpon. abſoluta Richar. 4 ſent. dist. 49 q. 8. art. 2.

Quom. conſiſtat in practico, vel ſpeculatiuo actione.

CVm ſine dubiò beatitudo conſiſtat partialiter in intellectu, an dicatur conſiſtere in practico, vel ſpeculatiuo? Cui inquiſitioni reſolutè reſpondet Richardus, quod in practico intellectus actu magis, quàm ſpeculatiuo conſiſtit, nomen praxis extendendo ad illam, quæ dicitur dilectio. Sed ſi propriè quis loquitur de praxi, ſecundum quod dicitur ab exteriori operatione, ſic non ſtat Beatitudo in intellectu practico, ſed ſpeculatiuo, vnde hac diſtinctione adhibita, reſpectu diuerſorum, ſtat in duobus. In practico (inquam) actu ſtat primo modo, & ratio eſt, quia Deum ſpeculatur intellectus, nō modò propter ſcire, ſed etiam propter eiuſdem dilectionem, quæ dilectio eſt operatio circa Deum ipſum. Hæc ratio Richardi ſequitur ſententiam Scoti, quo ad poſitionē practici intellectus, & D. Thomæ, quo ad ſpeculatiui aſſertionem, & quoniam vtramq; potentiam voluit cū Seraph. Doct. requiri ad Beatitudinem habendam, modo prædicto, ideò practicè vult, ſe habere intellectum, quo ad dilectionem, & fruitionem; ſpeculatiuè verò, quo ad ſcientiam, & cognitionem. Videtur tamen magis declinare in aſſertionem Scoticam, quā in Thomiſticam, quoniam principalius vult, ipſum intellectum ſpeculari rationē bonitatis, ſiue bonum, quod eſt obiectum voluntatis, quàm rationem veritatis, ſiue verum, quod eſt obiectum intellectus; non ſic tamen intelligendo, quod clarius videat vnum, quam aliud.

Pulchra ratio Richardi vtriuſq. opinione conciliant.

Sed quid eſſet reſpondendum ad D. Auguſt. qui aſſertiuè videtur dicere, quod in contemplatione Dei eſt finis omnium bonarum actionum, & requies. Reſpondet Richard. gloſſando S. Doct. & dicit, quod ibi accipit contemplationem pro vita contēplatiua, quæ principalius conſiſtit in dilectione, quam in cognitione, quia vita aīæ eſt dilectio, & ipſa cognitio, ad dilectionē ordinatur: Quare, &c.

Inſignis dubitat. circa auctorit. D. Auguſt. de Trinitate cap. 10.

An ſenſus Beatitudini cooperetur.

Dubitatio.

Reſponſ.

ITidem alia oritur difficultas, an. ſ. ſenſus aliquo pacto cooperetur ad Beatitudinē. Reſpondetur abſolutè, quod ſic nam antecedenter, & conſequēter poteſt aliquo pacto cooperari Beatitudini, & eſt ratio, quoniam ad beatitudinem exigitur fides, quæ (aſſertore D. Paulo) *eſt ex auditu*. Deſideratur etiam Dei cognitio, quę ex cognitione ſenſitiua creaturarum comparatur, nam ait ipſe, *inuiſibilia Dei, creatura mundi*, &c. & poſt reſurrectionē gloria animæ redundabit in corpus, & ſenſus corporei perficientur: ſed hęc ſufficiant pro hac re.

D. Paul. ad Rom. ca. 10. Rom. 1.

Quomodo omnes Beatitudinem appetant, & quam præciſè.

VIdeamus vlterius, cum omnes Beatitudinem appetant naturaliter,

num

num appetant hinc veram, quæ eſt vltimata quies, fruitio, & gaudium animæ humanæ? Quod omnes homines naturali inſtinctu appetant Beatitudinē, non eſt, qui negare audeat, cum hoc inſertum in ſe habeāt deſiderium à natura, & ſemper viuēdi, & ſemper aliquo bono fruendi, in quo acquieſcant, ac illud ſine fine teneant. Hoc dicunt Patres Theologi, & poſitiui, & ſpeculatiui, qui quidē probāt ſolidiſs. rationibus, & auctoritatibus SS. PP. D. Auguſt. ait, quod *ad appetendam Beatitudinem, natura ipſa compellit, cum ſummè bonus immutabilis, creator beatus ſit.* Hoc indidit D. Io. Damaſc. & aſtruit, dicens: ***Mentibus hominum veri boni inſerta eſt naturalis cupiditas.*** quod Boetius confirmauit. Ratione ſimiliter hoc idem facillimè probatur, quoniam vnicuiq; naturaliter eſt appetibilis ſui finis aſſecutio, ad quē creatus eſt: naturale eſt grauibus tēdere deorſum, & leuibus ſurſum, &c. at beatitudo eſt vltimus finis, vt dicit ſupracitata ſententia, igitur prout norūt homines, eam appetunt.

Omnes natura appetunt beatitudinem.

D. Aug. 13. de Trin. c. 8.

Damaſc. lib. 1. ſent.

Boetius de conſolat.

Ratione cōfirmatur poſitio.

Benè verum eſt, quod facilè hallucinātur (vt tetigimus in principio) in Beatitudine aſſequenda, quoniam facilè errant circa cognitionem illius obiecti, in quo obiectiuè ipſa Beatiudo reperitur, quia vſu rationis deprauato animę à ſenſibus offuſcatę, naturali cupiditate vnum pro alio quærunt, vnum pro alio emunt ad inſtar illius, qui quærens emere adamantem, emit berillum, cupiens habere aurum, accipit aurichalcum, vt ſunt illi, qui in rebus falſis, & omninò fluxibilibus fælicitatem repoſuere (vt obiter dictum eſt) nempè in diuitijs immoderatis, in honoribus mundanis, in fama, & gloria finibili, in poteſtate, in bonis corporalibus, ac deniq; in voluptatibus corporis, necnon in bonis animæ.

Quom. hallucināt homines circa cognitionē obiecti beatificantis.

Sed hos peroptimè redarguit Doct. Ang. Thomas, ſubtiliter probans, quod nō ſit in diuitijs ſita Beatitudo, quoniam in nullo poteſt eſſe, quod quæratur propter aliud, ſed diuitiæ ſic quæruntur, vt pater, vltimus autem finis non propter aliud, ſed propter ſe quæritur, quare &c.

Quom. non ſit in diuitijs, probat D. Tho. p. 1. q. 1.

Secundò probat, quod non ſit in honoribus, quoniam in nullo poteſt eſſe, quod exhibetur propter aliud, prout exhibentur honores, qui quidem ſunt pręmia virtutis, & propter illa, iure exhibētur: probat etiam, quod in fama, & gloria minimè collocetur, quoniā in nullo, quod cauſari poſſit ab illa, poteſt reperiri Beatitudo; at fama, & gloria cauſatur ab ipſa, & non è conuerſò, igitur: nam gloria eſt clara notitia cum laude, nō in hoc ſæculo, ſed in futuro, &c. Neq; conſiſtit in ipſa poteſtate, quam homines ſolent tantopere affectare, quoniam in nullo, quod habeat rationem principij, & quod ſe habeat ad bonum, & ad malum indifferenter, poteſt eſſe, at poteſtas eſt huiuſmodi, igitur in eo non poteſt conſiſtere.

Non eſt in honorib. & quare.

Non in fama, & gloria, & quare.

Non in poteſtate, & quare.

Neq; in bono corporali, quoniam in nullius rei conſeruatione, quæ ad aliud ordinetur, vt ſunt bona corporis, poteſt reperiri, quæ ſunt ad illud, vt patet.

Non in bono corporali, & quare.

Neq; in voluptatibus ipſius corporis (& multò minus) quoniam ſunt accidentia Beatitudinis, at in accidentibus non eſt repoſita tāta merces, & delectatio humana, ſed in aliquo bono incommutabili, vt patuit, quare &c.

Non in voluptatib. & quare.

Neq; demùm in aliquo bono animæ, licet conſiſtat formaliter in ſuis potētijs, vt viſum eſt, quo ad conſecutionē ipſius, ſed quo ad id, quod eſt, minimè: & ratio eſt, quoniam in nullo, quod ſit in potentia, poteſt eſſe Beatitudo, quare &c.

Non in aliquo bono animæ, & quare.

Cum igitur in his nō ſit repoſita vera Beatitudo, & nihilominus putent homines eandem in ijs reperiri, ac, vt illam aſſequantur, pro viribus nitantur, facilè, & de rato eoſdē hallucinari tenemus. Appetunt eam, nulli dubium eſt, & tāquam bonum ſufficientiſſimum naturaliter appetunt, ſed eorū appetitus omninò fruſtratur, cū illud putent eſſe, quod nō eſt.

Pro vera ſolutione igitur iſtius inquiſitionis, dicendum eſſe puto cum Richardo, quod cū duplex ſit conſideratio Beatitu-

Richard. reſpōdet ad inquiſit. 4. ſent. diſt. 49

titudinis .ſ. in eſſe generali, & in eſſe ſpeciali, quod in generali, vtiq; homines eã appetunt naturaliter, in ſpeciali verò minimè .i. quatenus eſt poſita in clara Dei viſione, & fruitione, vt iam concluſum eſt; & ratio potiſſima eſt, quoniam (teſte Philoſopho) nihil volitũ eſt, niſi pręcognitum, & D. Auguſt. in confirmationem, ait: *Firmiſſimè nouimus amari niſi nota non poſſe*; at quia nõ omnes homines cognoſcũt Beatitudinem in ſuo eſſe ſpeciali, quomodo .ſ. in ipſa conſiſtant oĩa bona; igitur in hoc ſenſu non omnes appetunt, quia non agnoſcunt, & ob hoc errant, & vnum pro alio quærẽdo à primo ad vlt. hallucinantur. Vnde peroptimè dicebat Damaſcenus, loco ſupracit. *Ad falſa appetẽda, deuius error abduxit*: qđ exemplõ, vt diximus, confirmari poteſt. Licet omnis homo appetat dulce, quoniam dulcia ſunt amica naturæ, & id appetat in generali, non tamen omnes appetunt, vtputa mel, ſaccarum, vel aliud tale, quia non omnes illud appetunt, qđ non cognoſcunt, putant multi ſæpiſſimè noxium eſſe vtile, & illud, quod eſt ſibi malum, eſſe bonũ, vt febricitantes vinum, quod non modo non eſt ſibi bonum, ſed adeò malum; vt mortem multoties afferat cum non extinguat, ſed augeat febrem: ſic in propoſito, de homine peccatore dici poteſt, qui non veram inquirit Beatitudinem, ideò non veram inuenit, ſed falſam, & finibilem, quę eſt cauſa ſuę damnationis, & ſunt illæ fœlicitates mũdanæ, de quibus ſupra.

2. de anima.

10 de Trin. c. 1.

Lib. ſent.

Exẽplo probatur, & cõfirmatur p̃cita poſitio.

Concludunt igitur multi cum Richardo, quod homo in generali verã appetit Beatitudinem, in ſpeciali autẽ nequaquam, nam (teſte Philoſopho) *Omnes bonum appetunt*; aut igitur bonum quodcũq; appetunt, aut bonum ſufficientiſſimum; non primum, quia eſſet proceſſus in infinitum, igitur ſecundum, at nullum eſt bonum ſufficientiſſimum aptum implere animam, præter hoc .ſ. obiectum beatificum, vbi eſt vera Beatitudo, igitur omnes homines non ſpecialiter id ipſum appetunt, ſed in generali. Hæc eſt Richardi reſponſio ad quæſt. quã ſequũtur multi.

1. Ethicor.

Sed quid dicendum eſt ad inſtantiam, quæ fit auctoritate Philoſophi .ſ. quod nil volitum, niſi præcognitum? & quia vera hæc Beatitudo non eſt ab omnibus cognita, igitur ab omnibus appeti quoquomodo non poſſe, concluditur, quid eſt reſpondendum ad D. Auguſt. qui expreſsè ait: *Inuiſa poſſumus diligere, incognita verò nequaquam?* quod ſenſui liquidò patet de his, qui appetũt Beatitudinem, putantes eandem poſitam eſſe in rebus creatis, & caducis, quos iure diluit D. Thomas loco ſupracitato.

Reſpondet D. Bonau. & dicit, quod duo ſunt, quæ faciunt appetitum .ſ. cõuenientia, & indigentia, quoniam igitur anima rationalis creata eſt ad imaginẽ, & ſimilitudinẽ Dei, & facta eſt Beatitudinis ſuſceptibilis, & boni ſufficientiſſimi capax, & ipſa non ſibi ſufficit, cum vana, & deficiens ſit, ideò verã beatitudinem naturaliter appetit; hoc dictũ ſit pro vera concluſione, quoniam Deus non fruſtra fecit hominem, ſed propter ſe ipſum, vt ſupra dictum eſt. Reſpondet ad inſtantiam, & ait, quod ſicuti in nobis eſt duplex amor .ſ. naturalis, & deliberatiuus, ſic duplex eſt cognitio, igitur, ſicut deliberatiua cognitio deliberatiuũ amorem præcedit, ſic naturalis naturalem, & propterea dicendum, quod ſicut duplex eſt inſtinctus ad bonum .ſ. in generali, & in ſpeciali, ſic duplex appetitus, & dictamen boni in generali venit à cognitione naturali, & quantũ ad hoc non eſt error, ſed dictamen in ſpeciali illius, vel illius, non eſt omninò ab habitu naturali, ſed propter aſſumptionem factam à ratione deliberante, & circa hoc eſt error. Similiter & de appetitu intelligendũ; omnes igitur habent appetitum veræ Beatitudinis in generali, & habent cognitionem in generali, omnes namq; credunt, quod Beatitudo ſit bonum, quod ſufficit, & illud appetunt, in ſpeciali verò, quando aſſumitur hoc, vel illud .ſ. honor, vel pecu-

Reſp. D. Bonau. 4. ſent. diſt. 49. q. 2. ad prædictas inſtãtias, & ad quæſt.

cu-

cunia, vel aliud de ſupradictis, tūc errat cognitio, & declinat affectio, & euenit, quod diximus .ſ. quod pro Adamante emit berillum, & pro auro auricalcū, &c.

Reſp. ad auctoritatē D. Auguſt.

Ad auctorit. D. Auguſt. reſolutè reſpondere poſſumus, quod etiā incognita poſſumus affectare in generali, licet in ſpeciali poſſimus circa ea errare, & multi errāt de facto, vt patuit de mēte Aug. Doc.

Diluitur quædam dubitatio circa prædicta.

Dubit. inſignis circa hoc.

SEd dubitari contingit, quomodo homo in generali poſſit hoc bonum vltimatè quietatiuum, ſed incognitum affectare, hoc eſt, quibus viribus? non naturalibus, quoniam eſt inattingibile, & ex parte obiecti, & ex parte cognitionis; ex parte obiecti, quoniam finiti ad infinitū nulla eſt proportio; ex parte cognitionis, quoniam voluntas non confuſum, & generale vult, ſed diſtinctum, & ſpeciale, & ideò præcognitum, quoniam voluntas non fertur ſui natura, niſi in illud, non ſupernaturalibus, quoniam iam nō eſſet naturaliter appetibile ab omnibus, vt poſitio admittit, ſed à paucis, &c. Reſpondetur, quod hoc fit per innatam cognitionem indiſtinctam, quæ naturaliter concomitatur naturam rationalem, aptam Beatificari. Si verò poſtea quæratur per quid?

Reſponſio.

Reſpondetur, quod ſufficientia cognoſcitur per indigentiam; at quid reſpondendum eſt, ſi dicatur, quod priuatio non eſt via cognoſcendi habitū? Reſpondetur itidem, quod eſt quædam indigentia omninò priuans, quædā verò diſponens, & inclinans, & hæc eſt ratio cognoſcendi; Vnde, ſi materia neceſſe haberet potentiam cognoſcendi, cognoſceret vtiq; formam, ad quam inclinatur, ſic humana anima ſufficientiam per hanc indigentiam cognoſcit.

Concluſio.

Concludamus igitur pro vltima reſolutione, quod cognitio Beatitudinis, ſicut multarū rerum naturalium, hominibus innata eſt, & concludamus cum Philoſopho, quod maximum bonum omnes maximè appetūt, vt patet 3. Top. & cum

3. Topic.

Beatitudo ſit maximum bonū, ergo maximè appetitur; nam ſi modicum bonum vehementer appetitur, vt mulier, diuitiæ, honor, &c. igitur à fortiori maius bonū, quod eſt vera beatitudo, magis appetitur, niſi erret illud inquirens, vt ſępiſſimè errat. Hæc de appetentia humana circa beatitudinem verā, quæ eſt vltima quies naturæ noſtræ.

Abſolutio quæſtionis.

Quid importent hæc nomina Beatitudo, & fælicitas.

REſtat pro complemento iſtius lib. quod aliquid dicamus breuiter circa variam ſignificationem iſtorum vocabulorum, Beatitudo, & fælicitas: dicitur Beatitudo à bono, & tuto; à bono, hoc eſt à Deo, qui eſt bonus per eſſentiam, & bonū ipſum, & tutus, hoc eſt vndequaq; firmus, ſtabilis, permanens, & inuariabilis, & poteſt dici etiā beatitudo in anima, quaſi firmitas ſecura, exiſtens (vt diximus) obiectiuè in ipſo Deo, in ſe ipſa etiam quo ad firmitatē, quam habet ratione eiuſdem, quia in eo fixa firma permanet, itaut nunquam diuelli poſſit.

D. Auguſt. teſte, vbi ſupra.

Dicitur etiam fælicitas à fulciendo, quoniā, qui eam habet, eiuſdem obiecto ita fulcitur, vt ab eo nunquam dimoueri poſſit, eò quia, ſicut ab eo eſſe habet, ita & benè eſſe totaliter habere dicitur, nam veram hanc Beatitudinem habens, habet quicquid vult, & nil vltra vult, eò quia fulcitur indeficienter in hoc ſummo bono, & in eo ſatiatur.

Henricus in quolib.

Dicitur ab Henrico Gandauenſe circumceſſio, ſiue illapſus Dei ad animam, quia ipſam, ſua præſentialitate ſatiat. Dicitur ab Aureolo, gaudium, eò quia ſummam lætitiam animę affert. Dicitur etiā delectatio, quoniam in eo ſummoperè anima delectatur. Dicitur tandem ſtatus omnium bonorum (vt viſum eſt in diffinitione) eò quia Deus eſt obiectū ipſius, in quo ipſa permanet, in æternū immobilis, vtpotè in anchora, in qua eſt ſūma ſecuritas, & omnia bona, vt vidimus. Et hæc dicta ſufficiāt breuiter, & faciliter, ſecundū verā ſententiā noſtrorū Theolog.

Aureolus 4. ſent.

FINIS DECIMISEPTIMI LIBRI.

CHRISTIANÆ THEOLOGIAE Cum Platonica Comparationis.

LIB. DECIMVS OCTAVVS.

In quo de humana fœlicitate ad mentem Platonis, & Platonicorum agitur.

PARVM equidem eſſet, Platonem animæ immortalitatem tot rationibus probaſſe, ac eandem, in Phædone, & alibi, poſt huius vitæ curſum, tot ſuaſionibus ſuperſtitem concluſiſſe, nec non Beatitudinis, ac miſeriæ ſuſceptibilem feciſſe, niſi etiam, quis ipſa eſſet, in quo conſiſteret, & quomodo, & quando ipſam valeret aſſequi homo, eadem ratione manifeſtaſſet. Ne igitur diminutus appareat Philoſophantium Pater, par eſt, ſicuti immortalem, & pœnæ, & gloriæ capacem eam concluſit, ita etiam, quidnam ſit, & in quo tota conſiſtat humana fęlicitas, declarare cõuenit. Parum eſſet, Philoſophũ hominis conditionem, & nã in his, quę ſpectãt tùm ad animũ, tùm ad corpus, indagaſſe, niſi ẽt finẽ vltimum perſcrutari, ac eũdem aperire niteretur, qui quidẽ eſt complementum totius humanæ conditionis, & ſtructuræ, in qua admirãda conſpicitur Opificis excellentia, & hæc eſt ipſa hominis fœlicitas. De hac igitur, ſicut de primario rationalis naturę ſcopo, agere volẽs, celeberrimus Philoſophus, hæc omnia, hinc inde præſtitiſſe videtur. Nos autem cupientes hæc ordinatè (more noſtro) pertractate, de mente ipſius, hunc ſeruare ordinem intendimus in ea explicãda.

Quom. neceſſaria eſt tractatio humanæ fęlicitatis.

Primò inquiremus, an ſit fęlicitas. Hoc demõſtrato, videbimus quid ſit, de conſenſu non ſolum ipſius, ſed omnium Philoſophantium quarumcunq; ſectarum, & eorum concluſiones, circa ipſam iure reijciemus, & veram Platonis concluſionem aſſeremus, & probabimus, & quomodo ſit ſui natura appetibilis, hac de cauſa. Vlterius videbimus, an detur homo fęlix pro ſtatu iſto, & ſi fortè fortuna datur, perſcrutabimur, quando, ſiue in quo ætatis tempore detur. Indagabimus præterea, in quo conſiſtat formaliter, & obiectiuè hæc humana fælicitas, & qua via valeat homo eam attingere. Poſtremò, quibus ſit nominibus appellata, videbimus, & hæc omnia breui, & placito ſtilo, vt eſt mos noſter, oſtendemus.

Ordo ſeruãdus.

An detur humana fælicitas in via Platonis.

PRimò igitur inquiramus, an detur in via noſtri Philoſophi hæc fęlicitas, cui inquiſitioni illicò reſpõdet ipſemet, & dicit, qđ ſic: & hęc eſt ratio prima eiuſdem in Epinomide, vbi ait, non eſſe negandum, hominem poſſe fælicitatem aſſequi, cum inſtinctu naturæ, ita ſemper

Prima ratio probans dari fęlicitatem in via Plat. in Epinom.

agi-

agitetur, vt nunquam acquieſcere valeat intellectus eiuſdem, donec ipſam inuenerit, ne igitur iſte inſtinctus, iſta propẽſio inanis remaneat, admittẽdum eſt, humanam dari fælicitatem hac ratione. Perſpicuum eſt hominem interna quadam commotione, & agitatione fælicitatem expetere, ac eandem quærere, igitur non eſt in dubium ponendum, an detur.

Ratio 2. cõfirmans.

Vltra probatur eadem concluſio: ſi nõ admitteretur hæc finalis hominis fælicitas, appetitus humanus eſſet fruſtra, & in infinitum abiret, nec tamen finem illũ adinueniret, ne igitur hoc ſequatur incõueniens, quod nunquam admitti debet, in Philoſophia quarumcunq; ſectarum, admitti debet, fælicitatem dari, quæ ſit meta finalis humani intellectus, ſemper veritatem inquirentis, ac humanæ voluntatis, ſemper veram bonitatem eſſentialem, infinitam, & indeficientem, non autem falſam, apparentem, & finitam, affectantis.

Quid mirum eſt ſi homines eandẽ affectant? non tanquam impoſſibile ad aſſequendum id affectant, & quæ eſt cauſa? illa propenſio, ille appetitus, illa inclinatio cõnaturalis homini, bonum, vltimatè quietatiuum, tandem obtinendi, & eo ſemper fruendi.

Alia ratio hoc idẽ cõfirmans.

Anima rationalis humana nõ eſt præcisè deſtinata ad corpus, informandum, & mouendum, vt ſolum actiuæ vitæ, & humanis implicetur negotijs, vt ſolum terrena ſapiat, ſed tãquam affinitatis nexus, diuinis hæreat, ac cum ijs iungatur, quare diuinarum conditionum debet eſſe particeps, diuinarum affectionum capax, & tandem D. Obiecti ſuſceptibilis, in quo ſua perfecta quies, ſua ſatietas, & beatitudo conſiſtit.

Alia ratio, quæ eruitur ex Ficino lib. 1. cap. 8. Theol. Platonicæ.

Sui non deſunt Aſſeclæ, qui eandem veritatem confirmare videntur, dicẽtes, quod ſi non daretur fælicitas humana, homo poſſet iure nũcupari infelicior, ac miſerabilior cunctis animantibus, & hoc facilè probant, dum demonſtrant, ipſum duriorem agere vitam in terris, quã beſtiæ agant, quare ſi non eſſet immortalis eius anima, & ob id beatitudinis capax (quam tamen pro ſtatu iſto nequaquam habere poteſt) hac de cauſa, omniũ mundi animantium infęliciſſimum animal diceretur.

Alia ratio confirmans.

Vlterius, ad confirmandam veritatem adiungunt, quod cum homo in labore ſit poſitus, ſui laboris debet expetere præmium, licet non habeat pro ſtatu iſto, ſed pro futuro, in quo ſua vera conſiſtit fęlicitas, & ſi pro iſto aliqualiter, tamen imperfectè, & diminutè, vt videbimus. Datur igitur hæc fęlicitas, in via Platonica neceſſario, ne inquietudo, qua præmitur, inanis remaneat, & ne ipſum reddat infęliciſſimum; datur igitur, vt acquieſcat homo à labore, ac illud inueniat, in quo perfectè requieſcat in æternum.

Nec obſtant rationes quorũdam, qui negant, dari fęlicitatem, eò quia in rebus etiam proſperis, quæ ſenſibus placent, nulla permanens reperitur delectatio, nullum durabile gaudium, & ſi quid inuenitur delectamenti, in quo ſenſuales ſuam locant fælicitatem, adeò caducum, & breue eſt, vt nullo modo fælicitas valeat appellari, ſed momentanea delectatio ſenſus, non rationis.

Occurrit quibuſdam negantibus fælicitatem.

Quoniam his facilè admittimus, hanc non eſſe fęlicitatem veram, ſed apparentem, quæ non meretur dici fælicitas, ſed ob id non eſt negãdum, veram abſolutè dari, quæ (vt diximus) non habetur pro ſtatu pręſenti, ſed in futuro; illi verò cum nullam aliam cognouerint vitam, quam præſentem, nullum aliud deguſtarint bonum, præter ſenſuale, quod non eſt permanens, putarunt, nullam reperiri fælicitatem (ſed perperam) quia vtiq; non eſt ponenda in hac vita abſolutè (dicit Plato) ſed in futura.

Occurrit argum. alio.

Nec itidem cõcludit argumentum, ſic in forma redactum. ſ. quod ſi fælicitas eſſet, vel conſiſteret in bono vero, vel in apparenti, non in vero, quoniam nondum cognitum eſt, cum multi errent circa eiuſdem determinationem; non in apparenti

parenti, quoniam, vt allata concludit ratio, non eſt ſtabile, ſed fluxile; at fælicitas ſi daretur, deberet reponi, & collocari in bono ſtabili, & non in finibili, ergo &c. Quoniam bonum, in quo perfectè conſiſtit fælicitas, licet ſit ſui natura in hac vita incognitum, & ſi aliqualiter cognitum à poſteriori, per effectus, & ob id imperfectè cognitum, attamen in futura, adeò cognitum fiet, & per cauſam cognitum à priori (vt etiam noſtrates volunt) euadet, vt in eiuſdem, & cognitione, & fruitione, humanus intellectus ſuam poſſit reperire fælicitatem, verã, perfectam, & in æternum durabilem. Sit igitur vera fælicitas; in doctrina Platonis, & vera admittatur Beatitudo.

Variæ Philoſophantium opiniones circa humanam Beatitudinem.

Vaire Philoſoph ſententiæ circa humanã fælicitatem.

VIdeamus modo quid aſtruant circa ipſam variæ Philoſophantiũ ſectæ, & quomodo in ea ponẽda, ac vario modo deffinienda, & determinãda, prorſus allucinati ſint, præter vnum Platonem, qui perfectè eandem cognouit, & docuit, prout humana ratio viribus naturæ valet cognoſcere, & eandem docere.

Sceptic. opinio circa humanam fælicitatẽ ex S. Empirico.

Primò, Pyrro, & Zenophanes Sceptici Philoſophi, putarunt, bonum vltimum, quod eſt ipſa fælicitas, reponi debere in aſſenſus ſuſpenſione, quæ græcè ἐποχὴ dicitur; & hæc eſt potiſſima eorum ratio, quoniã, id minimè cognoſci poſſe, arbitrantur, & licet multi illud determinent eſſe bonum id, quod eligitur propter ſe, magis (dicunt iſti) id demonſtrant, quod bono accidit, quã verè boni ſubſtantiam doceant, ſi .n. præter hæc inquiratur, quidnam ſit id, quod propter ſe eſt eligibile? non vtiq; iam conſentiunt, cum alij dicant virtutem (vt proximè videbimus) alij voluptatem, alij doloris carentiã, alij deniq; quid aliud diuerſum; quamobrem, propoſita diffinitione minimè, quid ſit bonum, ſed quid bono accidat, docent. Et ſanè, ſi hæc opinio, nullam aliam admittit vitam, quam præſentem; nullum aliud bonum cognoſcit, quã id, quod in hac acquiri poteſt, non eſt prorſus inficienda; ſi autem & aliam, & in ea aliud bonum concederet, eſt re vera explodenda, & præterea omninò neganda, & nos ob hanc cauſam, & reijciemus, & iure negabimus; ſed eos etiã hac ratione nituntur coarguere Philoſophi, & præſertim Ariſt. dicens, quod homo minimè perfectionem innatam habeat, ſed egregias potentias, quibus poteſt eandẽ adipiſci, & propterea, niſi daretur, iã naturæ fruſtatorium eſt opus, præterea non eſt negandum, quod humani affectus, non poſſint ad mediocritatẽ redigi (dicit idẽ Philoſophus) quare hæc opinio, vt falſa, eſt omninò reijcienda.

Ariſt. 1. Ethic. & ibi Acciaiolus.

Cyrinaicor. opinio circa humanã fælicit.

Ariſtippus Socratis diſcipulus, & tota eius ſchola Cyrenaica, voluptatem corpoream, pro fælicitate ſibi aſſumpſerunt, iſti, cum ſupra corpus nihil agnoſcerent, viderentq; omnia ab incorrupta natura ad voluptatem ordinari, eaq; ſibi primò appetere, & pueros infantes, & bruta, omnes dolores malos eſſe, maximèq; fugiendos, ſolebant palam canere, vt notat Diogenes Laertius.

Diog. Laertes in vita Ariſtippi.

Cum te mortalem noris, præſentibus exple,
Delitijs animũ, poſt mortẽ nulla voluptas.

Socrates in Philebo hãc ſic impugnat.

Sed hanc fatuam, & omninò falſam opinionem peroptimè redarguit Socrates in Philebo, dicens; *Etenim cum nulla abſq; indigentia, vel nullo modo, vel certè vix corpus mouere poſſit, pura minimè poteſt appellari, quinimò ſẽper doloris particeps, ſæpius pœnitentiam, ſacietatem, morboſq; parit, atq; cum ob eam, in eodem etiam tempore in contrarios affectus, diuerſaſq; ſententias, animus diſtrahatur, hominem illius ſectatorem ſibimetipſi contrarium, & diſſonum præ ſe ferre videtur*, hæc Socrates: igitur in hac minimè eſt collocãda humana fælicitas.

Epicureorũ opinio circa fælic. human.

Epicurus, & tota eius ſchola, felicitatem collocauit, non in ſola voluptate, ſed in indolentia. i. in doloris carẽtia, & cum hæc opinio pariter ſit indigna relatu, falſa idcircò iure dimittitur.

Crœſi Lidij. & Midę Frigij opin. circa hum. fœlicit.

Alij, vt Crœſus Lidius, & Midas Frigius, fœlicitatē in diuitijs poſuere, cuius poſitionis duę poſſunt eſſe cauſæ; prima, quod cum fœlicitas ſit omnium bonorum aggregatione ſtatus perfectus, proinde abſurdum non erit, ſi conſtituatur in Numiſmate, quod etiam (aſſertore Philoſopho) eſt veluti fideiuſſor habendi, quodcunq; voluerit homo; ſecūda, quod deſiderium circa pecunias, & opes eſt infinitum, atqui, nihil, niſi ſummum bonum ſui deſiderium, admittit infinitum. (5. Ethic.)

Sed hęc opinio, vt vana reijcitur etiā, cum pecuniæ non ſint, niſi inſtrumenta humanę commoditatis; nec obſtat, quod reſpondeant, inſtrumento nihil eſſe contrarium, ſed diuitijs paupertatem aduerſari, quoniā grauiſſimi Theologi noſtri, vt D. Thomas, & Egidius de Roma, per optimè ſatisfaciunt, dicentes, quod cum Numiſmata talia ſint hominum impoſita, non debent dici fœlicitatis humanę, & cauſæ, & finis, cum itidem non ex ſe ſatisfaciant humanæ indigentiæ, & immediatè, & cum ad aliud videantur, quàm ad fœlicitatem directæ. At cum homines fiant natura Beatitudinis compotes, ob quam, cum nullius rei ſint amplius indigentes, nihil etiam aliud expetunt; hæc igitur opinio, vt ridicula, itidem omittatur.

(Par. 5. art. 1. q. 2. Egid. de Roma hanc reijciunt.)

Periād. Corinth & Lycophron circa fœlicit.

Alij, vt Periander Corinthius, & Lycophron, ſummum hominis bonum, & per conſequens, fœlicitatem, putarūt reperiri in honore, quem omnium finem exiſtimarunt eſſe; ſed hæc poſitio eſt pari modo defectuoſa, cū fœlicitas poſſidentem perficiat, & proinde quid proprium illius videatur; honor autem non eſt in illius poteſtate, cui defertur, ſed in illius, qui defert, propterea accidit, vt & quando q; in digno tribuatur, & dignus eo priuetur, ob eius, qui honorē allicit, prauum iudicium.

(Hac ratione diluitur hęc poſitio.)

Stoicor. opinio circa fęlicit. hum.

Stoici, his omnibus ſuperioribus, forſitan melius ſcopum attigere, dum virtutem ſolam hominis fœlicitatem pręſtare cēſuerunt, & hoc non ſine aliquali ratione. Putarunt hi Philoſophi, quod malitia per ſe ſola ad miſeriam ſufficeret, & propterea virtutem ſolā debere ad Beatitudinem ſatis eſſe. Et hæc opinio à Seneca morali pro viribus probatur, qui quidem aliā affert rationē .ſ. quod trāquillitatis mater ſit ipſa virtus, cum, ea pręſente appetitus, & ratio minimè diſſideant, ſed potius, reciprocè cōſenſus, & vnitas ſit maxima. (Ep. ſt. 92.)

Rationes, quibus impugnatur opinio Stoicorum.

At ſi veritatem volumus fateri ſinceram, hęc opinio eſt itidem falſa (licet aliqualiter nobilior ſupra allatis) & cauſæ eiuſdem falſitatis ſunt multæ, quarum prima & principalior eſt, quod virtus cū animi purgatio ſit, eſt veluti diſpoſitio ad fœlicitatem, non autem ipſamet fœlicitas, nam purificatio animæ, non poteſt eſſe, nec debet dici animæ vltimata perfectio; & eo magis, quod fœlicitas ſtatuenda eſt quid perfectiſſimum; virtus verò imperfecta exiſtit, ſi reſpectiuè conſideretur, fatentur .n. & ipſi Stoici, ſummum id eſſe animæ bonum, quod extra ſe nihil habet, & tamen virtus, cum actus ſit primus, ſecundum actum, vti perfectionem requirit.

Hæc fœlicitas Stoica habet pro materia affectus, cum cęteris, pro forma verò, immobilitatem circa paſſiones, quam ſua voce appellarunt ἀπάθειαν, Peripatetici verò μετριοπάθειαν, hinc eſt, quod hæc poſitio Stoica, poteſt, ſecundum multos, ad bonum ſenſum trahi, & ob hanc cauſam defendi, necnon cum Ariſtotelica conciliari, vt patet apud Euſtratium, & Buridanum. (1. Eth q. 10. Burid. 1. Ethic c. 8.)

Ariſt. opin circa fœlicit.

Neq; demùm cum Ariſt. & cum tota eius familia, dicendum, quod humana fœlicitas ſit actio virtuti conſentanea, & hæc eſt potiſſima ratio, quoniam actio eſt accidens, quod non debet dici vltima, & poſtrema perfectio nobiliſſimæ ſubſtantiæ. Itidem omnis actio eſt gratia boni, igitur via ad bonum, non autem ipſumet bonum. Inſuper, reſpicit finem, non autem eſt ipſemet finis, ac tandem perducit ad aliud, ergo non eſt ipſummet,

ad

Rationes impugnantes opinionem Ariſt. circa fœlicitatem.

ad quod perducitur, idcircò cum non ſit finis, ſed potius medium ad illum aſſequendum, ſiue per quod vltimus attingitur finis, qui eſt ipſa fælicitas, igitur non eſt dicenda fæliciras, & ſic Ariſt. cũ alijs hallucinatus eſt, quippè cum ſolam hanc breuem, finitam, mortalemq; cognouerit vitam, & ad futurę notitiam minimè peruenire potuit, in qua vera latet fælicitas, ſincera, & indeficiens ſilit Beatitudo, quam quidem peroptimè cognouiſſe Platonem modò monſtrandum eſt.

Statuitur vera fælicitas Philoſophica, de mente Platonis.

In quo cõſiſtat vera fœlicitas.

PLato ab his omnibus longè differẽs, ſtatuit fælicitatem ſuã in nullo alio reperiri, quam in ſummi boni fruitione, quod cum ſit poſtremus finis omnium, in eo ſolummodo poteſt reperiri, & non in alio perfecta, & vera fælicitas, & vltimata quies, quando cum eo ſe connectit humana mens, ac eundem aſſecuta fuerit. Et reuera ſi res ſano perpendatur oculo, non poteſt ipſa fælicitas in alio conſiſtere, ad hoc, vt vera, & perfecta ſit, quam in eo, cum fælicitas, & ſummum bonum in idem cadant, ipſum eſt auctor omnium, ſeruator omnium, & finis omnium, igitur in eius fruitione, & vltima aſſecutione fælicitatem eſſe poſitam, à primò ad vltimum exiſtimandum eſt; & hoc peroptimè ratione cõfirmari poteſt, quoniam ab eo ſolo poteſt abſolutè pendere eſſe bene, à quo pendet eſſe, at ab illo, tanquam à ſuo principio, à ſuo opifice hominem habuiſſe exordium, iam cum Platone ſtatuimus, igitur ab eo benè eſſe, quod eſt fælicitas, itidem fatendum eſt habiturum.

Quid ſit ſummũ bonũ, in quo reperitur fælicitas, de mente Plat.

Ariſt. 1. Eth. c. 5.

Sed quidnam ſit iſtud ſummũ bonum de mente Platonis, non idem ſentiũt ſapientes, ſed oppoſitas habent ſententias, Ariſt. vult, quod iſtud ſummum bonum Platonicum, in quo anima humana ſuã inueniat fælicitatem, ſit bonũ quoddam ideale, quod appetunt homines, & in eo perficiuntur; at ſi iſtud vult Plato, quod ſit Deus Optimus Maximus, qualibet eſſentia eminentior, omnis tamen eſſentię fons, & ſcaturigo, benè dicit: ſi autem quid diuerſũ vellet eſſe, erraret: ſed vult id eſſe, igitur benè dicit, quod confirmatur ratione, vt ſupra. Ariſt. non vult, quod reperiatur hoc bonum Ideale, cum ideæ in eius doctrina minimè dentur, & ſi fortè fortuna conceduntur, limites excedant actiuę vitæ, ſed decipitur Ariſt. quoniam & ideæ dantur (vt ſuo loco oſtenſum eſt) & etiam idea boni, non tamen contradiſtincta ab alijs ideis, & etiam bonum iſtud ideale, quod quidem aſſumitur pro illo ſupremo bono, ac immẽſo diuinitatis pelago, quod eſt principium, & finis omnium, quod cũ ſit eminentiſſima forma, eſt omnium aliarum formarum forma, non abſque iure ob id eminens idea nuncupari poteſt, & obiectum humanæ fælicitatis.

Datur bonum Ideale, & quomodo.

Quid ſit Idea boni.

6. 7 de Republica

2. in Alcibiade 1 Reipubl.

Hoc eſt bonum ideale, ſiue idea boni, de qua ſatis multa dicit Plato pluribus in locis, dum ait: *Arbitror in ordine ipſo intelligibili, boni ipſius ideam ſupremam exiſtere, vixq; videri.* Itidem, *qui boni ideam ratione diffinire non poteſt, pars modo boni idea maxima eſt diſciplina*, &c.

Hæc eſt (inquam) quę à Platonicis ſumitur pro illo primo vero, bono, & vno, de quo multa diximus, lib. de Deo, in via Plat. ſufficit igitur nobis, quod non inconuenit ipſum appellari bonum ideale, ſiue ideã boni, & quod in eo ſolã homo veram inueniat fælicitatem, & qđ penitus hallucinetur Ariſt. dum ait, vel quod non datur, cùm non dentur cæterę ideæ, vel quod excedãt terminos actiuæ vitæ, cum ipſe non aliam, quam præſentem cognouerit vitam, Plato verò & præſentem, & futuram, in quo iure optimò, humanam collocauit fælicitatem.

Quomodo diffinatur hæc humana fælicitas in via Platonis.

STãte igitur hac vera poſitione, iacto hoc ſolido fundamẽto, ſic in via ſua

Diffinitio fælicitatis hinc inde elicita ab Auctore.

poteſt diffiniri humana fælicitas, *Fælicitas eſt ſummi Boni optima fruitio, in quo, dum cum eo nectitur, tanquam in ſuo fine, mens humana vltimam inuenit quietem, & perfectam ſatietatem*. Hæc diffinitio ſic eſt de verbo ad verbũ, more noſtro, exponenda.

Diffinitionis interpretatio.

Fælicitas, hoc eſt Beatitudo, *eſt ſummi boni*, hoc eſt vltimi illius, qui eſt bonus per eſſentiam, conſecutio, dixi vltimi illius boni, quia duplex eſt bonum in doctrina Plat. vnum, quod dicitur abſolutè bonum, & ſummum, aliud bonum, cum determinatione quadam ad ſummũ, de primo agit Plato in Parmenide, ſub nomine, ſummi vnius; de ſecundo verò in Philebo, illud ſummũ in Parmenide, eſt illud rerum principium vnum, quod ſupra omnia exiſtit, & à quo omnia, & extra omnia exiſtens, & in omnibus, & per illud, & ad illud ſunt omnia, de quo latè egimus ſupra, lib. de Deo, ad mentem Platonis, eſt illud etiam, quod vocatur ab eo in Sympoſio, ſummum pulchrum, ſummum ſimplex, quod non eſt labe materiæ, nec coloribus contaminatum. Dicendo igitur, quod fælicitas eſt *ſummi boni fruitio*, intelligitur, quod ſit iſtius, & non alterius boni legitima poſſeſſio.

Quid ſummum bonũ quod eſt obiectuũ fælicitatis.

Ab hoc tãquam à ſole, dicitur emanare ſummum bonum conditionatum, quod quidem à Platone, in Theæteto, & in Phædone, dicitur Dei ſummi ſimilitudo, quã ſimilitudinem, acquirit anima, dum ei appropinquat, vel cognitione, vel affectione (vt infra videbimus) ideò ſubiungitur in diffinitione, *dum cum eo connectitur*; quoniam in illa connexione conſiſtit fælicitas obiectiua, ex parte ſummi boni abſoluti; formalis autẽ ex parte animæ, eo fruentis. Et hęc dicitur ſimilitudo etiam, quoniam in hac approximatione conſequitur anima Diuini luminis infuſionem quæ non aliter dicitur deriuare à bono abſoluto, quam faciant radij à ſole in lucidum corpus, quod ſimile illud faciat reſpectiue in luciditate, hoc eſt bonum conditionatum. Sequitur, *tanquam in ſuo fine*. Vidimus ſupra, quod ſicuti eſt omnium rerum principium, ita eſt vltimus earum omnium finis, & præterea humanæ mentis ſemper bonum naturæ impulſu concitæ affectantis, quod cũ in nulla alia re, dum eſt corpori alligata, illud inueniat, corpore exuta, ſuperiori connexione facilè illud cognoſcit, illud inuenit, in illo ſiſtit, & illo, tanquam ſuo fine vltimo, perfruitur.

Vt ciatur in argumento in Philebo.

Subiungitur, *tandem vltimam inuenit quietem, & perfectam ſatietatem*: Quoniã in nulla alia re poteſt diù acquieſcere mens humana, quam in hoc, nam optatum vnum aſſecuta aliud quærit, & hoc adepto, aliud, donec iſtud tandem inueniat, & nil aliud præter ipſum quærat, eò quia in eo perfectè ſatiatur. Hoc per hãc ſimilitudinem conſecuto, per hanc connexionem petito, per hanc approximationem tacto, nil vult, vel etiam poteſt habere, quoniã in eo perfectam inuenit quietem, & ſatietatem.

In hoc vltimate ſaciatur mẽs humana, & nõ in aliud.

Hæc eſt diffinitio, & diffinitionis germana interpretatio, quę ex doctrina Platonis eruitur, ipſius fęlicitatis, ſecundum quod interpretes tùm veteri, tùm Neotherici conſentiunt.

Alia poteſt elici etiam ex Euthidemo partim, partim ex Philæbo, & eſt talis: *Fælicitas eſt ſummum animæ bonum, quo ipſa Deo ſimilis efficitur*. Hic ſummum bonum poteſt ſumi, vel pro ſummo bono abſoluto, vel pro ſummo bono conditionato; ſi primo modo intelligitur pro illa, quæ attenditur fælicitas, ex parte obiecti fælicitantis, ſi ſecundo modo, ex parte mentis (vt ità dicam) fælicitatæ, & ſic ſemper ipſa dici poteſt ſummum eſſe bonũ, quoquomodo ex his duobus ſumatur. Quo ipſa ſimilis Deo efficitur, hęc omnia verba intelligũtur præciſè, de ſecundo modo, hoc eſt de Beatitudine formali, quæ attenditur ex parte mentis, & ſic illa etiã eſt præclara, & in quibuſdam conſimilis primę. Taliter igitur diffinitur, & determinatur fælicitas hominis in doctrina Platonis, quod ſit vera, iam demonſtremus.

Secunda fælicitatis diffinitio Platonica.

Probatur huius Platonicæ fælicitatis veritas.

Quod hæc fælicitas ſit maximè appetibilis.

EST vera hæc fælicitas primò, quoniam eſt ſui natura maximè appetibilis, & ad hoc, vt hæc veritas pateat, debemus ſcire, quod duob⁹ indiget anima conſolantibus, & duobus, qui ducatum eidem præſtent, dum eſt in hoc humano ergaſtulo; deſiderio .ſ. innato veritatis attingēdæ, & cupiditate, ſiue appetitione boni poſſidendi, ac eo fruendi. Hi nimirum prudentia, & ſapientia ducibus nil aliud moliri ſtudent, quā hoc verum inuenire, quam hoc bono perfrui, vnde concita à calcaribus, à primis, & à ſecundis duabus, obtentis alis iam per virtutes purgata, valet ſupra ſe eleuari, & illud verum inuenire, & illo perfrui bono, ſed hoc non poteſt, priuſquam ſit purgata, per virtutes morales (vt diximus) & præſertim mediantibus prudentia, & ſapientia, quarum vna præciſè purgat, alia verò coniungit rationes, quæ ſunt in ea, cum Ideis ipſius mentis impartcipatæ, & ſic cum Ideæ ſint ipſius vnius veri, & boni propagines, dum nectitur cum his, ſtatim cum ipſo vero bono, & vno, pari ratione connectitur, & ex hac connexione ſequitur neceſſario veri contēplatio, boni conſecutio, & fruitio, & demum deſiderij, & appetitus ceſſatio, quæ eſt illa quies, & ſempiterna ſatietas, quæ animæ ſic facienti accidit, ſed quoniam hoc non poteſt ei accidere, dum eſt corpori coniuncta, niſi valdè difficile, vt proximè videbimus, idcircò poſt ſeparationem eidem euenire putatur ſine vlla dubitatione, & ſi pro hac vita, niſi in ſenio hoc eis ſuccedere fatetur Plato in Epinomide; & quod hæc omnia ſint vera, ex hoc patere poteſt, quoniam anima (vt dixim⁹) nullum pro hac vita videtur inuenire verum, quod intellectum ſatiet, nullum bonum, quod voluntatem impleat, ſed vnū iam aſſecuta, aliud quærit, donec inueniat, quod eſt perfectè ſatiatiuum. Omnes namq; naturales appetitus ſua obiecta reſpiciunt, eadem quærunt, & attingunt, ac in eiſdem acquieſcunt, quod patet inductiuè in omnibus, ſolus intellectus, ſola voluntas, nil adeò ſincerum inuenire poſſunt, in quo perfectè pro ſtatu iſto acquieſcant; ideò pro futuro, non eſt negandum has potentias nobiliſſimas nec debere, nec poſſe illud inuenire; inueniunt igitur hoc modo, & ſic non remanent, & deſiderium veri, & appetitus boni inanes, & ſic verè concludi poteſt, quod hæc fælicitas his de cauſis ſit vera, & ob hoc maximè appetibilis.

Quibus medijs anima inuenit me ſu fælicitatis obiectū.

Et Ficinus in argum. vbi ſupra.

Omnes appetitus ſua obiecta reſpiciunt.

Confirmantur hæc omnia auctoritate Platonis in Philæbo, qui ſummi iſtius boni veri, & vni, tres ſtatuit conditiones reperiri, alioquin ſummum non diceretur. Oportet primò ipsū eſſe vndequaq; perfectum, ſecūdò ſufficiens, tertiò ſummè deſiderabile, ſiue appetibile: & dicitur eſſe re vera perfectum (quod iam latè a nobis oſtenſum eſt lib. de Deo in hac Platonica via) quoniā nihil ei deeſt, habet omnes perfectiones, quoniam iam ſummum non diceretur, vnde bona alia, ſiue noſtra, ſiuè alia infra ipſum, nō poſſunt appellari re vera bona, quoniā multa eis deſunt, quibus ſumma dici nō poſſunt, hoc autem, quoniam nihil ei deeſt, nihilo caret, dicitur ſummum, & iure eſt ſummè ſufficiens, quoniam nihil deeſt illi, quod ipſum poſſidet, quoniam ipſum perfectè explet poſſidentis animæ deſiderium, & appetitum, quod non agit (vt diximus) quodcunq; aliud bonum. Eſt ſummè tandem deſiderabile, & appetibile, quoniam ex illo, & in illo eſt quodcunq; & deſiderabile, & appetibile eſt. Vnde, quia perfectum eſt ſufficiens, quoniā alia bona, vt aliqualiter imperfecta, non ſufficient explere animā, & quoniam habet hanc ſufficientiam, idcircò ſummè dicitur, & deſiderabile, & appetibile. Stante igitur hac doctrina, quæ & vera, & valida eſt, poſſumus concludere, & iam hoc firmiſſimè determinare, quod fælicitas iā definita, & probata, & ratione obiecti, & ratione potentiæ ſit maximè appetibilis.

Confirmatio prioris rationis.

Marſili⁹ in argum. in Philæbo.

Tres conditiones ſummi Boni ſ. Dei.

An hæc fælicitas detur in hoc ſæculo, vel in futuro tantum, de mente Platonis.

AN modo detur hęc fælicitas, quam ſtatuimus eſſe in huius ſummi boni fruitione, & in eiuſdem (quod eſt poſtremus finis) conſecutione, ac connexione, in hac vita, vel in futura, non eſt ſatis exploratum, cum ipſemet Plato non appareat in hac re ita conſtans, vt poſſit firmiſſimè teneri, & eandem de mente ſua in vtraq; vita concedi. In Timæo (vt alibi diximus) per difficilem, ſed non impoſſibilē pro hoc ſtatu iudicauit eiuſdem inuentionem in illis verbis. *Patrem mundi inuenire per arduum eſt, & cum inueneris prædicare, & eloqui impoſſibile*; adquæ verba inſignis interpres, & aſſecla fidiſſimus Proclus, reſpiciens, adnotat duplicem, quinimò triplicem eſſe inuentionem. Alteram opinatiuam ab effectibus .ſ. ad cauſam (quam vocant noſtrates à poſteriori), alteram à cauſa ad effectus, quæ dicitur penes ipſum ſcientifica, & à noſtratibus appellatur à priori, tertia verò intellectualis, hiſce duabus longè excellentior. *Difficile eſt*, ait ipſe, *illum inuenire*, prima hac inuentione, quoniam ipſa requirit omnimodam rerū omnium cognitionem, perfectam, & ſinceram, quam, proculdubiò, pro ſtatu iſto, anima facilè habere non poteſt, & eſt ratio, quia omnia in ſe comprehendere, & fieri veluti mūdus animaſticus, & ob id ſimilis illi euadere nō valet, in qua nimirum ſimilitudine poſtea conſiſtit vera eiuſdē aſſecutio, & ob id vera fruitio, & perfecta fælicitas.

Contradictio in dict. Plat. circa hoc.

Triplex inuentio ſummi boni ex Proclo.

Sed alibi de hac multa.

Secunda itidem inuentione, difficile eſt admodū inuenire Patrem iſtius mundi, quoniam opus eſt ſinceriſſima, & altiſſima contēplatione, quæ paucis admodum hominibus contingit in hac vita, dicit in Epinomide Plato,

In Epinomide patet.

Tertia itidem inuentione, quæ ſicuti eſt cæteris excellentior, ita eſt difficilior, poteſt inueniri, pro hoc ſtatu, adeò quod difficile eſt admodū à primo ad vltimū, dum eſt anima corpori alligata, illū inuenire, & inuentum cognoſcere, & ei cognito, ſimilem euadere, ac eidem ſe connectere, & poſtremo, eodem frui, & fælicitatem veram aſſequi.

Hoc videtur affirmari à Platone (vt diximus) in Epinomide, vbi videtur concedere, quoſdam animos, per virtutes purgatos, in vltima ſenectute, nondum corporibus exutos, poſſe fælicitatem adipiſci, licet paucos admittat his verbis, *Impoſſibile arbitror, homines in hac vita, præter admodum paucos fælicitatem aſſequi*: ex his igitur, & ipſius Platonis, & Procli verbis, conijcimus, & Præceptorem, & diſcipulum, concedere fælicitatē, pro hac vita, licet difficilem, licet paucis, licet in ſenio dumtaxat.

Verba tex. in Epinomide.

Exaduerſò in Phædone, id prorſus videtur negare, in perſona Socratis, qui dum carcere detinebatur, longam ſatis habuit ad amicos orationem, in qua ſolūmodo, fælicitatem, poſt obitum admittit hac nimirum ratione permotus, quod dum anima corporeis perſtringitur vinculis, veram ſapientiam, quam & ſcientiam ſimpliciter vocat, conſequi non valet. Vnde hæc verba ibi leguntur. *Cæterum, nobis re vera demonſtratum eſt, ſi quando putamus, aliquid purè intelligere, recedere, à corpore oportere, atq; ipſo ſolo animo, res ipſas conſiderare, atq; tunç (vt apparet) cōpotes euademus, eius quod optamus, cuiuſuē amatores nos eſſe profitemur .ſ. ſapientiæ, cum videlicet mortui erimus: dum autē viuemus nequaquam. Nempè ſi nihil cum corpore purè diſcerni poteſt, e duobus alterū ſequitur .ſ. aut nullo modo ſciētiam aſſequi poſſumus, aut poſt mortem, tunc enim animus ipſe per ſe ipſum erit ſeorſum à corpore, prius verò nequaquam.* Et paulò infra iterum ait. *Arbitrari verò oportet, ſi quis verè Philoſophus ſit, vt non alibi puram ſapientiam poſſe aſſequi ſperet, quam in futura poſt mortem vita*, &c. Cū igitur fælicitas nō poſſit haberi abſq; ſapientia puriſſimę voluptati admixta (vt infra dicemus) & ipſamet non valeat ob-

Contraria huic ſent. in Phæd.

Verba tex.

tineri ab animo corpore prædito, ſequitur, quod non modo difficile, ſed impoſſibile poſſit & ipſa obtineri pro hac vita.

Exacta reſponſio ad cõtradictionem.

Sed quid dicemus ad hanc nõ leuem contradictionem, in dictis Platonis? Reſpondent quidam, quod quanquã Plato, per paucos concedat in Epinomide in ſenio, & pro hac vita fælicitari, quod illa fælicitas non eſt dicenda vera, & perfecta, & ob id non mereatur nomen fælicitatis, niſi impropriè, ſed quod melius dicenda eſt deguſtatio quędam breuis alicuius portionis fælicitatis, vnde poteſt dici fælicitas hæc reſpectiuè, ita quod, qui hanc in pręſenti vita poſſidet, reſpectu multorum, qui virtutes morales, & habitus ſpeculatiuos non habent, beati dici poſſint, ſed abſolutè, & rę vera beati nequaquã, ſicuti Noctua, reſpectu Talpę, videns dici poteſt, ſed reſpectu Aquilæ cæca videri poteſt.

Quom. vera fælicitas in vita aliqua liceat haberi poſſit.

Quid ſentiat auctor circa prædicta, ſecus autem alij.

Nos autem dicimus, quod hæc fælicitas neq. formalis dici poteſt, neq; obiectiua, & ob id non vera, & perfecta, ſed diſpoſitiua approximatio ad fęlicitatem.

Quidam tamen volunt, quod ſit vera fęlicitas, & perfecta, ex parte deguſtationis, ſi non ex parte durationis, & dicunt pro ſua poſitione confirmanda, quod etiam legitur, quoſdam viros doctrina, & moribus probatos apud Ethnicos, habuiſſe raptum, & paſſos eſſe extaſim, in qua diuinam viderunt faciem, & cęleſtia audierũt arcana, vt Mercurius, & Pythagoras, & alij, ſed de hac re alibi multa.

Reſtat igitur, quod hæc vera fęlicitas non detur niſi in futura vita, quãdo anima à corpore pęnitus libera, & omninò purgata extiterit, & quod tunc poterit vero coniungi bono ſummo, & ſincero, illudq; aſſequi poterit, eoq; perfrui. Reſtat (inquam) quod nõ detur re vera pro hac pręſenti (dicant cęteri quicquid volunt) tum quia innumeris pręmitur impedimentis, quæ prouenĩũt ex parte corporis, quod quidem in vero, & bono, ipſi nienti aduerſatur, tùm quia magna cadit improportio inter animam, dum eſt in corpore, & lumen illud veritatis, quod eſt fęlicitatis medium. Clara .n. boni, & veri notitia, quę eſt ſapientia pura, niſi puro poteſt ineſſe animo, at purus non poteſt dici animus, dum corpori coniunctus eſt, & quoniam corporis nexus impedit nexũ eiuſdem cum illo, igitur non poteſt aſſequi hac de cauſa fęlicitatem, & hę rationes ex ipſo Platone eruuntur in Phędone.

Ratio, quare non põt dari pro ſtatu iſto.

Adiungitur etiam, quod anima in corpore ſita, vim, & aciem cognoſcendi, & intelligendi verum, & bonum ſincerum, ad ſenſibiles imagines vertit, vt plurimum in Phantaſia repoſitas, igitur non poteſt dici, quod valeat etiam hac de cauſa perfectam adipiſci fęlicitatem, igitur à primo ad vltimum homo nõ poteſt fęlicitari pro hac mortali vita.

In Phędone hic eliciuntur oia.

An in ſummo bono præſertim, vel in mente conſiſtat Platonica Beatitudo.

Vbi conſiſtat præciſè hæc beatitudo in via Plat.

Sed iam dicere oportet, in quo conſiſtat pręcipuè Beatitudo, an in hoc ſummo, & vero bono, tanquam in obiecto beatificante; vel in mente beatificabili? Iam poſſeſſionem eſſe ſummi boni fęlicitatem vidimus, & connexionem cum eo, eiuſdemq; fruitionem hanc eſſe admirabilem, profert Plato tùm in Philębo, tùm in Phędro, quę tamen nõ ſimplex omninò extat, ſed admixta, at quãnam admixtione? admixtione nimirum, quę reſultat ex illa ſapientia, quę maximè requiritur ad cognitionẽ iſtius ſummi boni, & ex voluptate illa, quam habet mens, iam illud poſſidens, illudq; attingens poſt huius vitę curſum. Hęc poſſeſſio ſic admixta vtiq; eſt cauſa fęlicitatis animæ, ſed in quanam parte, in quanam potentia eiuſdem collocata eſt? Ratione ſapientię repoſita eſt in mente, ſiue in intellectu, ratione verò voluptatis in voluntate, ait Plato vt ſupra; In mente hęc diuina aſſecutio, veritas nuncupatur, & ratio eſt, quoniam cum intellectu attingitur hoc nobiliſſimũ obiectum,

Fælicitas, quom. in mẽte, & voluntate ſit humana fęlicitas.

ctum, illud tanquam re vera verum cognoſcit, illud tanquam re vera bonum guſtat voluntas; vnde in ea dicitur gaudium, & quoniam obiecta propria, & adæquata harum potentiarum ſunt hęc, idcirco hoc taliter adepto, puro, pulchro, ſincero, & ſimplici, prout adipiſci poteſt, vtraq; quietatur potentia in eo, & ſaciatur, ita quod vera reſultat fœlicitas animę, circa quam tantopere laborat, & ſępe ſępius deluditur in eo quærendo, vt vnum falſum, & apparẽs credat verum, quod tamen eſt falſum, & caducum, prout fecere ſupracitati Philoſophi, ſuā reponentes fœlicitatem in his rebus, de quibus ſupra, vnde hac de cauſa allucinati ſunt.

Quid ſit Ambroſia, & Nectar in cœlo.

Iſtud autem, quod dicitur veritas in mente, & gaudium in voluntate in Philebo, per methaphoram dicitur Nectar, in Phędro autem appellatur Ambroſia, in mente, & ſunt illa pabula, quę canunt Poetę; deguſtare animas puras, in menſa cœleſti ſempiterni Iouis, cui accumbunt cum Dijs iunioribus, poſtquā purgatę virtutibus, & ſolutę à vinculis corporeis ad ſuperna euolauerint regna.

Tres vitę ſtatuuntur, ſiue operationes à Platone in Philebo .i. animæ.

Dicitur conſiſtere non in ſola ſapientia pręciſè, ſed admixta puriſſimę voluptati fœlicitas, quoniam ſemper diuinorū contemplationē concomitatur voluptas, & hoc benè à Platone declaratur in Philebo, dum tres ſtatuit vitas, ſiue melius operationes ibi, quarum prima eſt ſolius mentis, & hæc eſt diuinorum ſpeculatio; ſecunda eſt ſolius voluntatis, & hæc eſt delectatio, ſiue fruitio; tertia eſt mixta ex vtraque, ideſt diuinorum contemplatio, cum ſumma fruitione, & in hac admixta iure repoſuit ſuam fœlicitatem Plato.

Verba ſeq. in Philebo pro confirmat.

In confirmatione iſtius veritatis, hæc habetur ex noſtro Philoſopho verba, vbi ſupra. *Nullū ſic viuere eligeret, quod ſapientiam, mentē, ſcientiā, memoriamq; omnium, omnemq; poſſideret, voluptate verò, nulla frueretur. Verum vnuſquiſq; eam, quæ eſt ex ambabus cōſtata eligit. Neutra enim .i. neq; prima, neq; ſecunda ſufficiens, & perfecta eſt, neq; ab omnibus deſiderata, tertiam autē omnes appetunt, omnibuſq; ſufficit, ipſam ergo ſummum bonum neutrum eſt .i. neq; ſapientia, neq; voluptas, ſed ex vtraq; mixtum.*

Hæc ex Platone eliciūtur in iſtius veritatis confirmationem in Philebo, vnde poteſt ex eiſdem verbis facilè conijci, in quo formaliter, & obiectiuè conſiſtat fœlicitas in via Platonis .ſ. obiectiuè in ſummo bono, formaliter verò in mente, ſiue in anima, & in eiuſdem potentijs.

Dubit. inſignis. & ſolutio neceſſaria ſcitu.

Reſponſio ad dub.

Sed in quanam harum potentiarum animæ magis conſiſtit .ſ. in facultate intelligente, ſiue in intellectu, vel in appetente, hoc eſt in voluntate? pro vtraq; eſſent rationes, ſi quis vellet argutijs, & ſubtilitatibus, in hac re pugnare, vnde qui vellent tenere in mente, vel intellectu conſiſtere potiori modo dicerent, qđ fœlicitas magis in connexione conſiſtit, quæ ſapientia comparatur, quā in gaudio, ſiue in fruitione, quæ eſt voluptas, ex hac conſurgens, & ratio eſt, quoniam gaudium, & fruitio eſt affectio concomitans fœlicitatem, non autem ipſamet fœlicitas.

Opinio auctoris circa hoc.

Ficinus in Chriſticol.

Piccolom. in moral.

Qui vellent verſa vice affirmare, quod magis conſiſtat in voluntate, dicerent, quod quidquid agit mens, & intellectus mediante ſapiētia, id agunt, vt hoc gaudium reſultet in volūtate, & hæc fruitio, quæ eſt poſtremus finis humanæ Beatitudinis. Finis eſt, qui primò attenditur ab agente operante, propter illum (vt cuilibet notum eſt) & ob id dicitur iure cauſa cauſarum. Nos ſanè hanc tenemus opinionem, tāquam veritati magis conſonam, quam quidem etiam tenet Ficinus, licet alij recentiores, vt Piccolomineus noſter in moralibus ipſam confodiant, & eundem hac de cauſa accuſent, ſed perperam iudicio meo.

Quibus vijs animus humanus ad fœlicitatem properat.

HAbemus iam, in quo cōſiſtat, quibuſq; medijs acquiratur, & cui poten-

ten-

tentiæ eminentiori modo conueniat. Videamus modo, quibus vijs, animus hoc ſummum bonum attingere, & poſſidere valeat. Animam ad ſuum principium, à quo diſceſſit, quando in hoc ergaſtulum deſcendit, poſſe redire, & cum eo coniungi, eoq; frui, non dubitant Plato, & vniuerſa eius familia, quinimò & affirmant, & probant, pro viribus, affirmant (inquam) ipſam in deſcendendo per multos trāſire gradus, ac eiſdem in aſcendendo vti, ſed ſicuti & aſcenſus, & deſcenſus, idem ſunt gradus, & eadem ſcala, nō tamen poſtea vtriuſq; eſt vnica cauſa: cauſa deſcenſus eſt multiplex (vt vidimus libro de anima) cauſa aſcenſus, & viæ itidem ſunt multæ, licet finis ſit dumtaxat vnus, finis eſt conuerſio, & reditus ad Deum, à quo declinando, & à ſe recedendo, ad poſtremas vitas ſe recipit, ac per hos gradus deſcendit, vnde vt redeat ad ſuum principium, à quo diſceſſit, quod eſt itidem vltimus eiuſdem finis, in quo hanc aſſequitur fælicitatē, oportet ipſam in ſe redire, & per rationes innatas ad ideas ſe attollere, & ad mentes medias, hinc ad ipſum vnū bonum, & verum, cum quo coniungitur nexu indiſſolubili. Viæ (inquam) per quas tranſit anima in ſe reuerſa ad ſuum purum principium, in quo ſuam inuenit quietem, & ſatietatem, quæ appellatur fælicitas, ſunt Affectio, & Cognitio; Affectio paratur mediantibus virtutibus ciuilibus, quæ ſunt purgatrices, quibus purgata anima perficitur, & ſic facillimè poſtea ſcandit ad ipſum, alioquin ſi non eſſet ſic, & parata, & purgata, & hac ratione ad perfectionem redacta, non ſubleuaretur ad ſummū bonum incommutabile, ſed declinaret ad commutabile, & caducū, & ſic in dilectionem prauam incideret.

Gradus per quos recedit, & accedit animus ad Deum.

Quom. anima per rationes innatas ad ideas ſe eleuat, & ad mentes alias, & hinc ad ſummū bonum.

Affectio, & cognitio ſunt viæ animarum properandi ad Deum.

Et ſi quis inquireret, quænam ſunt iſtæ virtutes, præſertim, quibus anima purgatur, & perficitur? Reſponderi debet, quod ſunt non ſolum Cardinales, de quib⁹ Philoſophi morales agunt, & quas tantoperè iactant, vt Ariſt. & aſſeclæ, ſed ſunt pietas, religio, & ſanctitas, quę perficiunt ipſam animam, vt virtutes omniū excellentiſſimæ, ex teſtimonio eiuſdem Platonis in Epinomide, vbi hæc patent verba: *Maiorem virtutem, pietate, religione in Deum, nullam inuenire fateor. Vnde ſicuti iſtæ ſunt omnium maxima, ita affectio per ipſas parata, necnon tranſitus, & connexio cum Deo, quæ reſultat maxima eſt, & excellentiſſima, quoniam eſt per exuberantem amorem, & æternam dilectionem, ſummi boni, ſempiterni, & incommutabilis* hac nimirum via anima purgata ad ſuum principium pergit, cum eo iungitur, ac eo perfruitur.

Præter morales virtutes anima parat ſibi additū per pietatē, religionem, & ſanctitatē ad Deum.

Verba tex. in Epinomide.

Per viam cognitionis itidem tranſit anima ad ſe redacta, ad ſuum vltimum obiectum, in quo veram aſſequitur fælicitatem, per eoſdem nimirum gradus aſcendens, per quos deſcendit .ſ. per rationes, quas in ſe habet, ad mentes participatas, ac perinde ad ideas, & mētem imparticipatam, ac demum ab his, ad ſummum bonum. Quod agere volens primo, ad ſenſibilia ſe vertens, à quibus ſtatim excitata, quaſi à ſomno, ab his, quæ ſunt vmbræ, ad ea eleuatur, quæ sūt re vera entia, & ſempiterna, & quoniam iſta ſenſibilia, moueat ipſam per quandam concinnitatem exiſtētem in rebus, quæ dicitur pulchritudo, idcircò pulchritudine dicitur eleuari hoc modo, & quoniam hæc concinnitas, hæc pulchritudo, eſt in triplici differentia (vt latius alibi dictum eſt) ideò tripliciter dicitur eleuari. Dicitur pulchritudo (vt alibi viſum eſt) per Plotinum concinnitas in anima ipſa virtutibus prædita, quæ à ſe ipſa, mediātibus ipſis virtutibus purgata, quę per rationes eleuatur, modo iam dicto, & hæc eleuatio dicitur fieri per Philoſophiam rectam, non cōtentioſam. Eſt alia pulchritudo in corpore, quæ reſultat ex concordia partium, & earum concinnitate, & per hanc etiam dicitur anima ſupra ſe eleuari, & per hos grad⁹ ad ſummum bonum pertingere, & hæc eleua-

Quomodo aſcendit via cognitionis.

Triplex pulchritudo, per quam anima eleuatur ad Deū.

tio dicitur fieri per amorem; eſt pulchritudo tandem vocum, quæ conſiſtit in concordia motuum, & ſonorum, & ex hac demum eleuatur anima ad idē ſummum bonum, & hæc eleuatio dicitur fieri per muſicam; prima per Philoſophiam facta ſpectat ad Mercurium, ſecunda ad Venerem; tertia ad Phæbum, qui ob id dicitur aſſenſui præeſſe humanæ animæ.

Quom. hi tres gradus ſpectat ad tres Planet.

Per hos gradus igitur tranſit anima, via cognitionis, à ſenſibilibus ad ſuum primum bonum verum, & vnum, quod eſt obiectū vltimum ſuæ perpetuæ fœlicitatis: hæ pulchritudines ſunt veluti tria limina ſenſibus apparentia, à quibus incipit anima ſui aſcenſus initium, ad alios intelligibiles aſcendendo, vſq; ad fores æternitatis, in quibus pulchritudo ſumma, & vera poſita eſt, quæ poſtea terminat hunc aſcenſum, & eiuſdem facultatem, tùm intelligentem, tùm appetentem ſatiat. Hæc eſt ſcala tota, per quam putant Plato, & Platonici, poſſe animam ad Deum optimum maximum reuerti. De his omnibus exactam habemus mentionem apud Plotinū, qui pulcherrimum compoſuit librum, cui titulus eſt de Triplici ad Deum reditu, in quo profunda quædam arcana vulgaribus Philoſophis ignota philoſophatur.

Reſolutio, quom. mediante pulchritud. anima aſcēdendo fœlicitatem acquirit.

Quibus nominibus appelletur fœlicitas in via Platonis.

REſtat videre, pro extrema iſtius libri parte, quot varia ſortiatur nomina in Platonica doctrina, hæc humana fœlicitas, & ſic finem imponere huic libro. Fœlicitas in hac doctrina quandoq; ſolet aſſumi pro ſimplici cognitione boni illius, quam adipiſcitur anima, dum excitata attollitur à ſenſibilibus, & caducis rebus, quæ ſunt veluti vmbræ reſpectu ſuperiorum ad veras rerum formas, modo quo diximus, & hæc perfecta cognitio dicitur fœlicitas, & græcè appellatur *Eudemonia*, aliquando autem ſumitur pro cōſecutione eiuſdem, quæ immediatè ſequitur cognitionem, & hæc dicitur apud græcos *Euthichia*, tertiò demū ſumitur pro ipſomet vſu ſummi ipſius boni, ſiue pro illa fruitione eiuſdem, quā voluntas poſſidet, ex cognitione primo, & ex cognitione ſecundo mentis dependentem, & hæc pari modo græca voce appellatur *Eupragia*, & in hoc non minus dicitur accidere, quam fiat in omnibus, & quibuſcunq; contemplationibus animæ, nam primò eius potētia intellectiua, deſiderio veri flagrans quid ipſum ſit perſcrutatur, voluntatis verò facultas ſtatim illud affectat, & vult tanquam bonum, vnde ex hoc vera euadit illa ſententia, q *nihil eſt volitū, quod prius non fuerit cognitū*, .i. nihil vult voluntas, quod prius intellectus non prӕcognouerit. In hac nimirum non minus accidere videtur, nā mens excitata, & quaſi expergefacta, ſenſibilibus formis per ſuas connaturales rationes, & per alios ſupracitatos gradus ſcandēdo, tandem ſummum attingit bonū, & illud contemplatur, illudq; tanquā bonorum omnium fontem, & finem, vult voluntas, & in eo ſiſtens immobilis, & permanens, eodē fruitur, & hæc fruitio dicitur eiuſdē vſus. Hæc exacta, & vera veri, & boni cognitio, ſicuti dicitur in intellectu veritas (vt vidimus) ſic in volūtate gaudiū, & lætitia, quę grӕcè χαρὰ dicitur à διαχύσεως .i. ꝑfuſionem, qm̄ dum hoc gaudiū, hæc lętitia in anima reſultat, fit in ea veluti quædā radiorū ſummi boni perfuſio. Poteſt dici ēt hęc felicitas humana delectatio, q̄ grӕcè appellatur τέρψις, à τερπνῶ, hoc eſt oblectamēto, q in anima ex cognitione, cōſecutione, & vſu eiuſdem ſummi boni reſultat, quod deducitur à τέρπειν, aut à πνεῖν, hoc eſt ab inſpiratione delectationis, quę prouenit ab illo admirabili vſu.

Ficinus in argum. Euthidemi.

Aristot. in Eth & D. Aug.

Poteſt dici poſtremò fœlicitas, quaſi fidei licitas, vel licitas sūmi boni adeptio, vel ēt beatitudo, quaſi boni cōſecuti attitudo, quæ eſt attingentia, & conſecutio. Et hęc ſufficiāt pro varia nominū ſignificatione fœlicitatis, & beatitudinis, ac pro cōplem. huius Libri Beatitud. in via Plat.

FINIS LIBRI DECIMI OCTAVI.

CHRISTIANÆ THEOLOGIAE

Cum Platonica Comparationis,

LIBER DECIMVS NONVS

Humanæ Beatitudinis vtriuſq; Theologiæ abſolutiſſimam comparationem continens.

Non inue- n ' ur 'hi lo'ophi, qui audeant ne- ga- felici- tatem piæ tonicos.

NVLLA eſt philoſophantium ſecta, quæ abſolutè humanam fœlicitatem neget, quæ & Beatitudo paſſim nuncupatur, & quauis veram non attigerint, & varias (vt oſtenſum eſt) in mediū attulerint, licet falſas, nihilominus in hanc inſaniam non ita ſunt lapſi, vt ipſam omninò negauerint, nam eius cognitionem natura affectat humanus intellectus, cum in ſe habeat connatum deſideriū illius acquirendæ, die, noctuq; præmitur, & excitatur, licet in inquiſitione ſæpiſſimè allucinetur.

Solum inter Philoſophos, Platonem veram attigiſſe, nobis re vera conſpicuè apparet ex ſuperioribus libris, ſolum (inquam) ipſum ad ſinceram, & indubitatam Theologiæ noſtræ veritatem præ cæteris propius acceſſiſſe conſpicimus, & vt hoc verū melius pateat, in comparationem veniunt vtriuſq; doctrinæ fundamenta, & ſententiæ, ſiſtendæ.

Et primò, quantum ad Confeſſionem, quod detur humana fœlicitas, vita videtur ſerè eſſe vtriuſq; Theologiæ conſenſio, quia in vtraq; ferè eadem videntur eſſe fundamenta .ſ. quod naturæ inſtinctu, ad illam quęrendam, tanquam re vera exiſtentem agitamur, quoniam propenſione naturali, ad illam obtinendam trahimur, licet multoties (vt diximus) falſam pro vera aſſequamur, ſic peroptimè concludit D. Auguſtinus pluribus in locis, ſed præſertim de Ciuitate, & Plato in Epinomide. In Epinomide.

Conueniunt, quod in nobis vigeat potentia illius acquiſitionis, quę nō poteſt dici, quod in animo nobiliſſimo ſit fruſtranea D. Auguſt. de vera Beatitudine, & Plato, vbi ſupra. D. Aug de Beatitud.

Conueniunt, quod Deus non creauerit hunc admirabilem animum, vt ſolum corpori copularetur, & ſolum in eodem, vel cum eodem operaretur, ſed vt diuinis, tāquam re vera diuinus iungeretur, & in his omnibus nulla videtur eſſe diſcrepantia, quinimò maxima conſonantia inter noſtros, & Platonicos. D. Auguſt. vbi ſupra, & cum eo multi Patres, necnon Plato, & aſſeclę.

Conueniunt etiam, tùm quia, ſi non daretur, homo eſſet miſerabilior cunctis animantibus (Paulo aſſertore ad Epheſios, necnon Proclo, & Ficino apud Platonicos) tùm quia humanus labor ſuum requirit præmium, quod, cum non habeat in hac pręſenti vita, in futura illud debet expectare, in qua ſolum vera reperitur fœlicitas. Datur tandem de vtriuſq; Theologiæ cōſenſu, ac inquietudo, qua Ad Epheſ. Ficinus in Theol. Platonica.

pre-

premitur illum reddat infęliciſſimum.

Conueniunt igitur abſq; vlla controuerſia, & in hac confeſſione, quod pro certo detur humana fælicitas, & in eiuſdem confeſſionis probatione pari modo communicant D. Auguſt. vbi ſupra, & Platonici omnes, nemine diſcrepante.

Conſentire non minus videntur in omnibus requiſitis, quæ in vtraq; diffinitione explicita leguntur, vel quod ipſa ſit ſummi boni optima fruitio, Dei.ſ. vel diuinæ eſſentię, in qua mens reſpiciens, ſummam inueniat delectationem, compleċtamq; adipiſcatur ſatietatem, nec vltra quærat, quia eſt vndequaq; perfecta.

Conueniunt, quod ſit ſummum mentis bonum, quo ipſa per connexionem adhęſiuam ſimilis ſuo obiecto diuino efficiatur, in quo reſpiciens, & illud, vt ſũmum bonum cognoſcens, illudmet velit, & in illo immobiliter firmetur, tanquam in ſtatu omnium bonorum aggregatione perfecto.

Beatitudo eſt natura appetibilis in vtraque via. Conſentiunt igitur, quod cum Beatitudo ſit natura appetibilis, & cum non ſit, nec poſſit eſſe ille appetitus inanis, quod in vtraq; via ſit attingibilis, non in præſenti vita, ſed in futura, ob id poſtea eoſdẽ aſſentire videamus, quod haberi non poſſit in hac pręſenti vita perfectè, niſi illa apud noſtros non apparẽs, ſed vera, hoc eſt diſpoſitiua ad apparentem, & veram, nam illa non meretur nomen Beatitudinis verè, ſed methaphoricè, tùm quia non durat, niſi durante pręſente vita, tùm quia videtur potius quibuſdam eſſe miſeria, ſic ab Ethnicis appellata, quam Beatitudo.

Eſt tamen aduertendum, quod veræ, & apparentis Beatitudinis portio, per aliquod breue temporis ſpatium, videtur in hoc ſęculo poſſe ab animo purgato, deguſtari, vt Paulum deguſtaſſe in illo raptu vſq; ad tertium Cœlum, multi autumant, & tres Apoſtolos in monte Tabor, in illa Domini Saluatoris noſtri admirabili, & glorioſa Transfiguratione. Vnde (ſtante hac rei veritate) poſſumus concludere, quod in hac re etiam omninò nõ diſcrepent. Nam Plato in Epinomide, concedere videtur veram, & apparentem in hac vita (ſed pauciſſimis viris, ætate, & ſanctitate probatiſſimis) vt legitur de Mercurio, & Pythagora, quibus per gratiam gratis datã fuit hoc munus à Deo conceſſum, per breue temporis ſpatium. Vnde ſi veræ fuit Beatitudinis portio, & meretur dici talis in via apud noſtros, ſic eadem illa Platonica, ſin minus, è contra, quare quoquo modo accipiatur, forſan non videntur diſſentire noſtri, & Platonici in hac re ad inuicem.

Concluſio. Concludatur igitur, quod non poſſit haberi in hac via perfectè, vel ſi aſſequamur per breue tempus, cum ſit finitę durationis, & exigua portio, non dicatur vera Beatitudo, ſed ad veram via, & diſpoſitio, & in hoc melius eſt dicere, quod communicent, &c.

Conueniũt D. Bonau. & Plato, nec diſcordant à Richar. Conueniunt, quod non ſolum appetatur naturaliter, ſed in quantum ſuum D. obiectum eſt bonum ſufficientiſſimũ, vt optimo iure exiſtimat Seraph. Doctor Bonau. & ipſemet Plato in Epinomide, non autem in generali, vt perperam tenet Richardus, ſicut ſuis locis fusè dictum eſt.

In hoc communicant. Conueniunt etiam, quod ipſa Beatitudo conſiſtat obiectiuè in hoc ſufficientiſſimo bono, hoc eſt, in hac diuina eſſentia, quę tamen ſe offert intellectui, ſiue menti inſpicienti, conſequenter verò voluntati, quę vt illud ab eo pręuiſum affectat, & obtinet, vnde eidem magna accidit voluptas, ęterna quies, & ſatietas.

In hoc conueniunt. Conueniunt, quod formaliter conſiſtat in his nobiliſſimis potentijs, nihilominus innuitur in vtraq; Theologia, qđ originaliter conſiſtat in intellectu, cõſecutiuè autem, ſiue completiuè in voluntate, quod eſt dictu in doctrina Platonica in mente, quo ad diuinorum ſpeculationem in voluntatis actu, quo ad fruitionem, & delectationem, & hæc poſitio, cui adhæret Ficinus, quæ cum Scotica coincidere videtur magis approbatur *Cõiũgit Ficinus cũ Scotiſtis in hoc.* à qui-

à quibuſdam, & à nobis etiam, ſalua tamen ſententia eorum, qui D. Thomæ opinioni adſtipulari videntur.

Et in hoc coicat cum Richardo.

Stante hac veritate, non diſſentiunt etiam, quod quo ad hãc ſpeculationem, cui ſuccedit vera ſcientia, & recta cognitio, conſiſtat magis in intellectu ſpeculatiuo, quam in practico .i. quo ad apprehenſionem; quo verò ad fruitionem, & dilectionem magis in practico, quam in ſpeculatiuo, quare &c.

Cõicant in ſenſus cooperatione, & quare.

Nec reſpuunt Platonici ſenſum ad cooperationem Beatitudinis, quoniam indagatio illius, quam præcedit inſtinctus naturalis, ad illam inueniendam, & obtinendam, non fit, niſi, ſenſu duce, & præſertim ſenſu auditus, & viſus, vnde in quãtum ſenſus eſt primaria origo humanę cognitionis, qua paratur aditus ad Beatitudinem, dicitur taliter ad illã cooperari. Namq; apud noſtros clara eſt ſententia Pauli, dicentis, fides eſt ex auditu, apud Platonem, clarus eſt mentis aſcenſus ad primum bonum, & pulchrũ per gradus creaturarum, mediante ſenſu viſus, quare eſt iure admittenda ſenſuum cooperatio ad fælicitatem à primò ad vltimum in vtraq; via, licet vt cauſa remota, & minus principalis, reſpectu aliarum cauſarum magis principalium.

Et in hoc pariter cõicant.

Per hoc poſſumus etiam concludere, quod iſtius verę Beatitudinis finis attingatur mediantibus his duabus vijs .ſ. affectione, & cognitione, in vtraq; Theologia; affectione, per virtutes, cognitione, per ſenſibilem inſpectionem mirabilis creaturarum ordinis, de quo ſcriptum

D. Paulus Rom. 1.

eſt illud: *Nam inuiſibilia Dei, à creatura mundi, per ea, quæ viſibilia ſunt, intellecta conſpiciuntur* (ait Paulus) quæ eſt illa pulchritudo Platonica triplex, de qua ſuo egimus loco, quaq; veluti per gradus anima ad ſummum bonum eleuatur, & præſertim pulchritudo corporea.

In hac tamen vna re videri poſſunt non eſſe concordes, quoniam affectio in via noſtra paratur mediãtibus virtutibus Theologicis, Fide. ſ. Spe, & Charitate, in Platonica verò mediãtibus ciuilibus. Sed ego dicerem, quod etiam in hac re ſunt concordes, quoniã manifeſtè dicit Plato in Epinomide, quod anima perficitur hoc eſt excitatur ad Beatitudinem quærendam, & adipiſcendam per Religionem, cui reſpondet Fides; per ſanctitatem, cui correſpondet Spes, & per pietatem, cui correſpondet Charitas.

In Epinomide.

In hoc videntur pugnare prima facie, ſed nequaquam pugnãt, ſi benè verba vtriuſq; perpenduntur ſcholæ.

Nulla demum, quo ad nomen tũ Beatitudinis, tùm fælicitatis, poteſt eſſe diſcrepantia inter noſtros, & Platonicos, quoniam eadem ſignificatio, & ethimologia, poteſt eſſe in vtraq; via: nec tui bẽt nos illa nomina *Eudemonia, Eutichia*, & *Eupragia*, quia dum ſignificant cognitionem, conſecutionem, & vſum, nõ excluduntur ad noſtram Beatitudinẽ ſignandam, nam cognitio, coincidit cum viſione, conſecutio, cum tentione, & vſus cũ fruitione, quare à primo ad vltimum videntur eſſe ferè in omnibus concordes ſpectantibus ad materiam Beatitudidis.

Reijciuntur Ethnicorum Philoſophor. & quare.

Exaduersò, non ſunt audiendi alij Philoſophi, dum vel in aſſenſus ſuſpenſione (vt Sceptici) humanæ ſapiẽtiæ acerrimi oſores, vel Cyrenaici, & Epicurei, in corporis voluptatibus, & indolentia ſuam fælicitatẽ collocantes, vel Creſus Lydius Midas, & Periander, in diuitijs, & honoribus ſuam & ipſi ponentes, quoniam nullam aliam admittũt vitam, quam præſentem, vnde non merentur (iudicio meo) nuncupari Philoſophi, hoc eſt ſapientię amatores, ſed diuinę, & humanæ ſapientiæ corruptores.

Neq; ſunt audiendi Stoici, & Peripathetici, licet melius in hac re cæteris ſint Philoſophati, quoniam ſuam & ipſi fælicitatem in hac vita poſuere (vt viſum eſt) vnde reſtat, quod ſoli Platonici ſũt ſummè laudãdi, tùm quia ſuam Beatitudinẽ in bono incõmutabili, & in obiecto ſtabili iure collocarint, tùm quia non in præſenti vitæ curſu, niſi diminutè, ſed in futura, & indeficiẽti poſuerint, tùm quia demũ Chriſtianæ noſtræ veritati propius acceſſerint. Iã ad cautiones accedamus.

Can-

Cautiones perpaucè, quibus vti debet Chriſticola in hac Ethnica humanæ fælicitatis Philoſophia.

Cautio 1.

Exploditur humana fœlicitas Cyrenaica, & Epicuria à D. Aug de Ciuit. Dei.

MAgna cautione debet procedere lector Chriſtianus, in hac Ethnica doctrina (vt dicit D. Auguſt.) & præſertim, qui pudẽda, & omni vituperatione digna, Epicureorum, & Cyrenaicorum dogmata legit, qui volunt ſuam fæ- citatem eſſe poſitam in corporis voluptatibus, quia praua hac aſſertione videntur declinare nõ ſolum in hanc dementiam, & fatuam opinionem, quod non ſit niſi homini præſens vita, & quod hæc fælicitas miſeranda ſit in rebus collocata, quæ ſunt nobis, & brutis communes, & non modo hæc eadem videntur innuere, ſed quod Deus non ſit, vt dixere iniquè, & maxima iniuria Athei, adeò quod nihil magis impium nõ ſolum dici; ſed nec excogitari poteſt, pro nobiliſſima hominum natura.

Hæc reijcitur à Cicer.

Hæc fatua (vt diximus) aſſertio, ab ipſiſmet Ethnicis iurè propulſatur, tanquã infamis, & vndequaq; erronea, vt videri poteſt apud Ciceronem lib. 3. Toſcul. quæſt. Hæc porrò ſecta, vt inimica virtutis, vt deſtrutrix veræ Regligionis, & noſtræ pietatis Chriſtianæ, omninò eſt fugienda, & vt vera peſtis, non ſolum ab effectione, ſed à cognitione expellenda, & omninò reijcienda, prout reijcitur à multis Philoſophantibus, & præſertim Academicis, qui non longè à Dei cognitione, & cultu abfuere, vt peroptimè dicit Nicephorus Caliſtus lib. 10. cap. 26. Eccleſiaſt. Hiſtor.

Lib 10. cap. 26 Niceph. in hoc laudat Academicos.

Cautio 2.

Cautione magna itidem debet procedere, eadem ratione, lector Chriſtianus, dum audit omnem intellectualem naturam in ſe ipſa, naturali conditione eſſe Beatam, vel Beatificabilem, hoc eſt, vt quidã videntur interpretari, ex ſuis proprijs actionibus in hac vita poſſe fælicitatem conſequi, quod eſt omninò abſurdum, ſi tamen non intelligatur, quod in præſenti, poſſit ſuis actibus illam conſequi homo, hoc eſt mæreri in præſenti, in futura verò conſequi, tanquam premium ſui laboris.

Cautio 3.

Magna cautione itidẽ procedendum eſt in lectione illius Platonicę aſſertionis, in qua videtur ipſe, multiq; de ſua familia cum eo tenere, hominem poſſe in hac præſenti vita conſequi veram beatitudinem, ſi non ratione durationis, ſaltem ratione illius veritatis, quoniam licet anceps, & dubius, & quaſi ſe ſibimet contrariũ exhibeatur (vt viſũ eſt) tamen multi volunt illum in hãc cadere opinionem, vt partim aſſumptiuam firmiter teneat, ſi tenet, illam eſſe veram beatitudinem quanquam finitam, & non durabilem, errat; quoniam ad rationem veræ felicitatis requiritur neceſſariò æternitas ſi verò putat, quod ſit quædam portio (vt conclusum eſt in comparatione) & quaſi diſpoſitio ad verã, minimè labitur, nãq; ſi primam fermè tenet ſentẽtiam, anſam videtur præbere multis cum eo errandi, ac in illam hæreſim incurrendi, in quam excidere Begardi allegati ſupra, qui quidem dicebant, hominem in hac vita veram poſſe deguſtare Beatitudinẽ, quod eſt penitus falſum, niſi tamen eo modo, de quo ibidem, vt ſupra.

Hæc itidem vana, & hęretica poſitio, vt talis reijcitur ab Eccleſia fidelium, & iure impugnatur à ſuis Doctoribus, vt conſpicuè patet apud Caſtrẽſem, in verbo Beatitudo, hęreſi quarta:

Hæ ſunt præcipuè cautiones, quibus vti debet veræ Catholicę doctrinę ſectator, in lectione Platonica, circa humanã fælicitatem, multis alijs demiſſis, quas breuitatis cauſa relinquimus.

Videamus modo, quomodo in hac eadem materia minimè conueniant Plato, & Ariſt.

An Plato, & Ariſt. in hac materia poſſint ad inuicem conciliari, & cum noſtris aliquo pacto comparari.

CIrca hanc humanam fælicitatem, non video, quomodo Plato, &

eius vniuerſa familia poſſit cum Ariſt. faciliter cõciliari, quamuis multi excellentis ingenij viri putent, hos grauiſſimos Philoſophos eſſe eiuſdem ſententiæ, & quod hæc veritas pateat, vtriuſq; in medium adducamus fundamenta; & differentias:

Plato, vt conſpicuè demonſtratũ eſt, dicit, quod hominis fælicitas eſt, quando ipſe purgato animo reſpicit in ſummum bonum tanquam in obiectum ſummè quietatiuum, vel quando hac nimirũ inſpectione, & acceſſione, fit eidem ſimilis, & hæc doctrina clara conſpicitur in Alcibiade primo, & in Theæteto. Ariſt. verò in moralibus dicit, quod bonis fortunæ homo beatus euadit.

Plato dicit, quod hæc fęlicitas à Deo venit, tanquam munus ipſius, & hoc aſſerit in primo, & ſecundo Alcibiade; in Menone, in Theage, & alibi. Ariſt. verò ait, quod homo ſuis bonis actionibus & ſuo arbitrio fit fęlix in moral. vt ſupra.

Prima opinio videtur proculdubiò magis conſona veritati doctrinę noſtrę, vt oſtenſum eſt. Secunda verò conſpicuè apparet magis recedere à veritate vtriuſq: Theologię. Recedit ſanè à Doctrina Platonica, quia ipſe vult, quod Plato ponat ſuam Beatitudinem in bono ideali, quod ab eo omninò reijcitur, quia (vt iam dictum eſt) ab eodem Ideę omninò reijciuntur, cum excedant terminos actiuę vitę. Nihilominus, ſtante hoc ſolido fundamento, quod Deus eſt omni eſſentia eminentior, licet omnis eſſentię primarius fons, & origo, ac omnia, quæ aguntur ab hominibus, illius gratia dicuntur fieri ex eidem communicata bonitate, itaut, quęcunque appetuntur, dicuntur appeti eadem ratione.

Cum igitur hęc appetibilitas ita admittatur à Platone, neq. negetur ab Ariſtotele in Metaphyſicis, hac itidem ratione poteſt dici, quod forſan non omninò diſcordent. Hęc tamen poſitio à Plotino non admittitur, qui clarè dicit, & docet, Platonem, nullam admittere fęlicitatem actiuam Ariſtotelicę ſimilem, cum anima ſit totus homo corpore vtens, vt inſtrumento, igitur ſtante hac ſententia, nulla eſt inter ipſos conuenientia, & per conſequens nulla conformitas Ariſtotelica cum ſacra doctrina noſtra, & cum alijs ad illam ſpectantibus, vt conſpicuè viſum eſt in proceſſu totius voluminis. Iam huic libro penultimo finem imponamus.

Finis Libri Decimi noni.

CHRI-

CHRISTIANÆ THEOLOGIAE
Cum Platonica Comparationis.
LIBER VIGESIMVS

Continens omnia, quæ à Poetis, tùm Græcis, tùm Latinis, ſpiritu diuino afflatis, carminibus explicita leguntur, quæq; cùm ſacris litteris tùm veteris, tùm noui teſtamenti aliquam conformitatẽ habere vidētur: & præſertim, de Deo, de Angelis, de Mūdi exordio, de Dæmonibus, & de Beatitudine, à nobis ordinata, ſecundum operis ſeriem, tùm ab ipſiſmet eruta, tùm ab alijs allegata, & conſcripta, in Chriſtianę veritatis confirmationem.

QVONIAM pulcherrimæ paſſim inueniūtur cōformitates apud vetuſtiſſimos Vates, tùm Græcos, tùm Latinos, quæ quidem cum ſuperiorum lib. dogmatibus concidere videntur, idcircò in calce iſtius voluminis eas apponere decreuimus, vt magis eluceſcat veritas eorum, quæ non lumine fidei tantūmodo à noſtris Philoſophis (vt viſum eſt) adumbrata, & naturali quodam inſtinctu, & traditione acquiſita fuere, ſed ab ipſis diuino furore coacitatis, perpulchrè decantata, & deſcripta ſunt, prout ex varijs Patribus Græcis, & Latinis colligitur.

Orphæus, præter ea, quæ dixit, & decantauit de diuina natura, de quibus ſupra mentionem fæcimus, hæc præſertim de Dei omnipotentia expreſſit, D. Theodoretto aſſertore lib. 2. de curatione græcarum affectionum. Theodoretus.

Deus eſt omnipotens, canit Orphæus.

Perfectus Deus eſt, inquit, qui perfecit omnia ſolus, Orphæus.
Ipſe eadē luſtrans: oculis ne cernere cuiquā
Hunc hominū liceat, tamen idē cuncta tuetur
Conſpectus nulli; quoniam caliginis atræ,
Obſiſtunt nebulæ, & mortalia lumina nobis,
Et puppæ, caro circum, atq; oſſa reſiſtunt.

Ex his Deum omnium factorem inuiſibilem, & incomprehenſibilem cognoſcimus, ad aures vetuſtiſſimi Orphæi, à quo nullo pacto indubitata veritas noſtræ doctrinæ diſſentit. Alibi de eius ſitu, & ſede ſuper cacumina Cæli ſic diuinè fatur celeberrimus Poeta.

Deus eſt in Cælo, & omnia regit.

Ipſe autem magnum ſuper eſt, innixus Olympum. In Poemate ſacro idē Orphæus.
Aurato reſidens ſolio, pedibuſq; ſub ipſis.
Preſſatur tellus, dextrā vſq; ad littora tēdit.

Ocea-

Oceani montes imis radicibus acti.
Cōtrepidāt, nec ferre queūt, ea lumina dorſo,
In Cælo reſidens, imis tamen omnia terris
Perficit. Hic caput, hic mediū, fineſq; tenetur.

Hæc Orphæus, ſummus Vates, de Deo cæcinit in Poemate ſacro, quę non longe aberrare videntur à doctrina noſtratium Theologorum, quinimò cum ea communicare aptè conſpicuè apparet, vt ipſimet atteſtantur.

Deus eſt vnus omnia gubernans, Sophocles Tragicus.

Sophocles. NOn minus videtur ſentire Sophocles circa hanc diuinam mentem, vir re vera in hac parte pius, dum eiuſdē vnitatem, potentiam, necnon prouidentiam ſic canit.

In Elec. *Vnus profecto (inquit) ſolus eſt vnus Deus.*
Terramq; fecit, & polorum vertices.
Pōtiq; fluctus, & ſonora flumina,
Sed nos ſopore, corde mortales vagi.
Statuimus hoc ſolatium mentis leue,
Simulachra diuum è marmore, aut ex ære,
Elephantinoue ex ebore, fuluoq; ex auro.
Queis ſacra cætuſq; & coronas affatim
Dantes putamus, ſic pium perſoluere, &c.

Hæc, & alia cæcinit carmina Sophocles, quæ vnius Dei, diuinam pateſaciūt naturam, vt peroptimè adnotauit Cyrillus Alexandrinus aduerſus Iulianum ex antiquis, & ex recentioribus: Auguſtinus Eugubinus de perēni Philoſophia. Quæ carmina hic referre, prout gręco reſonant in textu, non eſt modo noſtra intentio, ne tædio afficiantur lectores.

Aduerſus Iulianū lib. 3. cap. 2.

Phucilides Poeta vetuſtiſſimus.

PHucilides non minus piè ſentire videtur de Dei ſapientia, potentia, Beatitudineq; quam faciant alij, dum canit, prout refert Lactantius Firmianus

Lib. 1. c. 6. Εἷς θεὸς, &c. gręcè, la[illegible]
Vnus ſoluſq; eſt Deus, maximus, ingenituſq;
At Deus eſt vnus, cunctis altiſſimus idem.

Hæc carmina coincidunt, cum illis ſybilliſmis, quæ ab eodem Lactantio afferuntur.

Sed Deus eſt vnus, ſummus qui ſydera fecit, Sybilla
Cælum Phœbumq; iubar, lunamq; nitentem,
Frugiferam, & terram, & fluctus, tumentes, &c.

Deus eſt omnipotens, ait Homerus, Iliados lib. 3.

IVpiter omnipotens rerumq; æterna poteſtas Aen. lib. 5.
Cuncta tuo, qui regna Pater ſub numine torques.

Cui Virgilius adſtipulatur.

Tu Pater hominum rerū, cui ſumma poteſtas Lib. 10.
O Pater o hominum diuumq; æterna poteſtas, Lib. 4.
Ipſe Deum tibi, me claro demittit olympo
Regnator cæli, & terras, qui numine torquet.

Quod homines Deum venerantes, & colentes, re vera Beati dicendi ſint, ex vetuſtiſſima Sybilla, D. Iuſtinus Martyr, & Philoſophus, in Apologia pro Chriſtianis, refert quædam carmina, quæ ſic in græco codice incipiūt, ὄλβιοι ἄνθρωποι, &c. latinè verò verſa ſic ſonant.

Sunt homines illi verè in tellure Beati, Lib. 4.
Qui magnum coluere Deum, & cecinere priuſquam.
Ad potum, ciburnq; adeant pietate decori.
Qui delubra omnia ſimul auferre videntes
Atq; aras, lapides, vita, & ratione carentes.
Sanguine pollutas animantum pecudumq;
Gęſarum, vniuſq; Dei aſpiciunt decus ingēs.

Ex Sybilla appellatur à Iuſtino vetuſtiſſima nec alio nomine vocatur.

Iterum ex Orphæo hæc alia carmina referuntur, non ſolum à Platonicis inſignioribus, ſed etiam à D. noſtratibus Theologis, nempè ab eodē Iuſtino, Euſebio, Cyrillo, Clemente Alexandrino, & à cæteris neothericis, eos ſequentibus, de Dei ſingularitate, inuiſibilitate, immenſitate, iuſtitia, & ſimil. ſic ad Muſęū, filium ſcribens alloquitur. Orphæus.

Μοῦνον δ' εἰσόρα κόσμου ἄνακτα.
Solum Regem aſpice mundi.
Vnicus ex ſe natus, ſunt atq; omnia ab vno Vide Steucum de perenni Philoſophia.
In his ingreditur, nec quiſquam reſpicit illū.
Mortalis verū ipſe immenſus reſpicit omnes,
Iſq; bonis demptis, mala dat mortalibus atra,
Et ſæuū bellū, & lachrymas, ſæuoſq; dolores.

Non ſolũ Deus eſt vnus, ſed ab ipſo vno omnia exordiũ habere canit Pythagoricus Empedocles.

Carm. græcè incipiunt: πάνθ' ὅσ', &c. Quæ reducta ſonant.

Quæ fuerint, q̃ ſint, q̃ poſt ventura ſequentur.

Empedocles Pythagoricus ex Io. Stobęo.

Hæc apud Stobæũ habentur græca, & ſic latinè reducta ab alijs. *ET plãtæ viruere mares, & fœmina quoq;*
Atq; feræ volucreſq; habitanteſq; æquora piſces.
Longæuiq; Dei, quorũ eſt veneranda poteſtas.

Hęc apud Stobæum græca leguntur, ſic autem reducta, latinitatiq; donata apud Eugubinum.

A Ioue vno .i. à Deo, omnia trahere originem ex Arato, & à D. Paulo allegato, colligitur Act. Apoſt. cap. 17. græca ex Auctore ſic habẽtur: Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, &c. latinè redacta à Cicer. ſic legũtur.

Act. Apoſt. c. 17. Hęc Aratus de origine mundi.

Ab Ioue principiũ facimus, quẽ dicere nũquã
Ceſſant ore viri: Ioue nam ſunt omnia plena;
Atq; hominũ cętus implet, ſimul æquora ponti,
Et portus, Ioue mortalis namq; indiget omnis;
Eius .n. genus extitimus.

Hęc Aratus initio φαινομένων.

Ex his non ſolum Deum omnium auctorem, facit Poeta ingenio ſolers, ſed ipſum eſſe vbiq; fatetur, cum quo Virgilius noſter peroptimè concordat, dicens.

Virg. Egloga 3. *Ab Ioue principium muſæ Iouis omnia plena,*
Ille colit terras, &c.

Et Lucanus, cum vtroque conſentit, dum & ipſe cantat.

Lucanus. *Iupiter eſt quodcũq; vides, quocũq; moueris.*

Maro itidem noſter, non ſolum vbiq; Deum eſſe fatetur, ſed vbiq; ipſum omnia producere, nõ iniuria canit 4. Georg. dicens.

Idem Virg. Georg. 4. *Deum namq; ire per omnes*
Terraſq; tractuſq; maris, cęlũq; profundum.
Hinc pecudes armenta viros genus oĩa ferarũ
Quemq; ſibi tenues, naſcentẽ arceſſere vitas.

De maximo Deorũ Ioue, omnia non ſolum moderante, & gubernante, ſed mouente, viuificante, & animante ad aures Pythagoricorum, & Platonicorum, qui eundem non perperam appellat ψυχὴν τοῦ παντὸς. Itidem doctiſſimè canendo clamat maximus Poetarum.

Principio cælum ac terras, campoſq; liquentes, Virgil. noſter Aen. lib. 6.
Lucentemq; globum lunæ, titaniaq; aſtra,
Spiritus intus alit, totamq; infuſa per artus,
Mens agitat molẽ, & magno ſe corpore miſcet
Inde hominũ, pecudũq; genus, vitæq; volantũ,
Et quæ marmoreo, fert mõſtra ſub æquore põtus
Igneus eſt ollis vigor, & cæleſtis origo,
Seminibus quantum nõ noxia corpora tardãt.

Dei principiũ eſſe munus, æquitatem, & iuſtitiam, ante Maronem, decantauit Homerus ingeniorũ fons, ipſeq; poſtea Maro, latinè imitans peroptimè cæcinit. Sic Homerus ante ipſum Illiad. lib. 20.

Deus æquus vtrumq; reſpicit. Homer. Iliad. lib 20.

Maro verò Deum omnibus æquum eſſe, ſic protulit canendo.

Rex Iupiter omnibus idem. Virg. lib. 4.

Verumq; imitando ſic etiam decantauit Syllius Poeta non ignobilis, lib. 4.

Mite, & cognatum eſt homini Deus. Syllius.

Nimis prolixa noſtra eſſet oratio, ſi omnia, quæ de Deo cæcinere vetuſtiſſimi vates, adducere niteremur, prout referunt SS. Patres Græci, in corroboratione Chriſtianæ veritatis, de Deo ſummo omnium creatore, & ſeruatore. Videamus quid ſẽtiãt circa Diuinas mẽtes à materia abiunctas, ab eoq; productas.

De Angelis, quos vocant Deos minores, canunt priſci Poetæ.

HOmerus omnium Poetarum Choryphæus, de Dijs ſæpè mentionẽ facit in Odiſſea, dum ait: θεοὶ ῥεῖα ζώοντες, & de eorum habitatione, nẽpe Olympo. Homerus.

Dij inquit beatè, & facilè ſine labore viuẽtes.

& de Olympo, τῷ ἔνι μάκαρες θεοὶ ἤματα πάντα .i.

In quo Dij gaudent, exultat tempus, & omne.

Ex relatione multorum, & præſertim Stobæi Iſichi, & Suidæ, colligitur Callimachum peruetuſtum Poetam, de Dijs minoribus multa diſſerere, & præſertim, quod morbis careant, labores neſciant, Stobęus, Iſichius, & Suidas Callimach.

& immortalitate gaudeant, carmina hęc collecta extant.

Κεῖνοι γὰρ τ' ἄνοσοι, καὶ ἀγήραοι, πόνων δ' ἄπειροι.
Βαρυβόαν πορθμὸν περιυγόντες ἀχέροντος.

Hi morbis ſenioq; carent, neſciuntq; labores,
Traiectū reſonū, qui effugerunt Acherontis.

Homerus præter has Deorū proprietates, quas canit Callimachus his eoſdem præditos eſſe decantat.

Homerus. Οὐ γὰρ σῖτον ἔδουσ', οὐ πίνουσ' αἴθοπα οἶνον
Οὕνεκ' ἀναίμονές εἰσι, καὶ ἀθάνατοι καλέονται.

Non pane veſcuntur, non guſtant cærula vina
Sanguinis expertes, hinc ſunt immortaleſq;.

Hæ ſunt proprietates ſupercęleſtium mentium, quas Angelos noſtrates ſolēt appellare, quæ nullo alio cibo dicuntur veſci, quam Nectare, & Ambroſia, quæ eſt Dei maximi, & ſupremi æterna contemplatio.

Virg. Aen. lib. 6. Maro noſter, vt Platonicus inſignis & ipſe, nō ſolū minores cognoſcit Deos, ſed de his memorabilem facit mentionem ſub nomine animarum ſic.

Circumſtant animæ dextra, leuaq; frequētes,
Nec vidiſſe ſemel, ſatis eſt iuuat vſq; morari.

Hos haud eſſe contemnendos decantat Homerus, & ſpernentibus ſupplicia indicat futura, ſic canendo.

Homer. Iliad. lib. 3. *Contemni numen Olympi,*
Haud impunè ſinūt ſuperi ſcelera impia quāq;
Diſtulerint culpas hominū grauiora morātur
Supplicia.

Illiad. 24. *Dignus honos ſuperum*
Ibo quidem: neq; .n. magni cōtemnere fas eſt
Iuſſa Iouis, & ſuperum.

Hos non eſſe Deos, blaſphemijs, & contumelijs inſequēdis ſic decantat Tibullus noſter Romanus.

Tibul. Epiſt. 4. Tertij. *Hac nos inſanè meditantes iurgia linguæ*
Impia in aduerſos ſoluimus ora Deos.

Hæc pauca ſufficiant teſtimonia Poetarum de Dijs minoribus, poſt primum, qui Angeli iure appellari poſſunt.

Quæ de Mundi exordio fuere à Poetis ipſis Græcis, & Latinis decantata.

Contra Ocelli Lucani inſanam opinionem, de mūdi æternitate, quam ſecutus eſt Ariſt. & ſequaces, multi Poetarum inſurrexerunt, & primò Heſiodus celeberrimus inter Græcos, in Theogonia, hæc profert carmina, in confirmationem iſtius veritatis.

Extitit ante chaos exin latiſſima Tellus, Heſiodus in Theog.
Cui ſuper innixum pōdus rerū incubat omne.

Sed melius Orphæus pluribus carminibus decantauit ſic mundi exordium.

Πρῶτα μὲν, &c. latina ſic leguntur apud Patres. Orpheus in Argonaut.

Principio, quæ vetus chao atro cecinit hymno,
Vt naturas mutauit, fuit vtq; per actum
Cœlum tum latè ortum, tum maris imum,
Aeternum canit., ex ſe perfectum ſapientem,
Vt quæcūq; creauit amor, tum cūcta diremit,
Saturnumq; veracem, &c.

Ex his nimirum elicitur mundus ex chao genitus, & productus.

Alibi promit cuncta in Deo latitaſſe, antequam per creationem haberēt exordium, ſic extant carmina græca.

Πάντα τάδε κρύψας, &c. ſed latinè ſic de penu reduxit Ouidius. Orph. vbi ſupra.

Cuncta hac abſconſa latas eduxit ad auras, Ouid. Metam. 1.
Pectore mira ſuo proferens, & facta ſuperba.

Iterum ex chao mundum habuiſſe originem, ſic canit in eadem Argonautica.

Ἀρχαίου μὲν πρῶτα χάους, &c. latinè verſa. Orph. Argonautica.

Antiquum primumq; chaos magnūq; neceſſe
Saturnūq; ſinu immēſo, qui clauſerat ipſum,
Aethera tū geminū vigilē venerādū, & amorē
Aeternæ noctis Patrem dixere faneta,
Quem poſt nati nam cunctis prior iſte refulſit.

Hæc Orphæus, præter alia multa, quæ ſparſa leguntur paſſim in ſuis Poematibus, quæ ferè ad verbum fuere à Naſone latinitati donata, ſed prius ab Heſiodo imitata, quippequi de chao, & mūdi initio ſic eſt metricè canendo locutus.

Πάντων μὲν πρώτιστα χάος, &c. Heſiodus in Theog.

Extitit ante chaos poſt hac latiſſima tellus,
Quæ ſuper innixū pondus, rerū incubat omne
Atq; amor, inter qui Diuos ſacer extitet oēs.

Inuocando Muſas, hiſce carminibus vtitur idem Heſiodus in eadem Theog.

Dicite vos, vt primū Dij telluſq; creata, (dis Ibidem.
Flumina quæ & pōtus vaſtus, qui tollitur v

Aſtraq;

Aſtraq́; clara, poluſq́; immenſus in alto.

Sed melius eiuſdem mūdi productionem declarauit idem celeberrimus Poeta, dicens:

Ibidem. Τὰ δὲ τοι πρῶτα μὲν, &c.

Principio, quæ ſibi peperit ſimile vndiq; tellus
Stellatum cœlū, quo circum vlauderet ipſam,
Vtq́; foret Diuis, ſedes ſecura Beatis.

Cauſam productionis mundi fuiſſe Dei ſapientiam, & amorem, peroptimè ſic canit Orphæus, vbi ſupra.

Καὶ μῆτις πρῶτος γενέτωρ, &c.

Prima fuit genitrix ſapientia dulcis amorque.

Aratus in Poemate citatus à Plat. Aratus vetuſtiſſimus, & ipſe Poeta à Platone citatus, innuit mūdi productionem hiſce carminibus, dum canit, Iouem ſtellas in cœlo ſtatuiſſe, vt eſſent in ſigna hominibus, prout patet Gen. 1.

Aratus cū Moyſe concordat. Αὐτὸς γὰρ τάγε, &c.

Ille quidem Cælo defixit ſigna ſuperno,
Partitis aſtris, ſtellaſq́; prouidit in annum,
Quæ tempeſtates homines, & ſigna docerent.
Vt firma in terris eſſent certò ordine cuncta;
Hinc primos illi, extremoſq́; adhibemus honores.

Hæc omnia peroptimè coincidunt cum doctrina Moyſis 1. Gen.

Euripides Tragicus.

Euripid. in Trag. SEd Tragicus Euripides forſan melius eſt emulatus hiſtoriam Moyſis de mundi primordio, & de vacuitate, & inanitate terræ, dum & ipſe canit.

Ὡς οὐρανός τε γαῖά τ'

Cælumq́; terraq́; vnius formæ fuit,
Sed cum fuiſſent abiuncta amplexu mutuo,
Emerſit omnis in lucem res progenita,
Arbores, aues, feræ quas affert mare,
Genuſq́; mortalium.

Sophocles Tragicus.

Sophocl. in Trag. SOphocles & ipſe celebris Poeta Tragicus apud Græcos, dum vnicum Deum prædicat adorandum, & iure ſic metricè eſt allocutus de rerū pductione.

Εἷς ταῖς ἀληθείαισιν, &c.

Qui fecit axem, terramq́; latè patentem,
Aequoriſq́; pulchros fluctus, ventorumq́; impetus.

Hos omnes perpulchrè eſt imitatus Ouidius noſter in multis, vnde & eius carmina, hincinde poſita in ſuis poematibus, ſicuti ab omnibus videri poſſunt in fonte, etiam allegata à quibuſdam Patribus, ſic ſcripta ſpectantur.

Ante mare, & terras, & quod tegit oīa cœlū, Ouid. lib 1. Metam.
Vnus erat toto naturæ vultus in orbe,
Quem dixere chaos rudis, indigeſtaq́; moles;
Nec quicquā niſi pondus iners, cōgeſtaq́; eodem
Non benè iunctarum diſcordia ſemina rerum.

Ex his ſanè conijci poteſt, quàm piè ſentiant cum Græcis Latini noſtrates, & præſertim Ouidius de mundi originali principio, & quomodo piè ferè ſentiat cum ſacris literis. Vltra progrediens, ſic itidem optimè canit.

Nam cælo terras, & terris abſcidit vndas, Ibidem.
Et liquidum ſpiſſo, ſecreuit ab aere cœlum,
Aſtra tenent cœleſte ſolum formæ Deorum.

Ecce omnia ex chao eruta, formata, diuiſa, & pulcherrima redacta, ex Græcis ad verbum collecta, & optimè à noſtro Vate decantata, qui quidem eodem loco modum, & formam mundi ſic etiam fœliciter expreſſit.

Principio terram, necnon æqualis ab omni Ibidem.
Parte foret magni ſpeciem glomerauit in orbe.

Nec minus elicitur hominis à Deo creatio, quam mundi exordium etiam ex ipſis Poetis vetuſtioribus vtriuſq; linguæ, nam ex Pithagoreorum fonte multa habentur in teſtimonium illius veritatis.

Aratus Poeta ab ipſis arripuit carmen illud pulchrum, quod legitur apud antiquos.

In Oraculis Chaldaicis Zoroaſter. Θάρσει ἐστὶ θεῖον γένος ἐστὶ βροτοῖσι.

Eſto alacer, nam nobis eſt diuina origo.

& alibi clarius.

Θάρσει ἐστὶ θεῖον γένος ἐστὶ βροτοῖσι. hoc eſt.

Aude namq; genus diuinum mortalibus extat.

Et non ſolum ex his eiuſdem hominis origo eruitur, ſed etiam reditus animarū ad ſuperos poſt ſolutionem à corporibus. Vnde hoc præclarum extat, pro hac veritate firmanda, illud oraculum Chaldai-

cum tātopere ab antiquitate celebratū .ſ.

Ex eodem Zoroaſtro. Χρὴ σε σπεύδειν πρὸς τὸ φάος, &c.

Accelerare opus eſt te ad lucē, & Patris ſplendorem,

Vnde tibi eſt animus miſſus, multa indutus mente.

Cum his (vt patet) peroptimè cōcordat Ouidius Naſo, qui poſt multa ſecula de origine hominis, & de reditu animæ ad cœlum, à quo originem traxit, ſic & ipſe canit.

Ouid. 3. de Arte amādi. *Eſt Deus in nobis, ſunt & commercia cæli,*

Sedibus æthereis ſpiritus ille venit.

Eſt Deus in nobis, agitante caleſcimus illo.

Humanæ mentis immortalitatem cecinere Poetæ.

Sed quod eſt admiratione dignum, vetuſtiſſimi inter Græcos, & recentiores inter latinos, humanæ mentis immortalitatem canendo prodiere. Vnde Phocilides inter Priſcos celeberrimus, à nobis ſupra laudabiliter allegatus, poſtquam corpus humanum ſtatuerit eſſe ex terra ſumptū, ſic de ſuperſtite aīo canit.

Phocilides. Ψυχὴ δὲ ἀθάνατος, &c.

Sed viuūt animi, sēper ſine morte ſenectaq;

Quod quidem carmen, ex Sybillinis arripuiſſe Phocilidem auctor eſt Suidas, qui quidem Phocilides ante omnes Philoſophos metricè eſt optimè Philoſophatus, carmen Sybillæ incipit.

Ἀελλαν ἀποχόμενοι, &c.

Defunctis supereſt vita, & Dij deinde creantur.

Addit huic idē Phocilides Ψυχαὶ γὰρ, &c.

Incorrupta manet anima nam luce carentem.

Reſurrectionem etiam viſus eſt vaticinari cum Sybillis, dum canit.

Καὶ τάχα δ' ἐκ, &c. ideſt.

Atq; breuiè terra ſperamus ſcandere ad auras.

Imaginem diuinam, animam repręſentare canendo, admodū piè declarat.

Πνεῦμα χρήσις, &c. &c.

Spiritus eſt vſura Dei mortalibus, atq; imago.

Non deſunt, qui eiuſdem animæ miſeriam decantent, ſi non optimam, ſed prauam duxerit vitam in corpore, vt fuit

Empedocles, qui canebat.

Empedocl. ὧν καὶ ἐγὼ νῦν εἰμι, &c. i.

Sic ego deſcendo Diuorum pulſus ab axe

In ſanè liti parcus.

Dæmonum naturam decantarunt iidem priſci Poetæ vtriuſq; idiomatis.

Iam ſuo loco viſum eſt, Dæmonis nomen vſurpari apud antiquos, tùm pro bonis, tùm pro malis ſpiritibus indifferenter; de bonis iam dictum eſt lib. de Angelis, de malis pariter ſuo loco: de bonis (inquam) quid canant Poetæ vetuſti, ſufficiāt, quæ pauca allata ſunt paulò ſupra. Iam quid dicant de malis audiamus, qui quidē hunc aerem caliginoſum inhabitāt, & ſecundum priſcos Philoſophos, & ſecundum noſtros Patres.

Heſiodus, quem fortaſſis, ſecutus eſt Plato, fatetur Dæmones vagari per hæc elementa, vnde canit.

Heſiodus à Plat. allegatus. Ἀέρα δ' ἐσσάμενοι πάντη, &c. i.

Aëra qua induti, tota tellure vagantur.

Orphæus & bonos, & prauos cognoſcens Dæmones, eadem elementa degentes, & per ea vagantes, ſic canit omnes deprecando in hymno ſuo.

Δαίμονα τ' ἀγαθοὺς &c. i.

Orphæus. *Dæmona, quā ſanctum, pariterq; malignum*

Aëreos, aquatos, ali, & conuexa tenentes,

Terreſtres, infernosq́, circùmeūtantes, &c.

Idem Orphæus in hymno ad Tyrannos, prauos vult à bonis flagellari, & caſtigari, vt hominibus hoſtes, ſic pariter decantando prodit.

Ibidem. Δαιμόνων δ' αὖ φῦλα κάρτεροι. &c. i.

Exorentq; ſuam rapidorumq; flagellum

Dæmones humani hoſtes, atq; feræ, atq; maligni,

Qui noſtris animis pæculi infanda miniſtrāt,

Vt ſemper diram vitam cum crimine ducant.

Corpore peccantes ſemper vinclisq; retenti excidat,

Vt nobis ſumpſi fulger patris aulæ,

Sed tu Lux animorum, &c.

De malis Dæmonib. De malis Dæmonibus pœnas ſuorum ſce-

Empedocl. Iſichius, & Suida. ſcceleſti dantibus, ſic itidem cantauit Empedocles vetuſtiſſimus Philoſophus, & Poeta, prout aſſerunt Iſichius, & Suida.

Αἰθέριον γὰρ σφε μένος, &c. .i.

Aetbereus motus in pontum deijcit illos
Pontus, at in terram pellit, ſed terra remittit
Ad ſolem rapidum is, vbi ſit conuerſio cęli,
Ex alioq; alius fugat execrãtur & omnes, &c.

Ex his (ni fallor) conijci poteſt Empedoclem, non ſolum malos cognouiſſe Dæmones, ſed eorum caſum à cęleſti ſede, & deiectionem decantaſſe, quã Homerum Poetarum Principem etiam decantando expreſſiſſe commemorauimus lib. de Dæmon. illis carminibus.

Illiad. 19. Αὐτίκα δ' ἄτην, &c. ideſt.

Ex cemplo apprehendit Aten de crine comãti.
Atque animis iratus formidabile iurat.
Sydereum cęlum ſummiq; cacumen Olympi
Amittetur Ate, non vltra noxia cunctis.

Quod pœna æterna crucientur, non eſt cur dubitetur ad aures etiã eiuſdem Empedoclis, & quod ſint per elementa mundi vagantes, ſic ad mẽtem Porphyrij allegat Lactantius. Lib. 1. cap. 17.

Dæmones errãtes per terras, & mare ſemper,
Aeternas pendunt diuino verbere pęnas.

Hanc dæmonicam prauitatem non eſſe nturalem, facilè conijcitur ex hac è cęlo deiectione ab Homero, & ab alijs decantata, vt falsò putarunt quidã Philoſophantes, inter quos eſt Plutarchus, ſed fortuitã, & accidentalem, vt peroptimè tenent noſtrates, à quibus forſan nõ diſſentit Pythagoras, & Plato de illo Ophionæo, quem ipſi Luciferum appellant, Homerus verò Aten.

Maro noſter hanc prauam ſic deſcribit naturam ſuo more excellentiſſimè.

Aeneid. lib. 7. *Tu potes vnanimes armare in prælia fratres,*
Atq; odijs verſare domos, tu verbera tectis,
Funeraq; inferre faces tibi nomina mille,
Mille nocendi artes, fœcundum concute pectus
Disijce compoſitam pacem ſere crimina belli.

Et ſupra cantando dixerat prius.

Luctificam Alecto dirarum ab ſede ſororum,
Infernisq; ciet tenebris, cui triſtia bella,
Iraq; inſidiæq; , & crimina noxia cordi
Odit, & ipſe Pater Pluton odere ſorores.
Tartarea monſtrorum tot ſe ſe vertit in ora,
Tam ſeue faces, tot pullulat atra colubris.

Hæc noſter Maro ſumma Enargia cecinit de malis Dæmonibus, hominũ genus inſectantibus, qui ſecutus eſt præſtantiſſimos, & vetuſtiſſimos Græcorum Vates.

Animorum Beatitudo, & miſeria poſt ſeparationem à corpore.

EX fontibus Pythagoricis elicitur à Marco Tullio animæ noſtræ Beatitudo, poſtquam erit corpore exuta, ſi tamen optimam duxerit vitam in eo. Pythagorici, quos Cicero traduxit circa Beatitud.

Ἡνίοχον γνώμην στήσας, &c. .i.

Optima mẽs animus fac, vt moderetur habenas,
Tũ corpus linquẽs, tranabis ad æthera apertũ,
Immortalis eris Deus, amplius haud mortalis.

Ecce animæ reditus ad cęlũ, tanquam ad patriam, poſtquam erit à corpore abiuncta, in quo beatam ducet vitam, & per conſequens, ecce eius beatitudo, & immortalis conditio.

Ex Sybillinis Oraculis pari modo eruitur eiuſdem animæ beatitudinis ſtatus à corpore ſolutæ, prout Plato peroptimè ſoluta approbauit oratione.

Οἱ δὲ θεὸν τιμῶντες, &c. .i. Sybillæ circa Beat.

Aeternum quicunq; Deum vtrunq; colebant,
Accipient vitam, læti ſine fine Beato,
Viuent in Paradiſo lætis floribus horto.

Pindarus inter Lyricos Græcorum Poetas ſine controuerſia Princeps, hanc inuit, & decantauit animæ beatitudinem, optimo metro more ſuo ſic dicens.

τοῖσι λάμπει μὲν μένος ἀελίου, &c. .i.

Hęs nitor ingens ſolis noctem diſſipat atram,
Eorum ſub vrbana prata ſunt virentia.

Hæc Illuſtris. Poeta. Olymp. Ode 2. Antiſtroph 8.

Fructib⁹ aureis, & thure prægranãtur arbore
Partim equis, & palæſtra, partim ludunt calculis,
Partim oblectãtur, & teſtudine, eis ſemper vireſcet
Fęlicitas odor gratus, & amatus tota terra ſpargitur
Super altaribus Diuũ redolet omnis ſuauitas.

Mundi conflagrationem, & exitium cognouerunt Poetæ cum Stoicis, & cantauerunt.

OVidius noſter ad aures Stoicorum hanc cecinit conflagrationem peroptimè ſic.

ſ. Metam.
Eſſe quoq; in fatis reminiſcitur affore tempus,
Quo mare, quo tellus, correptaq; regia cœli
Ardeat, & mundi moles operoſa laboret.

Lucanus itidem ab Ouidio, & à Stoicis non diſſentiens, ſic eandem carminibus expreſſit.

Lib. 1 bellorum ciuilium.
Inuida fatorum ſeries, ſummiſq; negatum
Stare diù, nimioq; graues ſub pondere lapſus,
Nec ſe Roma ferens. Sic cum compage ſoluta
Sæcula tot mundi ſuprema coegerit hora,
Antiquum repetens iterũ chaos, omnia mixtis
Sydera ſyderibus concurrent ignea pontum
Aſtra petens, tellus extendere litora nollet,
Excutietq; fretum: fratri contraria phœbe
Ibit, & obliquum bigas agitare per orbem
Indignata diem poſcit, ſibi totaq; diſcors
Machina diuulſi, turbabit fœdera mundi.

Hæc Lucanus nepos Annei Senecæ, qui cum ipſo Stoicam profitetur Philoſophorum ſectam.

Sed admirabile dictu eſt, quod Lucretius, non Stoicus, ſed Epicuræus, eandem conflagrationem hiſce carminibus cãtet.

Lib. 5. de rerum natura.
Vna dies dabit exitio, multoſq; per annos
Suſtentata ruet moles, & machina mundi,
Nec me animꝰ fallit, quã res noua miraq; mẽti
Accidit exitium cœli, terræq; futurum. &c.

Hæc ex Poematibus eruuntur Græcorum, & Latinorum Vatum, quæ videntur aliqualem habere cõformitatem cum ſacris litteris vtriuſq; teſtamenti, demiſſis multis alijs, ne tędio afficiantur Lectores, & præſertim de animarum miſeria in receptaculis pœnarum.

Vniuerſi Voluminis Peroratio, & Proteſtatio.

QVoniam ſemper exiſtimaui anguſti animi eſſe proprium, mentẽ continere intra limites vnius facultatis, ad vnamq; dumtaxat ſectam in Philoſophando ſe tenere, tanquam ad ſacratam (vt aiunt) anchoram, & in vnius verba Magiſtri iurare; hinc eſt, quod ego ſumma animæ voluptate, & addiſcendi cupiditate illectus, varia nõ ſolum Ariſt. Philoſophiæ dogmata, mihi ipſi à teneris complacui perſcrutari, ſed etiam Præceptoris Platonis placita rimari, quinimò & vehementer admirari, vtpotè illa, quæ maiorem redolent conformitatem cum ſacris litteris, quam Ariſtotelica, necnon aliorum Philoſophorum, iudicio multorum Patrum, & præſertim D. Auguſtini Eccleſiæ ſanctæ celeberrimi Doctoris, vt viſum eſt. Hæc igitur, quæcunque ſcripſi, cuncta Sanctę Romanæ Eccleſiæ iudicio, & piorum Theologorum cenſuræ ſubijcio; & ſi aliquid modo in eo, quod Decretis eiuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, Chriſtianæq; noſtræ Religionis contrarium inuenitur, & quod eidem minus probetur, improbo, & damno, ac pro non ſcripto haberi volo.

Finis huius Libri, atq; totius Operis ad ſacroſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Beatiſſimæ, & immaculatæ Deiparæ Virginis, omniumque Sanctorum laudem, honorem, & gloriam per ſæculorum ſæcula.

Amen.

INDEX
RERVM NOTABILIVM
Quæ toto hoc Opere continentur:

A

ABbatis Ioachimi error.pag.142.col.1.
Ab æterno vſque in æternum quom. interpretan.pag.41.col. 1.
Academiæ ſex vel octo Platonicæ poſt Plat.obitum.pag.326.col.1. & 2. earumdem authores. ibid.
Academicorũ error in Creatione mundi.pag.211.col.1.
Accidentia omnia habent ſua tria principia. pag. 323. col. 2.
Accolæ Inſulæ Atlanticæ per quod temporis ſpatiũ Deum coluerint.pag.71.col.2.
Actio omnis eſt gratia boni.pag.433.col.2.
Actiones Dei intus manentes quæ ſint. pag. 216. col. 1.
Actiones animæ.pag.248.col. 2.
Actiones Angelorum quæ.pag.201.col. 1. quãtum duret eorum miniſterium.pag.371.col. 2.
Actiones cum ſemper bonum appetant poſſunt eſſe malæ & quom.pag.405.col.1.
Actus vitalis eſt vt Idolum & imago animæ & quom. pag.332.col. 2.
Actus & anima apud quos idem ſint.pag.332.col.2.
Adam in ſtatu habuit aliquam diſtinctionem de Deo.pag. 162. col. 2.
Admirandum, amandum & ſuaue oportet ſit, vt ſit Bonum. pag.70.col.2.
Aer fig. Octohedræ à Pl.comparatur.pag.26.col.1.
Aeris natura citiſſimè vnibilis.pag.381.col.2.& aquæ. ibid.
Affectio & cognitio ſunt animarum viæ properandi ad Deum.pag.440.col. 1. per quid parentur. ibid. affectio paratur ſecund. Theol.mediãtibus virtutib.Theologicis. pag.444.col.1.
Agẽs primum eſt ab omni coactione valdè ſemotum.pag. 251.col.1.
Agens ex habitu ſit impœnitinus.pag.375.col. 2.
Albertus re & nomine Magnus.pag.283.col.1. & pag. 358.col.1.
Alberti Magni opinio circa mixta perfecta. pag. 208. col. 2.
Alcynoi de Deo deſcriptio.pag.81.col.2.
Alexander Alenſis Doctor irrefragabilis. pag. 145. col. 1.
Alphonſus Toſtatus Epiſcopus Abulenſis reprobat Platonis Ideas, & quare.pag.24. col.1. eundem laudat, & quare.ibid.damnat eundem, & quare.ibid.eundem carpit, & quare.ibid.in quo coincidat cum Rup.Abb. dam̃ando Platonem.ibid.col.2.reijcit eũdem, & quare.ibid. reſpuit eundem, & quare.ibid.
Amare Deum eſt philoſophari. pag.18.col.1.
Ambroſia quid ſit.pag.439.col.1.
D. Ambroſius Platonem damnat, & quare. pag.23. col. 2.
Amelius quis, & quorum præceptor. pag. 104. col. 1. quom.ſenſerit de diuina natura. ibid. quom.tres perſonas Trinit.appellet & quare.ibid.col.2.
Ammonius Saccus dictus Plotini, & Origenis præceptor. pag.30.col.1.Quis.pag.103.col.1.
Amor duplex in nobis & quis.pag.428.col.2.
An Archangelus, an Angelus, an Seraphim B.V.annũciaret Dei incarnationem. pag.168.col.1.
Anaxagoras aſſerit mentem omnia exornare.pag.95.col. 1. Philoſophorum vetuſtiſſimus. ibid. pag.2.
Angelus, & Dæmon idem ſunt aliquãdo ex Plat. 169.1. Angelus nõ eſt vna numero mẽs & natura poſt imparticipatam.pag.174.col.1. eſt multiplicata, & quare. ibid.eſt mens eodem modo ſemper lucida.pag.175.2.

mens

mens corpori non vnita. pag. 176. col. 1.
Angelus & anima differunt ſpecie. pag. 186. & pag. 187. col. 1. & quomodo. ibid. de quibus animabus intellig. ibid. non eſt merus actus. pag. 188. col. 1. componitur ex actu, & potentia. ibid. in eo tria conſiderantur, & quæ. ibid. quo menſuratur ex Plat. ibid. col. 2. definitiuè locum occupat ex Plat. ibid. non meretur dici animal, licet ſit immortalis. pag. 194. c. 2.
Angelus & anima, in quo natura dicantur pares. pag. 199. col. 2. non ſunt Creatores, ſed ſubſtantiæ creatæ. pag. 203. col. 2.
Ang. nec Dæmon non dicuntur illabi menti. pag. 278. col. 1.
Angelus eſt totus in loco. pag. 287. col. 2. & quom. ibid. quod ceciderit Angelorum chorus quom. intellig. pag. 371. col. 1. non eſt pœnitentiæ, nec veniæ Ang. ſuſceptibilis. pag. 372. col. 1. & quare. ibid.
Ang. vnus videns alium quom. poteſt ſecreta illius cognoſcere. pag. 378. col. 2.
Ang. lucis media natura dici poteſt, tenebrarum, nomen & quare. pag. 413. col. 1.
Angelus vnde dictus. pag. 168. col. 2.
Angelus cuſtos in bono, Tutor in malo pag. 146. col. 1. & miniſter. ibid. eſt Imago Dei. pag. 146. col. 1.
Angeli varijs in locis cum Chriſto. pag. 147. col. 1. & 2. dicitur Imago Dei, in quãtum eſt Deo proximior. pag. 148. col. 2. quomodo intelligatur hoc. ibid. poteſt dici Imago Dei, & ad Imaginem Dei. pag. 149. col. 1.
Angelus ideſt Miſſus. pag. 162. col. 2.
Angelus quomodo illuminet Angelum & hominem. pag. 164. col. 2. confortatiuè ex D. Thom. ibid.
Angeli cuſtodiunt homines non ratione authoritatis, ſed miniſterij. pag. 165. col. 2. & ſeq. Quare Deus voluerit dare hominibus Angelos ad cuſtodiã. pag. 166. col. 1. & 2. ab aluo materno cuſtodire incipiunt, & quare. ibid. Poſſunt cuſtodire plures homines, ſed ſucceſſiuè. pag. 167. col. 1. cauſæ cur Deus mittat Angelos. ibid. cupiunt mitti, & quare. ibid. col. 2.
Angeli cuſtodes mittuntur ad extra. ibid.
Angeli quando creati, creati boni bonitate naturæ, non gratiæ. pag. 168. col. 2. non poſſunt amplius peccare, & quare. ibid. quare plures & non vnus. pag. 177. col. 2.
Angelorum numerus ex Plat. pag. 183. col. 1. eorum origo. pag. 185. col. 1. cœlos habitant ex Plat. in quibus & fuere creati. pag. 186. col. 1. & 2. quando creati. ibid. non mouentur ex Plat. aut metaphoricè. pag. 189. col. 1. quom. intelligant, & an egeant medio, & quo. ibid. Inferiores à ſuperioribus principium exiſtendi non habeat. pag. 190. col. 1.
A quom. munia ſua obeant, & loquantur ad inuicem & cum alijs. pag. 190. col. 1. quom. aſſiſtant, cum ſint immobiles. pag. 190. col. 2. non per aſſiſtentiam præſentialem, ſed per immiſſionem & inſpirationem ſupernatur. pag. 191. col. 1. nunquam vocati Ang. à Plat. Dij minores, & Eudæmones. ibid. col. 2. non admouentur ab alto Olympo. ibid. quom. agant ad varia officia abſoluenda. ibid. Dicti Dæmones .i. omniſcientes. ibid. Intellectus ſimplices. ibid. non ſunt compoſiti partibus quantitatiuis, & quare. pag. 199. col. 2. nec ex materia et forma. ibid.
Angelus nequit creare. pag. 202. col. 2. quod agunt, & faciunt, hoc eſt propter amorem, & deſiderium boni. pag. 221. col. 1. multa reuelant boni ſæpè malis. pag. 377. col. 2. in qua aeris parte corpus aſſumere ſoleant. pag. 381. col. 2.
Angeli lucis & tenebrarum qui. pag. 387. col. 2.
Angeli lucis, Angeli boni tenebrarum, mali. pag. 148. col. 1. & pag. 169. col. 2. Angeli nomen, eſt commune vtriſque. ibid. eſt officij nomen, non naturæ. ibid. col. 2. duplex eorum definitio. ibid. prima declaratur. ibid. hæc eſt communis tam bonis, quàm malis. pag. 149. col. 2. Altera definitio. ibid. explicatur. ibid. Tria in ea conſiderantur, & quæ. pag. 150. col. 1. & 2. Non eſt vnus. ibid. quare. ibid. Plures ſunt, qui remanſerunt, quàm qui ceciderunt. pag. 151. col. 1. an: hortatibus veteris teſt. ibid. & noui. ibid.
Angeli qui, et eorum officium. pag. 152. col. 2. An ſint finiti, an infiniti, nihil ad ſtatum Viatoris. pag. 153. col. 1. numerus Angelorum. ibid. quando fuerint creati. ibid. col. 2.
Angelus eſt ſapientia creata. ibid.
Angeli ſunt incorporei, immateriales, nec diuiſibiles. pag. 156. col. 1. ſunt compoſiti ex genere, & differentia, & quom. contra Auicennam. ibid. & col. 2. & contra Aureolum. ibid. non componuntur ex materia & forma. ibid. quare. ibid. ſunt in genere ſubſtantiæ, ſed incorporeæ. pag. 157. col. 2. quom. ſint compoſiti ex eſſentia, & ſuppoſito. ibid. & quom. intelligendum hoc. ibid. ſunt compoſiti ex ſubſtantia, & accidente ſpirituali. pag. 158. col. 1. & 2. quom. faciant opera corporalia. ibid. quom. poſſint eſſe plures ſub eadem ſpecie. pag. 159. ſunt in loco definitiuè. pag. 160. col. 2. mouentur de loco ad locum & quom. pag. 161. col. 1. qua ſpecie motus. ibid. poteſt moueri in inſtãti & non. ibid. quom. ab extremo ad extremũ, & quomodo non. ibid. ſeipſos & cætera mouent. pag. 162. col. 1. Deum non cognoſcunt intuitiuè, & quare. ibid. quom. intelligatur Angelum habere Intellectum Deiformem. ibid. col. 2. quom. poſſunt cognoſcere Deum abſtractiuè ibid. quare per innatam ſpeciem poſſint cognoſcere. ibid. intelligunt ſe per ſpeciem ſimplicem. pag. 163. col. 1. c[illegible] rantur. ibid. col. 2.
Angelos, Deos minores appellat Plato. pag. 25. col. 1. & pag. 169. col. 2. de quibus philoſophatus eſt ſecundum Aegyptios, aut Hebræos. ibid.
Angelici, et cæleſtes miniſtri Dij dicuntur nuncupatiuè, et metaphoricè. pag. 85. col. 1.
Angelica miſſio Platonica et Theologica, quom. poſſit conciliari. pag. 201. col. 2.

Ang.

Anima in corde ſita eſt iuxta Ariſt. 23. 2.

Anima omnis proles eſt Deorum. 240. 2. omnis anima eſt ration. quom. intell. 318. 2.

Anima mundi qualis ſit ex Plat. 61. 2. filia Dei potius quam Deus dici debet, & quare. ibid. anima mouens, Deus eſt. ibid. Anima dicitur cauſa. 95. 2. Anima noſtra habet intellectum duplicem, et quem. 145. 1. et 2. quom. ſit æterna. ibid. 2.

Anima quandiu eſt in corpore dicitur eſſe imperfecta ex Plat. 75. 1.

Anima hominis perfectio. 132. per eius operationem aſſimilatur Deo. 132. 1. habet eſſentiam, et quam. ibid. habet & potentias, et quas. ibid.

Anima noſtra creata ad Imaginem et ſimilitudinem Dei 146. 1. humana anima habet à ſua origine Angelum malum, et bonum. 151. 1. Anima licet nunc rationalis, eſt tamen intellectualis vt beata. 154. 2. et 155. 1. Anima dicitur mens, ſed animalis, et non ſimpliciter, et quom. et quare. 187. 1. Anima nomen pro quo vſurpetur. ibid. 2.

Anima eſt in tertio gradu poſita poſt ſimplex. 325. 2. quom. ſe habeat extra corpus. 326. 2. quid poſſit mediantibus Virtutibus purgatiuis. 327. 2. Vacat extra corpus intelligibilibus, et diuinis. ibid. et quom. ibid. quo vtatur modo in ſpeculando. ibid. quo diſcurſu. ibid. eiuſd. Vnio. ibid. dicitur terminus, et orizon et quom. & eius tria vehicula, et quæ. 328. 1. et 2. deſcēdit in vehicula oſtreacea, et quare. 329. 2. eius miſeria, dum corpori merſa eſt. 330. 1. quando dicatur deguſtare aquam fluminis amelitæ. ibid. quom. intelligat ſingularia, & vniuerſalia. 331. 1. quando affectet auidius Deum et beatitudinem. ibid. 2. deſcendit, et aſcendit per Capricornum, et Cancrum et quom. 331. 1. et quare. ibid. Ingreditur per punctum cordis medium. ibid. Informat corpus & quom. ibid. 2. eius ſedes. 332. 2. et 333. 1. eſt præcipuè in cerebro. ibid. exiſtens in corpore habet varias potentias & quas. ibid. et ſeq. animæ proprium. 340. 1. eſt vnus index et multi. 341. 1. quomodo boni et mali capax ſeparata à corpore. 345. 2. quom. gaudium et triſtitiam recipiat. ibid. quom. pœnas & præmia. ibid. varijs nominibus appellatur. ibid. et 346. 1. et 2. eſt vna vniuſcuiuſq; indiuidui. 349. 1. non deſcendit fatali ſorte in corpus, ſed libera Dei voluntate. 350. 1. et 2. cur deſcendat in corpus. 351. 1. Intelligendi modus eius duplex. 352. 2. non eſſe portionem animæ Mundi quom. probat D. Thom. 360. 1. Vnaquæq; duos habet Angelos. 370. 2. et qui ſint. ibid. ad quiddati. ibid. eſt ſpeculum voluntarium. 378. 2. anima et Dæmon poſſunt ſtare in eodem corpore, quom. 386. 1. quom. beatificetur. 426. 1. non eſt præcisè deſtinata ad corpus informandum. 431. 1.

Anima prudentia, et ſapientia ducibus inuenit meræ felicit. obiectum. 436. 1. quom. non poſſit dici adipiſci veram felicitatem. 438. 2. per rationes rimatas ad Ideas ſe eleuat, et ad mentes alias et hinc ad ſummum bonum. 440. 1. & quom. ibid. præter virtutes morales ſibi parat aditum ad Deum per pietatē, religionem, et ſanctitatem. ibid. via cognitionis tranſit ad ſuum obiectum. ibid. 2. mediante pulchritudine anima aſcendendo felicitatem acquirit. 441. 1. per quid anima perficitur, et excitatur ad Beatit. quærendum. 444. 1.

Animæ puriſsimæ ex Plat. in Deorum conſuetudinem, et conſortium coniunguntur, prauæ circa monumenta, et ſepulchra verſātur. 31. 1. quale de ijs iudicium poſt mortem ex Plat. Anima noſtra debet fieri mundus Animaſticus ſi patri et opifici vult ſimilis euadere. 75. 1.

Animæ ſummum bonum eſt ipſius Dei ſimilitudo. pag. 83. col. 2.

Animæ Beatæ et Angeli quom. ſint impaſſibiles. 155. 1. quom. differant ſpecie. ibid. quom. dicantur naturæ pares. ibid. 2.

Animæ admiranda ſimilitudo cum Deo. 234. 2.

Animæ mundi octo, & earum nomina. 262. 2. aliæ ſunt mixtorum. ibid. & quæ. ibid. Animæ intellectiuæ tot ſunt quot corpora. 280. 2. Animæ brutorum intelligunt, & quom. 293. 2. Animæ mortuorum beatæ quo cognoſcant, & quom. 295. 2. animæ brutorum non dicuntur re vera animæ, ſed vmbræ & Idola animarum. 308. 1. participationes & imagines animarum ſunt. ibid. Animarum gradus varij 312. 2. Animæ ſphærarum & elemētorum duodecim. 313. 2. cælorum animæ dictæ Choreæ. ibid. miniſtræ diuinæ prouidentiæ. 314. 1. Animæ quom. dicantur habere duas facies. ibid. 2. noſtræ animæ propriè dicuntur intellectus participes. ibid. animæ brutorum an ſint immortales. 316. 1. quom. dicantur animæ brutorū eſſe rationales. 317. 2. quom. omnes poſſint dici rationales & intellectuales. 318. 1. Brutorum animæ non ſunt immortales, & quare. ibid. quom. ſe liberè moueant. ibid. 2. animæ irrationales à quo primo mouentur. ibid. Animæ ſunt & fiunt, mentes ſunt ſolū. 324. 2. mundi potiſſima partes. 327. 1. æterna à parte poſt. ibid. diuerſæ conditionis. ibid. animæ brutorum carent vehiculis. 328. 2. carent organis corporeis. 350. 1.

Animæ definitio à varijs variè. 273. 1. & 2. & ſeq. primæ definit. interpretatio. ibid. & ſeq. alia definitio eiuſd. & declaratio. 275. 1. eius differentia ab alijs rebus, & quatuor cauſæ. ibid. cauſæ quatuor illius declarantur. ibid. & 276. 1. ex nihilo. ibid. & quom. ibid. non ex alio Traduce & quare. ibid. eſt ſubſtantia incorporea. ibid. A Deo immediatè creata. ibid. ad propriam imag. Dei creata. 277. 1. quom. repræſentet Trinitatem. ibid. ad beatitudinem à ſequendam creata. ibid. 2. Immortalis. 278. 1. & 2. & quō. ibid. & pag. 278. col. 1. non eſt vna in tota ſpecie humana. pag. 279. col. 2. & 280. col. 1. & quare. ibid. In triplici ſtatu conſideranda pag. 281. 1.

Non creata cum Angelis, neq; à principio mundi neq; in Empyreo cœlo collocata, & quare. ibid. & ſeq. creãdo infunditur, & infundendo creatur. 282. 1. non eſt portio animæ mundi. ibid. habet dependentiam à corpore quoad eſſe indiuiduale, non quoad eſſe ſubſtantiale. ibid. Infunditur ſtatim corpore organizato. 283. 2. eiuſd. alia diffin. ibid. compoſita & quom. 284. 1. Deus cam immortalem corpori mortali coniunxit, & quare. ibid. & ſeq. quare inſortitur corruptibile. 286. col. 1. heterogeneum. ibid. cur non terreſtre, & diuinum. ibid. dupliciter conſideratur. pag. 287. col. 2. quom. ſit tota in toto & tota in qualibet parte. ibid. eſt tamquam forma in corpore. ibid. poteſt exercere potentias ſeorſum à corpore. pag. 288. 1. verus animæ ſitus quis. ibid. non eſt tota in toto, quoad potentias, & quom. ibid. 2. quom. ſit in ſuo paruo mundo. ibid. anima intellectiua tres habet potentias, & quas. ibid. quom. cognoſcat Deum, Angelum, & ſe ipſam. 293. 1. ſtatim exuta à corpore ad ſua deſtinata receptacula ſe recipit. 294. 1. etiam tùm ſenſibilia cognoſcit & quom. ibid. 2. Separata à corpore caret organis exterioribus ſenſuum. ibid. modo intellectiuo, non ſenſitiuo videt, audit extra corpus. ibid. aut quom. aliter. ibid. & ſeq. etiam tum recordatur. 295. 2. quibus functionibus vtatur in receptaculis. 296. 1. illis cedit locus. ibid. lætatur in paradiſo. ibid. triſtatur in Inferno. ibid. 2. quom. cruciatur corpore exuta. ibid. quom. vriatur igni. ibid. varia eius nomina. 297. 1. & 2. eſt numerus numeratus. 299. 2. habet numerum vſq; ad ſeptenarium. ibid. & quomodo. ibid. & ſeq. dupliciter conſideratur. vnde duplex eius motus. 301. 1. quom. ſe moueat. ibid. non habet aliunde cauſam ſui motus. ibid. eſt ſubſtantia incorporea mouens corpus, & perficiens, & quom. ibid. 2. corpore vtitur veluti inſtrumento. 302. 2. in ea ineſt harmonia, & quæ. ibid. & ſeq. cõſtat ex harmonicis numeris, & quom. 303. 1. quo ſenſu poſſit eſſe, & non eſſe harmonia. 304. 1. mouetur motu animali. 305. 1. omni caret materia. ibid. 2. habet ſimilitudinẽ cum eſſentia prima, ente primo, pulchro, vno, bono. 307. 1. non propriè inerit mala. 309. 2. nec aliena. ibid. Principium eſt, & origo aliorum motuum. ibid. omnibus antiquior, & quare. 310. 2. quõ. operetur. 311. 1. non datur abſq; mente vel in ſe, vel extra exiſt. 313. 2. rationalis vnde ducat originem. 317. 1. anima noſtra differt à mundana ſubſt. & quom. 320. 2. habet noſtra liberum arbitrium. ibid. anima quom. ſit pars animæ. ibid. quando dicatur anima, quando mens, aut intellectus ex Philopono. 321. 2. & ſeq. quomodo compoſita. 322. 2. genita & ingenita quom. ibid. & 323. 2. & ſeq. habet eſſentiam æternam, & qualem. 324. 1. quom. compoſita, & quom. non. 325. 2.

Animæ ſphærarum puriſſimis vtuntur vehiculis. 328. 2. animæ circa quæ ſepulchra dicantur vagari. 343. 1. animæ bonorum nunquam à Dijs negliguntur. 344. 2. vbi debeant reddere rationem ſuorum actuum. 345. 1. earum varia nomina. ibid. & ſeq.

Animæ noſtræ Dæmones dicuntur. 390. 2.

Animarum chorea. 262. 2. animarum receptacula quatuor, & quæ. 296. 1.

Animarum gradus varij. 327. 1. earundem aſcenſus per Capricornum, & deſcenſus per Cancrum. ibid. earundem ſeparatarum ſenſus. ibid. earumdem vehiculum, equi, & auriga. ibid. col. 2. earum vagatio non eſt ex Plat. 342. 2.

Animas eſſe rationales, dupliciter poteſt conſiderari. 317. 2.

Animas nullas eſſe immortales præter humanas. 363. 2. & quare. ibid.

Animaſticum genus in ſphæras tres diuiditur, & quas. 187. 2.

Animali per ſe mors & interitus, non autem per ſe vita competit. 311. 1.

Animalia quæ loca inhabitent. 391. 2. Suum determinatè finem norunt. 419. 1.

Animus ambiguitate laborat tum ad Deum accedit cognoſcendum & intelligendum, & quare. 83. 1. in eo generatur fides, opinio, & ſcientia, & quom. 88. 2.

Anima iudicatur immortalis, quom. 312. 1.

Anſelmus citatus ad proban. Deum. 41. 2.

Antichriſtus ex quo ſemine naſciturus. 384. 2.

Apes in labellis Platonis pueri mellificarunt. 14. 1.

Apollo Muſarum dux. 314. 1.

Appetitum duo faciunt, & quæ. 428. 2. omnes habent appetitum, & quom. ibid.

Appetitus omnes ſua obiecta reſpiciunt. 436. 1.

Apuleius Philoſophus, & eius ordinatio Entium. 182. 2.

Aqua fig. Icoſahedriæ à Pl. comparatur. 26. 1.

Archangeli qui, & eorum officium. 152. 2.

Archetypus vnde dictus. 223. 2.

Areopagitæ Athenienſes. 22. 2.

Argumentum hypotheticum irrefragabile ad probandũ Deum eſſe. 66. 1.

Ariſtoboli Iudæi teſtimon. de Platone. 19. 2.

Ariſt. videns D. Legiſlatoris librum de Mundi genitura quid dixerit. 19. 2. quare Dæmonis nomen obtinuit. ibid. quom. conſtituat omnia in Ciuit. ſua debere eſſe propria. 27. 1. Sexdecim errores impingit mordicus Platoni Præceptori. 27. 2. eius demonſtratio Idealis. 28. 1. non profecit ex doctrina Platonis. 35. 1. vnde primum motorem, & ſuam primam cauſam tranſtulit. 40. 1. eius de Deo deſcriptio. 82. 1. non reſpõdet menti Platonicorum. ibid. & quare. ibid. 2. Deridetur quòd deridet Ideas Platonis. 96. 2. videtur non abſolutè negaſſe Ideas. 119. 1. quid de Deo dicat ſummarie. 128. 1. eius errores. ibid. & 129. 1. & 2. defenditur circa Deum appetẽs vt bonum. ibid. & 130. 1. negat Trinitatem & vnitatem. 138. 2. defenditur vtcunq; ibid. admittit multitudinem mentium abſtractarũ. 177. 1. negat mundũ eſſe animatum. 225. 2. eius error circa prouidentiam diuinam. pag. 226. 1.

contra-

Contradictio eius an mundus ſit necne animatus. ibid. 2. error eiuſd. quod vocauerit Deum animal, & quom. interpretandum. 371. 2. errauit in anima ſeparatione. 355. 2. ſibi incertus in animæ immortalitate. ibid. dubius in doctrina de dæmonibus. 392. 2. metaphorice intellexit dari dæmones. 417. 2.

Arnobij duo de Platone teſtim. 16. 2. idem Platonem ob reminiſcentiam explodit. 22. 1.

Arriani Platonizant in myſterio SS. Trinitatis. 31. 1. cauſa erroris Arriani. 141. 2.

Arrius Hæreticus. 34. 2.

Aſtrologi eſt, non Theologi aſſignare cuiq; cælo ſuas proprietates. 220. 1. deridetur in creatione mundi. 244. 1. & 2. ex aſtrorum motibus plura auſpicantur. 375. 2. quom. ſciant futura contingentia. 376. 2. & 377. 2.

Aſtronomiam Plato didicit à Babylonijs. pag. 20. col. 1.

Aſymmetria quid ſit. 249. 1. Vnde ortum habeat. ibid. 2. eadem. 403. 1.

S. Athanaſius arguit Plat. & quare. 21. 2. & 22. 1. idem reprehendit eundem. ibid.

Athena Platonis patria. 13. 2.

Athenienſium ſtatus quare debilitatus. 28. 1. Quid Protagoræ Sophiſtæ fecerunt. 39. 1.

Atheorum mendacium. 72. 1. illi ſunt damnandi. 150. 1.

Atheus, qui negat Deum. 39. 1. comburendus. ibid. quid faciant Athei. 42. 1. quantus ſit eorum numerus. ibid. eorum aſſertio vt ſuperanda. 71. 2.

Atticus in quo diſtrepat cum Platonicis circa primam ſubſtantiam, in eo conuenit cum Theologis. 121.

Auerrois ratio futilis contra Trinitatem. 51. 1. dicitur ipſe Magiſt. impietatis. ib. error. 159. 1. error eiuſd. circa animam. 555. 2.

Aues an ſint animantia aerea. 393. 2.

Auguſtinus ſinceræ veritatis ſinceriſſimus index. 13. 1.

Auguſtinus Platonicos omnium Philoſ. nobiliſſimos, quos ſequatur eligit. 18. 2. Idem Chriſti aſſecla, & doctrinæ eius diſſeminator, & ſcriptor. ibid. Platonica dogmata idem, & ea quæ in ſacris paginis legerat, comparauit, & in multis conciliauit. ibid. aliud eiuſdem de Platone teſtimon. 19. 1. Aug. literarum parens. 23. 1. Chriſti authoritatem omnibus anteponendam eſſe eligit Auguſt. apud Platonicos. 15. 2. Idem Auguſt. inuenit in ſcriptis Platonis Proœmium D. Ioannis Euang. ibid.

Auguſtinus Theologiæ Coryphæus. 17. 2. eius encomia de Platone. ibid. & 18. 1. & 2. antequam eſſet Chriſtianus omnium Philoſoph. ſcripta vidit, & ponderauit. ibid. 2.

Auguſt. arguit ex multis capitib. Platonem. 23. 1. rationibus quinq; oſtendit Deum eſſe. 29. 2. quid ſenſerit de anima mundi, & quom. retractarit hanc ſententiam. 58. 1.

Auguſtini S. de Platone iudicium. 13. 1.

Auguſtini S. opinio circa Platonem, quod audierit Hieremiam Prophetam, ſed ab eodem retractata. 14. 1. & 2.

Author huius operis quo magiſtro vſus ſit in doctrina Platonica. 37. 1. ſoluit obiectionẽ quare hoc opus aggrediatur. ibid. & 2.

Auctor approbat Platonem tenuiſſe Mundum genitum. pag. 233. 2.

Axioma, Deus eſt vnus, & non plures. 48. 2. Simile ſimili cognoſci, & impuro non poſſe. purum tangi. 75. 1. Omne productiuum alterius, præſtantius eſt natura producti. 126. 2. Deus eſt, a quo totum, in quo totum, per quem totum. 131. 2. In perpetuis non differt eſſe à poſſe. 133. 1. oportet intelligentem phantaſmata ſpeculari. 145. 2. Nihil eſt in intellectu quod prius non fuerit ſub ſenſu. ibid. Omnis noſtra cognitio habet ortum a ſenſibus. ibid. in rebus a materia ſeparatis non differt eſſe, a poſſe. 401. 1.

Axioma de mundi pulchritudine ex Plat. 255. 2.

B

BAlaam fuit falſus Magus. 377. 2.

Beati in hac vita an verè beati. 438. 1.

Beatitudo vbi eſt, & bonitas, & charitas, & iucunditas ſumma ſunt. 30. 2.

Beatitudo noſtra conſiſtit in diuina animæ ſimilitudine, ex Plat. 235. 1. eſt in futuro ſeculo. 421. 1. Triplex Beat. ibid. in quo ſingula ſit poſita. ibid. qualiſnã ſit ibid. 2. Apparens quãre. ibid. 2. non apparẽs. ibid. definitio veræ beatitud. 422. 2. aliã declarat. ibid. & ſeq. poteſt dupliciter conſiderari. ibid. 2. in qua potentia præciſè ſit ſita. 423. 1. & 2. quom. conſiſtat in intellectu, & voluntate. 425. 2. in practico ſiſtit intellectu, & ſpeculatiuo diuerſa ratione. 426. 1. quom. ſiſtat in contemplatione. ibid. 2. eſt vltimus finis. 427. 1. in quibus rebus non ſit beatæ. ibid. & 2. eſt bonum, & quale. 428. 2. vnde dicitur. 429. 2. eius varia nomina, & quid ſignificent. ibid. & 441. 1. & 2.

S. Beda venerab. carpit Platonem, & quare. 23. 2.

Bene eſſe animæ vnde dependeat. 311. 1.

Beſſarion Cardin. defendit Platonem. 16. 1. quom. tractarit doctrinam Plat. 37. 2.

Biblia quando in Græcum ſermonẽ fuerit translata 24. 2.

Boetius quid cenſeat de primo motore. 40. 1.

Bona quæ creata fuere, quom. facta fuerint mala. 214. 1. bonaque. 247. 1.

Boni filius dicitur verbum. 94. 2.

Bonitas, et pulchritudo quom. conueniant. 91. 1. eius proprium munus. 50. 2.

Bonitas vbi appareat. 209. 2. Bonitas Dei fuit cauſa creationis mundi. 213. 2. & 214. 1. bonitas rerum determinatur per ſpeciem, modum, & ordinem. 220. 1. fuit cauſa creat. efficiens, & impulſiua. 246. 1. & finalis. ibid. Bonitas Dei oſtenditur. 247. 1. attributo altera ſummi boni. 250. 2. bonitas, & pulchritudo differunt ratione. 257. 1. bonitas dæmonum quæ. pag. 370. col. 2.

Bonitatis varij gradus ſunt in entibus. 70. 1.

Bonitates & pulchritudines vbi reperiantur, & à quo dicantur. 99. 2.

Bonorum præmium, malorum pœnæ quando. pag. 73. col. 2.

Bonum ex Dionyſ. eſt ſolum proprium Dei, & principale nomen. 58. 1. Bonum eſt quod omnia appetunt. 70. 1. Bonum quo tre ut vltimum finem, à natura inſertum eſt. ibid. Bonum quare ſuimet diffuſiuum appellatur. ibid. Bonū vniuerſum eſt ſuper omnes Ideas, & Idearum origo. ibid. Tria eius munera; & quæ ſint. ibid. 2. ad Bonum pertinentia. ibid. Bonum, & vnum non eſt ens, ſed omnium Entium principium & quom. 82. 1. ſummum bonum abſolutè eſt perfectiſſimum. 83. 2. bonum eſt cauſa intelligibilium. 95. 2. Bonum eſt eminens entium. 99. 2. Summum Bonum quid. 103. 2. Bonum duplex, verum & apparens. 130. 1. Summum Bonum ſui natura communicatiuū, & diffuſiuū. ibid. eius communicatio, & diffuſio dupliciter conſideratur. ibid. Bonum diffundens quod diffunditur, & diffuſum applicatur SS. Trinit. ibid. quale ſit illud quod appetunt homines. 428. 1. Bonum ſummum quod ſit. 433. 2. Bonū Ideale datur, & quom. 434. 2. quod ſit ſummum bonum ut obiectum felicit. 435. 1. dupliciter conſideratur. ibid. 2. eius tres conditiones. 436. 2. quare appetibile, & deſiderabile. ibid. eius triplex inuentio. 437. 1.

Bonus, quis. 214. 1. eſt ſolus Deus Bonus. 247. 1. nullius rei inuidia tangitur. ibid.

Bruta habent ſolam potentiam æſtimatiuam. 293. 2.

C.

Cabaliſtæ Hebræorum crediti authores Metempſychoſ. 29. 2.

Campus lethæus. 330. 1. quis eum habitet. ibid.

Cancer Lunæ domicilium. 332. 1.

Capricornus Saturni domicilium. 332. 1.

Caput habitaculū rei diuiniſſimæ, & Arca Mineruæ. 333. 2.

Caſus neque fortuitus euentus non datur in opificio vniuerſi. 61. 1. & 65. 2.

Cataphriga heretici, vt eorum error. 35. 1.

Catena entium pulcherrima. 185. 2.

Cauſa omnis producit effectum ſibi ſimilem, in quantum poteſt. 139. 1.

Cauſa efficiens finalis impulſiua, & exemplaris ſunt ipſe Deus, aut ſunt formaliter in Deo. 215. 2.

Cauſa creationis Mundi principaliſſima, eſt efficiens. 236. 2. & 237. 2. varia circa eam Platonicorum ſententia. 238. 1. & 2.

Cauſa exemplaris munus quod. 240. 1.

Cauſam primam efficientem oportet dari. 40. 1. & quomodo probatur, & quare. ibid. de cauſante dicen. & quod de alijs quinque. ibid. 2. Cauſa prima omnium cauſarū, & cauſatorum cauſa. 76. 2. Cauſa prima progenies, quæ ſit. 107. 2.

Cauſa tres in creat. Mundi, & concauſa, & quæ. 236. 2.

Cauſæ variæ cur anima deſcendat in vehicula elementi. 329. 2. & ſeq.

Cauſarum genera quatuor, & quæ. 235. 1. & 236. 2. & an adhibita fuerint in mundi creatione. ibid. quom. ibid. & 2. ſex cauſæ reperiuntur, & quæ. ibid.

Cautiones variæ circa dogmata Philoſ. antiquorum de natura diuina. 139. 2. prima circa verba Zoroaſtri de Monade, Dyade, & Triade. ibid. quom. debeant intelligi. 140. 1. ſecunda circa verba Hermetis, & quō debeant intelligi. ibid. Item eiuſd. verba. ibid. & 2. quom. cauſe legi debeat ex illo monas monadem gignit, &c. ibid. & quom. intelligi debeat. ibid. alia circa nomina Dei ab Orpheo, & quare. 141. 1. alia circa Platonis dogmata. ibid. Cautio alia circa Hypoſtaſes Platonicas, & earum productiones. 142. 1. alia circa omnipotentiam Patris ex Plotino. ibid. & quom. intelligi debeat. ibid. & 2. alia circa Plat. de eadem re. ibid. alia circa animam mundi. ibid. alia circa Virginum. ibid. Cautienſes circa Dogmata de Angelis Platonica 202. 2. & 203. 1. & 2. circa dogmata Plat. de mundi anima, & mundi conditionibus. 271. 1. & 2. Circa doctrinam Platonicam de anima. 350. 1. & 2. & ſeq. circa doct. Plat. ac Dæmonum naturā. 416. 2. & ſeq. circa doctrinam de Beatit. & felicitate humana. 443. 1. & 2.

D. Cæcilius Cyprianus obiurgat Platonem, & quare. pag. 23. col. 2.

Celſus turpi fama notiſſimus. 363. col. 2. eius error. ibid. eiuſdem Blaſphemia quæ. 140. 2. ab Origene confutatur, ibid.

Ceſſatio Dei in creatione Mundi quom. intellig. 283. 1.

Chaldæi in tribus conueniunt cum Chriſt. circa Ang. & quæ ſint illa tria. 196. 2.

Chaldæi in quibus conſentiunt, & diſſentiunt circa functiones Ang. à noſtris. 198. 2.

Chaos omnium primum. 242. 2.

Charitas nunquā excidit. 424. 2. eſt finis Viſionis. 425. 1.

Cherubim qui, & eorum officium. 152. 1.

Chorus Angelor. quot habeat legiones. 372. 1.

Choreārum mos. 313. 2.

Chriſtus quo die clauſus in Vtero Virginis. 216. 2.

Chriſtus vbi, ibi paradiſus. 370. 1.

De Chriſto Prophetiæ, veraciter conſummatæ. 43. 2. eius miracula, geſta, vita, & mors, ibid. miracula in eius morte. 44. 1. Chriſtus vocatus a Celſo Platonicus, & quare. 140. 2.

Chronas quid, aut Chronon. 92. 1.

Clementis Alexandrini teſtim. de Platone. 16. 2. idem amore, & beneuolētia in Platonem plenus. 19. 1. eiuſdem aliud de Plat. teſtimon. ibid. eiuſdem aliud teſtim. de eod. 20. 1.

Cicombroſi mundi centum octuaginta tres. 353. 2.

Cibatio, & Maſticatio Dæmonum eſt apparens. 384. 1. circa candē triplex conſideratio. ibid. quæ conſiderentur. ibid. quæ Dæmoni & Ang. conueniant. ibid.

Ciceronis de authoritate Platonis ſententia. 15.1. eiuſd. Orator Idealis. 28.1.
Ciuis debet diligere alios eiues. 27.1.
Ciuitas Platonica damnatur ab Euſebio. 20. 1. a Greg. Nazianz. ibid. 2. a Theodoretto. 22.2.
Coena quatuor eum tempore, et qua. 217.1.
Cœlius, et Vranus quid ſit. 92.1.
Cœlum nobiliſſima Dei ſedes. 84. 2. In Cœlum conſcendam. 1. in celſitudinem Dei. 154. 1.
Cœlum mouetur ex cauſa extrinſeca. 145.2. extra cœlum quid non ſit, & quid ſit. 147. 2. Cœlum & aſtra non admittuntur pro Dijs iunioribus. 173.1.
Cœlum Criſtallinum, primum & mobile dicitur & aqueū. 221.1. & 2.
Cœlum vnde dictū. 223.1. eſt animal obediēs Deo. 226. 2. pars mundi. 243. 2.
Cœlum aliquando pro quarto elemento. 259. 2. quid ſit, & eius vis. 261.2. quare ὅρανὸς dictum. 264.2. quare mundus. ibid.
Cœli qua animati & qua ratione. 208. 1. ſunt corpora ſimplicia ad differentiam mixtorum. ibid. 2. eorum proprietates. 221. 2. omnes lucidi. ibid. figura eorum, & ordo. ibid. & ſeq.
Cœli quibus proprietatibus inter ſe differant. 222. 1. quomodo, & qua anima animati. 314. 1.
Cœli ſuauiſſimam ſuis motibus edunt harmoniam. pag. 258. col. 1.
Cœlorum harmonia intelligibilis non ſenſibilis. 394. 2.
Qua cognitio dicitur praecedere fidem. 88. 2. Cognitio matutina, & veſpertina qua. 193.1.
Cognitio quid ſit. 340.1.
Cognitio irrationalis quom. definiatur. 336. 2. Cognitio veſpertina. 376. 1. Varij cognoſcendi modi. 162. 1. quom. Deus, Angelus, Anima ſe & alia cognoſcant. 163.1.
Communitas mulierum Platonis dogma piiſſimum, fons, & fomes omnis criminis. 20.2.
Comparatio inter Platonem & Ariſt. & Chriſtianos, quis propius ad veritatem fidei acceſſerit. 128.2. Alia inter propius acceſſerit, ſed veritatem circa doctrinam de Beatitudine. 445:2. & ſeq.
Compoſitionis modus multiplex. 155.2.
Comparationes conuerſionem omnium ad primum indicare videntur. 69.2.
Comparationes Ariſt. Theol. & Plat. circa mundi orig. & eius conditiones. 260.1. & ſeq.
Compoſitiones variæ, & quæ excluduntur ab anima. pag. 284. col. 1.
Comprobationes vnitatis, & Trinit. diuinæ. 131.1. & 2. per numerum Ternarium. ibid. ex perfectione in ſecundis cauſis. 132.1. & quare. ibid. per ſummum Bonū ibid. 2. per perfectionem producendi ſibi ſimilē in ſpecie 133.2. per amorem reciprocum. ibid. Per Creaturas ibid. 2. per Authoritates Teſtamenti veteris. 137. 1. & 2. & noui Teſtamenti. 138.1. & Eccleſia. ibid. anima à Deo immediatè creata. 276. 2.
Concauſa debiliores ipſo mundo, quæ. 237.1. & 2.
Conceptus de Deo quom. ſiue quo non poſſit haberi. 209.1.
Conciliatio diuerſarum ſententiarum circa modum intelligendi Angelorum. 192. & 192.1.
Concluſiones variæ de Deo. 113. 2. alia quod ſit vnus. pag. 115. col. 1.
Concupiſcibilis potentiæ officium. 335.1. & 341.2.
Conditiones tres ſummi boni. 436.2.
Continentia poſſunt differre ſpecie, contenta non. 155. 2.
Continuatio corrupta volitionis ſiſtit ſemper in actu peccandi. 375.1.
Contradictio quid ſit ex Ariſt. 51. 1. quid ad eam ſecundum aliquos requiratur. ibid.
Contradictio Platonica de Dei nomine defenditur. 108.1. quibus fundamētis. ibid. aperitur circa hoc difficultas. ibid. 2.
Contradictio nulla eſt inter Theologos & Ethnicos de Dei definitionibus. 113.2.
Contraria fiunt ex alijs contrarijs. 306.1. & 2.
Conuenientia Platonis, & Platonicorum, & Theolog. quom. Deus cognoſcatur. 111.2. et ſeq. in eo quid ſit Deus. 112.1. quod ſit vnus. 114. 1. quod ſit Trinus. 115.2. et 116.1. quom. omnia, et a quo producta fuerint. ibid. 1. nominum et perſonarum. 117.1. et 118. 1. Platonis, et patrum Orthodoxorum de Myſterio Trinitatis, et quom. perſonæ nominentur. ibid. nominū ſecunda perſona. ibid. 2. et 119. 1. et 2. nominum tertia perſonæ. 20.1. et 2. In quo conueniant Plat. et Theol. de Angelis. 194. 1. et 2. In quo conueniat Proclus circa Ordinem mentium, cum noſtris. 197. In quo conueniant Platonici cum noſtris circa numerum mentium. 198. 1. tum circa eorum munia. ibid. conueniunt, quod Anima, & Ang. differant ſpecie. ibid. in modo hoc probandi non. ibid. quom. concordent in Ang. compoſitione. 199. 2. concordant in cōpoſitione. Ang. ex ſubſtātia, et accid. 100. 1. in conſtitutione ſpecifica poſſunt concordare. ibid. concordant in eorum menſura. ibid. concordant in eorum menſura. ibid. conueniunt in loci occupatione. ibid. 2. quom. conueniant in eorum motu. ibid. conueniunt in actionibus, & illorum mutua allocutione. 201.1.
Cooperatio ſenſuum admittitur ad felicit. conſequendam. 441.2. De Corde exeunt cogitationes. 23.2.
Corpus omne eſt compoſitum ex materia, & forma. 237. 1. viuum dicitur in quantum anima informatur. 274. 1. ex corpore non poteſt per naturam fieri non corpus. 276.1. Corpus humanum inter opera cauſæ primæ admirandum. 285:1. quare corpus corruptibile, et caducum datum animæ. 286. 2. quare heterogeneum. ibid. corpus nullam habet vim mouendi ſeipſum. 302. 1. corpus eſt pars mundani corporis. 320.1. Corpus animæ ergaſtulum, et ſepulchrum. 330.1. eſt animæ organum. 332. 2. omne corpus animatū imitat ſibi certam figuram. 406. 2.

Corporis centrum eſt punctum cordis medium. pag. 332. col. 1.
Corpora mentibus prædita apud Plat. 176. 1.
Quæ ſint corpora ſimplicia. 208. 2.
Corpora cæleſtia ex Ariſt ſunt vita prædita. 236. 2.
Corpora ſingula corporei mundi ſunt partes. 316. 1.
Corporum conditio. 234. 1.
Corpora, quæ dæmones aſſumere poſſunt, ſunt in duplici differentia, & quæ. 381. 1.
Corruptio quam bona, & neceſſaria. 250. 1.
Crater ſiue Patera denotat vitæ rationalis ideam. 327. 1. & pag. 349. col. 1.
Creare quid ſit. 209. 1. non ſupponit materiam. ibid.
Creatio quid requirat. 302. 1.
Creatio mundi non poteſt probari demonſtratiue. 209. 2.
Creatio multiplex. 210. 2. qualis fuerit mundi. ibid. creatio ad extra ad quos ſpectet. 211. 1. opus indiuiſum. ibid. col. 2. creatio hominis omnium productionum poſtrema. 212. 2. an fuerit tempore Aequinoctij. 216. 1. & in quo Aequinoctio. ibid. nullam præſupponit materiam. 266. 2. conuenit omnibus perſonis Trinitatis, & quam 267. 1. creatio & infuſio animæ rationalis quando fiat. 243. 2.
Creatores multi qui putentur. 173. 2.
Quom. poſſit dari Creatura perfectiſſima in genere factibilium ex D. Thoma. 124. 2. quom. ex aliorum opinione. ibid. & 125. 1.
Creatura prima Platonica eſt increata. 126. 1. quomodo. ibid. eſt æterna, vt anima mundi ibid. Creatura omnis habet dependentiam a Deo, & a SS. Trinit. 131. 2. & quom. ibid. Creaturæ omnes videntur continere in ſe vnitatem, & Trinit. 132. 2.
Creatura nulla eſt omnino ſimplex. 155. 2.
Creatura non poteſt creare. 197. 2. & 202. 1. & quare ibid. & col. 2.
Creatura rationalis ad quid in mundo creata. 215. 1. habet vitam ab alio. 270. 2.
Creaturæ an ſint de ſubſtantia Dei, aut vnde. 53. 2. habent ſimilitudinem Dei, ſed per Analogiam ibid. quare ibidem.
Creaturæ omnes cæleſtes, & terreſtres repræſentant veſtigia SS. Trinit. 133. 2.
Cubica figura, ſeu quadrata, cui elemento accommodatur à Plat. 26. 1. & quare. ibid.
Cubus animæ. 303. 1.
Culpæ hominum non fuere in Mundi primordio. 234. 2.
Cultus diuinus eſt impermutabilis. 72. 1.
Currus animæ admirabilis ex Plat. 342. 1.
Cyrilli Alexandrini teſtimon. de Platone. 19. 2. meliùs exponit verba Platonis, quàm cæteri. ibid. Idem tamen Plat. damnat, & quibus de cauſis. 21. 1.
D. Cyprianus nullum diem tranſigebat ſine lectione Tertulliani. 35. 2.

D

DAemon in bonam, & in malam partem aliquando ſumitur. pag. 169. col. 1. & ſeq. largè ſumptus dicitur pro Angelo ibid. col. 2. definitur. 364. 1. & 2. & ſeq. & declarantur definit. ibid. non habet alium actum ab actu tentandi. 374. 1. eius peccatum irremediabile. 375. 1. ſemper affectat peccare, & ſemper peccat ibid. Non poteſt vbi anima. 378. 2. eſt totus in qualibet parte corporis aſſumpti, & quom. 382. 2. quom. moueat corpus aſſumptum. 383. 1. non eſt malarum immiſſor cogitationum. 386. 2. non poteſt noſtras voluntates cogere ad recipiendas malas cogitationes. ibid. ad quid immittat bonas cogitationes. 387. 1. cur ſic dictus. ibid. dictus amor magnus. 392. 2. ſupra hominem, & infra Deũ. 395. 2. quare dicatur animal. ibid. & animus. 397. 1. inuidia factus erga homines. 402. 1. animal ex anima & corpore conſtans. 409. 1. habet corpus medium, hoc eſt aereum. ibid. dæmon ſignificat ſapientem 911. 2. quid importet hoc nomen. ibid. poſt peccatum infra hominem, & culpam deprauatus. 413. 1. ad quid ſumat naturalia corpora. 415. 1. non omnia ſciens, & quare. 416. 2.
Dæmones agunt ſuam vitam in elementis. 181. 2. Animalia ex Apuleio. 182. 2. dari non eſt dubiũ. 367. 1. obſtinati, & in homines exoſi quare. ibid. 2. licet Angelis natura & conditione conformes, ex culpa deformes. ibid. Alias Angeli lucis, nunc tenebrarum. 368. 1. aliqua eorum nomina ibid. quare inuidi 368. 2. quare rationales. 369. non amiſerunt naturalia, ſed gratuita ibid. & pag. 380. 1. ſuadent bonum ad malum finem ibid. fraudulenti, & quom. ibid. col. 2. Turbant varijs modis vigilantes. ibid. mod. qui ibid. concitant tempeſtates. 370. 1. in lucis Angelos ſe transformant. ibid. Infernum ſecum portant. ibid. in Idolis cupiunt adorari. ibid. Magicas exercent artes. ibid. & quas. ibid. bonis dati ad exercitiũ, malis ad ſupplicium. ibid. 2. fini hominum bono inſidiantur. ibid. ſunt multi. ibid. Angeli Apoſtatæ. 371. 1. quem in locum ceciderint, & ad quid agen. ibid. 2. peccauerunt peccato ſuperbiæ pag. 372. col. 2. quo peccato peccauerint. 373. 1. non peccauerunt omnes eadem peccati grauitate. ibid. an fuerint viatores aliquando. ibid. variæ prælationes inter eos. ibid. col. 2. ſeptem omnium Principes. ibid. & cum nomina, & officia ibid. alij ijs ſubalterni 394. 1. eorundem officia. ibid. ijs conceſſum tentare, nõ verò debellare. ibid. nunquam ceſſant tentare homines ibid. ſemper malum volunt. ibid. col. 2. quom. velint bonum. ibid. quali libero arbitrio præditi. ibid. & 375. 1. an poſſit illis Deus infundere bonam voluntatem. ibid. Triplici lumine vigent, & quom. ibid. col. 2. per inſpirationem multa ſciunt. ibid. quom. adminiſtratores diuinæ Iuſtitiæ. ibid. pollent ſubtilitate naturæ, experientia temporum, reuelatione ſuperiorum mentium 376. 1. quam ſcientiam habere volunt, vt Dij appareant. ibid. 2. quare non habeant facultatem ſciendi futura.

tura. ibid. quæ futura non certitudine, ſed coniectura valeāt ſcire. 377. 1. ambigui ſemper in reſponſis. ibid. quare aliquando futura contingentia prædicant. ibid. quandoq; vera, quandoque falſa prædicant. 378. 1. coniectura ſciunt, & ex ſignis abdita cordium. ibid. faciunt impropriè miracula. 379. 1. quæ facere poſſint. ibid. Triplici modo ludificant homines, & eorum ſenſus ibid. Incorporei ſunt & quare. 380. 1. & 2. aſſumunt corpora, ſed nō cœleſtia & elementalia, & quare. 381. 1. poſſunt noviter formata ex aere, & eius parte caliginoſa cadauera, & forma. ibid. & phyſica, & quom. poſſunt. ibid. non ſunt organizata illa corpora. 382. 1. & quare. ibid. ad quam vnionem aſſumant corpora. ibid. quom. condenſent illud corpus aereum. ibid. poſſunt exercere operat. immanentes, non autem transeuntes niſi motum, & quare. ibid. col. 2. quas & quomodo. 333. 1. & 2 Triſtati & lætati per apparentiam. ibid. agere nec generare valent. 384. 2. nō poſſunt exercere actus ſenſitiuæ potentiæ. ibid. & pag. ſeq. quom. videant Dæmones & Ang. ibid. quare non egeāt corp. ſenſib. ibid. quare aſſumant corpora ſi non egeant adſenſus. ibid. non loquuntur propriè. 388. 2. mentaliter quidem loquuntur. ibid. aerem non inſpirant. ibid. torquent corpora & animas, & quom. 386. 1. ſunt incenſores malarum concupiſcentiarum. 387. 1. poſſunt imprimere, & non, malas cogitationes in anima noſtra. ibid. eorum varia nomina. ibid. & ſeq. & quare eis impoſita. ibid. & ſeq. quom. prohibentur eſſe. 393. 1. & 2. licet ſumant alia corpora, non tamen amittunt ſua. 395. 2. hominum & mundi inferioris curam habent. 396. 2. vbi habeant domicilium. 397. 1.

Dæmones in ſex gradus. 398. 2. aut quinq; pag. ſeq. & qui ſint. ibid. & quom. differant interſe. ibid. quom. rediguntur ſub vno genere. ibid. aut in tres gradus. 400. 1. aut in quinq; ibid. dij erat. 11. ibid. col. 2. ſunt Calodæmones & Cacodæmones, ibid. boni dæmones Diuini dicti Paſtores. 401. 1. filij Dei ſed ſpurij. ibid. 2. natura boni, ſed culpa mali. ibid. boni ſiunt & mali ex Plat. 402. 1. eorum caſus. ibid. 2. quom. dētur boni, & mali. 403. 1. prauas exercent operationes. ibid. bonorū exercitia, & habitatio. ibid. Deorum & hominum internuncij. ibid. col. 2. Malorum opera, ibid. iſti vltores genij dicti. 404. 1. quom. boni & mali eſſe poſſint. 405. 1. quom. corporei. ibid. 2. corpore ſimplici non mixto. 406. 1. quom. ſolubiles & inſolubiles. ibid. col. 2. quæ ſint figura. 407. 1. non ſunt ſenſibiles. ibid. dupliciter occupant. ibid. 2. quom. doctrinam ſuam tradant. ibid. voluntariè, ſenſibiliter, & inſenſibiliter loquuntur. 408. 1. habent prælationes. ibid. col. 2. eorum potentia, & quot. 409. 1. quid vnaquæq; apprehendant. ibid. quæ & quæ futura cognoſcant. ibid. non habent potentiam vegetandi. 410. 1. metaphoricè non realiter nutriuntur. ibid. ex Thea. ſunt beatitudinis ſuſceptibiles. ibid. mali & boni ex diuerſis functionibus ſunt. ibid. vtrorumq; munera ibid.

Dæm. numerus non definitur. 411. 1. ſunt potius eiuſd. ſpeciei, quam diuerſæ. ibid. Inſipientes dicti. ibid. 2. qui ſapientes. ibid. non ſunt animalia ex Theolog. ſententia. 412. 2. cur non ſint beatificabiles. 418. 1. quare ibid. col. 2. dæmonum prauitas non eſt naturalis ex Hom. in fine operis.

Decedere eſt mori. 309. 1.

Definitio Diuinæ eſſentiæ. 130. 1. Angeli ex Dionyſio quoad eſſentiam. 149. 2. alia ex Damaſceno. ibid. aliæ duæ. 150. 2.

Definitiones animæ à varijs deſumptæ. 299. 1. & 2. & 301. 2. et 302. col. 1. et 2. vna per metaph. ibid. alia animæ definitio. 305. 1.

Definitiones datæ de Deo non ſunt veræ definit. ſed deſcriptiones. 75. 2.

Deliramenta Antiquorum philoſ. circa Dei definitiones. pag. 78. col. 2.

Demonſtratio communis ſecundum Aegyptios, quod Deus ſit, quod vnus ſit, et qualis. 87. 1.

Demonſtratio duplex ex Ariſt. et qualis vtraque 42. 2.

Denominatio huiuſm ſpeciei vnde fiat præcipue. 332. 2.

Deſcenſus animæ in corpus, inſinuatio, digreſſus à corpore quid ſint. 324. 2.

Deſcriptiones Dei variæ. 77. 2. alia per negationem. ibid. quæ per amotionem etiam dicuntur. ibid. Variæ Platonis de Deo, et ſuorum. 79. 1. Platonicorum deſcriptiones Dei. 81. 1. Academicorum Dei deſcriptiones, ſeu Circumlocutiones. 82. 1. Variorum de Deo deſcriptiones. 112. 2. et ſeq. Angeli ex Plat. et earum declaratio. 178. 2. et ſeq. Pulchritudinis. 256. 2. Dæmonis. 368. 1. et 2. et ſeq. et 395. 1. et ſeq.

Diſcrepantia inter Chriſtian. et Platon. circa definitionem et naturam, Angel. 194. 1. in eorundem diſpoſitione. 196. 1. Iamblici cum iiſdem circa ordinem mentium. 197. 1. in quibus diſſentiat Proclus circa eundem ord. ibid. in qua Platon. diſcrepent circa numerum Mentiū. 198. 1. tum circa earum functiones. ibid. diſcrepant Plat. non facientes differentiam inter Aeternitatem, et Aeuum. 200. 2.

Diſſentiunt circa motum Ang. ibid. et in miſſione, et in cuſtodia. pagina 201. colum 2. et in modo cuſtodiendi. ibidem.

Diſſimilitudo Dei gubernatoris, et aliorum gubernatorum. 66. 1.

Diuerſitas inter vnum, Bonum, Pulchrum eſt ſola ratione pag. 70. 1.

Diuiſio Scotiſtarum qua Myſterium Trinitatis totum explicatur. 52. 2.

Doctrina Platonica cum aliorum doct. comparata, eſt omni laude digniſſima. 33. 1. cum Theologorum ſacrorū dogmatibus comp. reprēſione, et correctione eget. ibid.

Dodecadium à Pl. vniuerſo comparatur. 26. 1. quomodo componatur. ibid.

Dogma Platonicum à Lactantio damnatum, et quod. pag. 36. col. 2.

Dogma

Dogma diuinum, Deus eſt Trinus, & vnus pag. 89. col. 1. adumbratum in veteri teſtamento, non expreſſum vt in nouo. ibid.

Dogma erroneum Pariſijs ex communicatum. 208. 1.

Dogmata Platonis ſi ſibi inuicem comparentur, in ijs non eſt error. 34. 1. *quom. ſint meliora quam aliorũ Philoſ. dogmata ibid. horum dogmata plures apud Hæreticos cauſauerunt errores. ibid.*

Dogmata ſeptem quibus eliciuntur definit. attributales. Dei. 76. 1.

Dominationes vnde dictæ; & earum officium. 152. 1.

Δόξα quid ſit apud Plat. 336. 2. & 337. 1.

Draco qui cum Michaele pugnauit. 373. 1.

Dualitas vt ſit, neceſſe eſt eſſe vnum ante duo 255. 1.

Dubitatio pulchra cur ſolus Deus primus optimus Maximus eſt omnipotens, non verò reliquæ perſonæ, cum reſponſione. 126. 2.

Duitas pro dualitate dicitur à Plotino. 101. 1.

Dulcinus frater damnatus, & eius hæreſis, & quare. 27. 2.

Dyas quid ſit. 89. 2.

E

ÆGidius Rom. Doctor celeberrimus. 26. 2.

Aenigma Magorum de Angelis. 175. 2.

Aequalitas quæ ſit in mũdo. 219. 2. *quòm. vocetur. ibid.*

Aequinoctium vernale, & autumnale. 216. 1. & 2.

Aeternitas mundi erronea. 210. 1. *ex ea abſurda ſequerentur, & quæ. ibid.* 1. & 2. *animarum à parte ante eſt difficilis ad determinandum.* 326. 2.

Aeternitatis definitio. 160. 1. *æternitas competit præcisè Deo.* 200. 1. *æternitatis & temporis differentia.* 215. 2.

Aeui variæ definitiones. 159. 2. *eſt medium inter æternitatem, & tempus.* 160. 1. *Aeui, Temporis, & æternitatis differentia ibid. Aeuum præcisè conuenit Angelis* 200. 1. *eius definitio ex Plat.* 244. 2. *Aeuum conſequitur Deum. ibid. eius à tempore differentia.* 245. 1.

Eccleſia omnia agit opere, corde, & ore in nomine SS. Trinit. 138. 1.

Effectus omnis naturaliter imitatur cauſam ſuam in quãtum poteſt. 133. 1. *effectus Dei ſunt creaturæ omnes. ibid. col.* 2.

Ego ſum qui ſum quom. interpretan. 41. 1. & 2.

Egreſſus animarum ex femore Iacob. quom. intelligen. pag. 276. *col.* 1.

Elementum vnumquodq; habet duas potent. ex Orpheo. 314. 2. & *quas. ibid. element. aereum in tria interſtitia diuiſum.* 381. 2.

Elementa quatuor, & quæ. 259. 2. *eorum harmonia. ibid. animata ex Plat.* 314. 1. *includunt in ſe ſexus vires, ibid.* 2. *vt ſint quatuor, quom. probetur* 393. 1. *quæ in ſingulis animantia habitent.* 393. 2. & *ſeq.*

Elementorum æqualitates. 222. 2. *eorum defectus.* 232. 2. *in eorum viribus optima proportio requiritur.* 261. 2. *eorum qualitates. ibid. eorum vires. ibid.* 2. *diſcordia in eorum actionibus. ibid. ſexus diſcretio in ijs. pag.* 314. *col.* 2.

Elementorum quod perfectius. 207. 1. *eorum ſeries. ibid.* 2. *elementa corp. ſimpl.* 208. 2.

Empedocles quid ſenſerit de Metempſycoſi. 30. 2. *eius verſus de eadem re. ibid.*

Empyreum Cœlum quare ſic dictum. 154. 1. *In principio Deus creauit cœlum .i. empyreum. ibid. Angelis poſtea repletum. ibid. non eſt mobile, ſed quietum.* 221. 2. & 222. 1. *Dei manſio, & Angel. ibid.*

Encomia varia à varijs in laudẽ Platonis prolata. 15. 2.

Ens & vnum identificantur. 48. 2. *Entium multitudo vnde incipiendũ.* 86. 1.

Entia media nuncupantur Anima Mundus, & Tempus. 323. 1. *entia media ex Ariſt. ibid. & quæ ibid. Intelligibilia non poſſunt dici genita & quare ibid. Sublunaria dicuntur genita ibid. ẽtia media declarũtur. ibid.*

Entium omnium primum eſt principium ingenitum 93. 1. & *quare, & quom. ibid. entia vera ſunt Ideæ.* 96. 2. *Ens primum quom. aliquid habeat.* 99. 1. *ens primum eſt immultiplicabile, & quom.* 107. 1. *In omni ente tria reperiuntur, & quæ.* 131. 2. *melius eſt multiplicari entia, quàm non, quõ. intelligatur.* 150. 2. *entia immaterialia reperiuntur, & quæ, & quid agunt.* 177. 1. *Entium ſex gradus, ex Apuleio.* 182. 2. *horum munia ex eod.* 184. 2. & *ſeq. Entia ab omni materia immunia quom. admittenda.* 164. 1. *entia omnia habent tria, & quæ.* 261. 1. *in omnibus entibus aliquis numerus ex Plat.* 299. 1. *entium natura multiplex.* 322. 2. *diſtinguuntur in q. gradus. ibid. ad tres reducuntur, & quom. ibid.*

Epicuri opinio de fælicit. hum. 432. 2.

Epicureorum error circa mundi creationem. 62. 1. & *circa Deum, quod ſit corpus.* 82. 2.

Epiphanius dãnat Platonẽ 21. 1. & *quibus de cauſis ibid.*

Eptachordum vnde ortum duxerit. 223. 1. & 260. 2.

Error eorum qui dicunt Deum non habere curam rerũ humanarum, & qua de cauſa ſic errent. 72. 2. *arguuntur iſti à Plat. ibid.* & *quo fundamento. ibid.*

Error Auicennæ circa quid ſit. 196. 1. *Auerrois circa animam.* 280. 1.

Error in cuſtodia quam nobis Aug: faciunt, & quom. intelligen. cuſtodia. 191. 1.

Error Epicuri & aliorum circa mundi conſtitutionẽ. 226. 2. *eorum qui dicunt materiam mundi eſſe ingenitam. pag.* 238. *col.* 2.

Error Origenis Adamãtij circa ſtatum animæ ante corporis informationem. 281. 2.

Error in doctrina Dæmonum ab Ariſt. proceſſit. 417. 1.

Eſſe verum eſt Dei ſuper ſubſtantialis diuinitas. 41. 2 & *quom. ibid. quis dicatur habere eſſe magis. ibid.*

Eſſẽtia diuina quare poſſit eſſe in pluribus ſuppoſitis. 51. 1. *quid ea ſit ibid. quot. perſonæ in ea. ibid.* 2. *quomodo producta ibid. non generat vt ſic, nec generatur.* 53. 1. & *quare. ibid. quom. vocari debeat.* 57. &

58

98.1. an aliis nominibus ſit vocabilis. ibid. Innominabilem faciunt Dionyſ. & Prouerb. ibid. Eſſentiæ primæ quom. ſint in Deo. 43.1. qualis eſſentia ponatur in vnit. & Trinit. perſonarum. 130.2. eſt quid abſolutum, non reſpectiuum. ibid. deſinit in diuina eſſentia. ibid. dicitur obiectum Theologicum a Scoto. ibid. eadem eſt ac natura & ſubſtantia diuina. ibid. in quo vtraq; differunt. ibid. eſſentia, natura & ſubſtantia trium diuinarum perſonarum declaratur. 131.1. eſſentia diuina nō eſt abſolutè cauſa intellectionis Angelicæ abſq; aliis. 189.2. principium productiuum. 2 ...

Eſſentia diuina dicitur pulchritudo Idealis. 320.1.

Eſſentia intermedia inter Deum, & ipſum Mundum, & quæ. 238.1.

Eſſentialia bifariam conſiderantur. 52.1. Intrinſeca trifariam. ibid. Extrinſeca bifariam idem, & quæ. ibid.

Ethnici ſapientes qui ratione arcana, & myſteria diuina, & cœleſtia intelligere potuerunt. 140.2. & 141.1.

Ex Euangelio deprauato multæ hæreſes ortæ ſunt. 34.2. Euangeliorum loca quomodo ſe habeant apud Hæreticos. ibid. Non Euangelij culpa, ſed malâ intelligentiâ ortæ ſunt hæreſes. 35.1.

Euclides Mathematicorum Anteſignanus. 260.2.

Euphorbus miles Troianus. 31.2. eius transmigratio. ibid. quomodo damnetur à Toſtato, & Abulenſe. ibid.

Euſebius Cæſarienſis in multis carpit Plat. 20.2. & quare. ibid.

Exemplar in quo ſunt Ideæ omnes, non poſſunt habere aliud exemplar ſibi Socium. 254.2. Exemplaris vni vnum exemplatum reſpondet. 255.1.

Exemplum Apis, & Araneæ. 38.1. vtriuſq; in labore differentia. ibid.

Exemplum intelligibile non eſt aliud, quam Mundus intelligibilis, & Idealis. 256.1.

Exiſtens, habens, & videns, qui ſint & dicantur. 104.2.

F

Facultates mouendi, & nutriendi vbi poſitæ. 342.1. & earum functiones. ibid.

Fœlicitas datur. 420.1. conſiſtit in actu nobiliſſimæ virtutis. 424.1. vnde dicitur. 429.2. quō. detur ex Plat. 430.2. & 431.1. & 2. vera non eſt in ſtatu præſenti, ſed in futuro. 431.2. an reponatur in aſſenſus ſuſpenſione. 432.1. non eſt virtus, neq; actio virtuti conſentanea. 433.2. in ſummi boni fruitione reperitur. 434.1. fœlicitas, & ſummum bonum idem ſunt. ibid. eſt Deus Opt. Max. ibid. eius definitiones ex Plat. 435.1. & 2. cum declarationibus. ibid. eſt appetibilis maximè, & quare. 436.1. quæ fœlicitas niſi in ſapientia inueniri poſſit. ibid. 2. & 437.2. non poteſt haberi abſq; ſapientia puriſſima voluptati admixta. ibid. & 438.1. tota fœlicitas quom. dicenda. 438.1. non eſt vera. ibid. vera in futura vita. ibid. & quare. ibid. eſt in mente, & voluntate. ibid. & quom. ibid. obiectiue in ſummo bono, formaliter in mente eſt. 439.2. quid ſignificet nomē fœlicitatis ex Plat. 441.1. & 2. quō variam, & vnde dicatur. ibid. poteſt haberi in hac vita ſuppoſitio ad veram ſalutē. 443.2.

Fœlicitas Cyrenaica, & Epicurea reijcitur. 444.2. & 445.1.

Falſitas Auerrois euertitur circa animæ Immortalitatem. 281.1.

Famulatus Regiæ Regis Regnum Dei. 285.1.

Ficinus quom. probet eſſe Angelos. 175.1. & 2.

Ficinus ſcripſit Vitam Platonis. 16.1. Platonicus, & Philoſophiæ Platonicæ reſtitutor, & potius illuſtrator. 82.2. eius de Deo deſcriptio. ibid.

Fides vbi generetur, & quom. 88.2. cognitionē Dei præcedit. 89.1. eſt de non apparentibus. 210.1.

Figmēta Poetica circa aīam in corpore exiſtentē. 330.1.

Figura Mathematica à Platone elementis adapta. 26.1.

Figura Dæmonum variabilis. 407.1. & quæ ſit. ibid.

Filius quare non generet individuum. 53.1. quomodo generetur. ibid. quom. ſi de Patris ſubſtantia. ibid. 2. quom. intelligen. DE. ibid. filius eſt neceſſe eſſe. 54.1. eſt neceſſaria eius productio. ibid. quā neceſſitate producitur. ibid. ead. productio eſt æterna. 54.1. Varia eius nomina. 93.2. eſt boni filius. ibid. quom. 94.1. Dux appellatur. ibid. 2. & quare. 95.1. quom. appellatur Rex & Dominus Entium. 99.2. varijs nominibus appellatur. 102.1. Imago Dei. ibid. vnde deriuetur. ibid. & 2. dicitur intellectus. 118.1. & 2. varia eius nomina. 120.2. filius ex Zoroaſtro dicatur. 123.1. & 2. In diuinis eſt increatus, & æternus vt Pater, & Spiritus Sanctus. 126.1. Filius Dei eſt ſapientia Patris increata. 153.2. dicitur Rex Saturnus 189.1. à Patre Cœlio Rege genitus. ibid.

Filius Dei homo vocatus à Mercurio. 252.1.

Finis boni quis ſit. 18.1. finis, & terminus quid ſit. 239.2. finis ſub ratione boni comprehenditur. 248.1.

Finis quid ſit. 439.2.

Finiti ad infinitum nulla eſt proportio. 112.2. & 189.2. & 429.1.

Firmamentum primum Cœlorum viſibiliū. 221.2. mco ſtaria imagines. ibid.

Flumen Ameleta. 330.1.

Fœtus in aluo materno aliam animam, habet quam maternam. 322.1.

Fontem qui dicit, dicit primum, & originem. 77.1.

Forma mundi propria. 228.1. & quæ. ibid. forma aliunde venit. 237.1.

Forma eſt præſtantior materia. 330.1.

Fortuna, fatum, Ars à Deo dependent. 66.2. his vtitur Deus tanquam inſtrumentis. ibid.

B. Franciſco vnus ex ordine Seraphinorū apparet. 168.1.

Fruitio vera non eſt ſine gaudio. 422.2.

Fundamentum Platonis circa Creaturam ad extra genitam reijcitur. 124.2. eiuſdem fundam. pro æternitate Mundi. 229.2. fundam. eius pro Mundi ortu temporali. 232.1. fundamentum ſolum, & principale noſtræ Relig. quod ſit. 348.2.

Fundamenta aſſerentia omnium animarum immortalitatem deſtruuntur. 316. & 317. 1. & 2. deſtruuntur aſſerentia animam hominis eſſe portionem animæ mundi. 320. 2. fundam. Ariſt. pro animæ Immortalitate, pag. 556. 1. & 2.
Futurum duobus & quibus modis conſideretur. 409. 2.
Futura ſunt in triplici differentia, & quæ. 376. 1. quæ pendeant a libero arbitrio diuino Angelico, & humano, ibid. 2. quæ poſſint fieri à Deo ſolo. ibid.

G

Gabriel Angelus. quom. alloquutus ſit Virginem. pag. 385. col. 2.
Gabrielis Prateoli de inconſt. Tertulliani teſtimon. 35. 2.
Galenus pulchritudinem hominis admiratur. 222. 2.
Gaudium, & fruitio eſt affectio concomitans felicitatem non ipſamet fœlicitas. 439. 2.
Generabile ſua natura eſt genitum, licet non generetur. pag. 322. 2.
Generare ſupponit materiam. 209. 2.
Generatio in diuinis non ponitur ſub ratione mutationis, ut creaturarum, ſed perfectionis. 54. 1. generatio animæ myſtica. 324. 2.
Generantis ad genitum eſt naturalis amicitia. 233. 1.
Genitum tripliciter dicitur ex Plat. 242. 2. quatuor modis conſideratur ex Proclo. 322. 2. quibus entibus tribuatur. 323. 1.
Genitura mundi realis, & temporaria. 242. 2. genitura rerum in quadruplici differentia, & quæ. 243. 1.
Geometriam Plato didicit ab Aegyptijs. 20. 1.
Georgij veneti error. 365. 1.
Gloria ex Trimegiſto eſt cauſa finalis mūdi. 246. 2. coincidit cum Bonitate ex Plat. ibid.
Gradus animarum varij. 312. 2. & 313. 1. & 321. 1. entium quatuor. 322. 2. ad tres reducuntur. ibid. rerum quatuor in uniuerſo accidentium ſenſibiliū. 340. 2. gradus per quos anima accedit, & recedit ad Deum. 440. 1. tres gradus pulchritud. per quos anima eleuatur ad Deum, ibid. 2. reſpondent tribus Planetis. pag. 441. col. 1.
Gratia perficit naturam. 277. 1.
Grauibus cēdere deorſū naturale, leuibus ſurſum. 427. 1.
Græci quibus de cauſis, & Barbari Deos ſupplices exorent. 71. 1.
Græcorum error in proceſſione Spiritus Sancti. 55. 1.
S. Greg. Nazianzenus reprehendit Plat. & quare. 21. 2. damnat eius ſimilitudinem. ibid. deſtruit Platonicam Ciuitatem. ibid.
S. Greg. Nyſſenus S. Baſilij Magni frater. Plat. damnat, & quare. 22. 2. Ex gubernationis, & regiminis ratione Deum eſſe conſtat. 66. 2.

H

Habitatio animæ in vehiculis diuerſa. 329. 1.
Harmonia in Cœlis. 219. 2. & 298. 1. declaratur harmonia. ibid. 2. eſt duplex ſenſibilis, & intelligibilis. ibid. in quo conſiſtat harmonia cœlorum. ibid. in planetis, eſt & harmonia. 259. 1. declaratur. ibid. 2. harmonia in quatuor anni horis. ibid. & 2. harmonia in elementis, ibid. declaratur. 260. 2. eſt nomen græcum, & quid ſignificet. ibid. quom. fiat in elementis. ibid. harmonia mundana eſt intelligibilis, & quo. 300. 2. Muſicorum verò ſenſibilis. ibid. in anima eſt uniuerſi eſt ex Plat. 303. 2. & quæ. ibid. harmonia ſenſibilis. quom. fiat. 304. 2. harmonia in medijs entibus. 324. 1. quibus conſtet harmonia. 325. 2.
Harpocratio Platonicus ſecutus eſt ſententiam Numenij de Trinit. 105. 1. eius præceptor Atticus Philoſ. Platonicus. ibid. cognouit Trinitat. tres ſubſtantias. ibid.
Hæreſes Plotini, & unde eam deſumpſit. 34. 2. Marcionis, & unde deſumpſit. ibid. Sabellij, & unde. ibid. Arrij, & unde. ibid. & aliorum, & unde ſumpſerunt. ibid. 35. 1. Tertulliani. ead. 2. Montani. ibid. Mellenariorum. 35. 1. Cataphrigarum. ibid. Photeliſtarum, & Samoſatenorum. 142. 2. Arnaldiſtarum, & Petri Abælardi, & quæ & unde fluxit. 202. 2. Seleucianorum, Eutheſeliſtarum, Maſſalianorum, & Menandrianorum. 203. 1. Manuchæorum. 27… & ſeq. Angelicorum, Archonticorum, Carpocratianorum, Saturninorum, Seleucianorum, Stoicorum, Hermiæ. 272. 1. Henthuſiaſtarum, Seleucianorum, Meſſalianorum, Melandrianorum, Appellitarum. 360. 1. Gnoſticorum, Manichæorum, Apocharitarum, Braciarum, Manetis, Baſilidis, Valentini, Nicolai. ibid. 2. Priſcillianiſtarum, flagellantium. 362. Ioannis Huicleff Angli. ibid. 2. Baraliſtarum. pag. & ſeq. Tertullianiſtarum, Archonticorum, Euthaſiaſtarum, Seleucianorum. 363. 1. Valentinianorum, 364. 1. Bainlenſium, Concordenſium, Albigenſium. 366. 1. Antedemonicorum, Georgianorum, Dauidicorum, Andreanorum, & Oſeandri. 417. 1.
Hæreſes Libertinorum. 418. 1. Dæmoniacorum. ibid. Begardorum. 445. 2.
Hæretici quomodo, & quare mali filij ex Auguſt. 34. 2. quid de his ſenſerit Hilarius. ibid. Hæretici negantes Trinitatem, & Vnitatem qui præcipue. 158. 2.
Helias, & Heliſæi admiranda opera virtute Dei facta. pag. 43. col. 2.
Heloym in plurali numero. 137. 2.
Hermias Philoſophus Platonicus. 106. 2.
Hierarchia quid dicatur. 151. 2. quæ ſit propria. ibid. in ſuperiorem, mediam, & inferiorem. ibid. prima continet Cherubim, Seraphin, & Thronos. ibid. Secunda Dominationes, Virtutes, & Poteſtates. 152. 1. Tertia Principatus, Archangeli, Angeli. ibid. 2. quid neſciat hæc Hierarchia. ibid. Actus, & operationes eorum. 163. 2. ſuprema dicitur Thearchia, vel Diuina. pag. 164. 1.
Hieronis ſententia de Deo. 46. 2. eius exemplum. 88. 1.
Hieronymi S. de Platone teſtimonium. 15. 2. Idem Platonem Hultum vocat, & quare. 23. 2. putat Philoſophos

ſophos

ſophos eſſe omnium errorum fontem. pag. 24. col. 1.

Hiſtoria Heri Pamphylii Armeni. 341. 1.

Homerum Plato cum cæteris Poetis à Rep. expellit. 22. 1. eius deſcriptio Dei. 81. 1.

Homo paruus mundus ſeu Microcoſmos. 105. 2. omnium creaturarum poſtrema. 211. 2. omnium habitator, & dominator. ibid. longè cæteris creaturis præſtantior. ibi. fuit prima creatura in intentione, ſed ultima in executione. 212. 1. creatus ad ſimilitudinem Dei. 211. 2. & 212. 2. Inter omnia creata nobiliſſim. homo. ibid. poſtremus in creatione, & quare. ibidem. ex limo creatus. ibid. 2. vbi collocatus poſt creationem. ibid. In paradiſo voluptatis à Serpente decipitur. 213. 1. propter quem creatus. ibid. & 215. 1. quare ad Beatitud. ordinatus. ibid. Sexto die factus. ibid. 2. eſt finis mundanæ creationis. 215. 1. Ad quid & ad quem finem factus. ibid. poſtremus omniũ rerum finis. 217. 2. Homo paruus mundus, & quare ſic dictus. 223. 2. Homo eſt pars mundi. 225. 2. quom. formatus ex Plat. 235. 1. quo ingenioſior, eo magis animatus. 273. 1. per ſua phantaſmata non ſit intelligens. 280. 2. Animalium omnium nobiliſſimũ. 308. 2. in homine nõ ſunt tres animæ. 352. 2. portio terræ leuiſſima. 364. 1. Homo ut talis conſtat ex anima ut forma, & corpore ut materia. 365. 2. peccauit alio ſuadente. 372. 1. Homo dictus φιλόσοφος. 390. 1. eſt ad Beatitud. ordinatus. 419. 1. ſolus homo errat circa ſuum finem. ibid. eius appetitus fruſtratur, & quom. 427. 2. eius damnationis quæ ſit cauſa. 428. 1. illi innata eſt cognitio beatitud. 430. 1. Homo in labore poſitus debet expectare ſui laboris praemium. 431. 2.

Hominis duplex eſt ſtatus. 27. 1. & qualis ſit. ibid. eiuſd. nobilitas. 132. 1. eſt microcoſmos. ibid. eius perfectio, eſt anima. ibid. & quare. ibid.

Hominis habitatio. 211. 2. & 212. 2. in eius genitura tria conſideranda & quæ. 384. 2.

Hominis ſtatus ante & poſt peccatum. 213. 1. eius Liberator ac Saluator. ibid. eiuſd. admirabilis compoſitio & pulchritudo. 222. 2. item eiuſd. ſtatus. 234. 1. & 2. & 235. 1.

Hominis prima formatio ex Plat. 235. 2. eius capita non decet eſſe plura, & quare. 254. 1.

Homines natura compotes beatitud. 433. 1.

Homines tanquam partes mundi nobiles à Deo reguntur. 66. 2. Homines rerum incorruptibilium & diuinarum ſpectatores. 71. 1. quando cœperint Deum adorare. ibi. 2. apud eos diuinus cultus eſt, ſicut victus, veſtitus, & ſermo. 72. 1. quid apud eos naturale, quid non. ibid. Vniuerſi partes ſunt. 73. 2. de re maxima humiliter non audacter eloqui decet. 79. 1. quid deceat eos facere, vt cognitionem de Deo habeant. 105. 1. Homo componitur ex partibus Heterogeneis. 155. 2. ex genere, & differentia. ibid. Homo & Angelus ad eundem finem à Creatore diſpoſiti. 159. 2. dantur ei duo Angeli, bonus ad cuſtodiam, malus ad exercitiũ, & à quibus. 166. 2. homines diriguntur ab Angelis. 167. 2. ſoli homines ex cunctis animantibus diuinæ ſortis participes. 172. 2. Hominum quiſquis habet cuſtodem proprium Angelum. 190. 2. & 191. 1. Homines quaſi ioculatia Deorum. 263. 1. diuerſis affectibus premuntur. 280. 1. Molles carne, mẽte apti ſunt. 287. 1. homines geniti in tempore. 322. 1. ſub una ſpecie omnes continentur. 460. 1. omnes appetunt naturaliter finem ſuum .i. beatitud. 427. 1. falluntur circa cognitionem obiecti beatificantis, & quom. ibid.

Honor non eſt hominis felicitas, nec ſummum bonum. 433. 1. in quo ſit Honor. ibid.

Horæ anni quatuor & quæ. 259. earum officiũ. ibid. harmoniam faciunt. ibid.

Hypoſtaſis perſonam, non ſubſtantiam ſignificat. 100. 2. An tres hypoſtaſes Plat. ſint una eſſentia. 122. 1. Hypoſtaſis & Vſia quid. 125. 2.

I

Iacobi Apoſt. de Deo Teſtim. 44. 2.

Iacobus Mazzonius Ceſennas quom. tractauit doctrinam Plat. 37. 2.

Iamblicus Platonis aſſecla. 14. 2. circa diuinam naturam cõſentit cum Porphyrio. 104. 1. diuinus dicitur. 105. 2. non eſt diſcors cum Plat. in poſitione trium ſubſtantiarum. 121. 2.

Iamblicus in quo cum Theologis conueniat, in quo diſſentiat cum Porphyrio. 121. 2.

Ianellus putat duplicem ſtatuam à Plat. Remp. 28. 1. qualis vtraq; ſit. ibid. & quomodo. ibid. & 2.

Icoſahedra fig. cui elem. à Plat. accomodetur, & quare. 26. 1.

Idea dicitur exemplar. 97. 1. eius varia nomina, & quom. adaptentur illi. ibid. Idea Boni regnat in mundo intelligibili. 97. 2. ſenſus Theologicus de Ideis. ibid. quom. ſe habeant in mente diuina. ibid. Ideæ quom. ſe habeant in perſonis diuinis. 127. 1. & 2. Ideas eſſentias ſtabiles in mundo Archetypo, & Ideali eſſe putant. 201. 1. cauſa omniũ arte factorum. 241. 2. Idea boni quid ſit. 434. 2.

Idea quid ſit ex Auguſtino. 45. 2. eſt nomen græcum, & quid ſonet. ibid. quid ſit ſecũdum Scotum. ibid. res productæ à Deo poſſunt Ideata appellari. ibid. quom. ſint in Deo. 96. 1. quid ſit ex Alex. Ales, & vnde dicatur. ibid. Ethymagium, & Paradigma dicitur, & ars, & à quib. ibid. & ratio. ibid. exemplar. ibid. quomo. diſtinguatur à D. Thoma. ibid. Ideæ Boniformes, & pulchriformes. 80. 2. Ideæ ante Plat. multæ. 96. 2. à quibus facta de iis mentio. ibid. à quibus cognitæ. 97. 1. Tinga dicuntur, & à quo. ibid. quid ſit. 97. 1.

Idearum illapſus vſq; ad ſenſum. 338. 2.

Ideale bonum quod, & an datur. 434. 2. an in eo ſit hominis felicitas. 434. 2.

Ignis fig. Pyramidali à Plat. comparatur. 26. 1.

Ignis inferni incorporeus. 296. 2. agit in corporeum, quare & quom. ibid.

Illuminatio Angelica ſit quatuor modis. pag. 164. col. 2. quid ſit Illuminatio iſta ex Scoto & quom. fiat. ibid. & ſeq.

Imago Dei vt aliquis dicatur quid requiratur. 149. 1.

Imago Dei anima rationalis cauſa formalis. 277. 1.

Immortale eſt, quod ſemper mouetur. 307. 2.

Imperfectum quid ſit. 41. 1.

Imperfectum quod eſt, eſt impurum. 75. 1.

Imperfectũ non poteſt dici perfecta rei principiũ. 255. 1.

Impium aſſerere animas brutorum eſſe immortales in noſtra Relig. 348. 1.

Impotentia nulla cadit in perfectiſſimum. 240. 1. nulla in Deum cadit. 246. 1.

Impreſſiones igneæ quæ. 208. 2. aereæ quæ. ibid. aqueæ quæ. 209. 1.

Incantationes rectas, & ſanas didicit Plato à Thracibus pag. 20. col. 1.

Incarnatio Chriſti quom. conferat ad Pulchritudinem Mundi. 220. & ſeq. 1.

Inconuenientia ſi Dij plures eſſent. 89. 2.

Inconuenientia quæ ſequerentur, niſi Deus produxiſſet materiam. 240. 1. ſi mundus genitus eſſet poſt tempus. 244. 1. aut alio modo. ibid. Si eſſet anima vna intellectiua in omnibus hominibus. 280. 1. & ſeq. ſi anima eſſet creata à mundi principio. 282. 1. ſi omnes animæ eſſent immortales. 316. 2.

Inconuenientia ſi anima noſtra eſſet portio animæ mundi. 320. 2. ſi eſſet mortalis. 358. 1. Si non daretur fœlicitas. 431. 1.

Incorporei qui ſiat. 363. 1.

Indigentia duplex, & quæ. 429. 1.

Indiuidua ſpecierum corrumpuntur in mundo. 230. 2.

Infinitas quid ſit. 239. 2.

Influxus comes luminis, & caloris. 262. 2.

Informatio corporis ab anima quom. fiat. 93. 2. qualis competat immortali, & diuinæ ſubſtantiæ. ibid.

Iniuſtus quis ſit. 72. 2. iniuſti puniuntur ad tempus. 74. 1.

In principio Deus creauit cœlũ & terram. 210. 2. & 211. 1. quom. intelligend. ibid. & 217. 1.

Inquiſitionis SS. Tribunal quare erectum ſit. 39. 2.

Inſtanti illo quo factus eſt mundus, illo factum eſt mobile, motus, vt tempus. 244. 1.

Inſtinctus duplex & quis. 429. 2.

Intellectio Angelica quæ ſit. 189. 2.

Intellectionem eandem eſſe cum ſua eſſentia, eſt Dei proprium. 163. 1.

Intellectus nullus creatus poteſt in hac via naturali indagine Deum diſtinctè concipere. 41. 2. Beatorum concipit, ſed ex gratia. ibid.

Intellectus noſter eſt inter ſubſt. intelligibiles, & res purè corporeas. 295. 1.

Intellectus octo modis conſideratur. 289. 1. diuiſio iſta eſt modalis, & quare. ibid. eſt animæ potentia. ibid. 1. quom. intell. & voluntas differant, & connectantur inter ſe. 291. 2. eſt vnus agens, & vnus poſſibilis, vterq; cũ quadruplici functione, & quæ ſint. 292. 1. diuiditur in portionem ſuperiorem, & inferiorem ab Auguſt. ibid. Intel. agentis vera proprietas. 293. 1. abſtrahit ſpecies à rebus, & quom. ibid. cognoſcit materialia, & corporalia, & quom. ibid. 2. quom. dicatur Deum ſeu diuinam intelligere eſſentiam. 294. 1. Intellectus primarius. 1. intelligentia non errans. 315. 1. quid ſit ex Plat. 338. 1. quid cognoſcat. ibid. nobiliſſima omnium potentia. ibid. eius præcipua functio quæ. ibid. eſt Rex ibid. 2. & quare. ibid. habet in ſe Ideas rerum. ibid. quom. ſe habet in cognoſcendo. ibid. ex Plat. non eſt multiplicatus. ibid. quom. agat ſint ſēſu & Phãtaſia ex Plat. ibi. quare rex dictus. 332. 2.

Intellectus luminis portitor. 423. 2. explorator voluntatis. 424. 1.

Intellectiua potentia dupliciter conſideratur, & quom. 334. 2.

Intellectiua potentia pro ſtatu præſenti non inuenit ſyncerum, & verum obiectum. 420. 1.

Intelligentem neceſſe eſt phantaſmata ſpeculari. 339.

Intelligentiæ non corrumpuntur, quia carent materia. 157. 2.

Intelligibile magis ſua natura multiplicabile, quam corporeum genus. 177. 2. & quare. ibid.

Intelligibilia quæ ſint. 85. 2.

Intentio Authoris. 37. 1.

Intentio Dei in creando animam. 270. 2.

Interpretationes variorum auth. circa Mundi æternitatem. & creationem. 230. 2. an in tempore fuerit, vel non. 242. 2.

Interitus hominum, & iumentorum quomodo intellig. 279. 2.

Inuentio Triplex Opinatiua, Scientifica, intellectualis. 74. 2. prima difficile eſt inuenire Deum eſſe Patrem, & factorem. ibid. & 75. 1. Quare. ibid. Secunda quoq; eſt difficile. ibid. & quare. ibid. quid neceſſarium ſit in hac cognitione. ibid. tertia difficillimum, & quare. ibid. & quid requiritur ad hanc. ibid. 2. Inuentio ſummi boni triplex. 437. 1.

Inuidia nulla cadit in ſummum bonum. 240. 1.

Inuidia ſuperbiæ proles. 373. 1.

Inuiſa poſſumus diligere, incognita nequaquam. 428. 2. quom. intellig. 430. 1.

Ioannes Bapt. Propheta rerum exiſtentium. 16. 2.

S. Ioannes Chriſoſtomus acriter carpit Plat. & quibus de cauſis. 21. 1.

S. Ioannes Damaſc. carpit Plat. & in quibus. 21. 2. quo arg. vtatur ad probau. eſſe Deum. 40. 2.

Ioannes Picus Mirandulanus laudatur. 87. 2.

Ioannes Gerſon Cancellarius Pariſienſis. 206. 1.

Ioannis Euang. teſtim. de Deo. 44. 2.

Iraſcibilis potentiæ officium. 335. 1. Iraſcibilis & concupiſcibilis inter irrationales potentias numerantur. 336. 1. eius motus. 348. 2.

Ireneus inter Latinos Patres Hæreticorum propulſator. pag. 19. col. 1. eius teſtimon. de Platone. ibid.
Diodorus accuſat Platonem, & quare. 23. 2.
Iudaicus populus rudis & ad Idolatriam pronus. 49. 1. quomodo debuit doceri unitatem Dei. ibid.
Iudices animarum qui. 335. 1.
Iudicium Iulij Firmici, Policratis, & Ficini Aſtrologorum nobiliſſimorum circa Natiuitatem Platonis. 13. 2. & 14. 1.
Iudicium animarum. 344. 2.
Iunij Bruti tempore Rom. Reſp. fælix, & quare. 28. 1.
Iupiter Deus Deorum quid fecerit. 72. 1. quaſi Iuuans Pater. 85. 1. Iouis natura. i. Patris natura. 98. 2.
Ius naturale eſt commune omnium nationum. 27. 1. & quare. ibid.
Iuſtinus Chriſti martyr, ac Theol. 16. 2. eiuſd. teſtimon. de Plat. diuinitate. ibid.
S. Iuſtinus Phil. & Martyr accuſat Plat. & ex quot capitibus. 22. 1.
Iuſtitia excellentiſſimum bonum. 73. 2. quando & quom. iuſtis vires mala. ibid. qualis ſit virtus. 311. 2.
Iuſtus & iuſtitiæ cupidus Deo perſimilis. 73. 2. quom. ibid.
Iuſt. Lypſius citatus. 38. 1.

L

L*Acedæmoniorum ſtatus quare debilitatus. 28. 1.*
Lactantij teſtimon. de Platone. 17. 1. Lactantius Arnobij Diſcipulus. ibid. Platonem accuſat, & quare. 20. 2.
Laudem quis mereatur maiorem, an is qui componit volumen ſuo marte, an ille qui refectum ſapientum ſententiis perficit. 38. 1.
Laurentij Vallæ Encomium. 362. 2.
Lazari reſurrectio à Chriſto teſtim. immortalitatis animæ. 279. 2.
Leges veras, & de Deo opt. multa ab Hebræis Plato didicit. 20. 1.
Legio quæque Ang. quot contineat Angelos. 153. 1.
Legio dæmonum expulſa à corpore humano. 380. 2.
Legiones Angelorum quot. 371. 1. quot vnaquæq; legio contineat Angelos. ibid.
Leuſippi, Epicuri, & Democriti error in aſſignãda cauſa creat. mundi. 237. 1. & aliorum antiquorum. ibid. 2.
Lex Adraſtiæ quæ. 329. 2.
Libertas arbitrij in anima corpori vnita. 296. 1.
Libertas voluntatis ſuorum actuum domina. 387. 1.
Liberum arbitrium triplex, Diuinum, humanum, Angelicum. 374. 2. quom. ſe habeant. ibid.
Lingua Angeli quæ. 165. 1.
Locabile quom. ſit in loco. 160. 1. quid ſit eſſe in loco circumſcriptiuè, & quæ ſint in eo. ibid. quid definitiuè, & quæ in eo, quid præſentialiter, & quis poſſit eſſe. ibid. & 2.
Loci tres Plat. indicantes animam eſſe portionem animæ mundi. 319. 2.
Λόγος Verbum, & rationem ſignificat. 94. 2.
Λόγος διάνοια, ſermo eſt potentia ſupra opinionem. 337. 2. in duo menebra diuiditur & quæ. ibid. λόγος. i. ratio eſt in triplici differentia. ibid. Opinatiuus quid ſit. ibid. ſcientificus quid. ibid. & intellectualis. ibid. intellectuali mediante acquiritur ſcientia. ibid.
Loquutio Angeli quæ. 165. 1. & quom. fiat. ibid. non eſt propriè locutio, ſed per Metaphoram. ibid. quæ ſit locutio Ang. 191. 1.
Loquutio naturalis quom. fiat, & quid ad eam requiratur. 385. 2.
Lucifer dæmonum primus. 368. 1. cur ſic dictus. ibid. & 387. 2. quare multitudinem traxit cadẽs. 371. 1. quare deiectus. ibid. cecidit primo die creationis. ibid. 2. grauiſſimum fuit eius peccatum. 372. 1. & quare. ibid. Impænitens poſt caſum factus. ibid. irremiſſibile eius peccatum & quare. ibid. peccauit nullo ſuadente. ibid. Angelor. primus peccauit. ibid. 2. præ omnibus ſuperbiuit. 273. caput ſeptem principum militiæ infernalis. ibid. 2. Dæmonarda anteſignanus. 414. 2.
Lullij Remondi error. 142. 2.
Lumen Dei rerum omnium effectiuum. 189. 2.
Lumen Veritatis felicitatis eſt medium. 438. 2.
Lux non eſt color, neque calor, ſed principium caloris, & coloris. 82. 1. quæ ſit pura lux. 188. 1.
Lux in creatione mundi creata quomodo interpretanda. 146. 2. Lux diuina non poteſt videri intuitiuè, & quare. 162. 2.
Lux præclariſs. & puriſſima omnium forma quæ. 189. 2. lux ante omnia creata quæ ſit. 105. 1.
Lux ex quo dicatur Angelica natura. 212. 1.
Luxuria Luciferi. 371. 2.

M

M*Agorum teſtim. de Dæmonib. 394. 2.*
Malus quis. 193. 1.
Malum eſt oppoſitum ipſi bono. 247. 2. nullum malum reperitur in animorum eſſentijs, potentijs, & actionibus. 248. 2. malum in anima eſt aſymmetria. ibi. & in corpore. p. ſeq. malum in materia eſſentia nullum. ib. malum poteſt eſſe bonum reſpectu diuerſorum. ibid. 250. 2. quid ſit malum. ibid.
Mala quæ dicantur. 214. 1. & quotuplicia. ibid. & quãdo orta. ibid. 2. mala ſunt in mũdo. 247. 2. & quæ, p. ſeq.
Mala corporis vnde oriantur, & quom. bona videantur. 250. 1. mala animæ quomodo poſſint cenſeri bona. ibid.
Mala quæ putanda ſunt. 103. 1.
Marcion Hæreticus. 34. 2.
Maſticatio & digeſtio vbi nõ fit, ibi nõ fit augmẽt. 384. 2.
Materia non poteſt eſſe cauſa diſtinguẽdi formam. 154. 2. & quare. ibid. In materia particularia, in mẽte ſiũt Vniuerſalia. 177. 2.
Materia prima imperfecta, & eius motus imperfectus. 217. 1. a quo ortum duxit. 239. 2. debiliſſimum ens, & informe. ibid. à Deo creata eſt, ideo nec ei coæterna. 14. 2.

Materia prima eſt veluti chaos & chimæra, eſt non ens, eſt propè nihil. pag. 242. col. 1. eſt verè non ens. 322. 2.
Medici hallucinantur ponentes animam in ſanguine, & quare. 329. 1.
Medici quom. vitam aut mortem prædicant. 375. 2.
Medium quod ſit inter ſubſtantiam & accidens, 291. 1.
Mellenarij hæretici à Græcis dicti Chiliaſtæ. 36. 1. & eorum Hæreſis. ibid.
Memoria quid. 289. 1. quom. vocetur. ibid. differt à reminiſcentia & quom. ibid. 2. animæ potentia. ibid. 1.
Memoria à ſenſu dicitur naſci. 334. 1. theſaurus Idearum & ſpecierum. 353. 1.
Mens authoris. 28. 2. & 33. 1.
Mens quæ ſit ex Plat. 95. 2. Mens Dei filia dicitur intellectus, Rex cæli & terræ. ibid. & quom. ib. dicitur ſapientia Patris. ibid. & ſeq. Mens et iuſtum ſunt idem, & quom. 96. 1. Domina ſuapte natura. ibid. Varia nomina huius mentis. ibid. 2. Prima Mens imparticipata quom. aliquid habeat. 99. 1. eſt immobilis circulus à centro pendēs, in quo omnia ſunt. ibid. 2. mentes duodecim participatæ ab imparticipata originem trahunt, & quæ, & quom. vocentur. 183. 1. variæ earum mentium functiones. 184. 1. & 2. mentium abſtractarum origo. 185. 1. origo participatarum. ibid. 2. Mentes Angelicæ abiunctæ ſunt ſemper à Vehiculis. 190. 1.
Mens et eius functio. 335. 1.
Menſura & ſpecies eſt proprium materialium corporum 84. 1.
Mentis motus eſt excitatiuus. 301. 1.
Mentes plures poſt primam ſunt, & quomodo ſe habent. 176. 1.
Mercurius Termax. creditur author Metempſycoſeos. 29. 2. Aegyptiorum Sacerdotum & doctorū Alpha. ibid. eius verba circa Metempſycoſim. ibid. quid de animis poſt mortē cenſuerit. ibid. & 30. 1. quom. adumbrauerit myſterium Trinitatis. 90. 2. quom. differat à Zoroaſtro circa hoc. ibid. multa ſcripſit diuino ſpiritu correptus. 91. 2. Angelos poſuit. 180. 2. Vbi Chriſtum Dominum vaticinetur. 252. 1.
Metempſycoſim Platonis damnat Euſebius Cæſarien. 20. 2. D. Ioan. Chriſoſt. 21. 1. Epiphan. ibid. Origenes. ibid. D. Greg. Nazianz. ibid. 2. D. Iuſtinus Martyr. 22. 1. D. Io. Damaſcenus. 21. 2. Theodoretus. 22. 2. ab Auguſtino. 23. 1. à D. Iſidoro. 23. 2. à Toſtato. 25. 1. de hac philoſophatus eſt Plato modo Pytagorico. ibid. 2. quomodo intellecta fuerit à Plat. non conſtat ſatis. 30. 1. quomodo interpretentur eam aliqui Philoſophi. ibid. Quid de ea ſenſerit Plotinus. ibid. quid Empedocles. ibid. 2. quid Plutarchus. ibid. Quid Olympiodorus. ibid. Quomodo eam interpretentur Porphyrius, & Iamblicus. 31. 1. De ea Cabaliſtarum ſententiæ. ibid. quomodo eam exponāt Syrianus Magnus, & Proculus Diadochus. ibid. Quid cenſeant Neoterici. ibid. 2. Authoris ſententia. ibid. duplex metempſycoſis, interna & externa. ibid. de qua Zoroaſter & Porphyrius ſint loquuti. ibid. quomodo intelligenda Euphorbi tranſmigratio. ibid. Quæ de metempſycoſi amplexenda ſit ſententia 321. 1. quæ explodenda. ibid. excuſatio de hac Timæi Locri. ibid. Quare, & quomodo hanc damnent Patres & Theologi. ibid. quomodo non ſit conſona Platonicæ pietati. ibid. 2. Repugnantia Platonis in hac metempſycoſi. ibid. quomodo & quare à Patribus tam Græcis, quam Latinis damnetur. ibid. hanc protulit & finxit Plato potius Poeticè, quam Philoſophicè. ibid. an ſit cauſa immortalitatis animarum. 316. 1. & 2. quom. intelligenda. 318. 2. & ſeq. conſiderari poteſt extrinſecè, et intrinſecè. 319. 1. quæ ſit bona & quom. intelligenda. 254. 1. & 2. ſectatores huius tranſmigrationis. 366. 1. qui eam refutarint. ibid.
Microcoſmus quis. 208. 1. habet ſuam perfectionē .i. animam rationalem. ibid.
Miraculum quid ſit. 378. 2. & 379. 1. Dei & Dæmonis in tribus differunt, & quæ ſint illa. ibid. miracula Chriſti fuere vera miracula, & quare. ibid. 2.
Miſſio duplex Angelorum, & quæ. 167. 2. & quinam Angeli mittuntur prima. & qui ſecunda. ibid.
Mixtionis principia quæ ſint. 86. 1.
Mixta quom. mouentur. 208. 2. alia perfecta, alia imperfecta, ibid. Perfecta quæ. ibid. imperfecta. ibid. creata fuerunt ex nihilo. 209. 1.
Mobilis paſſio, eſt motus, & tempus eius menſura. 217. 1.
Modus poſſidendi bona triplex. 27. 1. & qualis ibid.
Modus quo vſus eſt Deus in mundo creando. 252. 2.
Modus operandi, ſequitur modū eſſendi. 307. 1. & 311. 1.
Modus triplex functionum animæ in corpore. 383. 1.
Monas quid ſit. 89. 2. Monas monadē gignit, & in ſe ſui reflectit amorem. 90. 2. & 132. 2. quod protenta monas generet Dyadem, quom. intelligatur. 117. 1. de quo dicatur. 122. 1.
Montanus Impoſtor Hæreticus. 35. 2. & eius hæreſis. ib.
Mors & reuiuiſcentia ſunt contraria. 306. 2. Mors quid. 308. 1. non competit vitæ, & quare. 310. 2. oppoſitum vitæ ibid.
Moſes Theologus, & Propheta, & ſacrarum legum Interpres. 16. 1. Moſes alpha ſapientum, ſummus Theologus. ibid. 2. & 137. 2. Doctoratus à Deo in Monte Syna. ibid.
Motor primus quis ſit. 40. 1. quomodo probetur eſſe primus motor. ibid. Motus multiplex. 161. 2.
Motus duplex Realis & Metaphoricus. 300. 2. & vtriuſque ſubdiuiſiones. ibid. & ſeq. duplex motus animæ. 300. 1. motus animarius multiplex. ibid. motus mentis eſt excitatiuus. ibid. animarius quis ſit. 305. 1. motus animæ ſpectat actiones immanentes. ibid.
Motuum ſpecies decem & quæ. 310. omnium quis efficaciſſimus, & rubuſtis. ibid.
Mulierum communitas Platonis damnatur à Lactantio. 20. 2. ab Euſebio Cæſar. ibid. à Io. Chriſoſt. 21. 1. ab Epiphanio. ibid. à Io. Damaſc. ibid. 2. defenditur, à Clem. Alex. 26. 2. & quomodo. ibid. à Iacobo Maz-

zonio.ibid.ab Aegidio R. Doct.ibid.& quomodo.ibid. ab Henrico Gandauenſe. 27.1. & quomodo. ibid. non reiicitur à Beſſarione. ibid. 2.& quare. ibid.quomodo ab aliquibus defendatur,& quare.ibid.quomodo intelligatur ab aliquib.ibid.ab alijs vera tenetur,& realis, ſed falsò.ibid. ab Eccleſia damnatur vt haretica. ibid. ab alijs probatur, & quare ibid.& 28. 1. reſpuitur à Philoſophis, & quare. ibid.probatur ab alijs inductione Papulorum. 28. 1. admittitur vt Idealis, non vt realis. ibid. Inter errores Plat.hic communitas maximus reputatur. ibid. 2. Vnde,& à quo orta ſit. 29.2. (Hanc communionem prapulſare ſacri, & prophani ſapientes pari modo tauati ſunt) 32.1.

Mundus Archetypus à Plat. Idealis dictus. 21.2. Mundi anima quid ſit 24.1. & 2.

Mundus idealis quis. 95.2.& 97.1.natura ipſius Mundi 97.2.dicitur etiam intelligibilis.ibid.quare.98.1. quib. de cauſis ibid. Mundus ſenſibilis & corporeus quis.ibid. Differentia inter entia mundi ſenſibilis, & intelligibilis. ibid. Mundi tres ex Plat. Animalis,natura Vniuerſalis, & materialis.ibid. Idealis. 101.2.

Mundus lyra Dei dicitur fidibus temperata ſonantibus. 204. 1. Ens vniuerſum, & Vniuerſum perfectum. 206.2.

Mundus mole finitus debet eſſe finita virtutis. 232. 1.

Mundus variè dicitur. 204.1.Triplex eſt. ibid. Archetypus, ſeu Exemplaris, ſiue Idealis quis ſit. ibid.admirabilis, aeternus eſt. ibid. 2. Angelicus quis ſit. ibid. Materialis quis, ſeu ſenſibilis. 205. 1. ſenſibilis, quia ſenſibus percipitur. ibid. eius diuiſia in 4. partes & qua ſint. ibid. dicitur Macrocoſmas. ibid. 2. Quid ſit ex Auguſtino. 206.1. quid ex Gerſone. ibid.quid ex recentioribus.ibid. quid ſit ex mente authoris. 207.1. quam.animatus. 208.1.ſpeciebus mixtorum refertus. 208.2.habuit initium per creationem. 210.1.hominis habitatio. 211. & 212. 2. quare factus fuerit. 213. 2 propter quem factus. 215.1.quando creatus. 215. 2.& 216.1. & 217.1. & 2.quare tempore Aequinoctij.ibid.vnus eſt.ibid.& 254.1. & quare. 218.1. & 2. conſtat de tota ſua materia.ibid. 2. vnicè à Deo libera voluntate creatus. 219. 1. Pulcher eſt.ibid.ſunt in ea partes ipſum integrãtes.ibid. 2. qua conferunt ad eius pulchritudinem. 220.2.quare ſic ductus. 223.1. animatus ex Plat.& quom.probetur. 225.2.prouidẽtia diuina non caſu factus. 226. 1. & 2. intelligentia praditus.ibid.& quare.ibid.& ſeq. Dei filius & quom. 227.1.dicitur Vniuerſitas et quom ibid. eius triplex conditio,et qua. 228. 2. an ſit genitus nec ne, variorum Philoſophorum ſententia.ibid.et ſeq. habuiſſe ortum temporalem probatur. 232. 1. eſt corruptibilis, quia corpus ſenſibile.ibid.et 233. 2. creatus non aeternus. 236.1. et 2. non ex ſe factus. 237.1. à cauſa diuina. ibid.et 2. à quo immediatè procedit. ibid. genitus, ſed qua genitura. 243.1. non in tempore, et quare.ibid.in quo productus. 244. 2. cum tempore. 245. 1. eius cauſa finalis. ibid. 2. Imago Dei. 248. 1. mediante verbo creatus. 251. 1. et 2. liberè, non casu. ibid. Mundus perfectus quis. 253. 1. ad Vnius ſimilitudinem factus. 254. 2. in ſenſibilibus perfectiſſimus. 255. 2. pulcherrimus, quia ad exemplar diuinum factus. 256. 1. quare non turpis. ibid. quomodo genitorum pulcherrimus. ibid. quomoda probetur pulcher. 257.1. ex cœlis, et eorum harmonia. 258. 1.et 2. ex temperie 4. anni horarum. ibid. ex harmonia elementorum. 259.2.ex proportione eius partium. 260. 2. in ordine poteſtatum non apparentium, qua tres ſunt. 261.2. et qua. ibid et 262.1 in animarum chorea. 262.2.quom.vocetur antrum et ſpelũca. 263.1.quare dicitur Κόσμος. ibid. 2. habet ſeptem cauſas quibus dicatur ornamentum.ibid.et ſeq.et qua ſint.ibid. dicitur à modo, et quom. 264.1.modo cœlum, modo mundus.ibid.in nõn tempore factus et quando. 268. 1. eſt corpus omnium praeſtantiſſimum. 313.1.eſt animatus ex Plat.et mente praeditus.ibid.eſt totus ex totis. 320. 1.quom.genitus, et ingenitus. 324. 1.

Mundi fabrica cui aſſignetur. 91.2.

Mundi principium dupliciter conſideratur. 217.1.

Mundi variae definit. ſeu deſcript. ex varijs auctor. 225. 2 Platonicae de mundo definitiones declarata. ibid et ſeq. aliae ex alijs deſumptae. 227.1. earumdem declarationes. ibid. et col. 2. Vna Authoris, & declarata. ibid.aliae. 228.1. Mundi varia nomina. 253.1.

Mundi anima vnica non eſt. 320.1.

Mundi plures .i. partiales, integrantes vniuerſalem. 218. 2

Mundi 4. Archetypus, Angelicus, Animalis, et machina haec vniuerſalis. 225.1.

Mundi tres ex Caldaeis, et qui. 253.1. poſſunt enumerari plures, ſed quom.et qui.ibid. centum octuaginta tres ex Cleombrota.ibid.2. infiniti ex Democrita.ibid.

Mundos plures poſſe creari à Deo nõ eſt impoſſibile. 218. 2. et ſeq. impoſſibile oſtenditur.ibid.

Muſae cœlorum animae. 262.2. 313.2.diuinae prouidentiae miniſtrae. 314.1.

Muſica quatuor vocum harmonia conſtat. 259.1.

Muſica definitio. 219.2.

Mutatio naturae Angelicae de bono in malũ,quare. 367.1.

N

NAbuchodonoſor Babylaniae Rex quomoda in Bouem conuerſus. 31.1.quomodo aliqui hoc interpretentur. ibid.

Natura Dei hominibus occulta,et latens. 79.1.natura diuina incomprehenſibilis. 87.1.

Natura et eſſentia diuina, à quibus expreſſius concipiatur. 108. 1.natura, eſſentia, et ſubſtantia quom. dicantur. 131.1.

Natura Angelica eſt creata in cœla Empyrea. 154.1. eſt medium quoddam inter Deum, et homines. 159.2. aeternitatem ſequitur, et tempus pracedit. 160. 1. poſt Deum nobiliſſima. 168.1.eſt ſupra animam,et anima-

rum multitudinem. 175. 2. intelligit, unde intellectualis dicitur. 189. 1. & excellētius nobis, & quare, ib. corpora naturalia facit. 241. 1. eſt incorporea. ib. 2.

Natura naturaliter, mens mentaliter, anima per modum animæ operatur, & generat. 181. 2. natura nil inopinato caſu in microcoſmo, utq; macrocoſmo producit. 222. 1. non procedit per ſaltum in ſuis actionib. obeundis. 338. 1. eſt vis animaſtica à varijs vocata. 249. 1. natura quid ſit. 318. 1.

Natura animæ. 311. 1. natura Dei eſt dirigere & imperare 394. 2. Dæmonum eſt media inter mortalem, & immortalem. 401. 2. in dæmonum natura non poteſt eſſe naturalis malitia. 404. 2.

Natura ordo. 176. 1.

Neceſſitas triplex, coactionis, naturalis determinationis, & requiſitæ perfectionis. 54. 1.

Neceſſitates variæ ponendi intellectus agentis potentiam in anima humana. 292. 2. & ſeq.

Nectar quid ſit. 439. 1. qui illud deguſtent. ibid.

Negātes Deum verè nec Philoſophi, nec Theologi debent vocari. 42. 1. & quare, ibid.

Negationes de Deo ſunt veræ. 112. 1. affirmationes incompactæ. ibid. & quare. ibid.

Per Negationes ex novem ſuppoſitionibus elicitas unum eſſe invenitur, quod eſt Deus. 69. 1.

Nemo dat, quod non habet. 276. 2.

Neoterici interpretantur Metempſycoſim allegoricè, vel metaphoricè. 31. 2. negans animos rationis præditos corpori ferino ſic poſſe coniungi, ut illius officia exercere valeant. ibid.

Niſenus apologiam edidit in calumniatorem Platonis. 37. 1. aureum illa opus dicitur. ibid.

Nicolaitæ damnati (& quare. 27. 2. hæretici.)

Nihil ex nihilo fieri poteſt in natura. 241. 1. nihil in mūdo ſyncerè malum. 350. 2. nihil poteſt dici ens, quod non habeat tria principia, & quæ. 323. 2. nihil excludit, qui totum admittit. 380. 1. nihil volitum, niſi præcognitū. 428. 1. & quom. intelligen. ibid. 2. Nihil niſi ſummum bonum admittit deſiderium infinitū. 433. 1.

Nobilitas potentiarum unde accipiendæ. 290. 1.

Noim & Trigaton quid eſſe velit Plat. 24. 1. Noim quid vocetur. 119. 1.

Nomen Dei tripliciter dicitur, nuncupatiuè, adoptiuè, & naturaliter. 49. 2. & quom. ibid. Nomen Dei quom ſit pluriſicabile. ibi. Dei nomē ut plurimum quatuor literis clauditur ab omnibus, & obſeruatio circa illud. 109. 2. nomen Dei varijs linguis expreſſum. ibid.

Nominum quadrimembris diviſio. 58. 2. quot modis aliquo nomine quis poſſit uti. ibid.

Nūs græcè quid ſignificet. 92. 2.

Numenicus Pythagoricus. 16. 1.

Numerius ſeu Numelius quis ſit. 104. 2. eius opinio de Trinit. ibid. Platonicus, & Pythagoricus. 105. 1.

Numerus ternarius, eſt perfectus. 131. 1. & 2. numerus in Deo non eſt. 299. 1.

Numerus primus in diuinis quis ſit. 299. 1. quis ſecundus, quis tertius. ibid. 2. eſt & triplex alio modo. ibid. numerus nouenarius in homine. 303. 2. triplicatus. ibid. numerus Dæmonum non definitus. 411. 1.

Numeri Muſicorum. 302. 2.

Nuptias inter hominis bona collocat Plato. 28. 2. vocat illas Immortalitatis tuendæ inventum, & generis humani ſtabilitatem. ibid.

O

Occupatio Dæmonum duplex & quæ. 407. 2. quæ vera, quæ impropria. ibid. & ſeq.

Octohedra fig. à Plat. cui elemen. accōmodetur, & quare. 26. 1.

Officia, boni, Iuſti. pulchri. 81. 1.

Omne quod fit, à cauſa fit. 237. 1. omne eſt ſignum diſtributiuum. 316. 1.

Omne quod eſt vel à nullo, vel à ſe, vel ab alio fit. 62. 1. omnia quæ ſunt in rerum natura bona, ſunt aliquo modo, & qua bonitate. 69. 2. Omnia in quatuor gradus diſtinguntur, & quom. vocentur. 80. 1. omnia ex uno principio veniunt. 86. 2. oīa iſta inferiora ad Patrē, & per Patrē generatiua facta ſunt 101. 2. ab uno principio non à tribus omnia habent eſſe. 197. 2. omnia debent eſſe ordinata ad Deum. 218. 1. omnia ſeneſcunt & intereunt. 233. 1. & quom. ibid. omnia ſiunt à vi incorporea. 241. 2. omnia bona in mundo. 248. 1. & quom. ib. oīa medio verbo facta ſunt. 251. 2. libera voluntate. ibi. ad extra omnia emanarūt. ibid. omnia vita prædita in tantum viuere dicuntur, in quantum animam habere videntur. 310. 2. Omne quod in tempore generatur, habet in temp. eſſendi principium. 322. 1.

Omnes maximum bonum appetunt. 430. 1.

Omnipotens debet dici primus Deus O. M. 263. 2.

Omnipotentia Dei in creatione manifeſtata. 109. 2.

Opera quæ dicantur ad extra & indiuiſa. 52. 1.

Opera Trinitatis ad extra ſunt indiuiſa. 116. 2.

Operari ſupponit eſſe, & ſecūdus actus ſupponit primum. 54. 2.

Operatio animæ nō ſubeſt corruptioni animæ, ſed ſubſtantiæ animæ. 279. 1.

Operationes, quæ apparent in mixtis non videntur caſu à natura factæ. 317. 2.

Ophioneus ſerpens cæterorum Coryphæus. 402. 2.

Opinatiua, potentia duplex, vera & falſa & quom. 334. 1. quom. dignoſcantur hæ potentiæ ad inuicem. ibid.

Opinio ubi generetur, & quom. 88. 2.

Opinio ineſt animæ. 337. 1. eſt potentia cognoſcens ſupra ſenſum. ibid.

Variæ opiniones de Ideis circa mentem Platonis. 118. 2. quom. ſint in mente diuina. 119. 1.

Opiniones variæ circa mundi cauſam efficientem. 267. 1. & 2. opiniones duæ reijciendæ circa cauſatiuam Mundi productionem, & coæternitatem materiæ. 269. 2. variæ circa animæ eſſentiam. 298. 2. aliæ variæ circa genituram animæ. 321. 2. & ſeq. variæ variarum academ.

dem. circa animarum exiſtētiam ante tempus. 326. 2. varia circa potentiam rerum Indicantium. 340. 1. varia circa humanam Beatitud. 432. 1.
Optimum unum, & quod. 425. 1.
Opus creationis quale ſit opus. 123. 1. cui conueniat. ibid.
Oracula de nimium ſemper ambigua. 278. 1.
Oratio quid ſit, et in 3. partes eius diuiſio. 537. 2.
Ordo ſeruandus in opere. 38. 2. Ordines in diuinis declaratio. 54. 2.
Ordo quo Mundus creatus eſt. 212. 1. Ordo cauſarū pro creat. mundi. 237. 2.
Ordo Angelorum miré triplicatus. 153. 1. Ordo uniuerſi quid expoſcat. 178. 1. ordo eorundem. 180. 1. alius mentium Triplicatarum. ibid. & ſeq. alij ex varijs authoribus petiti ordines Angelorum, & diſpoſitiones. 180. & 181. 1. & 2. Triplex mentium ordo alius. 182. 1. ordo dierum creationis. 212. 1. ordo unius, boni, & pulchri. 257. 1. ordo diuinæ Iuſtitiæ quid expoſcat. 278. 2. ordo rerum. 336. 2. ordo potentiarum cognoſcentium. ibid. earundem ordo, & functiones. 338. 1.
Organizatio perfecta quando fiat in utero. 283. 2. & circa eam diſcrepantia. ibid. & 332. 1.
Origenes celeberrimus & vetuſtiſſimus utriuſq; Teſtam. interpres laudat Plato, & Mercuriū, & quare. 21. 1. deinde Plat. reprehendit, & quare. ibid. eius hæreſis. 272. 2.
Origenes opinio circa animę creationē animæ reprobatur. 282. 2. eius lapſus. 349. 2. alius error de animas. 362. 2. excuſatur in errore circa Dem. 418. 1.
Origoniſtarum error. 325. 1.
Originale peccatum ex Plat. 235. 1.
Origo pulchritudinis. 257. 1.
Ornatus in quo conſiſtit. 263. 2.
Orpheus quid de Trinitate ſentiat. 91. 2. ſua dogmata ab Aegyptijs deſumpſit. 92. 1. eius Poema ſermo ſacer vocatur. ibid. quid in eo canat, & quot libris comprehendatur. ibid. docuit Ideas. 97. 1. Angelos poſuit. 180. 2.
Ortus animarum. 327. 1.

P

PAbulum animarum quale ſit poſt ſeparationē à corpore. 345. 2.
Parallela Platonis, & Tertulliani. 33. 2.
Parentes Platonis Ariſto & Perictione. 13. 2.
Partes materiales mundi, dicuntur mundi, & quæ. 205. 1. quæ metaphoricè Mundi appellantur. 205. 2.
Pater & filius quom. ſpirent. 56. 2. Pater à ſe, filius non à ſe ſpirat. 57. 1. an otioſus, & ſterilis. 101. 1. non patitur motum, aut alterationem. ibid.
Pater dicitur Monas, omnia perficit. 89. 2. omnium conditor. 91. 2. quomodo omnia fecit. ibid. quom. vocetur à Platone. 93. 1. Pater & filius ſunt correlatiua à natura. ibid. genuit filium, & quare. ibid. 2. Pater maior me eſt quom. intelligi debeat. 141. 2. quo medio uſus ſit in mundo efficiendo. 251. 1.
Patris fœcunditas exemplo probatur. 101. 2. Semper eſt Deus, & ſemper generat. ibid. & quom. ibid. quom. non ſit mens, nec intellectus, nec ens. 102. 1. pater habet omnes perfectiones, & fœcunditatem. 118. 1. quid generet. ibid. non vocatur à Platonicis Intellectus. ibid. 2. Solus Pater eſt omnipotens ex Proclo. 126. 1. & 2. & quom. ibid.
Patrem mundi inuenire difficile eſt. 437. 1.
D. Paulus quando perceperit myſteria altiſſima. 196. 2.
Peccata concomitantia ſuperbiam Luciferi quæ. 371. 2. peccata capitalia ſunt numero ſeptē. 372. 2. & quæ. ib.
Pecuniæ inſtrumenta humanæ commoditatis. 433. 1.
Perfectionis ſummæ proprium. 50. 2.
Perfectum quid ſit. 41. 1. Perfecti conditiones. 83. 2.
Peripatetici negant eſſe Dæmones plurib. modis, & quibus. 391. 1. & 2. aliqui tamen eorū nō negant. 393. 1.
Perſonæ tres diuinæ hypoſtaſes dicuntur, & ſuppoſita. 32. 2. in ijs ſunt relationes. ibid. ſunt coæterna, & coæquales. 57. 1. quom. adumbrētur à Zoroaſtro. 90. 1. omnia opera ad extra in lucem ex nihilo produxere. 91. 1. quom. vocentur à Plotino. 103. 1.
Perſonæ quom. vocentur à Porphyrio. 104. 1. quom. à Numenio. 105. 1. & quare. ibid. quid de ijs ſentiat Iamblicus. ibid. quid de ijs Syrianus. 106. 1. quid Proclus. 106. 1. & quom. eas vocet. ibid. & 2. tribus perſonis Trinit. rerum creatio, & origo tribuitur. 117. 2. earum nomina. ibid. circa quæ verſentur, & quom. 120. 1. variorū de ijs nomina. ibid. 2. & 121. 1. & 2.
Perſonæ diuinæ videntur eſſe conſubſtantiales ex Zoroaſtro. 123. 1. poſſunt, & videri ex Mercurio. ibid. 2. poſſunt et ex Orpheo. ibid. non ſunt conſubſtantiales in diuinis ex Plat. 124. 1. ſunt ex Plotino. 125. 1. in quo circa eaſd. ſit ſibi diſcors. ibid. 2. ſunt omnipotentes. 126. 1. non autem ex Plat. ibid. non ſunt omnes omnipotentes ex Proclo et Platone. ibid. 2. et quare. ibid. quom. ſe ipſas producant ex Scoto, et ex Platone. ibid. 2. Eſſentia, virtus, et operatio adaptātur perſonis, Patri prima, ſecunda Filio, tertia Spiritui ſancto. 131. 2. quom. creent. 211. 2. oſtenditur ex ſcript. ibid.
Phannes quid ſit. 92. 1.
Phantaſia quid. 334. 2 et ſeq. eius officium. 335. 1.
Philoponus repellitur circa animæ genituram. 322. 1.
Philoſophia vera eſt circa Deum. 61. 1.
Philoſophia magis approbanda circa mundi creat. quæ. 266. 1.
Philoſophus verus nihil debet meditari niſi Deum. 60. 2. veri Philoſophi. 61. 1. et qui Philoſophaſtri. ibid. quæ in ſcientia debeant verſari. ibid.
Philoſophus quid ſignificet. 390. 1.
Philoſophi multi Prophetarum ſcripta legere, et voces audire poterant, ſed neglexerunt. 19. 2. quare. ibid. ijdem ab Tertulliano Hæreticorum Patriarchæ vocantur. 24. 1. et 33. 2.
Philoſophi omnes unum eſſe Deum fatentur. 84. 2.

Philoſophi Philoſophaſtri inſani qui.pag.319.col.1.

Philoſophi Ethnici errauerunt circa principaliora in myſt. Trinit. exiſtentia.115.1. ſolum adumbrarunt, & quomodo.ibid.ſententia D. Thomæ de ijs.ibid.qui ei fuerint. ibid. diſcordant in partitione diuinæ eſſentiæ.122.2. qui non mereantur hoc nomen,444.2.& quare.ibid.

Philoſophorum princeps dicitur Plato.16.1. melius de anima ſenſit ex Theodoretto, quàm Ariſt. Eloquentiæq; copia alios Phil.obruit.17.1.

Philoſophorum Platonicorum ſecta magis rationi conſentanea rectè.18.2.eorum progenies.103.1.

Philoſophorum nulli præter Scepticos negauerunt felicitatem.442.1.

Plotinus hæreticus.34.2.

Planetæ ſeptem vniuerſi rectores appellantur.91.1.

Planetarum compoſitio & differentia inter ſe.222.1.

Plato natus mirabiliter eloquens & aptus ad diuina arcana intelligenda.14.1.

De Dæmonibus philoſophatus eſt Plato ſecundum Aegyptios, aut Hebræos.25.2.

Circa Deitatem, ſeu Trinitatem non ex ſuo ſenſu labitur Plato.29.1.

Plato omnibus Philoſophis in ijs, quæ ad pietatem, diuinitatem & religionem ſunt, anteponendus.19.1.& 2. & 20.1. in peregrinatione ſua ſcripta Prophet. ſumpſit, legit, & in ſua tranſtulit.ibid.2. non eſt imitatus alios Philoſophos in ſacris paginis legendis.ibid. quare diuini nomen obtinuit. ibid. ſelegit ea, quæ ad ſalutem hominis vera, & indubitata ſunt. ibid.multa eum docuerunt Aſſyrij.20.1.diuina ſibi à Deo reuelata lumine naturæ,non fidei cognouit.ibid.In eum multi Ariſt. dogmatibus imbuti inſurgunt.ibid.cum Socrate præceptore ad Piræum vt adoraret ſimulacrum Dianæ acceſſit.22.1.dictus ſemideus ab Auguſt. & Philoſophor. Deus.23.1. Condimentarium Hæreticorum vocatur, & à quo.23.2. & Neſtori ſimilis ob mella facundiæ. ibid. multa eius dogmata multi Patres defendunt, & excuſant.25.1.pluribus modis philoſophatus eſt.ibid. 2.ſcopum de penu veritatis rerum Theologicarum non attigit. ibid. modo ſecutus eſt ritus, leges municipales Philoſophando. ibid.modo Poetico philoſophatus.ibid. & Mathematicè.26.1. quare, & quomodo de Deo inconſtanter ſit locutus. 29.1.& ex quorum mente.ibi. quomodo in hoc excuſatione dignus. ibid. circa Dæmonicam ſeu Animaſticam naturam non rectè in omnibus ſentit, & quom. excuſetur. ibidem. quom. in facultate creandi commiſſa Dijs minoribus excuſetur. ibid. 2. excuſatio vulgaris de eo. 33.1.non poteſt appellari Patriarcha hæreticorum.34.2. Multi in eius via ambulantes, in hæreſes lapſi ſunt.ibid. non debet à viro in multis damnando, & à doctoribus damnato damnari. 35.2.& quare.ibid. quare Diuinus appellatur.60.1. laudatur, quod de Deo pluribus in locis benè ſentiat. ibid.2. Deum eſſe quom. probet, & eius ſequaces, & vbi, & quibus nominib. ibid. quomodo proceſſerit ex proprietatibus, vnius & multitudinis ad cognoſcendum Deum.67.2.

Plato vnitatem Dei cognouit, & quibus in locis, & quomodo.85.2.Quomodo Trinitatem.88.2.multa ex monumentis Chaldæorum & Aegyptiorum tranſtulit.89.1. eius circa Trinitatem opinio.92.2. multa pronunciauit à Chriſtiana veritate aliena. ibid. Tres Reges conſtituit.98.2. in quo pugnet Plato cum Theologis circa nomen tertiæ perſonæ Trinit.120.1. in quo circa conſubſtantialitatem perſonarum.124.1.& 125.1.in omnipotentia Trium perſonarum Catholicis contrarius. 126.2.in productione earumdem.127.1.differt in attributis de Deo à Catholicis, & quom.ibid.Probat eſſe Angelos, varijs modis.170.1.et 2.et ſeq. nihil dicit de Angelorum exordio.186.2.nil dixit quom.homines cuſtodiantur ab Angelis.190.1.cognouit Ang.ad humanam cuſtodiam poſitos.190.2.certus de rebus attinentibus ad Deum, et ad res incorruptibiles: dubius verò circa corruptibiles.233.1.circa mundi originem dubius.ibid.eius humilitas.ibid.2.circa mundi originem putatur Dialecticus. ibid. Probat vniuerſam productionem ex nihilo.234.1.

Plato ſolus tetigit veram mundi cauſam.237.2.tria animarum receptacula cognouit.342.2.credidit mortuorum reſurrectionem, atq; iudicium.344.2. Philoſophantium pater. 430.1.ſolus veram attigit de Beatitud. veritatem.442.1.

Platonis præceptores,et vbi.14.1.Dogmata Philoſophiæ Aegyptiacæ ebibit.14.2. Einſdem virtutes in iuuentute.ibid.modeſtus in riſu.ibid. Auditores plurimos habuit,et plurimos libros ſcripſit.ibid.et quo ſtylo.ibi. Philoſophiam diuinam didicit ex columnis Mercurij. ibid.eiuſdem fama.15.1.eiuſd. authoritas apud Græcos, et Romanos.ibid.eiuſd. ingenium, eloquentia, et ſubtilitas.ibid.eiuſd.innocentia, charitas tũ erga alios, tum erga Præceptorem Socratem.ibid. contemptor diuitiarum, honorum,et dignitatum: amator diuinorum. ibid.libros petit potius, quàm opes.ibid.valde pius.ib. Cauilloſa Philoſophia deteſtator.ibid.patiens.15.2. varia et pulchra eius effata. ibid. idem dicitur Philoſophorum Pater. ibid. Plato niſi Moſes attica lingua loquens.16.1.

Platonis conuenientia cum ſacris literis.234.2.quomod. proceſſerit in probanda creat. mundi, et quibus vijs. 266.2.Platonici perpaucis mutatis Chriſtiani eſſent. 19.1.et 33.1.et 143.2. Qui authores hanc ſententiam Auguſt.conati ſunt confirmare.37.1.

In quo errent Platonici circa myſterium Trinit.100.1. cognoſcunt omnes Deum Trinum,ſed vario modo.106. 2.in quo circa multiplicitatem Angelorum et vnitatem inter ſe diſcordant.176.2. quom. diſſentiant, et conueniant in poſitione Idearum à Theol.201.1.

Platonici qui putarint materiam mundi primam eſſe genitã.259.1.errauerunt tamen in eius productione.ib. in quo concordent et diſcordent circa creationem mundi

à Theo-

à Theologis Catholicis. pag. 265. & ſeq. col. 1. & 2. veritatis amatores. 317. 1. oderunt multiplicare entia ſine neceſſitate. 338. 2. in quo concordent & diſcrepent à Theologis Cath. circa animæ naturam. 347. 1. & 2. & ſeq. admittunt Dæmones. 392. 2. in quibus communicent, & diſcordent cũ Theologis ſacris. 412. 1. & ſeq. in quo conueniant, in quo non circa doctrinam de Beatitudine humana. 442. 1. & 2. & ſeq.

Plotinus in quo ſibi contradicat circa conſubſtãtialitatem perſonarum. 125. 1. & 2. fallitur negans multitudinem mentium. 193. 2. eius contradictio. ibid. conciliatur. ibid. & quom. ibid. in quo reijciatur. 266. 1. probat immortalit. animæ. 311. 2.

Plotini ſententia circa Metempſycoſim reijcitur vt ſcandaloſa. 32. 1. inter omnes Platonicos doctrina præcipuus. 81. 1. Deum deſcribit. ibid. 2. quid ſentiat de perſonis Trinitatis. 200. 2. vnicam tenet perſonarũ Trinit. eſſentiam & quom. 122. 2.

Pluralitas perſonarum in Trinit. præter tres eſt damnata 139. 2 & 140. 1.

Pluralitas quid ſit in Diuinis. 51. 1. Deorum ex Plat. intelligenda de Dijs paruis. 170. 2.

Pluralitas Principum non eſt bona. 218. 1. mundorum improbatur, & quom. 254. 1.

Plutarchus quid ſenſerit de Metempſycoſi. 30. 2. ponit quatuor genera animalium rationalium. ibid. quomodo inuicem tranſmutentur. ibid.

Poetæ animam immortalem cecinere. 309. 1.

Poetarum figmenta de Deo poſſunt ad bonum ſenſum reduce. 85. 1.

Porphyrio non credendum de Platone, & quare. 22. 2. correxit duos errores Platonis, & quos. 23. 1. quid ſentiat circa diuinitatem. 103. 2. vt fallitur negans multitudinem mentium. 193. 1.

Portio intellectus duplex, & quæ, & eius officium. 293. 1. & 2.

Portio vera, & apparentis Beatitud. per aliquod breue temp. ſpatium videtur in hoc ſeculo ab animo purgato poſſe degeſtari. 443. 1.

[Por]tionem animæ mundi qui dicit, dicit portionem ſubſtantiæ ipſius Dei. 360. 1.

[Po]tentia Dei non eſt limitata, nec fuit. 219. 1.

[Po]tentiæ animæ quot ſint, & vnde ſint. 132. 1. quom. attribuantur Trinitatis perſonis. ibid.

[P]otentia creandi præciſè conuenit Deo. 349. 2. 360. 1. & quare. ibid.

[P]otentiæ animæ quom. exercent ſuas operationes. 288. 1. earum ſedes. ibid. & diuiſio earum. ibid. quæ non poſſint ſine organo proprio ſuas functiones exercere. ibid. quæ ſit nobiliſſima potentiarum animæ. 290. 1. quom. diſtinguantur inter ſe. ibid. 2. ſunt idem realiter, diſtinguũtur formaliter. 291. 1. potentiæ variæ animæ in corpore exiſtentis. 333. 2. harum ignobiliſſima eſt ſenſitiua. 334. 1. memoratiua, & quid ſit. ibid. opinatiua, vnde procedat, quid ſit. ibid. Phantaſia, Cogitatio, Sermo, Intellectus. ibid. 2. potentiæ in anima cognoſcentes ſunt quatuor. 335. 2. & quæ. ibid. diſtinguuntur & quom. 339. 1. in rerum cognitione diuerſimodè iunguntur, & quom. ibid. 2. hinc variæ norunt entia. ibid. ſingulæ cognoſcunt ſingulas res ſibi cognitas. 340. 2. quom. iungantur. 341. 1. Aliæ ſũt potentiæ appetitiuæ, & quæ. ibid. tres animæ potentiæ quæ. 420. 1. & earum obiecta. ibid.

Poteſtates quæ, & earum officium. 152. 2.

Præpoſitiones De & Ex quid ſignificent. 50. 2.

Præſagia diuinitatis & eloquentiæ in Platone quæ fuerint. 14. 1.

Primitatis ſummæ Dei proprium eſt eſſe fæcunda. 51. 1.

Primum eſt abſolutè id, ante quod aliud non eſt. 76. 1.

Primum quid ſit. 299. 1.

Principatus qui & eorum officium. 152. 2.

Principes ſeptem Infernalis militiæ, & earum nomina, et officia. 372. 2. alij ipſis ſubalterni. ibid. & 374. 1.

Principium, qui dicit ex natura relationis, dicit etiam principiatum. 76. 2. ante principium nihil eſt, poſt idem ſunt omnia. 77. 1.

Principium vnum ex Plat. 240. 2.

Prioritas in diuinis quom. ſit & quæ. 54. 2. quomodo intelligatur. ibid.

Probationes variæ D. Thomæ, et Plat. circa naturã diuinam. 110. 1. & 2. & ſeq.

Probationes variæ quod mundus fuerit æternus. 230. 1. aliæ ex diuerſis quod mundus habuerit ortũ. 231. 1.

Problema Dialecticum quod ſit. 359. 1.

Proceſſus in infinitum non datur apud Philoſophos. 40. 1. & 2.

Proclus deſcribit Deum vt in delubro Mineruæ inſculptũ viderat. 82. 1. eius præceptor Syrianus. 106. 1. quid ſentiat de Trinit. 106. 1. Philoſophus Platonicus. ibid. admittit tres hypoſtaſes. 122. 1. & 2. et earum quinq; eſſentias. ibid. Academiæ Lyciæ Anteſignanus. 181. 2. eius error in ſtatuenda origine mentium ſecũdi ordinis et tertij. 182. 1. in quo reijciẽdus. 197. 2.

Procuratio humanæ ſalutis ad quem vſq; diem protendatur. 371. 2.

Productio eſt nomen commune ad creationem et generationem tum æternam, tum temporariam. 126. 1.

Productiones duæ ad intra, et quæ, et quom. vocentur. 51. 2. quare duæ tantum. ibid. non ſunt eiuſdem rationis, et quare. ibid.

Propagines omnium rerum quom. dicantur. 214. 1.

Propheta quis ſit. ibid. 2. Qui Propheta rerum euentuarum. ibid.

Proportio quid. 260. 2. in quo numero conſiſtat. ibid. Proportio pulchritud. in tribus conſideratur, et quibus. ibid. proportio mundi eſt ſuperior, media, et infima. 361. 1.

Propoſitiones pulchræ numerales in elementis. 160. 1.

Propoſitio hæc, Deus eſt, quom. ſit nota. 41. 2.

Propoſitio per ſe nota quid ſit. 42. 2. et eius conditiones

Quæ proprietates attributæ ſunt Deo, ſint veræ. 113.1. et quom. ibid.
Propoſitum totius operis. 16.1.
Proſerpina miſeria aſſimilatur peccato originali. 309.1.
Prothagoras Sophiſta. 39.1. eius liber cöbuſtus ab Athenien. ibid. et quare. ibid.
Prouidentia triplex et quæ in vin Plat. 226.1.
Prouidentia tota ratio in Deo ſolo ſtat. 272.2. omnē prouidentiam tollunt Saducæi, et Epicurei. 272.2.
Prudentia maximum bonum. 79.2.
Publij Decij tempore Rom. Reſp. fœlix. 28.1.
Pulchritudo quid ſit. 219.2. Pulchritudo rerum per quid determinetur. 220.1. pulchritudo creaturæ quæ ſit. ibid. relucet in omnibus creaturis vt in Angelis, in mundo cœleſti. 221.1. in firmamento. ibid. 2. in proprietatibus cœlorū. ibid. in mundo elementali. 222.2. in ſpeciebus mixtorum varijs, ſed in perfectis, et præcipuè in homine. ibid. deſcribitur. 256.1. et ſeq. vnde habet originem. 257.1. parit in nobis ſui cognitionem mediantibus ſenſibus, et quom. ibidem. 2. viſu et auditu nos allicit. ibid. et quom. ibid. Triplex, et quæ. ibid. dicitur hæc triplex pulchrit. Anagogica. 258.1. quibus in rebus exiſtat. ibid. pulchrit. triplex et ſingula definita vbi ſit, et qualis ſit. 440.2.
Pulchritudinis in homine defectus vnde procedat. 256.2.
Pulchrum quid ſit. 80.2. quom. ſit in Deo. ibid.
Pulchrum et bonum ſunt idem in ſubſtantia. 220.1. quō. differant. ibid. dupliciter conſideratur, et quom. ibid.
Punctus non eſt quantum, ſed principium omnis quanti. 82.1.
Purgatio, Illuminatio, Perfectio in Angelis quom. intelligen. 164.1. quid ſint hæc tria. ibid.
Pyramidalis fig. cui elemento accommodetur apud Plat. et quare. 26.1.
Pythagoras ſapientiſſimus multa ex ſacris litteris arripuit. 20.1. metempſycoſeos autor. 22.2. eius ſententia circa animam refutata. 25.1.
Pythagorici Philoſ. volunt mundum eſſe genitum, & quare. 228.2.

Q.

QVare Deus fecerit Mundum, quæſtio nimis curioſa. 213.2.
Qui non negarint abſolutè Deum. 111.1.
Quid ſit illud, quid eſt, quod nunquam eſt, & ſemper fit. pag. 80.1.
Quid faciendum ijs qui Deorum nomina mēdacio, et periurio inquinant. 108.1.
Quinque ſe conſequuntur, & quæ. 244.2.
Quintiliani de Platonis acumine, & promptitudine teſtimonium. 15.1.
Quod ſenſui patet nullas indiget probatione. 65.2.

R.

RAtionalitas & intellectualitas in Anima & Angelo non habent rationem diſtinctionis. 165.1.
Ratio quare filius ſit inæqualis in Trinit. Plat. 141.2.
Ratio ſuperior regit inferiorem. 292.2.
Ratio quid ſit. 337.2. perficitur ab intellectu non è contra. 341.1. quanam iudicet ſingulis cuncta potentijs. ibid. & 2. ſenſui iuncta iudicat accidentia. ibid.
Rationis officium. 335.1.
Rationes quinque ad oſtenden. Deum eſſe. 39.2. & quæ ſint. ibid.
Rationes aliquot conijcientes Mundum non eſſe æternum. pag. 210.1. & 2.
Rationes variæ probātes plures mundos eſſe. 252.2. earundem deſtructiones. 254.1. aliæ probantes immortalit. animæ. 306.1. & 2. quæ concludant ex Plat. pro immortalit. animar. humanar. & quæ communiter pro omnibus. 315.1. quæ verò non pro humanæ animæ Immort. ſed pro vniuerſ. ibid. 2. quæ omnibus. ibid.
Receptacula animarum quæ ſint & quot. 342.2. Paradiſus, Purgatorium & Infernus. 343.2. & 344.1. ead. receptacula. ibi. quom. à noſtris, quom. ab antiquis intelligantur. 354.1. & 366.2.
Recreatio de quodies poſſit. 210.2.
Rectores ſeptem ex Hermete, qui, & eorum officiū. 250.2. & 251.2.
Circa omnium Regem omnia ſunt. 99.1.
Regendi facultas vnde habeatur. 81.1.
Relatio mutua datur inter cauſam, & cauſatum. pag. 251. col. 1.
Relatiuorū eſt proprium eſſe ad aliud. 52.2. Relationes in diuinis bifariam conſiderantur. ibid. reales in communes & proprias. ibid. communes quæ. ibid. propriæ quæ. ibid. quom. conueniant tribus perſonis. ibid. Extrinſecæ ſunt propriæ & communes, & quæ. ibid. quomodo conueniant. ibid.
Reminiſcentia Platonis damnatur ab Iuſtino Philoſopho 22.1. ab Arnobio. ibid. ab Auguſtino. 23.1. à Toſtato. 24.2. quid ſit. 249.2. quom. differt à memoria. ibid. Platonici & Theol. diſcordant in illa. 352.1.
Repræſentatio veſtigij quæ dicatur. 57.2.
Res ex ijs rebus cognoſcuntur, ex quibus componuntur. 325.2.
Res Phyſica, & Metaphyſica quæ. 227.2. quæ dicantur eſſe. 242.1.
Res quæ poſſunt cognoſci ſunt in duplici differentia. 335.2. diuiſiones & ſubdiuiſiones earum. ibid.
Res omnes ſuam certam habent eſſentiam, & ſubſtantiā. pag. 340.2.
Rerum dependentia vnde, & quæ intelligenda. 229.2. rerum ortus caducum mundum indicat. 232.2. rerum genera duo ponenda, et quæ. 234.2. rerum catena. 238.1. rerum principium vnum. 254.2. rerum omnium vnica eſt Idea. 255.1.
Rerum principia duo à ſe remotiſſima, et quæ. 267.2.
Reſp. Rom. quamdiu ſequuta eſt Platonicam viuendi formam, fœlix fuit. 28.1. quando euerti cœpit. ibid.

Reſp. alia eſt Pytagorica, ſeu Socratica, alia Platonica. pag. 28. col. 2. qui authores vtriuſque. ibid. quid in vtraq; ſtatuat Plato. ibid.
Ritus, Carimoniæ, modi ſunt mutabiles, & quare. 72. 1.
Rupertus Abbas Platonem impugnat. 24. 1. & ab eo ſur appellatur. ibid.

S

Sabellius Hæreticus. 34. 2.
Sapientia omnium præſtātiſſimum. 96. 1. filia Dei ſummi, Vnius, Veri, Boni. ibid. Sapientiæ nomen non eſt commune diuinæ & creatæ, & quare. 128. 1. oſtenditur exemplo. ibid. Sapientia Dei nihil aliud, quàm ipſum verbum. 252. 2. Sapientia Dei maxima eluceſcit in ordine partium corporis, & in animæ functionibus ſecundum Ethnicos. 285. 1. eſt nobiliſſimus habitus inter acquiſitos, non inter infuſos. 425. 1. vera non poteſt acquiri in hac vita. 437. 2.
Sapientia pura eſt veri, & boni notitia. 438. 2. Vbi in eſſe poſſit. ibid.
Sapientum quot capita, tot ſententiæ. 78. 2.
Saturnus quaſi Chronos, quid ſignificet, eius Etymologia, 92. 2. & ſeq.
Scala tribus gradibus conſtans quibus anima poteſt ad Deum reuerti. 258. 1.
Scala per quam ex Plat. & ſequac. poſſit anima ad Deum reuerti. 441. 1.
Sceptici Philoſophi negant felicitatem. 442. 1.
Scientia vbi generetur, & quom. 88. 2.
Scientia quidditatis animæ eſt difficilis. 298. 1.
Scientia quid. 337. 2. & ſeq.
Scire noſtrum eſt reminiſci 306. 2.
Scoti rationes cōtra Varrōnem ob Vnitatis demōnſtrationem. 49. 2. Scotus Doctor ſubtilium Academiæ Coryphæus. 50. 1. vult poſſe cognoſci Deum affirmatiuè, & quom. 112. 1.
Sedes animæ variæ, & eiuſdem potentiarum. 333. 1.
Sadducei Angelos negant. 144. 1.
Semideus vocatur Plato. 15. 2. Semidei qui dicantur. 399. 2.
Senſibile excellens corrumpit ſenſum et quom. 336. 2.
Senſibilia quæ ſint. 85. 2.
Senſitiua potentia tres alias potentias comprehendit. 332. 1. & quas. ibid.
Senſus interiores abiuncta in anima qui ſint. 294. 2. ſenſus nomen & qui in anima. 303. 1.
Senſus nunciꝫ intellectus. 357. 2. & 333. 2. quinq; ſunt, non ſeptem. ibid. & 334. 1. apud quos ſeptem, & qui ſint, 335. 2. quare dicti nunciꝫ. 352. 2.
Senſus ratione caret. 336. 1. variæ de eo probationes. ibi. eſt Character & forma ſumma vniuerſæ vitæ irrationalis. ibid. eſt nūcius. 338. 2. Iudex veri & falſi. 340. 2. ſenſus & ratio ſunt contraria. 365. 1. quom. cooperentur beatitudini. 426. 2.
Senſualium felicitas, non valet felicitas appellari. pag. 431. col. 2.
Septenarius numerus omnis conſonantiæ parens. pag. 300. col. 2.
Sepulchra animarum quæ. 343. 1.
Seraphin quis, & eius officium. 152. 1.
Series eorum quæ in mundo continentur à ſupremo ad infimum. 207. 1. & 2.
Sermo qui à corpore procedit non eſt aptus ad explicandas incorporeas eſſentias. 88. 2.
Serpentis collocutio cum muliere. 235. 2. Deceptio eiuſdem. ibid.
Sidera fauentia naſcenti Platoni. 14. 1. eorum numerus ſecundum Aſtrol. 362. 1.
Signa quibus probatur mundum non eſſe æternum. 232. 1. & 2. alia, quibus probatur Hominem eſſe ad Beatitudinem creatum. 277. 2. & 278. 1.
Signa Cancri, & Capricorni per quæ dicitur deſcendere anima, reijciuntur. 351. 2.
Simile ſimili cognoſcitur. 325. 2. ſimile quid ſit Deo. 348. 1.
Similitudo eſt quædam perfectio Imaginis. 277. 1.
Simon Magus Alpha Hæreticorum. 366. 1.
Simplex quale ſit. 325. 2.
Simplicitas ſumma conuenit præcisè Deo. 284. 1.
Simplicitatis ſummæ proprium. 50. 2.
Socrates vidit in gremio ſuo per ſomnium pullum oloris pluméſcentem, & canentem dulciſſimum. 14. 1. nec carcere, nec morte liberari voluit. 15. 1. Mulierum communitatem in Repub. tenuit. 26. 2. quid de Dijs ſenſerit. 171. 2. cicutam bibit. pag. ſeq.
Socrates quom. conſtituat in Ciuit. ſua omnia communia. 27. 2. lethale venenum coactus eſt aſſumere. & quare. 29. 1.
Socratis ſpiritus ſequax, Dæmon ab eo vocatus. pag. 190. col. 2.
Sol in cœlo per vnius diei ſpatium ſtetit tēpore Ioſue. 43. 1. ægrotante Ezechia per decem gradus retroceſſit. ibi. Sol eſt cauſa ſenſibilium. 85. 2. Solis varij effectus vnde. 127. 1.
Sol Pater generationis omnium rerum & moderator vniuerſi dicitur. 66. 1. Ex Sole & ſyderibus Deus deprehenditur. ibid. quando incipiat ſuum curſum, & in quo ſigno Zodiaci. 216. 2.
Sol quo die curſum inchoet. 316. 2. Sol & homo generant hominem. 241. 1. & 291. 2.
Solis & vmbræ comparatio ad probandam mundi æternitatem cum Deo. 331. 1.
Sonus quid ſit. 358. 1.
Sophiſtas arcendos à Rep cenſebat Plato. 15. 1. ijdem vocantur ab eodem Caupones, & venditores ſcientiarum. ibid. 3.
Species rerum naturalium in materia exiſtentes, ſi multiplicantur, multò magis ſubſtātiæ, & quæ pag. 177. col. 2.
Speculi comparatio cum Ideis. 127. 2. mens prima & Angelica, à Dionyſ. et Plotino ſpeculum vocatur. ibi.

Spes futuræ felicitatis, & gloria ex Plat. pag. 236. 1. & 309. col. 1. & 344. col. 1.
Speuſippus deſcribit Deum. 82. 1.
Spirandi actus trifariam poteſt conſiderari. 56. 2.
Spiratio ex Scoto præſupponit aliquo modo generationem, 56. 1.
Spiratio actiua & paſſiua cui perſonæ Trinit. conueniant, 52. 2.
Spiritus omnia corpora permeat & penetrat. 261. 2. & ſeq. & aliæ eius vires. ibid.
Spiritus ſanctus recipitur in anima per modũ recipientis, tanquam immateriale in immateriali. 157. 1. eſt anima mundi ex Plat. 267. 1.
Spiritus aereæ regionis dæmones dicuntur. 390. 2.
De Spiritu ſancto aut nihil, aut non apertè aliquid dicit Plato. 19. 1. Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas, quomodo intelligatur à Plato. 24. 2. Obiectioni, cur non appareat nunc viſibiliter, reſpondetur. 43. 2. non generat in diuinis. 53. 1. eius proceſſio æterna. 54. 2. eſt productio per actum voluntatis. ibid. dicitur eſſe per ſe ſubſiſtens. 55. 1. & quare. ibid. à quo procedat. ibid. à Patre & filio procedit. ibid. quom. & quare. ibi. varijs modis probatur. ibid. 2. rationibus, & authorit. 56. 1. ratio pulcherrima, quòd Spiritus ſanctus à Patre, & filio procedat. ibid. 1. & 2. eſt anima mundi, & circa quæ verſetur. 99. 2. à quo emanet. 102. 2. Varia eius nomina. 20. 1. cum Patre & filio conſubſtantialis. ibid.
Stellæ variarum magnitudinum. 221. 2.
Stoicorum error de Deo. 77. 2.
Subſtantiæ tres diuinæ quomod. dicantur Reges, Duces, Principes. 100. 1. quis ſit ordo earum in diuinis. 106. 2. & earũ varia nomina. ibid. item earum ordo. 107. 1, quom. inter ſe dependeant. ibid. ſubſtantiæ ſeparatæ multò plures eſſe debent, quàm corporales. 178. 1.
Subſtantia Dæmonum penetrat quæcunq; corpora. 386. & quom. & quare. ibid. 1.
Subſtantiæ diuiſio ex Ariſt. 382. 1.
Sufficientia cognoſcitur per indigentiam. 429. 1.
Superbia omnis peccati cauſa & initium. 371. 1. maximum peccatum & grauiſſimum & quare. 372. 1. primam inter capitalia ibid.
Sympathia & Antipathia quid ſint. 262. 1.
Syrianus cognomento Magnus quis. 106. 1. in quo diſcordet cum Proclo & cum Theologis. 131. 2.

T

TEmpus & annus, quo natus eſt Plato. 13. 2.
Tempus nullum fuit ante Mundum. 215. 2.
Tempus menſura motus perfecti corporis i. mundi. 217. 1. vbi ſumitur pro inſtanti. ibid. 2. eſt menſura motus. 242. 2. Tempus duplex. 243. 2. non fuit ante motum, neq; ante mobile. 244. 1. quomodo genitum & ingenitum. 323. 2.
Temporis definitio. 160. 1.
Terra fig. cubica, ſeu quadra' a Platone cõparatur. 26. 1.
Terræ nulla eſt portio, quæ diſſolutioni non ſit ſubiecta. 332. 2.
A Terræ ſtabilitate, & eius circumſtantijs deprehenditur Deus. 65. 2.
Tertullianus reprehendit Platonem. 23. 2. reprobatur agens contra Plat. 33. 1. & quare. ibid. de eodem Tertull. auth. Iudicium. ibid. & 2. verba eiuſdem Tertull. ibid. in quo, & quomodo, & quare Platonem damnet & arguat. ibid. notatur in multos errores incidiſſe ab Auguſt. Hieronymo, & D. Thoma & alijs. 34. 1. hallucinatur circa Platonem. ibi. 2. Eius inconſtantia. 35. 2. Vir illuſtris, & in numerum Doctorum Chriſt. à D. Hieron. adſcribitur. ibid. quo tempore vixerit. ibi. Presbyter Carthaginen. ibid. Hæreticorum acerrimus hoſtis. ibid. eius errores videntur cum Doctrina Plat. conuenire ibid. quos errores, & quorum ſequutus fuerit, ibid. Hieronymi de eo teſtim. quare lapſus ſit. ibid. ſex numerantur eius errores. 35. 3. quorum vltimus defenditur ab Auguſt. ibid. cum quibus conueniat in ſuis erroribus. ibid. & 2. eius error de anima. 362. 2.
Teſtimonia varia Poetarum tam græcorum, quam Latin. de Deo, Angelis, Mundi exordio, dæmonibus, & Beatitudine. à pag. 447. vſq; ad finem.
Tetrachordum vnde ortum habuit. 223. 1. & 260. 1.
Theatrum, locus communis omnibus ſpectatoribus. 26. 2.
Theodoreti teſtim. de Plat. 17. 1. alia duo eiuſdem de eodem Teſtim. 17. 2. Idem Platonem ob multa capita damnat. accuſat, impugnat. 22. 2. eiuſd. de eod. teſt. 38. 2. quid de doctrina Ariſt. cenſeat. 35. 1. eius verba. ibid.
Theodori Aſinei ſententia circa Myſter Trinit. 105. 2. conſentit cum Amelio. ibid.
Theologia gentilium fabuloſa Deorum nomina excogitauit. 173. 2. ad quid. ibid.
Theologiæ Aegyptiæ author. 251. 2.
D. Thomas Angelicus Doctor. à quibus lumborum preſſionem paſſus, & doctrinam ſolidam adeptus. 144. 2. Angelorum in Theologia diſcipulus. 155. 2.
Throni qui & eorum officium. 153. 1.
Totum eſt nobilius ſuis partibus. 225. 2.
Totum vt verè ſit vnum quid requiratur. 320. 1.
Tonitrua, coruſcationes non præcedunt deſcenſum animæ in corpus. 350. 1.
Tractatio humanæ felicitatis eſt neceſſaria, & quomodo. 430. 1.
Trias quid ſit, & vnde. 89. 2. illi cuncta ſeruiunt. ibid. quod Trias ſit principium cum Dyade, de quo principio intelligen. 116. 2. & terminus, de quo intelligen. ibi. & ſeq. explicatur natura Triadis. 117. 1. Trias ſuprema profundum appellatur paternum. 179. 2.
Trias triplex, & quorum. 179. 2. vnaquæq; eſt trinè diuiſa. ibid. ſecunda perſona Triadis quomod. dicatur à Plat. 118. 1.
Tres rationes D. Thom. quib. probat Deum non eſſe corpus. 44. 1. & 2.

Trinitatis et vnitatis Dei declaratio ex Scoto, et ex Frãc. Mayrone, et ex Ant. Trombett, 52. 1. Trinitatis veſtigium in Creaturis reperitur, et quom. 57. 1. In anima præcipuè apparet, & quare. ibid. col. 2. Trinitas vbiq; ſplendens, pag. 89. col. 2. Perſonæ Trinitatis adumbrantur à Mercurio Triſmeg. 90. 1. quom. vocentur ab Orpheo. 92. 1. quom. correſpondeãt menti Plat. ibid. Difficultas in intelligendo hoc myſterio. 100. 1. in omnibus rebus Trinit. myſt. cõſpicitur. 116. 2. & præcipuè in quibus. ibid. Trinitas Platonica non à nobis admiſcetur. 138. 2. & quare. ibid. Trinitas quom. ſola productrix rerum omnium cæleſtium & terreſtrium. 197. 2.

V

Ad Vacuum quid requiratur. 216. 1.

Varro refutatur à Scoto circa vnitatem Dei. 49. 1. iterum refutatur. ibid. 2.

Vegetatiua potentia tres habet actus & quos. 382. 2.

Vehiculum animæ eſt currus, & ad quid. 327. 2. & 328. 1. & 2.

Vehiculum Oſtreaceum quaſi ergaſtulum. 394. 1.

Vehicula animæ tria, & quæ. 328. 1. & 2. æthereum quid ſit ſeu igneum. ibid. ſpiritoſum quid ſit. ibid. fit ex elemẽtorum ſphæris à Dijs ſecũdis. ibid. Terrenum ſeu feciosum quid. 329. 1. competit hominibus, & beſtijs, non ſphæris. ibid. dicitur Oſtreaceum. ibid. Varia eius nomina. ibid. & 2. Imaginatiuum & ſenſitiuum reijciuntur, & quare. ibid. competant animæ per accidens. 347. 1.

Verbum quid ſit in diuinis. 251. 1.

Veritas Dijs & hominib. Dux eſt omnium bonorum. 95. 1.

Veritatis amator dicitur Plato. 15. 2.

Viæ duæ, quibus ad Deum cognoſcendum progredi poſſumus. 67. 1. & quæ. ibid.

Virtus & potentia Dei vbi maximè ex ſententia Alex. & Auerrois. 130. 1.

Virtus pulchritudinis Idealis. 220. 1.

Virtus rationalis & cognitio data ſanctis, & cæteris animantibus. 303. 2.

Virtus tranquillitatis mater. 433. 1. an ſit ſatis ad Beatitud. ibid. 2. quare non ſit. ibid.

Virtutes quæ, & earum officium. 152. 2.

Virtutes animarum purgatiuæ quæ. 327. 2.

Virtutes quæ, per quas homo ſibi parat aditum ad Deum. 443. 2. virtutes Theologicæ quæ. 444. 1.

Vis & facultas vtens à formante non ſeparatur ex Ariſt. 351. 2.

Viſio eſt tota merces. 424. 2. & quom. ibid. 425. 1.

Vita eſt animæ propria. 316. 1. & quæ vita. 318. 2.

Vita animæ eſt dilectio. 426. 1.

Vitæ felicitas quom. dicenda. 438. 1. dici poteſt felicitas reſpectiuè. ibid.

Vitæ tres ſiue operationes animæ. 439. 1.

Viuentia omnia quom. diſtinguantur ſpecie. 317. 1.

Vmbra corporis, non eſt corpus. 318. 1.

Vmbra animarum apparuere. 343. 1.

Vnio animæ cum re materiali, aut immateriali quom. fiat. 354. 2. vnio quæ nam ſit Dæmonis cum corpore aſſumpto. 382. 1. & 415. 1.

Vnitas quæ ſit vnitatis effectrix. 69. 1. Vnitas, eſſentia, & ſpecies tria munera Boni. 70. 2. non eſt numerus, ſed principium numerorum. 82. 1.

Vnitatis cognitio in exemplo de Pontif. ac Imper. 49. 2. quid ſit in diuinis Vnitas. 51. 1.

Vniuerſus Mundus Dodecadio à Pl. comparatur. 26. 1. quot, & quibus partibus conſtet. ibid.

Ex Vniuerſi ordine Deus deprehenditur. 65. 1. & 2. Vniuerſum quaſi templum eſt. 66. 1.

Quid ſit vnum et Indiuiduum. 69. 1. Vnum cum dicitur, quid intelligatur. ibid. vni multa non opponuntur. et quom. ibid. 2. quid ſit. ibid. Vnum, bonum, pulchrum idem re, licet diuerſa videantur. 70. 1. quom. nectantur ad inuicem. ibid. ſe habent cum ipſo Deo, vt ſint de ratione ipſius, imò ſint ipſe Deus. 80. 2. quid ſit. 85. 2. eſt in triplici ordine ſenſibilium, intelligibilium, et ſupraſenſibilia et intelligibilia. ibi. Vnum et bonum difficile cognoſcitur. 93. 1. vnum illud dicitur, cuius materia eſt prima. 269. 2.

Voces et nomina quom. referantur ad res ſignificandas. 58. 1.

Volitiua potentia quæ, et qualis ſit. 353. 1.

Voluntas fæcunda eſt principium Spiritus ſancti. 56. 1.

Voluntas Dei quando poſſit inueſtigari ratione. 209. 2. et ſeq. Voluntas Diuina cauſa cœli et terræ. 214. 1. maior cœlo et terra. ibid. Voluntas et bonitas diuina cauſa creationis Mundi. 215. 2. Voluntas et verbum quaſi duo inſtrumenta quibus Deus mundum effecit. 252. 1. Voluntas Diuina non concurrit cum Dæmonum voluntate. 375. 1.

Voluntas animæ potentia. 289. 2. quid ſit. ibid. non fertur, niſi in præcognitum. ibid. diuiditur in tres partes, et quas. ibid. earundem nomina. ibid. quom. dicatur eſſe in voluntate. 290. 1. nobiliſſima potentiarum animæ. 290. 1. et quom. ibid. eſt excellentiſſimæ libertatis. ibi. 2. in ſuo regno Regina. ibid. Dæmonum eſt conuerſa obſtinatiſſime in hominum odium. 418. 1. Voluntas vt dominus. 423. 2. quom. præcedat intellectum. 424. 1. eius actio quom. ſe.

Voluntas quid. 341. 2. et eius functio. ibid. voluntas hom. deambulatoria. 372. 2.

Voluntatis officium. 335. 1.

Vſia quid. 323. 2. includit omnia prædicamenta. ibid. de ea. 347. 1. Vſia quid. 397. 2.

Vſiæ ſeu ſubſtantiæ tot ſunt in cœlo, quot motus. 177. 1. quot ſint. ibid. Vſia quæ. 302. 1.

X

XEnocrates Deum eſſe putabat cœlum, et quot cœlos, tot eſſe Deos. 77. 2.

Xenophon Platonis hoſtis. 22. 2.

Zodiacus ſignifer circulus. 221. 2. *Sol cum ſpatio vnius anni peragrat.ibid.*
Zoroaſter putatur author Metempſycoſeos. 29. 2. *Battrianorum Rex.* 89. 1. *Magicæ artis inuentor. ibid. multa millia voluminum ſcripſit. ibid. multis adumbrat Myſterium Trinitatis. ibid. quid de Vnitate & Triade.* 116. 1. *& quom. ibid. Abrahamo coætaneus.* 196. 1. *primus Zoroaſter Chaldæus intellexit dogma de mentibus à materia ſeparatis. ibid. potuit eſſe illi & Mercurio reuelatum SS. Trinit. myſterium per gratiam particularem gratis datam. ibid. col. 2.*

FINIS.

Impreſſoris errata, ſic prudens corrige Lector.

pag. lin.	col.		Errata.	Correctio.
3	4		Titum	Tatium
3	17	1	ſecundum noſtram	ſecundum naturam
5	25	2	Hec	Nec
16	39	2	Numenicus	Numenius
26	28	1	Duodecædrum	Duodecædram
41	3	2	ſuper idem	ſemper idem
46	46	1	permiſſione	permixtione
ib.	44	2	quæreretur	quæreret
60	8	1	penetrauit	pertractauit
64	15	2	factum	fatum
68	38	2	dubitarunt	dub. ſūt veteribus
69	11	2	vitanda	tuitand.
72	34	1	fallat	fefellit
89	41	2	Plotinus	Platonicus
90	17	1	Bronum	Cronos
ib.	23	1	propoſitione	proportione
91	4	2	Anazagoras	Anaxagoras
95	12	1	Tingas	Yogas
99	15	2	ad hoc perfectiſſimus	ab hoc perfectiſſimo
105	7	2	nobilis	mobilis
106	37	1	virili parte	virili ma
ibid.	6	1	ſolus	ſolers
ibid.	42	2	quo id	quo ad
109	18	2	fit	ſic
113	43	1	numero	nube
114	16	2	Crux	Lux
ibid.	26	2	minimas	minimas
115	26	2	Themate	Poemat
116	6	1	ſubſtantia	perſonit
121	31	1	Artificem	Opifice
123	15	1	ſed habentibus	ſed habitibus
124	32	2	ſaltis	ſatis
127	26	2	minimè	nemine
129	15	1	communionis	commuſis
137	17	2	impoſitione	in poſitione

pag. lin.	col.		Errata.	Correctio.
141	5	2	Hic	His
148	17	1	quod	ad quod
151	4	2	quoniam	quo
172	39	1	ſed	&
173	36	2	irrationabilis	irrationalis
174	31	1	produci	adduci
191	44	2	in quo Platonici	quod illi Platonici
195	8	1	conſpicuos	conſpic. Dæmones
258	12	1	concors	concors diſcordia
266	37	1	animarum	earum
315	8	1	viſibile	riſibile
354	27	2	imagine	imaginatione
361	41	2	Sixti	Sexti

Iſti ſunt præcipui errores, qui in impreſſione per incuriam acciderunt.

Quæ fuerūt per eādem incuriam omiſſa in impreſſione.

Quoniam fuerūt omiſſa multa in impreſſ. quæ ſunt valde neceſſaria, & ſcitu digniſſima, hinc eſt, quod ea apponimus, ne diminutum, & imperfectum remaneat Opus.

Pag. 228. tria argumenta Alexandri Aphrodiſiēſis promittuntur, & duo dumtaxat afferuntur, ideo tertiū eſt apponendum; argumenta probant Mundum habuiſſe exordium temporarium, & non cauſatiuum tantum: tertium, quo decſt, eſt tale. Poſtremo, quod generabile eſt, conſequens erat corruptibile, nempè interimere volens: incorruptibile ipſum dicit non ex ſui natura, ſed ex Dei voluntate. Quod ſanè fruſtra dictum eſſet, niſi de hac temporaria generatione, ſiue rei, vt alij nuncupant, intellexiſſet.

Hæc inde verba deſunt pag. 240. lin. 15. col. 1. idcircò apponantur. vanum, non ex nihilo, quia ex nihilo nihil fit.

Pag. 259. lin. 27. cum cœlo, aqua cum terra in craſſitie; aer cum cœlo in actione.

Pag. 309. lin. 17. col. 1. inhæreret, eo melius ſe haberet.

Pag. 335. lin. 19. col. 2. ſecundus eſt ſermo ſcriptus; tertius eſt ſermo, &c.

R G E S T V M.

✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT VV XX YY ZZ AAA BBB CCC DDD EEE FFF GGG HHH III KKK LLL MM NNN OOO.

Oēs ſunt duerniones.

ANT 1740669



BONONIÆ.
Apud Clementem Ferronium. M. DC. XXVII.
Superiorum permiſſu.

Digitized by Google

Digitized by Google

3188

K 16.

Digitized by Google